STATE LIBRARY OF PENNSYLVANIA
3 0144 00376363 8

CLASS 878.4 BOOK L76

VOLUME 23

PENNSYLVANIA
STATE LIBRARY

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

LIBRI QUI SUPERSUNT.

VOL. XXIII.

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
This project is made possible by a grant from the Institute of Museum and Library Services as administered by the Pennsylvania Department of Education through the Office of Commonwealth Libraries

https://archive.org/details/vol23tliviipatav00livy

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

LIBRI QUI SUPERSUNT,

EX EDITIONE G. A. RUPERTI

CUM SUPPLEMENTIS

NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

INDICE LOCUPLETISSIMO

ET

GLOSSARIO LIVIANO

ACCURATE RECENSITI.

VOLUMEN VIGESIMUM TERTIUM.

LONDINI:
CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.
1828.

LIBER XXXVI.

Cap. I. § 1 *P. Cornelium Cn. F. Scipionem et M. Acilium Glabrionem consules*] Plutarchus in Quinctio p. 377. Μάνιον Ἀκίλιον. Appianus in Syriaca p. 96. Ἀκίλιον Μάνιον Γλαβρίωνα. Capitolini auctores *M'. Acilium Glabrionem* vocant. *Sigon.* Pall. et vet. ed. *Corn. Scipionem et M. Acilium Glabr., inito magistratu.* Gebh. *P. Cornelium Scipionem* Voss. Harl. et Hearnii N. *Cornelium Scipionem*, omisso etiam prænomine, reliqui nostri, Hearnii L. 1. et edd. priscæ. Quod nunc editur, partim Moguntini, partim Aldus ex cod. Mog. receperunt. Alterius consulis prænomen in plerisque Mss. perperam est *M.* quem *M'.* vocatum fuisse, recte Sigonius docuit. Eumdem codd. *Atilium*, *Attilium*, vel *Accilium* vocant. Sed *Acilium* recte Moguntini ex cod. suo ediderunt, qui ex eodem etiam τὸ *consules*, quod a scriptis et editis aberat, adjecerunt.

§ 2 *Majore parte anni fieri solet*] Ed. Mog. 1518. *majorem partem anni.* Modius. Similiter non tantum omnes ante Moguntinam edd., sed et plerique scripti: *majore parte anni* Aldus dedit ex cod. Mog. cui consentiunt Lov. 2. 3. et Hearnii L. 1. Tandem Gruterus priorem lectionem *majorem partem* revocavit. Infra XLII. 30. 'Quum circa omnia fana, in quibus lectisternium majorem partem anni esse solet, majoribus hostiis inmolasset.' Tum *soleret* Lov. 6.

Ut ea res senatui populoque Romano bene ac feliciter eveniret] Ms. *bene atque feliciter eveniret.* De qua solemni formula multa congessit amplissimus et eruditissimus præses B. Brissonius, cujus volumen de Formulis I. p. 64. consulet, qui sapiet. *Modius.* Pall. *bene atque feliciter:* sicut paullo post Pal. 1. *victoriam atque triumphum ostendi.* Gebh. *Bene atque feliciter* etiam Lov. 1. 2. 4. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. quod Aldus ex cod. Mog. receperat, Paris. 1573. alterum revocarunt. Mox § seq. *Ea* deest in Lov. 1. et 6. *Et omnia* legit Lov. 5. Tum *victoriam et triumphum* Lov. 3.

§ 4 *Hæc quum renunciata essent, solutis religione animis*] Pal. alter *solutis de religione animis.* Gebh. *Relata essent* Harl. quod alterius glossema habendum est. Supra XXXIV. 44. 'Id quum P. Licinius pontifex non esse recte factum Patribus renunciasset.' Infra XLII. 20. 'Senatui rite sacrificatum, precationemque de bello factam renunciarunt.' Et ita forte emendandum XXXI. 5. 'Quum renunciassent consules, rem divinam rite perfectam esse:' ubi vulgo editur *pronunciassent.* De verbo 'renunciare' vide etiam ad X. 40. § 9. et Epit. Liv. lib. XLVII. Deinde perperam *de religione* Pal. Gebhardi. Vide ad VII. 3. § 9. Vox *animis* non recte exsulat a Voss. Mox *rogationem ad populum fieri* Voss. Lov. 1. 2. 3. et 6. sollemni scribarum lapsu. Vide ad V. 54. § 6.

§ 5 *Vellent juberentne, cum Antiocho rege, quique sectam ejus secuti essent*] *Vellent juberentve* Harl. Mead. 2. et Gaertn. Male. Vide Brissonium de Form. II. p. 129. Tum *ejus sectam secuti* Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *ejus secuti sectam* Lov. 1. et 3. Mox *perlata rogatio* Lov. sex, Harl.

17395

Mead. ambo, et Gaertn. cum edd. Frobeniana 1535. vetustioribus. Hinc *tamen si ita videretur* Lov. 5. et edd. principes. Vide ad XXII. 17. § 5.

§ 6 *Decrevit, ut consules Italiam et Græciam*] Pall. uterque *decrevit, consules It. et Græc. provincias sortirentur*. Gebh. Vocula *ut* deest etiam in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. utroque, et Gaertn. Sed intercepta videtur ab ultimis literis vocis præced. Vide ad XXIV. 16. § 17. Mox *L. Quinctius consul*, adjecta ultima voce, Voss. Lovel. 2. 3. 4. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N.

§ 7 *Imperassetve, eum exercitum acciperet, quem M. Bæbius*] Pall. *imperassetve, ut eum exercitum acciperet, et quem M. Bæbius*. Gebh. Scripti et editi olim, *ut eum exercitum acciperet*. Solet sane Livio τὸ *ut* eleganter πλεονάζειν, ut notamus alibi. Hic quia Magont. non agnoscit, nec paullo ante Voss. venio in suspicionem utroque loco subditum esse. Suffecerat enim Livio, *Tum senatus decr., ut cons. It. et Græc. prov. sortirentur: cui Gr. evenisset, præter eum num. mil., quem L. Q. in eam prov. ex auct. senatus scripsisset imperassetve, eum exercitum acciperet*. J. F. Gron. Voss. codici apud Gronovium adsentiuntur Lovel. 6. et Harl. exhibentes *cui Græcia evenisset, præter eum numerum*, pro *ut præter*. Verum hoc loco nullus meorum *ut* particulam omisit. Utrum etiam desit in cod. Mog. admodum dubito. Video equidem, primos Moguntinos eam in contextu omisisse; verum quum contra consuetudinem, quam observarunt, in excerptis cod. sui de defectu τοῦ *ut* silcant, in eam venio opinionem, voculam illam potius culpa operarum ob similitudinem præcedentis *ve* excidisse præter eorum voluntatem. Immo licet deforet in cod. Mog. præstare tamen videretur, quæ etiam Dukeri sententia erat, eam culpa librariorum, perperam repeti existimantium, partim hic, partim antea omissam esse; præsertim quum ipse Gronovius agnoscat, Livio τὸ *ut* eleganter πλεονάζειν. Præter illa quæ Gronov. in pr. ed. notarum congessit ad h. loc. (tum enim utroque loco τὸ *ut* servandum putabat) vide quæ adlata sunt ad XXII. 11. § 4. Insuper *acciperet, et quem M. Bæbius* Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. 2. Gaertn. et edd. vett. Sed vocula *et* perperam repetita est ex ultima syllaba vocis præced. Vide ad XXXIX. 18. § 8. Quomodo vero Bæbium hic exercitum 'in Macedoniam' trajecisse narret Livius, quem 'in Epirum' transire jussum esse scribit XXXV. 24. § 7. ad eum locum inquirit Dukerus.

§ 8 *Ne supra quinque millia numerum*] *Ne supra quinque millium* lege. *Gelen. Millia numerum* soli meorum Lov. 5. et Gaertn. De cujus erroris fonte vide ad XLII. 12. § 9. *Millium militum* est in Harl. *mill' militum* in Lov. 6.

L. Quinctium, &c. legari ad id bellum] Sic T. Quintio in Macedonia bellum gerenti legati ex SCto additi XXXII. 28. et sæpe aliis imperatoribus. Vide Lipsium de Milit. Rom. II. 10. Nec tamen L. Quintii deinde ulla in hoc bello mentio est. *Duk.* Ultima vox deest in Lov. 3.

§ 9 *Eæque urbanæ legiones essent paratæ*] Alter Pal. *eoque urbanæ legiones essent paratæ*. Gebh. Pariter Lov. 2. et Harl. At *eaque urbanæ* Voss. Lov. 1. 3. 4. Mead. uterque, et Gaertn. Paullo ante *consules* deest in Lov. 1.

CAP. II. § 1 *Ad id, quæ cujus provincia foret*] *Ad id, quod cujus* Lov. 5. et edd. vett. Aldus deinde ex cod. Mog. dedit *ad id, quæ cujus*. Et ita reliqui mei, nisi quod *id* non adparet in Lov. 6. Crevierius, si nihil hic corruptum est, sensum esse putat, usque *ad id* caput, nempe *quæ cujus provincia erat*: quod quidem caput nondum certum erat. Aliquid tamen vitii latere opinatur.

§ 2 *Quod populus Romanus eo tem-*

pore duellum jussisset cum rege Antiocho esse] Ms. *bellum jussisset esse cum rege Antiocho.* Illud magis sapit antiquitatem suam. *Modius.* Pall. *quo tempore duellum jussisset esse cum rege Antiocho.* Gebh. Mog. transponit τὸ *esse* hoc modo, *jussisset esse cum rege Antiocho.* Ego utrobique deleo: et hæc ipsa librariorum inconstantia mihi est argumentum vitii. Lib. XXXI. c. 8. 'Quod bellum cum Philippo populus jussisset, id bene et feliciter eveniret.' Lib. XLII. c. 33. 'Quod bellum senatus cum Perseo jussisset.' *J. F. Gron.* Duo Hearniani itidem ut Mogunt. Situs vocum, quæ salva sententia abesse possunt, in libris scriptis varians, sæpe præbet suspicionem eas insiticias esse. Nec tamen semper firmissima est hæc suspicio, ut quæ non alio fere argumento, quam inconstantia et negligentia scribarum, nitatur; quæ si sola sufficeret ad ejiciendas voces non necessarias, caussa non esset, cur multæ, quibus sublatis sensus non satis constaret, tamen ob id, quod alius atque alius earum ordo in Mss. est, delendæ non essent. Non contendo hic retineri debere τὸ *esse;* sed non tam inconstantia scribarum me movet ad id repudiandum, quam quod Livius in hoc genere loquendi plerumque omittit infinitivum *esse.* VI. 14. 'Minime dubius bellum cum his populis Patres jussuros.' I. 17. 'Quum populus regem jussisset.' Ibid. c. 22. III. 30. XLII. 33. et Sallust. Jugurth. c. 84. 'Postquam ei provinciam Numidiam populus jussit.' Dico plerumque: nam et est, ubi addat. I. 32. 'Quod populus Romanus Quiritium bellum cum priscis Latinis jussit esse.' Et quid in re interest inter hoc, 'populus duellum cum rege Antiocho esse jussit,' et id quod paullo post dicit, 'bellum, quod cum Antiocho rege sumi populus jussit?' Hoc quidem non dubium est, quin infinitivus in his per ellipsin suppressus, ut integra sit oratio, supplendus sit. Vide Burmann. ad Petron. c. 71. *Duker. Quo tempore duellum,* tribus vocibus *populus Romanus eo* omissis, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Sed *quod populus Romanus tempore duellum* Mead. 1. in margine, et Hearnii L. 1. *quod populus Romanus duellum* Gaertn. et Hearnii N. Recte deinde Modius vulgatum *duellum* potius, quam *bellum* cod. Moguntini, probat. Eadem voce mox iterum utitur Livius hoc cap. 'Si duellum, quod cum Antiocho rege sumi populus jussit.' I. 32. 'Puro pioque duello quærendas censeo.' XXII. 10. 'Quod duellum populo Romano cum Karthaginiensi est, quæque duella cum Gallis sunt.' XXIII. 11. 'Victoriaque duelli populi Romani erit.' Et ita 'perduellis' pro hostis usurpatur XXV. 12. 'Is Divus exstinguet perduelles vestros.' XXIX. 27. 'Salvos incolumesque, victis perduellibus, victores.' Neque obstat Livium antiquato loquendi genere haud delectatum esse, 'duellum' autem pro bello, 'perduellis' pro hoste inter illa referri, quæ ejus tempore ex usu recesserant. Sæpius enim Livius, sollemnes precum votorumve formulas, senatusconsulta, vel similia referens, quædam tamen vocabula antiquata in illis obvia antiquitatis testandæ caussa retinuit. Eo refero 'adclarassis' I. 18. § 6. 'defexit' I. 24. § 8. 'cooptassint' III. 64. § 10. 'duis' X. 19. § 17. Vide formulam res repetendi ac belli indicendi I. 32. formulam in vere sacro vovendo usitatam XXII. 10. responsum Apollinis Delphici XXIII. 11. carmina Marcii vatis relata XXV. 12. formulam precum Scipionis ex Sicilia in Africam trajecturi XXIX. 27. Deinde situs verborum *cum rege Antiocho esse,* quem præferunt editi, in uno tantum Lov. 5. perpetuo eorum adsecla, mihi obvius fuit. Reliqui mei numero decem cum duobus Hearnii

L. 1. et N. pertinaciter adhærent cod. Mog. *esse cum rege Antiocho* exhibenti, quorum consensum spernere non potui. Probare enim nequeo factum Gronovii, infirmo ex vario vocabulorum situ deducto argumento ejicientis et expungentis τὸ *esse*, quoniam sine sensus detrimento abesse poterat: adversus quem id recte Dukerus vindicavit. Pari modo 'bellum alicui jubere' Livius dixit IX. 43. 'Anagninis Hernicisque aliis bellum jussum erat:' ubi deest *inferri, fieri*. Id autem addit c. 45. 'Populus Romanus bellum fieri Æquis jussit.' Nihil itaque inpedit quo minus, quum alibi dixerit 'jubere bellum cum aliquo,' nunc plene dicat 'jubere esse bellum cum aliquo.' Quin et stilo in SCtis usurpato, in quibus potius, quæ abesse possunt, addi solent perspicuitatis caussa, magis convenire videtur, ut ex auctoritate codd. τὸ *esse* servemus. Paullo ante *Cetera deinde sorte* Lov. 3. et 4. Vide ad XXXIV. 36. § 4. *Certa demum sorte* Lov. 6. Vide ad XL. 22. § 1. Deinde τὸ *est* defit in Harl.

Quique sub imperio ejus essent] *Quique fido imperio* Lov. 3. τὸ *ejus* non adparet in Lovel. 1. Mox *utrique*, pro *utique*, perperam Lovel. 3. *utque* Gaertn. Sed vide ad VI. 35. § 5. et ita mox § 5. *Ubique* ponitur pro 'et ubi.' Præterea *rege Antiocho*, trajectis vocibus, Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et edd. ante Aldum.

§ 4 *Quantam senatus decreverit*] Voss. *decrevit*. Lege *decrerit*. J. F. Gron. *Decrevit* etiam Lov. 1. Vide ad II. 27. § 8. Præterea *quam*, pro *quantam*, Lov. 2. Vide ad XXIV. 26. § 7. Mox § seq. *Quisque magistratus* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Tum *donaque data recte sunto data* Voss. *donaque recte sunto data* Lov. 1. et 6.

§ 6 *Jurisdictio utraque evenit, A. Cornelio Mammulæ Bruttii*] Priore libro c. 24. ubi hi magistratus creati sunt, *L. Cornelius* dicitur in plerisque codd. Tu vide utrum locum ex altero emendare malis. Nam et ab initio libri seq. cap. 2. rursus *A.* non *L.* dicitur: quare alii indubitanter *A.* emendarunt. *Glar. Utraque venit* Lov. 1. ultimæ vocis litera initiali a finali præced. hausta. Vide ad I. XXXVII. c. 29. § 8. *Utraque pervenit* Lov. 6. Sed proprium ac perpetuum in his est 'evenire.' Vide ad VII. 6. § 8. Insuper *Mamillæ* Lov. 5. et edd. antiqq. *Manulæ* ed. Ascensii a. 1513. cum codd. Lovel. 1. 2. 3. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. *Mammulæ* tandem ed. Mog. ut exhibent reliqui Mss. Et ita scribitur hoc gentis Corneliæ cognomen XXIII. 21. XXXIII. 44. et XLII. 6. Similiter fere, ut hoc loco, peccabatur olim XXXV. 24. at aliter XL. 35. ubi vide. Mox *inde Æmilio Lepido*. Sed vide ad IV. 52. § 4. et hoc cap. § 15. *M. Junio Æmilio Lepido* Hearnii N. Deinde *et C. Livio Salinatori* Lovel. 1. *C. Licinio Salinatori* Hearnii L. 1. Voces *Sardinia, C. Livio Salinatori* desunt in Gaertn.

§ 7 *A. Cornelio novi milites*] Vide XXXV. 41. *Duker*. Mox *oram omnem* Lov. 1. *omnem oram maritimam* Lov. 3. *omnem maritimam oram* Harleian. Deinde *Brondusiumque* Voss. *Brundisiumque* Lov. 1. 4. et ed. Rom. 1472. Vide ad XLII. 17. § 2. et ad cap. seq. § 13.

§ 8 *Quem a M. Fulvio proprætore accepturus esset, decretum, ut novorum*] Ms. *decretum est, ut novorum*. Modius. *Prætore* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *proconsule* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. pro quo demum Frob. 1535. *proprætore* dedit. Sed vide ad XL. 39. § 1. Cod. autem Mog. lectionem *decretum est* recepi. Mox *CC. equites* Hearnii N.

§ 9 *In Hispaniam citeriorem est missum*] Pall. *in Hispaniam ulteriorem*. Gebhard. Similiter Voss. Lovel. 3. 4. Mead. ambo, et Gaertn. Vide ad

XXXIX. 56. § 2. Paullo ante *Id supplementi.* Vide ad x. 10. § 6. *Idem supplementum* Lov. 6. et Harl. quod interpretis vel librarii esse puto: 'idem certaminis' est x. 34. 'idem negotii' l. xxv. c. 22. 'idem damni' xxxv. 42.

§ 10 *M. Æmilius Lepidus a L. Valerio, cui successurus esset*] Ms. *cui successurus is esset:* placet. *Modius. Lepidus* deest in Lovel. 6. Tum *ab L. Valerio* Voss. Lov. 1. 2. 6. et Mead. 1.

§ 11 *L. Valerium, si ita videretur, pro prætore in provincia retinere*] Qui vim loci non adverterunt, ex una voce duas fecere, et nec, quæ proxime sequebatur, integram manere passi sunt. Enim vero *proprætorem provinciam retinere* integra est lectio, i. e. ut proprætor provinciam teneret. *Sabell.* Vet. lib. *pro prætore.* Sigon. Alter Pal. et vet. ed. *pro prætore in provincia retinere.* Infra c. 8. Pall. *Is extemplo ad M. Bæbium pro prætore misit.* Gebh. Sabellici emendationem nullus editorum recepit; sed Veneti 1495. vulgarunt *proprætorem in provincia retinere,* quod plerique et ante, et post Sigonium servarunt usque ad Gronov. qui quum primo Sigonii lectionem expressisset, a. 1665. *proprætore* unica voce dedit, quod reliqui secuti sunt. Verum in duas iterum voces *pro prætore* divisi.

Ut una ab Agrigento ad Pachynum esset, &c.] Si hæc bene habent, inæqualis sane divisio, præterea, quæ totum non complectitur. Nam longe maxima restat a Tyndario Agrigentum, quæ ad occasum vergit. At ego suspicor, pro *Agrigento* legendum *Agathyrno,* quod prope Tyndarium est. Temere tamen hæc non assero: judicet lector. *Glar.* In codd. tamen nihil mutatur, nisi quod mox *Tyndarnium* legat Gaertn. *Tyndareum* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. N. et cod. Mog. quod forte ævo, quo librarii vixerunt, tribuendum est. Certe ita etiam in Tab. Peuting. adpellatur: sed Græcis Τυνδάριον dicitur. Præterea *Totam maritimam oram* Lov. 1. *Quom maritimam oram* Gaertn. *Ut maritimam oram* Harl. *Tum maritimam oram* Lov. 2. *Tum cum maritimam oram* Lov. 6. *Cum in maritimam oram* Mead. 1. *Cum maritimam oram* Voss. Lov. 3. 4. 5. Mead. 2. et edd. ante Moguntinos, qui recte ex cod. suo legerunt *Eam maritimam oram.* Pari modo *cum* et *eum* sæpius in Mss. confundi, vidimus ad x. 7. § 3. Hinc *triginta navibus* Gaertn.

§ 12 *Eidem prætori mandatum, ut duas decimas frumenti*] Vet. lib. *decumas:* recte. Hinc enim 'decumani' dicti, qui 'decumas' redimunt. Pædianus. *Sigon.* Ita plerique meorum hic et § seq. Vide ad v. 25. § 5. et XXXVII. 2. § 12. Vox *prætori* deest in Lov. 3. Mox *idque ad mare* Lov. 5. et edd. usque ad Frobenium, qui copulam expunxit. Eam autem neque in aliis Mss. inveni. Tum *exportandum* Lov. 6. Sed vide ad XXXIV. 34. § 6. Etiam § seq. *de alterius decumis* Lov. 3. et Mead. 2.

§ 14 *Cum triginta navibus paratis trajicere*] *A triginta navibus* Voss. Lov. 1. 4. 5. et Gaertn. cum edd. principibus: *et triginta navibus* Harl. *triginta navibus,* omissa præpositione, Lov. 2. et quædam edd. Vide ad I. 14. § 7. *Cum triginta navibus* reliqui codd. quod Ascens. 1513. et antea Mediol. 1505. admiserunt. Mox *ab Achillo* Voss. et Lov. 1. *ab Athalo* Lov. 2. et Harl. *ab Attolo* Gaertn. *ab Attalo* Mead. 1.

§ 15 *Et in eam classem socios navales libertinos legeret*] Ms. *et ut in eam classem.* Modius. Pall. et vet. ed. *datum est, in eam classem.* Gebh. Τὸ *et* deest etiam in omnibus nostris codd. in Hearnii L. 1. et in edd. antiqq. Aldus primus, post τὸ *armaret* majori interpunctione distinguens, ac præcedentia ad C. Livium referens, a sequentibus novam periodum incipit,

et ex cod. Mog. legit *M. Junio prætori negotium datum est, ut in eam classem, &c.* male enim Modius *et ut in eam classem* in eo legi adfirmat. Froben. deinde, pristina distinctione revocata, per quam omnia a vocibus 'veteres naves' ad M. Junium referuntur, 'et in eam classem' restituit, vocula *ut* in *et* mutata. Vide ad XXI. 28. § 8. Et hoc verius videtur. Nam, Aldi lectione et distinctione admissa, sibi adversaretur, eumdem Livium juberi primo quoque tempore in Græciam trajicere, ac Romæ veteres naves reficere et armare. Tum *socios venales* male Voss. nec melius Lov. 6. vocem *navales* omisit. Præterea *inde Junio*, pro *M. Junio*, Voss. Vide ad § 6.

CAP. III. § 1 *Ad Karthaginienses et in Numidiam ad frumentum rogandum*] Sine copula Pall. et vet. ed. *ad Carthaginienses. In Numidiam, &c.* Ita videlicet distinguit Pal. 1. *Gebh.* Copulam etiam ignorant Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. 2. Gaertn. Lov. 6. a m. pr. omnesque edd. usque ad Moguntinam. Sed adest in Mead. 1. et Lov. 6. a m. sec. Præterea *in Numidiam ad Masinissam ad frumentum* Lov. 3. Sed mediæ duæ voces, quæ constanter a reliquis repudiantur, ab interprete ex cap. seq. additæ sunt. Mox *portaret* Gaertn. *portarentur* Lov. 1. et Mead. 1. *portarent* Lov. 3.

§ 3 *Qui senatores essent, quibusque in senatu sententiam, &c.*] Sic locutus est XXIII. 32. 'Uti senatores, quibusque in senatu sententiam dicere liceret, ad portam Capenam convenirent.' Quid autem interfuerit inter eos, quibus licebat in senatu sententiam dicere, et senatores, docet Festus voce 'Senatores' his verbis: 'Qui post lustrum conditum ex junioribus magistratum cepere, in senatu sententiam dicunt, non tamen senatores vocantur, antequam in senioribus sint censi:' et Gellius III. 18. his: 'Qui nondum a censoribus in senatum lecti erant, senatores non erant, sed, quia honoribus populi usi erant, in senatum veniebant, et sententiæ jus habebant. Nam et curulibus magistratibus functi, qui nondum a censoribus in senatum lecti erant, senatores non erant, et, quia in postremis scripti erant, non rogabantur sententias dicere, sed, quas principes dixerant, in eas descendebant. Hoc significabat edictum, quo nunc quoque consules, cum senatores in curiam vocant, servandæ consuetudinis causa translatitio utuntur. Verba edicti hæc sunt: Senatores, quibusque in senatu sententiam dicere licet.' *Sigon.* Vide etiam Manut. de Senatu Rom. c. 1. pag. 906. in Thes. Grævii. *Quibus in senatu* Lovel. 1. Mox *longe ab urbe* Harl. Tum *abirent* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et, teste Hearnio, Oxonienses L. 1. et Romana Aleriensis princeps ed. Denique *ab urbe abessent* Lov. 6. *ab urbe Romana abessent* Lov. 2. Vide ad Epit. Liv. l. XLIX.

§ 4 *In comparanda inpigre classe C. Livium*] Libri omnes *In comparando impigre classem.* Gebh. Scripti consensu *In comparando impigre classem.* Sic et Andreas Romæ: in proximis jam video mutatum. Parum interest, dices. Certe parum, ut videtur: cur ergo veterem lectionem non teneamus? Auctor de Bello Afric. c. 82. 'Itaque in circumeundo exercitum animadvertit, hostes circa vallum trepidare.' Sed mihi aliud subolet, et propemodum persuasum est τὸ *classem* esse additionem ejus, qui aut veterem lectionem interpretabatur, aut sine illo apposito non capiebat. Etenim ab Livio fuisse suspicor, 'In comparando impigrum C. Livium prætorem contentio orta cum colonis maritimis paulisper tenuit: nam cum cogerentur in classem, tribunos plebei appellarunt.' Porro, verbo 'com-

parare' ita absolute, intellecto ex proximis, quid comparetur, amare uti Livium, monstrabimus exemplis ad XXXVIII. 12. ubi simile vitium contra Mss. inolevit. Alioqui 'comparare classem' usitatissimum est; et, nisi ita esset, non posset hic posterior vox intelligi. Lib. XLII. c. 30. 'Arma, milites, classem ejus rei caussa comparasset.' *Plebei* est a scriptis. *J. F. Gron.* Ex Mss. quos viri docti excusserunt, *In comparanda inpigre classe* unus Hearnii N. exhibere dicitur. Contra *In comparando inpigre classem* pariter omnes nostri, et Hearnii L. 1. ac D. cum edd. Camp. Rom. 1472. et Parm. nisi quod *In parando* præferat Lov. 1. Vide ad XXXV. 41. § 7. Gronov. in pr. nott. ed. bis, hic nempe, et ad XXXVIII. 12. *In comparándo impigre C. Livium* scribendum conjecit: nunc vero etiam *impigre* in *impigrum* mutandum censet. Sed codd. sequi tutius videtur. Mox § seq. *tribunos plebei* Voss. Vide ad II. 32. § 2. *Tribunos plebi* Lov. 1. Vide ad II. 42. § 6. Tum *adpellaverunt* Harl. Sed vide ad XXI. 44. § 7. Hinc *trajecti sunt* Voss. et Lov. 6. *trejecti sunt* Lov. 1. Vide ad II. 22. § 5. Tandem *eis* vel *iis colonis* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Gaertn. et edd. princ. quod in suo Victor. inventum Crevierius probavit. Sed Aldus *his colonis* ex cod. Mog. vulgavit. Quod cur alteri cedat, nondum video.

§ 6 *Sena, et Fregena, et Castrum novum*] Plinius III. 5. 'Freginates' in agro Falerno ponit: ea an hic sit eorum colonia, videndum, quanquam libri variant. Quidam, pro *Sena, Enam*, quidam *Hostiam* legunt. *Glar. Ostia, et Fregenæ*, ut supra docui, ubi Romanas colonias exposui. *Sigon.* Ms. *Ostia, et Fregenæ*. Modius. Pall. *Ocia*. Prisca ed. *Ena et Frigena*. Gebh. Bello Annibalico tamen Ostiensium et Antiatium vacatio a senatu observata fuerat. XXVII. 38. *Duk. Ena* Lov. 5. et edd. principes usque ad Aseensianam 1513. quæ in margine præfert *Sena*, quod Moguntina in contextum recepit. Sed *Hostia*, vel *Ostia*, ut verius scribendum esse Sigonius etiam monuit ad I. 33. § 9. ex cod. Mog. admisit Frob. 1535. probantibus, ex codd. meis, Lov. 2. Mead. utroque, et Gaertn. Eodem ducunt reliquorum vestigia. Nam *Otia* est in Voss. et Harl. *Ocia* in Lov. 1. 4. et 6. *Occia* in Lov. 3. Deinde *et Erigena* Lov. 5. et ed. Camp. *Frigena* reliquæ edd. principes. *Fregena* ceteri omnes codd. nostri, cum Hearnii L. 1. et N. Sed *Fregenæ*, ut cod. Mog. legit, scribendum conjicit Cluver. Ital. Ant. II. 2. p. 500. Vide ad Epit. Liv. l. XIX. Mox *Cintium*, pro *Antium*, et *Sinuesæ* Hearnii L. 1. *Sinuessæ* codd. nostri, et edd. vett. *Sinuessa* Moguntini ex cod. suo receperunt. Nec aliter Voss. in margine. Dein *certarunt* Lov. 3.

§ 7 *Ipsine regi Antiocho indiceretur bellum, an satis esset ad præsidium aliquod ejus nunciare, &c.*] Ms. *Ipsine utique regi Antiocho ind. bellum, an ad præsidium nunciaretur?* In sequentibus autem tangit morem veterum Romanorum aperte renunciandæ amicitiæ: de quo etiam illud accipiendum lib. XLIII. [an l. XLII. c. 25.] 'Missi legati Perseo amicitiam renunciarunt.' Neque publice tantum, sed privatim is obtinebat: hinc denunciatæ, indictæ, testatæ amicitiæ, de quibus omnibus vide literatissimorum doctissimum Justum Lipsium ad Tacitum Excurs. L. ad Annal. II. De cætero lectionem nostram scriptam non malam esse, evincunt statim sequentia: nihil referre, *ipsi coram, an ad præs. nunciaretur*. Modius. Omnes nostri, a Moguntino cod. dissentientes, alteram lectionem tuentur, nisi quod Voss. in paucis apicibus librarii culpa aberret, et Lov. 1. voces *an satis esset ad præs.*, Lov. 3. *τὸ aliquod* omittant. Nihilominus meritis codicis Mog. in Livium

dedi, ut lectionem ejus, ab omnibus antea fastiditam, in contextum reciperem. Duo exstant loca Livii huic simillima: alter XXXI. 8. 'Bellum, quod indiceretur Philippo, utrum ipsi utique nunciari juberent, an satis esset, in finibus regni quod proximum præsidium esset, eo nunciari?' Alter XXXVIII. 46. 'Minima illa, quum jam senatus censuisset bellum, quæsita tamen sunt: quibus nunciandum esset? ipsis utique regibus nunciaretur, an satis esset ad præsidium aliquod nunciari?' Ex utroque hoc, vel certe posteriore, margini adscripto, vulgata hujus loci lectio formata videtur; quæ si præferenda foret, attamen ex illis locis hic etiam *nunciari* legi deberet.

§ 8 *Num Ætolis quoque separatim indici juberent bellum*] *Non Ætolis* Voss. a m. pr. Lov. 1. et Gaertn. Mox etiam *et non prius* Voss. a m. pr. et Lov. 1. quod accipi posset pro *nonne* positum esse. Vide ad IV. 4. § 5. Quum tamen reliqui codd. vulgatum tueantur, *non* aberrantium librariorum culpæ tribuere malo. Nam et alibi sæpe has voculas commutarunt. Vide ad II. 40. § 7. V. 51. § 7. C. 52. § 6. VII. 6. § 11. IX. 3. § 3. et passim. Deinde *separatum indici juberet bellum* Gaertn. *juberet* etiam Lov. 1. 2. 4. Harl. et uterque Mead. Verum ita datum videtur, quia scribis displicebat 'collegium fecialium juberent.' Sed vide ad XXXV. 26. § 9. Mox *societas et amicitia eis renuncianda* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Mead. uterque: *societas et amicitia ejus renuncianda* Lov. 6. Harl. et Gaertn.

§ 9 *Quum de Philippo consulerentur, hæc decrevisse*] Vetus lectio, *quum de Philippo consulerentur, decrevisse.* Gelen. Vet. ed. *hæc decresse.* Pall. *hæc respondisse.* Gebh. Scribo ex vetustis *decresse.* J. F. Gron. *Consultarentur* Lov. 2. Sed vide ad XXI. 16. § 2. Deinde *hoc respondisse* Voss. *hæc respondisse* Lov. 2. 3. 4. 6. Harleian. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. *respondisse* Lov. 1. quam veræ lectionis expositionem, olim margini adscriptam, puto. *Hæc decresse* Lov. 5. et edd. vett. Postea Ascens. *hæc decrevisse:* sed Frobenius, auctore Gelenio 1535. pronomen *hæc* expunxit: *decresse* tandem Gronovius contextui restituit. Vide ad II. 27. § 8.

Nihil referre, ipsi coram, an præsidio nunciaretur] Vetus lectio, *nihil referre, ipsi coram, an ad præsidium.* Gelenius. Vet. ed. *an præsidio.* Pall. *nihil interesse, ipsi coram, an ad præsidium.* Gebh. *Nihil interesse* Lov. 2. 4. Harleian. et Mead. uterque; quod iterum ex marginali interpretatione natum videtur. Deinde *ipsi coram præsidio* Lovel. 3. *ipsi coram, an præsidio* Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *ipsi coram, an præsidium* Voss. et Lov. 1. prioris tamen margini pro varia lectione adscribitur *præsidio.* Sed *ipsi coram, an ad præsidium, nunciaretur,* ut Gelenius emendat, Mogunt. in cod. suo invenerunt; quod sine dubio verum est. Ex vestigiis codicum adparet, primo *ad* propter similitudinem præcedentis *an* intercidisse: hinc mox, ne oratio foret solœca, *præsidium* in *præsidio* mutatum esse. Paullo ante hoc cap. 'An ad præsidium nunciaretur.' XXXVIII. 46. 'An satis esset, ad præsidium aliquod nunciari.' Eadem constructio apud Plautum obcurrit in Bacchid. I. 2. 49. in Mostel. I. 3. 76. et in Menæchm. V. 9. 68. Huc refer *eo nunciari,* non *ei,* apud Nostrum XXXI. 8. Pari modo 'restitui ad Romanos,' de quo vide ad XXIV. 47. § 10. 'dedere ad consulem,' vide Gronov. ad XXIX. 38. § 1. Diversa autem constructio 'nunciare ipsi' et 'ad præsidium' Livio est familiarissima; quam ubique eum captasse, videbimus ad XXXVIII. 39. § 10.

§ 11 *Ætolos ultro sibi bellum indixisse*] *Intulisse* perperam Gaertn. Mox *perinde occupassent* Lov. 5. et edd. antiqq. pro quo recte Ascens. a. 1513. et ante eum Mediol. a. 1505. *per vim*

substituerunt. Scriptum forte fuerat per compendium *per uĩ*, ex quo, commutatis literis *ui* et *in*, factum est *periñ*. Vide ad v. 20. § 2.

§ 13 *Uti omnes Brundusium Idibus Maiis convenirent*] *Ut omnes* Lov. 2. et Harl. Gronov. ad XXVIII. 9. § 10. et in pr. ed. nott. ad hujus lib. c. 1. § 7. inter plura alia etiam duo Livii loca ex XXII. 11. et XXXVII. 4. huc facientia laudavit, ubi post *ut* in priori *ut hi*, in posteriore *ut hi omnes* subjungitur: quæ lectio posterior, iisdem locis observatis, etiam Crevierio hic placuit. *Uti homines* legunt Voss. et Lov. 1. Propius igitur fore videtur, ut legamus *uti hi omnes*. Post *ut* autem Livium, si id geminandum duceret, interdum subjunxisse *uti*, vidimus ad VIII. 6. § 14. Deinde *Brundisium* Lov. 4. Vide ad cap. præc. § 7. Tum *convenisset* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. Paullo ante voces *jam satis* desunt in Voss. et Lov. 1. Etiam vocula *et* post *oporteret* deest in Lov. 5. et edd. primis, quam præcedentis ultimæ literæ eliserunt. Vide ad XXXV. 41. § 7. Eam Froben. a. 1535. restituit.

§ 14 *Ipse ante diem quintum Nonas Maias*] *Ipse ad quinque Nonas* Voss. et Lov. 1. *ipse ad V. Nonas* Harl. Mead. uterque, et Gaertn. *ipse ad quinĩ Nonas* Lov. 6. *ipse ad VI^to Nonas* Hearnii L. 1. *ipse ad quinto Nonas* Lov. 3. 5. et edd. Camp. Rom. an. 1472. ac Parm. *ipse ad quintum Nonas* Lov. 2. 4. et edd. reliquæ. Per compendium scriptum fuerat *ipse a. d. quintum*, pro quo *ad* factum est ab indectis scribis. Vide ad XXVII. 23. § 7. Veram scripturam Sigon. in contextum recepit, sed neminem invenit, qui audire dignaretur ante Gronov. Mox *ab urbe egressus* Lov. 3. *ex urbe egressus* Lov. 5. *urbem egressus* Lov. 1.

CAP. IV. § 1 *Sub idem tempus legati ab duobus regibus*] Ms. *Sub idem tempus et legati ab d. r.* de quo sæpius jam monui, et moniturus videor. *Modius. Sub idem tempus et legati* etiam Lov. 3. et Hearnii L. 1. Tum *a duobus regibus* Voss. Lovel. 1. 3. 6. et Gaertn.

Ab duobus regibus, Philippo et Ptolemæo Ægypti rege] Quis non videt illa *Ægypti rege* adsuta esse? Purga igitur, *Sub id. t. leg. ab duobus regibus Phil. et Ptol. Romam venerunt*. J. F. Gronov. Voces, quas Gronovius delendas judicat, non tantum Doujat. in tribus suis, duobus Regiis et uno Colbert. invenit, sed mihi etiam obviæ fuerunt in omnibus, quibus utor. Crevier. ex Msto Victor. probavit, et edidit *ab duobus regibus Philippo Macedoniæ, et Ptolemæo Ægypti Romam venerunt*. Neque dubitat, quin et alii Mss. idem tenerent, si editores observare non neglexissent. Testor tamen, undecim codd. meos vulgatum servare. Quum tamen ea lectio aperte falsa videatur, scripturam in cod. ejus inventam secutus sum.

Pollicentes ad bellum auxilia, et pecuniam, et frumentum: ab Ptolemæo etiam mille pondo auri, viginti millia pondo argenti adlata. Nihil est acceptum] Ms. *Philippo pollicente ad bellum auxilia, et pec., et frum., ab Ptol. mille pondo auri, ducenta quinquaginta duo pondo argenti allata. Nihil ejus acceptum.* Ex qua scriptura illud solum pro recto et probo ego accipiendum censeo, quod est extremo loco, *Nihil ejus acceptum*. Modius. Pall. *Nihil ejus acceptum*. Gebh. *Philippo pollicente* recte Modio displicuit. Natum existimo ex scribæ interpolatione, qui, mox Ptolemæum memorari videns, etiam Philippi mentionem necessariam putabat. Verum, non solum Philippum auxilia promisisse, sequentia probant. Voces *ad bellum* desunt in Lovel. 1. Tum *auxilium et pecuniam* Harl. Sed *auxilia* sunt milites auxiliares. Vide ad v. 5. § 8. Deinde *ab Ptolemæo et mille* Lov. 5. et edd. antiqq. Hinc Moguntini ex cod. suo τὸ *et* omiserunt, cujus loco *etiam* adscivit Aldus,

ut præferunt reliqui mei. Deinde *Nihil est acceptum* Lov. 5. *Nihil ei acceptum* Lov. 1. *Nihil ejus acceptum*, quod recte Modius ex Mog. cod. probavit, et ultima Gruteri ed. recepit, superest in reliquis meis. *Ejus* autem, scilicet auri et argenti adlati. Vide ad c. 7. § 6.

§ 2 *M. XX. pondo argenti*] Vetus lectio *XX. M. pondo argenti*. Gelen. *Mille et viginti pondo* Lov. 5. *ingenti pondo* Harl. *viginti pondo* Voss. Lov. 2. 3. Mead. 1. Gaertn. et Hearnii L. 1. Ex reliquis Lov. 1. 4. et Mead. 2. nihil notari video, quos propterea Geleuio favere verisimile est.

§ 3 *Uterque se cum omnibus copiis in Ætoliam venturum, &c. polliceretur*] *Uterque socium omnibus copiis in Ætoliam eventurum* Voss. *eventurum* etiam Lov. 1. Hinc *pollicetur* Harl. Sed scriptum fuisse videtur *pollic'etur ;* unde, omissa compendiariæ scripturæ nota, librarius perperam formavit *pollicetur*. Vide ad XL. 14. § 2. *Pollicerētur* sive *pollicerentur* Lov. 6. Vide ad XXIII. 46. § 5. Reliquis tamen dissentientibus id probare non audeo.

§ 4 *Gratum eum senatui populoque Romano facturum*] *Senatu* Mead. 1. more antiquo. Vide ad XXIV. 19. § 6. Verum neque illud unius cod. fide recipiendum.

§ 5 *Karthaginienses tritici modium mille, hordei quingenta millia*] Hoc *mille* altero caret numero, ut videtur ; neque enim unum duntaxat mille modium tritici misisse credo, ut collatio hic aliarum summarum satis indicat, sed aliquot millia modium. Quare diligentius antiqua videnda sunt exemplaria. *Glar.* Summa tritici mendose videtur esse. Nam XLIII. 6. iidem Carthaginienses ' tritici decies centum millia, hordei quingenta ' pollicentur. Idem ex summa etiam oblata a Masinissa et hoc tempore et illo potest intelligi. *Sigon.* Ms. *tritici modia mille*. Sed ut jam ad scriptam lectionem revertamur ; quam esse diximus *tritici modia mille*, videmur eam tueri posse Plinii auctoritate, qui similiter ea voce uti non refugit : et tueremur fortasse, nisi collatio summarum tritici alias ab iisdem Carthaginiensibus oblati nulla hic satis excusabilis reperiri posset : quod cum ita sit, de hujus loci vera lectione cum Glareano et Sigonio ampliandum censeo. *Modius.* In Pal. altero restat *tritic imodium M^c^*. Statim Pall. *dimidium ejus Romam apportaturos polliciti : id ut, &c.* Gebh. In numero modium tritici et hordei nihil mutant nostri, nisi quod *hordei quinquaginta millia* legat Lov. 3. *hordei quingenta mille* Voss. *tritici modium, hordei quingenta ad exercitum*, vocibus *mille* et *millia* omissis, Hearnii N. Mendum, quod in notis numeralibus parum a librariis intellectis inhæret, non nisi integriorum codd. ope tolli potest. Id unum ex Livii XXII. 37. XXVI. 47. XLIII. 6. et ex mensura a legatis Masinissæ hoc loco oblata, effici posse videtur, majorem tritici, quam hordei, copiam fuisse. Si igitur Pal. 2. apud Gebh. lectio *tritici modium M^c^*. sive *millia centum*, aut *centena millia* vera est, cum Lov. 3. legendum foret *hordei quinquaginta millia*. At si vulgatum *quingenta millia* servandum sit, forte ex XLIII. 6. emendandum *tritici decies centena millia*, quod per notas *X. C. M.* scriptum librarii adsequi non potuere. Deinde vocem *sunt* non agnoscunt etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 6 *Id ut ab se munus Romani acciperent, petere se : et classem*] *Addunt ab se munus* Lov. 1. *id vero ab se munus* Voss. in contextu, vocula *ut* post verbum *petere* omissa, de quo vide ad XXXII. 35. § 5. Verum nullus ei lectioni consentit. Præterea *petere se et classem*, mutata distinctione, Lov. 3. *petere sese : et classem* cod. Mog.

Et classem suorum suo sumtu compa-

raturos] *Suorum* aliquantum suspectum est, tamquam ex sequenti *suo* et prima syllaba vocis *sumtu* ortum. Nec vel sententiæ, vel elegantiæ sermonis quidquam decedet, si tollatur. *Duk.* Prima vocula deest in Lov. 1. et 6. *omnem classem suorum* legit Voss. Mox *præsens ee daturos* Lov. 6. Sed solent sæpe *oe*, id est *omne*, et *ee*, id est *esse*, ob ductuum similitudinem commutari. Vide ad v. 50. § 6. XXI. 14. § 1. c. 43. § 6. et alibi.

§ 7 *Quingenta millia modium tritici, trecenta hordei*] Rursus constanter Ms. Moguntinus *quingenta modia tritici*, ac statim *trecenta modia tritici*, pro *trecenta millia modium tritici*. Modius. *Quingenta modia tritici* etiam Gaertn. *quinquaginta millia modium tritici* Lov. 6. *quingenta modium tritici* Harl. et Mead. 1. Deinde *hordei trecentos* Lov. 6. Præterea § seq. *elephantes XXX.* idem Lov. 6. *elephantes* etiam Voss. cum edd. Rom. a. 1472. ac Parm. Sed vide ad XXXI. 36. § 4. *Elephantos decem* Lov. 2. et Harl. Tum voces *M'. Acilium* desunt in Lov. 3. et Hearnii L. 1. sola prior in Gaertn.

§ 9 *De frumento utrisque responsum*] *De frumento utriusque* Lov. 2. et 3. *utrisque* deest in Mead. 2. ut et mox *Romanum* in Harl. Sed *usurum populum Romanum eo* Lov. 5. et edd. antiqq. Aldus in eum ordinem vocabula digessit, quem nunc obtinent, concinentibus reliquis scriptis. Præterea *pretium ejus acciperent* Lov. 3.

§ 10 *De pecunia item responsum, nullam ante diem accepturos*] Pall. et vet. ed. *de pecunia ita responsum.* Gebh. Similiter Lov. 3. et Gaertn. Vide ad XXXIX. 19. § 5. *De pecunia ita responsum* Lov. 1. 6. et Voss. Vide ad Epit. Liv. l. LXIX. Paullo ante *præter sic quid navium* Voss. at voluisse videri possit *præter si quid.* Sed unius testis fides non satis gravis est, ut adsensum exprimat.

CAP. V. § 1 *Quum hæc Romæ agebantur*] Non dubito, quin ex iis quæ ad I. 40. adnotata sunt, legendum sit *Quum, &c. agerentur.* Et eodem modo infra c. 15. ubi etiam editur *Quum hæc agebantur.* Duk.

Ne cessaret per hibernorum tempus] Barberinæ membranæ abjudicant Livio τὸ *per.* Et pœne subscribo. Utrovis modo intelligas licet, *ne cessaret hibernorum tempus*, ne otiosum transmitteretur, aut cessatum duceretur: (Lib. XXXVII. c. 5. 'Ne tamen segnia æstiva essent:') et intellecto τῷ *per*, ne ipse Antiochus hiemem cessaret. Nam, non insolens esse sic loqui Nostro, monitum ad XXVIII. 39. *J. F. Gron.* Alibi quoque *per* contra libros scriptos inculcatum esse, certum est. Ipsum etiam 'tempus' recte dicitur 'cessare,' sed fere addito nomine rei, quæ per id tempus cessat et intermittitur. v. 42. 'Nec ullum erat tempus, quod a novæ semper alicujus cladis spectaculo cessaret.' Sueton. Tib. c. 61. 'Nullus a pœna hominum cessavit dies.' Lucan. IV. 24. 'Prima dies belli cessavit Marte cruento.' *Duk.* Illud *per* in omnibus nostris constanter hæret. Mox *civitatium* ed. Mediol. a. 1480. Vide ad XXXIII. 20. § 11.

§ 2 *Pelæi et Peloponenses venerunt*] Ego *Pelenei Peloponenses* legerim potius ad differentiam eorum, qui sunt in Macedonia: nam utrobique Pelene est, quanquam Plinius utramque *Palenem*, et non *Pelenem*, vocet. Sed videndum ne *Elei* Livius scripserit. Nam Elei et Messenii extra concilium fuerunt. *Pelæi* nullo modo legerim. *Sabell.* Tolle *venerunt:* non est enim Livii. *J. F. Gron.* *Pelei et Peloponnenses*, et mox *Pelei auxilium* omnes scripti et typis antiquitus impressi. Postea Sabellici emendationem *Elei* edd. receperunt, donec Frob. a. 1531. insuper emendaret *Elei e Peloponneso.* Eleorum nomen hic revocandum esse, sagaciter Sabellicus odoratus est, quemadmodum postea

in lucem protractum Polybii fragmentum in Exc. Legat. num. XII. quod Livius hic sequitur, probat. Paullo ante *sicut Epirotæ* omnes codd. et edd. pro quo demum Dan. Heinsius apud Elzevir. *sicuti* substituit. Quod, a reliquis servatum, pristina lectione revocata, mutavi. Vide ad V. 45. § 2. Mox *non sua sententia* Harl. Deinde *credebant* deest in Voss. Lov. sex, Mead. utroque, Gaertn. et edd. Camp. ac Rom. a. 1472.

§ 3 *Mille iis pedites cum duce Cretensi Euphane sunt missi*] *Eufanie* Voss. *Eupene* cod. Mog. Male. Polyb. Exc. Legat. num. XII. Τοῖς δ' Ἠλείοις ἐξαπέστειλε χιλίους πεζοὺς, ἡγεμόνα συστήσας Εὐφανῆ τὸν Κρῆτα.

§ 5 *Eam omnes Epirotas et urbibus*] Lege ex scriptis *omnibus*. J. F. Gron. *Cum omnibus Epirotis* Voss. et Lov. 6. *cum omnibus Epirotas* Lov. 1. Mead. ambo, et Gaertn. *eum omnibus Epirotas* Lov. 2. 3. 4. Harl. Hearnii L. 1. et Victor. Crevierii, qui, utrum malis, parum interesse judicat. Polyb. ibid. Εἰ μὲν αὐτὸς δύναται, προκαθίσας τῆς Ἠπείρου, παρασκευάζειν σφίσι τὴν ἀσφάλειαν, ἔφασαν αὐτὸν δέξεσθαι καὶ ταῖς πόλεσι καὶ τοῖς λιμέσι.

§ 6 *Hac legatione id agi adparebat, ut, sive (quod magis credebant) abstinuisset*] Edd. principes præferunt, *Hac legatione apparebat, ut sicut si quod*, vel *si qaid magis credebant, abstinuisset*. Nec aliter est in Lov. 5. Voces *id agi* desunt etiam in reliquis Mss. quas ex cod. suo primi interposuerunt Mog. Postea Aldus ex eodem cod. emendavit *ut sive, quod magis:* cui lectioni adsentiuntur reliqui codd.

Integra sibi omnia apud exercitus Romanos essent] Istos *exercitus* ego exauctoratos esse jubeo: neque enim Livius hic illis usus est, qui per *Romanos* intelligit *S. P. Q. R.* J. F. Gronovius. *Apud Romanos exercitus* Gaertn.

§ 7 *Sive venisset*] Et hoc Aldus recte ex Mog. cod. admisit. Priores typis descripti exhibebant *si venisset*, consentientibus scriptis nostris, præter Lov. 2. et 6. a lectione Mog. stantes. Ultima syllaba *τοῦ sive* a prima vocis seq. absorpta erat. Mox *longinquo ab se auxilio* omnes scripti, et edd. ante Froben. a. 1535.

§ 8 *Huic tam perplexæ legationi*] Ms. *Et huic tam perplexæ legationi.* Modius. Illud *et* codicis Mog. natum videtur ex ultimis literis vocis *subcubuissĕt*. Aliud exemplum habuimus II. 30. § 13.

CAP. VI. § 1 *Bracilli necem et bellum a Quinctio Coroneæ, &c. inlatum*] At non *Bracilli*, sed *ob Rhacilli necem* legendum est. Haud enim multo diverso loco XXXV. 47. 'ab Rhacilli morte' dixerat. *Sabell. Brachillæ*, ut ante dixi. *Sigon.* Pal. 1. *Brachili.* Alter et vet. ed. *Brachilli.* Gebhard. *Brachili* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. *Bracchili* Lov. 4. *Brachilli* Lov. 5. et Harl. Sed vide ad XXXIII. 27. § 8. Deinde *Coronea* Voss. *Coneam* Lov. 1. 4. et Mead. ambo. *Coneæ* Hearnii L. 1. *Coroneam* Lovel. 2. 3. 6. et Gaertn. *Choroneæ* Harl. Paullo ante *τὸ est* non adparet in Voss. Hinc *in spem*, pro *in speciem*, familiari errore Harl. et Mead. 1. Vide ad III. 9. § 13. Ceterum hæc reddidit Livius ex Polyb. XX. p. 1433.

§ 2 *Per multa jam secula*] *Sæcula* cum diphthongo. In Capitolinis lapidibus LVDI SAECVLARES. *Sigonius.* Vide Dausq. Orthogr. part. sec. voce 'Seculum.'

Labente egregia quondam disciplina gentis, et multorum eo statu, qui diuturnus esse sine mutatione rerum non posset] Illud *multorum eo statu* obscure est dictum, nec satis explicatur, si dixerimus *labente disciplina multorum:* quid enim sibi vult *eo statu?* Ego locum corruptum suspicor: sed judicet lector. *Glar.* Ex hoc loco, quem depravatum esse censet Glareanus,

hunc ipse elicio sensum. Bœotiam causas in speciem iræ adversus Romanos habuisse, Brachillæ necem, et illatum Coroneæ a Quinctio bellum: revera autem, quod per multa jam sæcula publice privatimque egregia quondam disciplina gentis laberetur, atque is reipublicæ status, qui in multorum potestate est, qui diu conservari non potest, nisi novarum sæpe rerum mutationes existant. *Sigonius.* Libri omnes *labante.* Gebhard. Glareanus, 'Illud *multorum statu* obscure,' &c. At Sigonius hunc elicit sensum: Bœotiam causas in speciem iræ, &c. Accepit ergo *multorum statum* pro libertate seu democratia; quod an Latinum sit, ipse viderit. Ego autem eo stabiliorem confirmatioremque statum civitatis putem, quo minus mutationibus et rebus novis est obnoxia. Quid clarius potuit dixisse Livius? *multorum eo statu* præsente hominum, atque in primis domi nobilium, *qui diuturnus esse sine mutatione rerum non posset:* hoc est, multis ita ævum agentibus, eumque privatarum rerum statum obtinentibus, ut, quod ait Sallustius, perdita republica illis opus esset; ut, nisi rempublicam turbarent et moverent, et sic judicia et legum minas effugerent, suum statum propediem motum et eversum viderent. Quales describit in primis idem auctor Catilinæ socios, urbis Romanæ sentinam, quales eosdem Cicero in secunda Catilinaria: quales pingunt instigatores facesque civilis inter Cæsarem et Pompeium belli ipse Cæsar, Sallustius, Lucanus, Petronius. Noster XXXV. 34. 'Inter omnes constabat, in civitatibus principes, optimum quemque, Romanæ societatis esse, et præsenti statu gaudere; multitudinem et quorum res non ex sententia ipsorum essent, omnia novari velle.' XLII. 30. 'Pars altera regiæ adulationis, ii quos æs alienum et desperatio rerum suarum eodem manente statu præcipites ad novanda omnia agebat.' Suetonius in Cæsare c. 27. 'Tum reorum aut obæratorum aut prodigæ juventutis subsidium unicum ac promtissimum erat, nisi quos gravior criminum, vel inopiæ, luxuriæve vis urgeret, quam ut subveniri posset a se: his plane palam bello civili opus esse dicebat.' Lucanus I. 182. 'et multis utile bellum.' Sed maxime illustrat hunc locum egregius Polybii, in excerptis lib. XX. qui quia longior est, quam hic apponi ut possit, ad ipsum auctorem nobis lector remittendus. Si malis perpetua ἐπεξηγήσει· *labantem egregiam quondam disciplinam gentis et multorum eum statum:* has, inquam, habentem causas belli: non intercedam. *J. F. Gron.* Prima vox deest in Harl. *labente* præferunt Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. *labante* reliqui cum edd. principibus. Cujus loco quum *labente* receperunt Tarvis. utraque, et inde recentiores; Gronovius demum 1665. *labante* revocavit; de quo vide ad Præfat. § 9. Verba *multorum eo statu* intelligenda sunt per ellipsin participii verbi substantivi, pro eo multorum statu existente, qui, &c. quæ ejus omissio non animadversa magnas sæpe tenebras obfudit, sæpe etiam locis scriptorum corrumpendis caussa exstitit. Vide ad XXII. 31. § 5. Deinde, *qui diuturnus esse, qui sine mutatione* Voss. et Lov. 1.

§ 3 *Ibi in concilio gentis, quamquam et ad Delium*] *Ubi in concilio* Voss. Vide ad XXVII. 5. § 2. *Ibi concilio* Harl. Fontem hujus erroris vide ad XXXV. 8. § 9. Deinde *quamquam ad Delum* Harl. *quamquam ad Elum* Lov. 3. *quamquam et ad Elum* Lov. 1. *quamquam et ad Ellum* Lov. 6. *quamquam et ad bellum* Lov. 4. et Mead. 1. *quamquam et ad Elium* Lov. 2. 5. Voss. et edd. princ. in quibus ultima vox litera initiali multatur ob ultimam præcedentis. Vide ad II. 44. § 6.

Mox *præsidium Romanorum* Lov. 2. Gaertn. et Hearnii L. 1. Denique *nec a parvis nec a dubiis principiis* Lov. 6. et Gaertn. Vide ad VI. 28. § 6. Sed reliqui, posteriori loco præpositionem omittentes, vulgatam lectionem veriorem docent. Vide ad XXIII. 34. § 8.

§ 4 *Tamen eadem oratione exorsus*] Vetus lectio *eamdem orationem exorsus*, non *eadem oratione*. Gelen. Mihi hæc periodus aliquid scabri habere videtur. Melius, mea sententia, fluceret oratio, si legeretur *exorsus est, qua, &c. postularet. Neminem quidem, quid ageretur, fallebat.* 'Fallebat' est latebat, non apertum erat: nec id refero ad 'exorsus.' *Duk. Eadem oratione*, a Gelenio damnatum, servant Lov. 2. 4. 5. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. *ea oratione* Harl. *eadem ratione* Lov. 1. 3. 6. Voss. et Gaertn. Vide ad XXXV. 25. § 9. Hinc *orsus* Gaertn. Mox *quam conloquio* Mead. 2. errore librarii, τὰ *in* et *m* ob ductuum adfinitatem confundentis. Vide ad IV. 21. § 5. VI. 4. § 10. IX. 9. § 13. X. 43. § 6. XXI. 11. § 9. XXXVI. 7. § 10. Adde Gebhard. ad I. 5. § 6. et Burm. ad Seren. Samon. vs. 168.

Quaque per legatos in concilio] Pall. et vet. ed. *ad legatos*. Gebh. Similiter Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harleian. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et editi ante Aldum, qui recte ex Mog. cod. *per legatos* recepit. Antiochum enim per legatos cum concilio Achaico egisse, constat ex XXXV. 48. Mox § seq. voces *pro rege* desunt in Gaertn. *factum est* in Lov. 2.

§ 6 *Eo ad diem indictam concilio venit*] Pall. *ad diem indictum*. Gebh. Nec aliter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Vide tamen ad XXVII. 16. § 16. Vox *concilio* exsulat ab Harl. Paullo ante *præmissis in literis* Voss. et Lov. 1. Sed vide ad X. 20. § 6. Præterea vocula *ut* neglegitur in Harl. Mead. 1. et Gaertn.

§ 7 *Et Hannibal jam diu non adhibitus*] *Hannibal Pœnus*, una voce auctiores Mss. et edd. omnes usque ad Elzev. Heinsii, vocem *Pœnus* omittentem, cujus lectionem recentiores taciti probarunt. Contra tamen vocem omissam iterum addidi.

§ 9 *Quæ tunc ferme media erat*] *Tum ferme* non tantum cod. Mog. sed etiam Lov. 1. 2. 4. 6. et Mead. 2. Vide ad II. 12. § 15. Eodem ducunt Voss. Harl. et Mead. 1. qui facili lapsu *cum ferme* præferunt. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. Deinde *principium veris* Lov. 6. Vox *verbis* non adparet in Lov. 1.

§ 10 *Et alii legatos tantummodo*] Videndum arbitror, an retineri possit *et*. Supra XXXI. 39. quidem quater est *alia*, sed sine copula. Nec habeo auctoritatem ullius probati scriptoris, qua eam hic tueri possim. *Duk.* Copula *et* in solo deest Lov. 2. Contra mox *et alii cum omnibus* solus legit Lov. 1.

Terrendosque metu, si cunctarentur] Pall. uterque *sicut cunctarentur*. Gebh. Similiter Lov. 4. et Mead. 2. *si cunctaretur* Mead. 1. *terrendisque metu cunctarentur* Harl. *terrendoque metu si ñ cunctarentur* Lov. 3.

CAP. VII. § 1 *Regem atque eos, qui aderant, tali oratione avertit*] Prima vox deest in Voss. *regem atque ad eos* legit Mead. 1. *regem atque omnes eos* Lov. 5. et edd. vetustæ. Frobenius postea a. 1535. τὸ *omnes* expunxit, quod in nullo etiam reliquorum codd. superest. Deinde *advertit* Lov. 2. 6. et Harl. Sed præstat vulgatum. *Avertit*, nempe a Thessalorum gente. Vide ad I. 40. § 7. et VI. 23. § 8. etiam mox h. cap. § 5. Paullo ante *Quum circa hanc ferme consultationem* Voss. Vide ad l. XXXVII. c. 38. § 5. *Quum circa hanc vero consultationem* Gaertn. Erroris hujus exemplis, ad X. 18. § 8. notatis, adde XXXV. 41. § 1. *Quum circa forte hanc consultationem* Lov. 6. Vide ad XXXIV. 47. § 4.

§ 2 *Quum de Eubœa, de Achæis, de Bœotia agebatur, eam sententiam*] Ms. *de Achæis, deque Bœotia agebatur.* Modius. Pall. *deque Achæis, et de Bœotia agebatur.* Vet. ed. *deque Achæis, de Bœotia agebatur.* Gebh. Ita Frob. 1535. ἀσυνδέτως repetitis præpositionibus: quam locutionem Livio familiarem esse, videbimus ad XXXVIII. 18. § 12. Verum in nullo scripto, vel antiquiore ed. lectio hæc obvia fuit. *De quibus Achæis, de Bœotia* legit Voss. *deque Achæis, de Bœotia* Lov. 1. 3. 5. 6. Mead. 2. et edd. principes: *deque Achæis, et de Bœotia* Lovel. 2. 4. Harl. et Mead. 1. *deque Achæis, et Bœotia* Gaertn. *de Achæis, deque Bœotia* cod. Mog. quod editores Moguntini receperunt: *quum de Eubœa, cumque de Achæis, de Bœotia* Hearnii L. 1. Insignis hæc codd. varietas ferme persuadet, Frob. recte copulas omnes rejecisse; librarios vero, eas deesse ægre ferentes, varie hunc defectum supplere conatos esse. Tum *eamdem sententiam dixissem* Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn Hearnii L. 1. et edd. usque ad Gruter. cujus postrema demum *eam sententiam* præfert. Priorem igitur lectionem revocavi. Paullo ante *adhibitus omne in consilium fuissem* Lov. 1.

§ 3 *In societatem belli quacumque ratione censeo deducendos esse*] *Belli in societatem* Pall. et vet. ed. *Gebh.* Non aliter Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Frobeniana 1535. vetustiores. Insuper τὸ *esse* recidunt Lov. 2. et Harl. Præterea Crevier. ex Liviana phrasi judicat verbum *censeo* delendum esse hoc modo: *quam hodie, &c. dicam; ante omnia Philippum et Macedonas in soc. belli quacumque ratione ded. esse.* Verum omnes codd. constanter id servant: quibus invitis expungi nolim; præsertim quum admodum proprie usurpetur de senatore sententiam in senatu dicente. Utitur et mox § 17. Illis quæ notavi ad Silii XVII. 9. adde Brisson. de Form. II. 169.

§ 4 *Quod ad Eubœam Bœotosque et Thessalos attinet, cui dubium est, quin, ut quibus nullæ, &c.*] Ms. *quod Eubœam, Bœotiosque, et Th. attinet, quid dub. esse, quin, &c.* Nimirum scribendum *cui*, seu potius antique *quoi*, (inde enim nobis natum illud *quid*,) *dubium esse, quin.* Vide ipsum Livium, mecum, quisquis es, facies. *Modius.* Priscæ edd. cum Lovel. 5. *quod ad Eubœam, Bœotios Thessalosque attinet.* Sed *Bœotios et Thessalos* Harl. Aldus deinde ex cod. Mog. *Bœotiosque et Thessalos,* consentientibus reliquis nostris Mss. pro quo recte *Bœotosque* posteriores substituerunt. De compositione hac orationis Livio familiari vide ad II. 31. § 1. Quod autem Modius lectori persuadere conatur, etiam præpositionem *ad* in cod. Mog. defuisse, vereor ne in eo erraverit. Certe Moguntini in excerptis ejus id non monuerunt. Licet deinde codicis Mog. lectioni in primis faveo, *esse* tamen, quod præ *est* admodum laudabat Modius, orationi Livii directæ minus convenire videtur.

Quin, ut quibus nullæ suæ vires sint] Pall. uterque, et vet. ed. *quin, cum utrisque nullæ suæ vires sint.* Gebh. *Quin utrisque nullæ* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. et Harleian. *cum utrisque nullæ* Mead. 1. *quin, cum utrisque nullæ* Lov. 4. 5. Mead. 1. in margine, Mead. 2. Gaertn. et edd. antiqq. Verum quum de tribus, Eubœa, Bœotis, et Thessalis, Hannibal loquatur, *utrisque* ferri non posse satis constat. Recte igitur Aldus ex cod. Mog. *quin, ut quibus nullæ* recepit. Recte etiam mox ex eodem cod. *ad impetrandam veniam* vulgavit, adsentientibus Lov. 2. 4. et Mead. utroque: *in impetrandam* legunt Voss. et Lovel. 6. Præpositionem omittunt Lovel. 1. et 3. Antea edebatur *ad impetrandum veniam,* quod superest in Lov. 5. Harl. et Gaertn.

§ 5 *Simul ac Romanum exercitum in Græcia viderint*] Sic omnes, nisi

quod Romæ datum est invito, credo, Andrea, *simile ac*. Suspicor transpositas particulas, dum alterius vis (sola enim facit tantum, quantum *simul ac*, vel *simul atque*) ignoratur, et scripsisse Nostrum, *eodem ad imp. veniam utantur, ac, simul Rom. exercitum in Græcia viderint, ad consuetum imperium se avertant?* J. F. Gronov. Gronovii conjecturam veram puto. Vis *τοῦ simul* inlustratur ad VI. 1. § 6. Quemadmodum hic *simul ac*, pro *ac simul*, inversis particulis, quasi perinde foret, datum est, ita *ut et* pro *et ut* eamdem ob caussam I. 25. § 14. Hinc *in Græciam viderint* Lov. 6. et Harleian. Mox *advertant* Lov. 2. 3. 6. et Gaertn. Sed *avertant*, nempe ab Antiochi obsequio. Vide ad hujus cap. § 1.

Nec iis noxæ futurum sit] *Noxiæ* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. a m. pr. Harl. Mead. ambo, et edd. principes. Moguntini demum *noxæ* dederunt, sed in excerptis de cod. sui lectione silent; unde et ipsos *noxiæ* in eo invenisse, verisimile fit. Certe, ita in omnibus suis quoque exstitisse, testatur Gebh. ad X. 19. § 2. Vide ad II. 54. § 10. Mox *experiri noluerunt* Voss. Lov. 1. 4. 6. Harl. et ambo Mead. *voluerunt* Gaertn.

§ 6 *Cui, si semel in caussam descenderit, nihil integri futurum sit*] *Qui*, pro *cui*, Vossian. Lov. 1. 2. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Lov. 3. a m. pr. quod errantibus librariis adscribendum est. Eos autem ita sæpe obfendisse, vidimus ad IX. 34. § 14. Tum *cum semel* Lov. 3. at vocula *si* deest in Lov. 1. 6. et Voss. An voluerunt scribæ? *cui simul in caussam descenderit*, pro 'simul ac.' Vide ad § præc. Solent autem 'simul' et 'semel' in Mss. confundi. Vide ad XXIV. 22. § 14. Ea conjectura si placet, censendum erit, reliquorum codd. librarios adscribendo *si* indicare voluisse, se duplicem in exemplaribus suis lectionem *cui simul* et *cui semel* invenisse, et utramque ita junxisse. Præterea *nihil integrum* Lov. 5. et edd. principes; pro quo recte Aldus ex cod. Mog. dedit *nihil integri*, et ita reliqui nostri, nisi quod *nihil integre* sit in Lov. 3. *nihil integri futuri sint* in Lov. 6. Ita 'nihil sinceri' III. 35. 'nihil reliqui' VII. 35. XXVI. 35. lib. XXVIII. capp. 25. et 41. 'nihil præparati' IX. 16. 'nihil pacati' XXXI. 7. et XLIII. 18. 'nihil ejus' XXXVI. 4. 'nihil comperti' XXXVIII. 28. 'nihil occulti' XL. 7. 'nihil nostri' XLIV. 39. Vide Nic. Heins. ad Ovid. Her. XIV. 82. Met. XIV. 396. et Corte ad Sallust. Catil. c. 11. § 7. et Plinii Ep. II. 11. Mox *adferet*, et *ad Romanum essent bellum* Lov. 3. Deinde *ipsæ* deest in Lov. 1. et Vossian. *nuper* in Harl. Tandem *potuerit* legunt Lov. 1. 3. et Harl.

§ 7 *Hoc ergo adjuncto (absit verbo invidia) quid dubitare*] In nostris archetypis legitur *ego*, et *qui*, non *quid*. Gelen. *Ergo* servant Lov. sex, Harl. Mead. uterque, Gaertn. et Hearnii L. 1. Solent autem hæ voces commutari a librariis. Vide ad XXXVII. 53. § 11. *Qui dubitare*, ut Gelenius emendat, Lovel. 2. cum edd. Tarvis. utraque, Venetis 1495. 1506. et Ascens. 1510. Vide ad XXV. 23. § 11. Tum *de adventu possim* Lovel. 6. et Gaertn. *de eventu possum* Voss. Mox *valuerunt* Lovel. 2. et 6. *aluerunt* Gaertn. *aluerint* Mead. 1. Deinde *cum his*, vel *iis, fore videam* Lovel. 2. et Harl. Hinc *oppugnantur* Lov. 3. *oppugnarentur* Voss.

§ 9 *Plurima fuit opera in eo bello*] *Plurima opera fuit* Gaertn. *plurima sint opera* Voss. *plurima fuerunt opera* Lov. 3. Vir doctus, licet vulgatum *plurima* non damnaret, si tamen Mss. faverent, præferendum putabat *plurimi*; quomodo Nepot. sæpius locutum esse, lexica observarunt.

§ 10 *Ut meam utramque fortunam taceam*] Non adsequor sententiam horum verborum: *suam utramque fortunam* dicit tam secundam, quam ad-

versam. Dum secundis rebus utebatur, populus Romanus ei impar erat; sed hoc dici non potest, postquam, conversa fortuna, cum adversis conflictari cœpit. In extrema oratione quidem dicit, se cum Romanis bellare ' bonis suis malisque ' didicisse; sed ex eo non efficitur Romanos malis illius rebus bellum cum eo gerentes ei impares fuisse. *Duk.* *Ut eam utramque fortunam* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertn. *ut in eam utramque fortunam* Harl. contrario errore *quam colloquio*, pro *qua in colloquio*, datum erat cap. præc. § 4. *Ut jam utramque fortunam* Lov. 5. et edd. principes: *ut jam meam utramque fortunam* Ascens. 1513. Moguntini denique *τὸ jam* ex fide cod. sui exegerunt. Paullo ante *nunc maximi reges* Lov. 1.

Quidquid tandem erit vobiscum comparatus] Ms. *quid tandem erit v. c.* Modius. Conjeci, *patrum æt. ne uni quidem Ep. regi parem* (*quid tandem erit vob. comparatus?*) *geretis bellum.* Vidi deinde *quid*, non *quicquid*, etiam in Magont. fuisse et spretum, quia interpunctione id animandum non viderunt. *J. F. Gron.* *Quidquid tandem erit nobiscum comparatum* Lov. 1. et 3. *quidquid tandem erit vel vobiscum comparatum* Lov. 2. Gaertn. Harleian. et Mead. 1. *quid tandem erit nobiscum comparatum* Lov. 6. *quidquid tandem erit vobiscum comparatum* Voss. Lov. 4. 5. Mead. 2. et edd. principes. Moguntini deinde *comparatus* ex fide Msti sui dederunt. Doujatius legendum censet (*qui quid tandem erit vobiscum comparatus?*) et *qui* intelligit nempe rex Epirotarum: quum Gronov. parenthesim totam retulisset ad populum Romanum. Gronovii lectionem Clericus, Doujatii Crevierius receperunt. Sed cum priori cod. Moguntini lectionem, quam cum altero nullius Msti fide firmatam conjecturam probare malui. Mox *gentis bellum* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. *reicetis bellum* Vossian. *regetis bellum* Lovel. 1. 2. 4. Mead. uterque, et Gaertn. literis transpositis. Vide ad XXVII. 40. § 2. *Regente bellum* Lov. 3. Sed *duo maximi reges geretis*, ut *Achæi sustinebimus.* Vide ad XXXII. 21. § 16.

§ 11 *Quæ igitur res mihi fiduciam præbet*] Τὸ *res* male omittitur in Voss. Mox *vinculum* in Lov. 1. *maximum est vinculum*, et postea *vos auctores Ætoli* legit Lov. 6. Locum hunc Livii cum quodam Demosthenis ex oratione pro Ctesiph. confert Victor. Var. Lect. XX. 1.

§ 12 *Vester enim legatus hic Thoas inter cetera*] Superiore libro, ut ibidem quoque c. 32. annotavimus, altero in loco Dicæarchus, altero Thoas ad Antiochum missus dicitur, hic Thoantis rursus mentio. Sed hoc leviculum. Id autem mirum, quod superiore libro c. 18. Alexandrum Acarnana de Philippo hanc comparationem apud Antiochum introduxisse scribat Livius, hic vero Thoanta. Nisi quis ab utroque et Alexandro et Thoante dicta esse Antiocho intelligat: quod fieri quidem potuit. *Glar.* Vide quædam ad l. XXXV. c. 32. § 2. Hunc locum Livii cum loco Demosthenis ex eadem orat. pro Ctesiph. comparat Victor. ibid. Ceterum mox *hæc semper adfirmavit* Lovel. 1. 4. 5. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui ex cod. Mog. *hoc semper* vulgari curavit. Tum τὸ *pacis* deest in Lov. 1.

§ 13 *Ille quidem ut feræ bestiæ*] *Ut* redundat. Nam mox in nostris archetypis legitur *cupienti*, non *cupientes.* Gelen. Illud *ut* apud me superest in Voss. Lov. sex, Mead. utroque, et Gaertn. *cupientes* in Voss. Lov. 5. 6. Mead. 1. et Gaertn. *cupientis* in Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. 2. Sed *cupienti* vidi in edd. Ven. 1495. 1506. et Ascens. 1510.

Ut erumpere diu coërcita ira in hostes communes posset] Scribe cum Barb.

Pet. Voss. Mss. *coërcitam iram.* Cicero ad Att. XIII. 3. 'Ne in me stomachum erumpant, quum sint tibi irati.' Cæsar de B. Civ. II. 14. 'Portis se foras erumpunt, secundo magnoque vento ignem operibus inferunt.' Lib. III. ejusdem operis c. 8. 'In eas indiligentiæ suæ ac doloris iracundiam erupit:' nam ita leg. docti jam viderunt. Varro Marcipore, 'ventique frigido se ab axe eruperant.' *J. F. Gron. Diu coërcitam iram* etiam Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. Hearnii codd. et Colbert. Doujatii. Ter. Eun. III. 5. 2. 'Jamne erumpere hoc licet mihi gaudium?' Vide N. Heins. ad Silii VII. 355. et XII. 438. ubi etiam quædam notavi. Paullo ante *solvamus nos vincula ejus* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn.

§ 14 *Legatio nostra moverit, at nos, quoniam nobis eum adjungere non possumus, ne hostibus nostris ille adjungi possit*] Totum hoc sic est in Ms. *Quod si nihil eum leg. nost. movebit, at nos, qu. nobis eum conjungere non poss., ne host. nostris ille conjungi possit, caveamus:* quæ lectio nescio quo pacto mihi non paullo vulgata concinnior videtur. *Modius.* Omnium nostrorum codd. nullus codici Mog. concinit: *moverit* perperam deerat in Harleian. Ceterum *ut hostibus nostris* operarum lapsu editio major Jac. Gronov. Id Clericus servavit. Sed Hearne priorem *ne hostibus* recepit. Et ita omnes nostri. Ipse etiam Jac. Gron. in minori ed. dedit *ne.*

§ 15 *Facile ab auxilio ferendo Romanis*] *Ab exilio* Gaertn. errore etiam alibi a librariis commisso. Vide ad II. 53. § 4. VI. 7. § 5. et alibi. Mox *Philippum* non adparet in Harl. quod quidem sine damno sensus abesse potest; ob aliorum tamen codd. auctoritatem servandum puto. Præterea *potissime* Lov. 6.

§ 16 *Chalcidem captam, et castellum Euripi expugnatum Romani, &c. audirent*] Ms. *et castellum Euripi expugnatum a Romanis.* Nihil audio: quo enim tum mihi illud *audirent,* quod statim sequitur? omnino vulgatam lectionem retinendam censeo. *Modius. Chalcidem exceptam* Harl. Tum *expugnatum a Romanis* etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Mirabar unde factum foret, ut error hic omnes codd. etiam optimum Mog. invaserit. Verum, quum in Gaertn. scriptum invenissem, *castella Euripi expugnatum a Romani,* suspicatus sum, forte ex duarum lectionum, 'castella expugnata' et 'castellum expugnatum,' conjunctione mendum inrepsisse. At, unum Euripi castellum, per excellentiam sic dictum, indicari, ex fine libri præc. patet. Mox *sed Etruriæ Ligurumque, &c. oram* Harl. Male. Vide ad III. 16. § 2. et VII. 26. § 9. *Omnia* sive *oia,* pro *oram,* non melius Lov. 6. Deinde *terrorem,* pro *terror est,* Voss. errore ex compendio *e,* quo τὸ *est* in Mss. scribi solet, orto. Vide ad X. 37. § 13.

Hannibalem in Italia esse audirent] Pal. 1. *in Italiam esse.* Gebh. Ita et Lov. 4.

§ 17 *Nunc quoque accersendas censeo*] Quis fuit ille audaculus, qui hanc labem Gruteri postremæ imposuit? nam ipsum sibi vix puto. Quid frequentius illis? Plaut. Stich. III. 2. 22. 'quid gravare? censeo eas.' Ciceronis Fam. VII. 13. 'Treviros vites, censeo.' Ad Att. l. II. c. 4. 'Censeo tamen, adhibeas Vettium.' Sallustii, 'miscreamini, censeo.' Ac sic fecisse Livium, testes scripti, et Andreæ Romana, ac Med. *arcessas censeo.* In aliis omnibus *accersas.* Semel dixerim, ubicumque id verbum occurrit, ibi scriptis in antiquioribus fere semper *arcessere,* non *accersere,* legi. Itaque facile accedo doctis viris, qui illo modo, non hoc, pronunciasse et scripsisse veteres censent, et me auctore faciet, qui cum apud Livium, tum apud alios bonos auctores ita refor-

mabit. *J. F. Gronov.* Omnes etiam nostri *arcessas*, vel *accersas*, *censeo*, aut transpositis vocibus *censeo arcessas*, vel *accersas*. De orthographia verbi 'arcessere' vide ad II. 19. § 10. Mox *sequanturque classem* Gaertn. Dein *propter inopiam commeatuum* Lovel. 6. Male. *Pro inopia* est habita ratione inopiæ, respectu inopiæ. Ita XXIX. 32. 'Copiis etiam, ut aliquanto majoribus, quam pro reliquiis belli, remissis.' XXXII. 16. 'Ornamentaque ejus generis plura, quam pro urbis magnitudine aut opibus ceteris, inventa.' Ita 'pro merito;' vide ad X. 43. § 3. 'pro numero;' vide ad XXI. 59. § 9.

§ 18 *Divisa classe partem Corcyræ in statione habebis*] Pall. *divisa partim classe partem Corcyræ in statione habebis.* Gebh. *Divisam classem partim Corc. &c. partim ad litus* edd. principes; quam lectionem, postea inmutatam, Gronov. revocavit, et recentiores servarunt. In nullo tamen eam cod. inveni, nisi in Lovel. 5. et forte ita fuit in Mog. quia Moguntini similiter edentes nihil de scriptura Msti sui monuerunt. Proximi etiam accedunt Lov. 6. et Harl. quorum ille *divisam partem classis Corc. &c. partem ad litus* præfert, hic *divisam partim classem Corc. &c. partim ad litus.* Froben. 1535. edidit *divisa classe partem Corc. &c. partem ad litus*, quod secuti editores ad Gronov. usque probarunt, et in uno exstat Voss. *divisa partim classe Corc. &c. partim ad litus* legunt Mead. ambo: *divisa partim classe partim Corc. &c. partim ad litus* Gaertn. *divisa partim classe partem Corc. &c. partem ad litus* Lov. 2. neque differt Lovel. 4. nisi quod *classem* legat: *divisa parte classem parte coram te*, (pro *Corcyræ*) *&c. parte ad litus* Lov. 1. *divisa parte in classe partem Corc. &c. partem ad litus* Lov. 3. Lectio, quam Gronov. revocavit, non displicet; in qua *partim* positum accipio pro *partem*. Vide ad XXIII. 11. § 11. *Divisam classem partim*, sive *partem*, accipio per epexegesin, ut 'Volsci, magna pars, cæsi,' de quo vide ad VI. 24. § 11. et 'quod senatus juratus, maxima pars, censeat,' de quo vide Gronov. ad XXVI. 33. § 14. Et ita XXIV. 7. 'Interfectores, pars in forum, pars Syracusas pergunt.' XXXVI. 24. 'Ætoli, pars sopiti ex somno corpora moliebantur, pars vigilantes adhuc, &c. currunt.' Ejusdem fere generis est illud XXXIX. 5. 'Arma, tela, cetera spolia hostium, magnus numerus,' scilicet lata sunt ante currum. Nec tamen illa lectio, quæ vulgo exstitit, a stilo Liviano abhorret. Lib. XXXI. c. 36. 'Copiis divisis, partem ad consectandos vagos frumentatores emisit, cum parte ipse substitit.' Præterea vox *Romanis* non adparet in Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harleian. Mead. utroque, et Gaertn.

§ 19 *Copiis in Billinum agrum procedes*] *Bellionum agrum* aut *Bellionium* legas, necesse est. Belliones, populi, qui inter Oricum et Apolloniam circa Nympheum habitavere, qua trajectus ex Macedonia in Italiam brevissimus. *Sabell.* Cum etiam Sabellicus hunc locum recte annotasset, quidam tamen mutarunt in *Byllinum*, quod *Byllionium* ex Strabone VII. p. 326. legendum est: ait enim, 'super Epidamnum ac Apolloniam sedes habent Byllionès ac Talantii.' Talantiorum meminit et Ptolemæus eodem in loco, quanquam nomina apud eum prope corrupta. *Glar.* Glareanus *Bullionium* legit. Puto tamen *Byllinum* ferri posse. *Byllidis* enim agrum intelligit, quæ urbs in Illyrio maritima est, auctore Stephano: Βύλλις πόλις Ἰλλυρίδος παραθαλασσία. Hæc autem verba Græca sic expressit Appianus in Syriaca p. 94. αὐτόν δέ σε τῷ πεζῷ παντὶ προκαθήμενον τῆς Ἑλλάδος, ἀγχοῦ τῆς Ἰταλίας, δόξαν ἐμποιεῖν ἐσβολῆς, καὶ εἰ δύναιό ποτε καὶ ἐσβαλεῖν. Et Plutarchus in Bruto p. 996. τοὺς περὶ τὴν

Βυλλίδα τόπους. Idem Stephanus *Bullinos* populos esse ad Illyricum ait. *Sigon. Byllionum* Sabellicus reposuit, et Glareanus legendum contendit. Sigonius *Byllinum* sive *Bullinum* defendit, et ferri posse, imo debere, ex Stephano, Appiano, et Plutarcho probat, secundum quem et nostræ membranæ dicunt. *Modius. Trajiciens, ipse cum omnibus terrestribus copiis* Lov. 4. et Mead. 2. Vox *terrestribus* deest in Lov. 2. ea trajecta *copiis terrestribus* legit Gaertn. Deinde *in Bilirium agrum* Harl. *Nubilinum agrum* Gaertn. *in Illirium agrum* Lov. 6. *in Ibillium agrum* Lovel. 4. *in Bellinum agrum* Hearnii L. 1. et Lov. 3. *in Billinum agrum* Lov. 2. 5. et primæ edd. *in Bullinum agrum* Mog. cod. Stephano Byz. diversi sunt Βουλίνοι ἔθνος περὶ Ἰλλυρίαν ἢ Βουλίνη πόλις, et Βύλλις πόλις Ἰλλυρίδος. Illius gentile formari docet Βουλῖνος, id est *Bulinus;* hujus Βυλλιδεὺς, id est *Byllidensis.* Hæc differentia si vera esset, *in Bulinum agrum* scribendum foret. At servo potius, ut viri docti ediderunt, *Byllinum;* vel ex cod. Mog. legendum censeo *Bullinum.* Vide ad XLIV. 30. § 10. De agro *Byllino* et *Byllide* urbe vide Palmer. Græc. Ant. I. 30.

§ 20 *Inde Græciæ præsidebis, et speciem Romanis, &c. præbens*] *Unde Græciæ* Voss. a m. pr. et Lov. 6. Vide ad XXXIX. 33. § 5. Tum *et speu Romanis* Lov. 2. 3. et Mead. 1. passim obvio scribarum lapsu. Vide ad III. 9. § 13. et mox cap. seq. § 4. Vox *Romanis* deest in Lov. 6. Hinc *præbes* Lov. 3. *præbebis* Lov. 5. et edd. principes, pro quo Aldus, consentientibus reliquis meis, *præbens* reposuit. Mox *si res poscerit* Lov. 1. 3. et Voss. neglecta duarum priorum literarum geminatione. Vide ad Epit. Liv. l. II. XXI. 44. § 4. XXXVIII. 33. § 3. viros doctos ad Suet. Tib. c. 55. Similia alia congessi ad l. XXXVII. c. 53. § 7. *Postulaverit* Lov. 3. Mox *non omnibus peritus sum belli*, pro *omnis*, Harl. Vide ad XXII. 8. § 7. Tum prænomen *meis* exsulat a Lov. 1. et 6.

§ 21 *Quæ tibi optima visa fuerit*] *Quæ sibi* Mead. 1. quasi ipsis Diis optima visa fuerit. Male. Supra VI. 41. 'Quod faxitis, Deos velim fortunare.' X. 13. 'Dii adprobent, inquit, quod agitis, acturique estis, Quirites.' lib. XXXIV. c. 4. 'Vos quod faxitis, Deos omnes fortunare velim.'

CAP. VIII. § 1 *Hæc ferme Hannibalis oratio fuit; quam laudarunt*] Quinque priora vocabula desunt in Lov. 1. *Hannibalis ratio* legunt Lov. 3. et Harl. Vide ad XXXV. 25. § 9. Tum *laudaverunt* Lov. 2. Harl. et Gaertn. Verum Livium in hoc tempore contractiones amasse, diximus ad XXI. 44. § 7. Mox *factum est* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. 2. Τὸ *est* deest in Gaertn.

Nisi quod ad classem copiasque arcessendas ex Asia Polyxenida misit] Hoc sic Appianus in Syriac. 94. πλὴν ὅτι Πολυξενίδας ἐπὶ τὴν στρατιὰν ἐς τὴν Ἀσίαν ἐπέμφθη. *Sigonius. Ad classem, copias arcessendas*, omissa copula, Lov. 1. 3. 6. et Voss.

§ 2 *Ætolis Amynandroque dies ad conveniendum exercitui Pheras est indictus*] Libri omnes *est dictus.* Gebh. Forte *ad conveniendum cum exercitu Pheras.* J. F. Gron. Thuan. *est dictus.* Neque aliter voluit Voss. cum exhiberet *ductus*, cum superscripto *i.* Immo habet quoque *dictus* prima ed. atque ita certum est scripsisse Livium. Vide ad XXXV. 5. Sed etiam videtur dedisse Livius *ab Ætolis Amynandroque dies ad conv. exercitui Pheras est dictus.* Jac. Gron. Non video probabilem caussam, cur huc inferciatur *ab.* Credibilius est ab Antiocho, quem imperatorem fecerant, l. XXXV. c. 45. diem ad conveniendum cum suis dictam fuisse Ætolis et Amynandro, quam ab hoc et principibus Ætolorum popularibus suis. Sic c. 15. Antiochus 'nuncios in Ætoliam mittit, ut omni contracta juventute convenirent.'

Duk. Locus doctis suspectus fuisse videtur, quod putarent, duplicem dativum, *Ætolis Amynandroque* et *exercitui*, non recte ad *τὸ indictus* referri posse. Ei quidem subvenietur, si, cum Crevierio Jac. Gronovii medicina probata, dicamus, facile præpositionem *ab* a primis literis vocis seq. *Ætolis* elidi potuisse ob similitudinem ductuum, quibus majusculæ literæ *B* et *E* formantur. Verum ita obstabit difficultas a Dukero mota, quæ gravissima est. Ea nisi premeret, dici posset, nulla emendatione opus esse, et *indictus exercitui Ætolis Amynandroque* poni pro ab Ætolis Amynandroque, vel per Ætolos Amynandrumque. Vide ad VI. 11. § 4. Ferri etiam posset J. F. Gronovii conjectura, ac credi, *τὸ cum* excidisse ob similitudinem ultimarum literarum vocis præced. *conveniendum*. Sed potius nihil muto, et voces ita cohærere puto: *Ætolis Amynandroque dies dictus est ad conveniendum exercitui Pheras.* Nulli placituram credo audacissimam Doujatii conjecturam *ad conveniendum eorumque exercitui.* Deinde *indictus* Aldus recepit ex cod. Mog. cujus hic patrocinium destituo. Nam, quod etiam Dukerus vidit, *indicere exercitum*, vel *indicere exercitum Pisas*, Livium dixisse invenio VI. 22. et XL. 41. ubi vide quæ notantur. Sed 'indicere diem alicui ad conveniendum' apud eum nondum notavi. *Dictus* præferunt omnes codd. nostri, Hearnii L. 1. et Crevierii Victorin. Id autem verbum Livio in hac re in usu fuisse, constat ex illis quæ notantur ad XXXV. 3. § 2. Si quid tamen mutandum, legerem *edictus*. Nam, et id Livio in hac re frequens esse, vidimus ad XXXI. 49. § 12.

§ 3 *Ibi dum opperiretur*] Ex Aldo propagatum. Superiores cum scriptis *dum opperitur*. J. F. Gron. Appian. in Syriac. p. 95. scribit Antiochum ipsum, quum ad Cynocephalas venisset, milites, quos insepultos reliquerat Philippus, magnifice sepelivisse. Magis credo Livio. In hos est epigramma Alcæi apud Plutarch. in vita Flaminini, cujus initium est Ἄκλαυστοι καὶ ἄθαπτοι. *Duk.* *Opperiretur* Aldus ex fide Mog. cod. admisit, reclamantibus omnibus nostris, Hearnii L. 1. et Victor. Crevierii, quem recte priscam lectionem revocasse puto. Vide ad I. 40. § 7. Præterea *ubi* Voss. a m. pr. Lov. 4. 5. et Hearnii L. 1. cum edd. ante Aldum. Vide ad XXVII. 5. § 2. Mox *Megapolitanum* Lov. 2. *Megaliepolitanum* Voss. et Lov. 1. *Megaliopolitanum* Lov. 4. Vide ad XXXII. 5. § 5. Hinc *Cynocephalas* Lov. 5. Harl. Mead. 1. et edd. vett. Sed recte Frob. 1535. *Cynoscephalas* ex cod. Mog. probavit. Vide viros doctos, et præsertim Dukerum, ad Flor. II. 7. § 11.

§ 4 *Specie amplum, re inane*] *Spem amplum* Gaertn. *spe amplum* Lov. 3. Vide ad cap. præc. § 20. Vox *specie* perperam exsulat ab Harl. Mox § seq. *τὸ est* non adparet in Voss.

§ 6 *Itaque, qui ad id tempus fortunam, &c.*] Hanc sententiam sic etiam vertit Appian. Syriac. p. 95. Ὧν πυθόμενος ὁ Φίλιππος, ἐνδοιάζων ἔτι καὶ περισκοπῶν ὁποτέρωσε προσθεῖτο, αὐτίκα εἵλετο τὰ Ῥωμαίων· Βαίβιόν τε, στρατηγὸν αὐτῶν, ἄρχοντά τινος πλησίον στρατοῦ καλέσας ἐλθεῖν ἐς τὶ χωρίον, &c. *Sigon.* *Qui ad quid temptaturus fortunam esset* male Lov. 1. Mox *prætorem* Lovel. 2. 3. et Voss. *pro prætore* Pall. teste Gebhardo ad h. lib. c. 2. § 11. Tum *inpetum Antiochum in Thessalia fecisse* Harl. *in Thessalia* etiam Lov. 2. et 3.

CAP. IX. § 1 *Ubi conjunxerant ei se Ætoli*] *Ubi conjunxerunt se ei Ætoli* Lovel. 3. *se ei* etiam Lovel. 1. et Gaertn.

§ 2 *Quærentes, quod ob factum dictumve Thessalorum bello lacesseret eos*] Prima vox non adparet in Harl. Deinde *quod ob factum dictumve Thessalos bello lacesseret* legit Lov. 6. Mox *secum* exsulat ab Harl.

§ 3 *Eodem tempore quingentos armatos, duce Hippolocho*] *Eodem in tempore* Mead. 1. Tum *duce Phipolocho* Lov. 6. *duce Hippoloco* Lov. 1. *duce Hypologa* Lov. 2. *duce Ypologo* Lov. 3. *duce Hippologo* Lov. 4. Mead. ambo, et Gaertn. Eadem ferme varietas etiam in Mss. est § 14. Male. Ἱππόλοχος Ætolus, et Ἱππόλοχος Thessalus, variis locis apud Polyb. memorantur. Mox *exclusi aditum* Lov. 3. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Præterea *jam tum omnia itinera obsidentibus* Lov. 3.

Scotussam se receperunt] *Scutosam* Gaertn. *Scotusam* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. et edd. ante Moguntinam. Vide ad XXVIII. 5. § 15. Tum pronomen *se* deest in Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. *se Scotussam* Lov. 3. Tandem *ceperunt* Voss. *recipiunt* Lov. 6. a m. pr. Mox § seq. iterum pronomen *se* exsulat ab omnibus scriptis nostris, Hearnii L. 1. et edd. ante Frob. 1535.

§ 5 *Pheræi ipsi suum legatum ad regem*] Membranæ nesciunt illud *suum*. Modius. Tuetur vulgatam lectionem vet. ed. at Pall. destituuntur τῷ *suum*. Gebhard. Codici Mog. vocem *suum* omittenti concinunt Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Gaertn. Mead. uterque, et Hearnii L. 1. quorum fide expunxi.

§ 7 *Ne id consilii caperent, cujus, dum in futurum minus cauti et providi essent*] Antiq. lectio *nimis cauti*. Gelen. *Id consilium* Harl. reliquis invitis. Vide ad VII. 26. § 12. *Minus cauti*, quod Gelenius damnavit, superest in Lov. 1. 5. 6. et Voss. Reliqui recte emendationem ejus probant. Solent sæpissime has voces librarii in Mss. confundere. Vide ad II. 64. § 7. III. 9. § 3. VI. 11. § 3. c. 3. § 5. VII. 11. § 11. c. 27. § 1. c. 30. § 2. VIII. 4. § 5. XXI. 3. § 5. XXII. 7. § 4. et c. 9. § 2. Adde viros doctos ad Plauti Amph. II. 2. 198. G. Canter. Nov. Lect. II. 28. et Corte ad Plinii Ep. III. 14. Similiter confunduntur 'nimium' et 'minimum:' vide ad XXXV. 31. § 2. et quæ docti commentatores notarunt ad Suet. Aug. c. 74. et ad Lucan. IV. 557. Paullo ante *debellare*, pro *deliberare*, Voss. a m. pr. *de bello* Lov. 1.

§ 8 *Ne paullum quidem dubitarunt*] *Ne paullo quidem* Lov. 2. *ne paululum quidem* Hearnii L. 1. et Voss. a m. sec. Ita etiam librarii in Mss. variare soliti fuerunt. Vide ad V. 38. § 2. VIII. 39. § 3. IX. 31. § 14. c. 35. § 2. X. 36. § 4. XXI. 46. § 7. XXII. 23. § 1. XXVI. 42. § 7. XXXV. 5. § 11. c. 30. § 3. XXXVI. 43. § 13. XXXVII. 40. § 7. XXXIX. 31. § 6. c. 44. § 8. et alibi. Vide etiam Corte ad Plinii Ep. IV. 30. § 2.

Quidquid sors belli tulisset] Ms. *quicquid fors belli tulisset*. Optime: sexcenties autem idem peccatum reperias apud bonos auctores. *Modius*. Nullus meorum, (præter solum Harl.) neque etiam Hearnii L. 1. comprobant lectionem cod. Mog. quam tamen recte Gronovius recepit: quod enim nunc *fors belli*, infra 'fortuna belli' vocatur XLIV. 8. Sæpius ita librarios peccasse, vidimus ad I. 9. § 15.

§ 9 *Et rex ab omni parte simul oppugnare mœnia est adgressus*] Pall. et vet. ed. continent *et rex omni parte simul*. Gebh. Similiter omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. priscæ. Moguntini *ab omni parte* ex cod. suo vulgarunt. Vide ad XL. 22. § 8. Præterea *res*, pro *rex*, sine sensu Voss. Sed ita sæpius errarunt scribæ. Vide ad II. 15. § 5. c. 48. § 5. VIII. 24. § 13. XXXII. 11. § 1. XXXV. 35. § 5. et ad Epit. Liv. l. XLVI. ac l. XCIII. Adde Cort. ad Sall. Jug. c. 13. § 4. Fons erroris est perpetua literarum *s* et *x* commutatio; de qua vide ad XXVI. 19. § 4.

§ 10 *Ut qui satis intelligeret*] Ms. Thuan. cum primis edd. *et ut qui satis int.* Quam particulam nec cur ejecerint, nec qui abesse possit, intelligo. *Jac. Gron.* Pari modo præferunt Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. uterque, et

Gaertn. Primus Vascos. operarum lapsu edidit *et qui satis*, quod per proximas edd. propagatum est, donec Modiana substitueret *ut qui satis*. Mox *in eventum ejus urbis* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. princc. Deinde *quam primum adgrederetur* Lov. 2. 6. Harl. et Gaertn. Sed frustra. Vide ad XXXIV. 14. § 6. Hinc *ab universa Thessalorum gente* Harl. Insuper *aut timeri, sic omnem* Lov. 5. et edd. priscæ. Primi Moguntini vulgarunt *aut timeri se, omnem*, codicem suum in eo secuti. Neque aliter omnes nostri, nisi quod *omnem* desit in Lov. 6.

§ 11 *Labare animi cœpere. Revocati deinde castigationibus principum*] Vox *cœpere* deest in Lov. 2. et Gaertn. Eadem et sequens *Revocati* non adparent in Harl. Hinc *castigatione principum* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Aldum, qui *castigationibus* ex fide cod. Mog. dedit. Insuper *principium* Voss. Vide ad II. 27. § 12. et XXI. 2. § 4. Paullo ante *dein quum multi* cod. Mog. Vide ad III. 3. § 6.

§ 12 *In interiorem partem urbis concesserunt; cui brevior*] Ms. *in ulteriorem partem urbis c.* Mod. *Ulteriorem* aberrantis librarii esse, docet præcedens vox 'exteriore.' Pari modo 'intima' et 'ultima' commutantur in Mss. Vide ad XXXIV. 47. § 7. Præpositio *in* exsulat a Lov. 1. intercepta a prima syllaba vocis seq. Vide ad XXXIV. 28. § 3. *Partem muri* legit Harl. Deinde *qui brevior* Voss. et Lov. 1. Vide ad IX. 34. § 14. Tum *circumvectus* Harl. Vide ad XXXI. 45. § 8. et mox ad cap. seq. § 2. *Circumventus* Gaertn. Vide ad X. 2. § 4. Paullo ante *deficientibus jam obpugnatoribus* Lov. 1.

Victi malis, quum timerent, ne vi captis nulla] Τὸ *malis* expungunt Voss. et Lov. 1. Sed 'malo domiti' infra est hoc cap. Tum *ne vi captis ulla* Voss. qui mox cum Lov. 1. et 6. a m. sec. præfert *dederunt sese*. Vide ad XXXIX. 50. § 9.

§ 13 *Nihil inde moratus rex, quatuor millia armatorum*] Ms. *mille trecentos armatorum*. Modius. Mog. cod. insuper *Nihil deinde moratus*, quod etiam inveni in Lov. 5. et edd. Frobeniana 1535. antiquioribus. Vox *millia* non adparet in Mead. 1.

Nec ibi mora deditionis est facta] *Mora deditionis* sine dubio recte dicitur: verum alio sensu. Sallust. Jug. c. 29. 'Quoniam mora deditionis induciæ agitabantur.' Sed phrasi 'moram facere' vix credo alium, quam tertium, casum rei jungi. III. 2. 'Longam venire noctem ratus, quæ moram certamini faceret.' IV. 13. 'Se moram delectui non facere.' Et sic VI. 31. XXVIII. 7. XLII. 7. Adde Tacit. Hist. IV. 71. et Justin. V. 6. § 4. VI. 2. § 16. *Duk.* Usitatius esse *mora deditioni est facta* certum est. Vide ad III. 2. § 10. Adde IV. 53. lib. XXVII. capp. 6. et 33. Verum nulli hic codd. vulgatum mutant, nisi quod *mora deditionis facta est* legant Voss. et Gaertn. quæ si vera foret lectio, videri posset ultima litera τοῦ *certaminis* nata esse ex prima sequentis *facta*; quemadmodum librarios sæpe peccasse monui ad IV. 33. § 10. At reliqui codd. receptum ordinem vocum servantes, eum etiam veriorem esse persuadent. Videndum igitur an non locutio *mora certaminis* duplici sensu accipi possit, non tantum active pro mora, quam infert certamen, sed etiam passive pro mora, quæ infertur certamini. Ita sane 'facere moram dimicandi' Livius dixit VII. 27. XXI. 32. et XXIV. 15. 'facere moram concurrendi' XXXI. 33. Verum, ne quid proprium in eo gerundiis credatur, quod vulgo 'adferre moram supplicio' dici solet, id Cic. exprimit in Verr. V. 64. 'Ut teterrimi supplicii aliquam parvam moram saltem posset adferre.' Et eodem cap. 'Ne moram quidem mor-

tis mentione atque usurpatione civitatis adsequi potuit.' Et ita 'redimere moram belli' est redimere moram, sive tempus, per quod bellum non inferretur, apud Sallust. Jug. c. 29.

§ 15 *Magni momenti futuram rex ad conciliandos Larissæorum animos*] Non Bruto est opus: levior manus potest exigere possessione loci hujus regem. Satis est proxima tenere. Plena et sana oratio est: *Dim. ab rege inv. omnes, quod eam rem magni mom. futuram ad conc. Lariss. animos crederet.* Non verba ornat, non sententiam instruit repetita vox. Nisi malis tollere *ab rege.* Fortassis et legendum *magno momento.* J. F. Gron. Alterutro loco recte tolli *rex*, facile omnes adsentientur viro acutissimo; non æque, credo, perspicient, cur *magno momento* melius esse putaverit, quam *magni momenti.* Duk. Omnes quidem nostri vocem *rex* constanter tuentur, non convenit tamen de loco quem obtinere debeat. Nam *ad conciliandos rex* legunt Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Præterea *ad conciliandum Larissæorum animos* Harl. et Hearnii L. 1. Paullo ante *a rege* Voss. Lovel. 1. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn.

Cap. x. § 1 *Cramonem cum toto exercitu primo adventu cepit*] Strabo et Plinius non *Cramonem,* sed *Crannonem,* duplici *n* posuerunt. Sic Cic. et Fabius Quintil. *Crannoneum Scopam* dixere, non *Cramoneum.* Sabell. Pall. et vet. ed. *his perfectis Crannonem* (vet. ed. *Cramonem*) *cum toto exercitu primo impetu cepit.* Gebh. *Cramonem cum toto exercitu* Voss. Lov. 1. 2. 5. 6. a m. sec. (qui *Carmonem* a m. pr. præfert) Harl. et Gaertn. *Cramionem cum toto exercitu* Mead. 1. *Crannonem cum toto exercitu* Lov. 3. 4. et Mead. 2. Vox *profectus* deest etiam in Hearnii L. 1. et edd. antiqq. usque ad Moguntinos, qui ex cod. suo *Crannonem profectus cum toto exercitu* ediderunt. Et quidem, *Cranonem* unico *n* scribendum esse, jam inter viros doctos constat; et ita nunc passim editur non tantum apud Græcos, Demosthenem, Diog. Laërtium, Pausaniam, Plutarchum, et Stephanum, sed etiam apud Latinos, Livium, Plinium, Quinctilianum, aliosque. Eadem itaque scriptura revocanda est lib. xlii. capp. 64. et 65. ubi etiam in recentissimis edd. male duplici *n* scribitur. Emendandus etiam est Cic. de Orat. ii. 86. ubi pro *Crannone* cod. Traj. *Granone* exhibens, *Cranone* legendum esse verisimile reddit. Vide etiam ad cap. 14. § 10. et Torren. ad Val. Max. i. 8. ext. 7. quibus locis prodigiose in hac voce scribæ aberrarunt.

§ 2 *Inde Cyerum et Metropolin, et iis circumjecta castella recepit*] *Cyerum* non invenio apud quemquam, sed *Cypæra* in Ptolemæo legitur l. iii. c. 13. inter Thessaliæ urbes: atque ita legendum puto. *Glar.* *Inde Verum* Voss. a m. pr. et Lov. 1. *inde Cyeus* Hearnii L. 1. *inde Cyerum* Voss. a m. sec. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii N. Glareani emendationem *inde Cypæram* Vascos. in contextum admisit. Tum *Metropolis* Hearnii L. 1. et N. Hinc *circumvecta castella* Voss. Vide ad cap. præc. § 12. et cap. 20. § 3. Tandem *recipit* Lov. 1. 2. 5. 6. Harl. et edd. Ascensiana a. 1513. priores.

Præter ad Regem et Cyrtonem, in potestate erant] Vide ne *præter Atracem et Gyrtonem* legi oporteat. Plinius, Strabo, et Ptolemæus *Gyrtonem* vocant, juxtaque *Atracem,* non *ad Regem,* reperio. Sed tu nihil temere statuas. *Sabell.* Vet. ed. *præter ad regem et Cyrnonem.* Pal. *præter ad regem* (Pal. alter *aregem*) *et Cirtonem.* Gebh. *Ad Regem* omnes nostri, Hearnii L. 1. N. et edd. usque ad Ascensium, qui a. 1513. Sabellici conjecturam recepit. Eamdem probat cod. Mog. Vide ad xxxii. 15. § 8. Deinde *Circhonem* Lov. 1. 6. et Voss. *Cyr-*

conem Gaertn. *Ceritonem* Lovel. 2. et Harl. *Cytonem* Lov. 3. *Cintonem* Mead. 1. *Cirtonem* Lov. 4. et Mead. 2. *Cyrtonem* Hearnii N. et quædam edd. *Citronem* Hearnii L. 1. *Cyrnonem* Lov. 5. et edd. principes. *Gyrtonem*, ut Sabellicus emendat, Ascens. a. 1513. vulgavit; quod firmat cod. Mog. 'Gyrtonis' etiam mentio fit XLII. 54. Paullo ante *regionis ejus* omittit Harl.

§ 3 *Terrore ceterarum expugnatarum*] *Expugnaturum* Lov. 1. 3. 4. 5. Hearnii L. 1. et edd. princ. Mox vocula *tot* non adparet in Lov. 4. et *civitatium* præfert ed. Mediol. 1480. Vide ad XXXIII. 20. § 11.

§ 4 *Ut incerti fluctuarentur animi*] *Fluctuarent* Hearnii L. 1. Et quidem hoc verbum utroque modo, 'fluctuo,' et 'fluctuor,' efferri apud Latinos solet. Apud Livium vero, præterquam quod participium 'fluctuans' adhibeat, quod æque a deponenti, quam ab activo, declinari potest, semper forma deponenti obcurrit. Ita XXIII. 33. 'Utrius populi mallet victoriam esse, incertis adhuc viribus, fluctuatus animo fuerat.' XXX. 34. 'Principum quoque signa fluctuari cœperant:' ubi etiam ante Gronov. *fluctuare* edebatur. XXXII. 13. 'Ibi stativis rex per aliquot dies habitis fluctuatus animo est.' XL. 32. 'Celtiberi parumper incertis animis fluctuati sunt.' Et ita alii in aliorum scriptorum codd. invenere. Vide viros doctos ad Val. Max. VIII. 1. ex. amb. 2. IX. 8. 1. ad Curt. IV. 12. § 21. et Burm. ad Suet. Claud. c. 4. Adde Salmas. ad Solin. p. 38. Paullo ante *Elephantibus agi ante signa jussis* Lov. 3. et Mead. 1. Vide ad XXXI. 36. § 4.

Inter metum præsentem hostium] Lege *præsentium*. Muret. Non adparet alia ratio emendationis Mureti, quam quod sibi videtur persuasisse, hoc debere casu convenire cum sequenti *absentium*. Sed hoc leve est. Si putavit, non Latine dici 'præsens metus hostium,' non recte sensit. Liv. XLII. 53. 'Victa tamen præsenti metu in deditionem concesserunt.' Vide ad Flori III. 4. § 5. *Duk.* Recte Duker. vulgatum contra Muretum defendit. Illa enim variandi orationem ratio stilo Livii convenit. Eo refer XXV. 15. 'Et frandis intestinæ et hostium insidiarum ignarus:' ubi vide.

§ 5 *Occupat Pellinæum*] Πελλιναῖον vocat Strabo lib. IX. Plinius vero IV. 8. *Pelinnum* vocare videtur. Aliud autem nomen est Πεληναῖον ὄρος τοῦ Χίου apud Dionysium geographum vs. 535. quanquam idem mons in Græcis plerisque Strabonis codd. Πελεναῖον legitur. Porro idem Strabo quatuor oppida circa Thamas numerat, 'Triccam,' 'Metropolin,' 'Pelinnæum,' ac 'Gomphos,' quæ Ptolemæus Estiæotarum ponit: quamvis *Atineum* pro *Pelinæum* fortassis positum apud eundem. 'Chyrætias' eodem loco reperias, at non item 'Malleolam.' *Glar.* Strabo IX. 437. Πελλιναῖον item vocat. At Stephanus Πελλίναν: inquit enim Πελλίνα πόλις Θεσσαλίας ἐν τῇ Φθιώτιδι. *Sigon.* Πέλιννα Stephano urbs Thessaliæ in Phthiotide, Græcis Pindari interpretibus Πελιννᾶιον, neque aliter Straboni. At Πέλινα vel Πελιναῖον apud Stephanum, Strabonem, aliosque legendum, arguit non solum 'Pelinus,' loci conditor, eidem Stephano commemoratus, sed et antiqui nummi cum gentili, quod præteriit Stephanus, ΠΕΛΙΝΑΙΕΩΝ. *Spanhemius* de Præst. et Us. Numism. diss. IX. p. 902. ed. Amstel. 1671. *Pellinæum* etiam capp. 13. et 14. scribitur. Spanhemii sententiam probat Cellar. Geogr. Ant. II. 13. p. 679. Nec tamen minus recte scribi *Pelinnæum* duplici *n*, ex alio nummo, in quo est ΠΕΛΙΝΝΑΙΕΩΝ, ostendit Holstenius ad Stephan. in Πελίννα. In Strabone quoque est Πελιννᾶιον et Πελιννᾶιον. Adde Salmas. ad Solin. pag. 607. In recentioribus edd. Stephani est Πέλιννα, non Πελ-

λίνα, ut hic, et ad XXXI. 39. descripsit Sigonius. *Duk. Pollinæum* Voss. *Polinæum* Lov. 3. *Penine* Hearnii L. 1. Harduinus in Numm. Popul. et Urb. duos profert nummos, alterum ex Museo suo, alterum ex Cimelio regio cum inscriptione ΠΕΛΙΝΝΑΙΕΩΝ. Vide etiam ad cap. 13. § 7. et c. 14. § 3. Copula, quæ mox sequitur, non adparet in Lov. 3. et Hearnii L. 1.

Malleolam et Cyrechias] Ptolemæus, quod magis placet, *Chyretias* habet III. 13. et non *Cyrechias*. Sabell. Pall. *Malleolam et Cyrenthias*. Vet. ed. *Cyrechias*. Gebh. *Mcolam* Hearnii L. 1. *Maleolam* Lovel. 1. 2. 3. et Gaertn. *Malleolam* Voss. Lovel. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Hearnii N. et edd. ante Froben. a. 1531. quæ recte *Mallæam* admisit. Tum *Cyrenechias* Gaertn. *Cyrenchias* Lov. 3. 6. et Voss. *Cyrenthias* Lov. 4. Harl. Mead. 2. et Hearnii L. 1. *Cyrechias* Lov. 2. 5. et Mead. 1. *Cyrethias* Hearnii N. *Cyrechias* vel *Chyretias* edd. antiqq. usque ad Frob. qui 1531. *Cyretias* vulgavit. Vide ad XXXI. 41. § 5. de priori autem etiam ad XXXIX. 25. § 16. Mox *depopulatus est* sine copula Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Hinc *agrum Erepolitanum* Lov. 1. *agrum Cropolitanum* Gaertn. *agrum Crepolitanum* Voss. *agrum Trepolitanum* Harl. Mead. 1. et Hearnii N.

§ 6 *Quidnam agendum esset de Larissa*] Pall. *agendum de Larissa esset*. Gebh. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertn. *de Larissa esset agendum* Harl.

§ 7 *Aliis vim adhibendam, et non differendum*] Ms. *aliis afferendam vim*: probe: et mox, *aliis tunc vires urbis*, pro vulgato *aliis nunc vires urbis*. Modius. Modii liber *afferendam*: forte *offerendam*. Gebh. *Adferendam vim*, quod ex cod. Mog. Modius probavit, Livio haud indignam locutionem, quin et alibi ab eo usurpatam esse, sponte agnosco. Vide ad XLII. 26. § 9. Hic tamen minus placet, quod mox sequatur *differendum*. Puto igitur ex glossa interpretis marginali in contextum inrepsisse: 'adhibere vim' etiam utitur Livius XXVI. 44. 'Tumultus inde major, quam vis, adhiberi poterat.' XXVII. 31. 'Vim etiam flagitiis adhibebat.' Ceterum *vim ad exhibendam* legunt Voss. et Lov. 1. quo forte indicavit, qui primus hujus lectionis auctor fuit, se in cod. suo duplicem lectionem, *adhibendam* et *exhibendam*, invenisse; quam utramque hac ratione servatam voluit. Vide ad III. 44. § 4. Paullo ante *in diversum finem tendebant* Voss.

Undique mœnia adgrederentur urbis sitæ in plano, a parte campestri undique facilis aditu] Pall. profitentur *undique mœnia aggrederetur: sitæ in plano apertæ camp. undique aditu*. Gebh. Valesius libro suo adscripserat *apertæ*. Editi quidam *facilis aditus*. Sed aliud latet. Istud *facilis* in Thuan. non exstat, nec etiam in aliis Mss. Et cur non edidisse Livium credemus *urbis sitæ in plano a parte campestri undique aditu?* I. 33. 'Haud parvum munimentum a planioribus aditu locis.' *Jac. Gron.* Nihil vetat *facilis* ex auctoritate Mstorum Gronovianorum, quibus unus Hearnianus accedit, deleri: etsi alioqui ex ipso Livio defendi posset. 'A parte campestri undique aditu' itidem recte dicitur κατ' ἔλλειψιν participii *existente*. Sed superest nodus in verbis *a parte campestri*, quem mihi explicari velim. Nam ea indicio sunt, partem urbis in loco non campestri, in monte, puta, tumulove, sitam fuisse. Sed huic repugnat, quod Livius urbem 'in plano sitam' fuisse scribit; quod cur tantum de parte quadam, vel de partibus quibusdam illius, non de tota urbe, accipi debeat, non major ratio est, quam quod iisdem verbis XXIV. 40. de situ urbis Orici scribit. Neque enim, si ita fuisset, Livium id hic magis præteriturum fuisse credo, quam in describendo situ multarum

aliarum urbium. Adde quod nemo, quod quidem sciam, hoc de Larissa Thessalica prodidit; quam totam in plano sitam fuisse, non obscure e Strab. IX. 440. colligitur. Unde et apud Horatium Carm. I. 7. est 'Larissæ campus opimæ.' Hac de caussa Valesius fortassis pro *a parte* maluit legere *apertæ:* cujus conjecturam tamen probare non possum. Nam quid est 'urbs aperta?' an 'non munita?' Sane non alio sensu videtur posse exponi. Sed eum non admittunt, quæ de illa hic scribit Livius, 'mœnia' illius memorans, ac dicens fuisse, qui 'operibus et machinis oppugnandam' censuerint: unde satis patet munitam fuisse. Plane mihi persuadeo, ulcus hærere in verbis *a parte;* verum, quomodo curandum sit, non video. Satis commodus, ni fallor, esset sensus, si sublatis, quæ Valesio corrupta fuerunt visa, solum scriptum fuisset *urbis sitæ in plano, campestri undique aditu.* 'Aditus campestris' dici potest, ut 'iter campestre,' id est, iter per loca plana et campestria, cui opponitur iter per loca aspera et montuosa. Cæsar B. Civ. I. 66. 'Quinque millia passuum proxima intercedere itineris campestris; inde excipere loca aspera et montuosa.' Curtius V. 3. § 16. 'Illum campestri itinere procedere, ipse cum pedestri agmine jugum montium cepit.' Sed hoc non tento. Nam ejicere velle, quæ omnium scriptorum et editorum librorum consensu nituntur, secare nodum foret, non solvere. Tolerabilior esset conjectura *aperto et campestri undique aditu.* 'Apertus aditus,' ut 'aperta loca' IX. 27. 'castra in aperto ponere, communire' XXIII. 46. et XXXVI. 17. id est, locis patentibus, ubi non est locus insidiis; puro et patenti campo, ut XXIV. 14. 'Signis collatis dimicaturum puro ac patenti campo, ubi sine ullo insidiarum metu vera virtute geri res posset.' XXXIX. 30. 'Campum apertum usque ad hostium castra habebant, liberum a metu insidiarum.' Virgil. Georg. II. 280. 'campo stetit agmen aperto.' *Duk. Aggvederetur* Mead. 2. Deinde *a parte undique aditu,* reliquis omissis, Lovel. 1. *aperte,* vel *apertæ campestri undique aditu* Lovel. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Camp. Rom. 1472. Parm. aliæque antiquiores. Vox vero *facilis* in nullo superest scripto, neque in ullo ante Ascensium edito adparet: exsulat etiam ab Hearnii L. 1. Crevier. in cod. Victor. invenit *urbis sitæ in plano, apertæ, campestri undique aditu,* idque probavit, ac recepit: 'apertam' autem urbem exponit, quam facile quivis intrare potest. Quum autem vulgatum in nullo mihi cod. obvium fuerit, ejus lectionem etiam in contextu exprimi jussi: profiteor tamen, magis placere Dukeri conjecturam, in nullo alio a scriptis plerisque et edd. vett. discedentem, quam quod *τῷ apertæ* substituat *aperto et.*

§ 8 *Obsidioni atque obpugnationi*] Duæ posteriores voces, quæ in omnibus scriptis nostris, Hearnii L. 1. N. et edd. antiquioribus desunt, primus Aldus ex cod. Mog. Livio restituit. Paullo ante *tunc vires urbis,* pro *nunc,* idem cod. Mog. sollemni scribarum lapsu. Vide ad XXXVII. 4. § 9.

§ 9 *Qui ad dedendam urbem suam forte venerant, animos auxerunt*] *Ad dedendum urbem suam* Voss. Lovel. 5. Gaertn. et edd. vett. *ad dedendam* Moguntini ex cod. suo recte vulgarunt; cui etiam reliqui codd. subscribunt. Tum *animos erexerunt* Harl. invitis ceteris omnibus.

§ 10 *M. Bæbius interim, cum Philippo in Dassaretiis congressus, &c.*] Appianus in Syriac. p. 95. hæc ita: *καὶ ὁ Βαίβιος θαῤῥήσας αὐτίκα ἔπεμπε διὰ τῆς Μακεδονίας Ἄππιον Κλαύδιον μετὰ δισχιλίων πεζῶν εἰς Θεσσαλίαν. Sigon. Interim Philippo,* omissa præpositione, Lov. 1. Tum *in Classavetis* Lov. 5. et edd. principes, litera *d* in *cl* divisa.

Vide ad x. 24. § 2. *In Dassaretes* Harl. et Mead. 1. *in Dasaretes* Lov. 2. *in Dasaretum* Lov. 3. *in Dassaretis* Lov. 4. 6. Mead. 2. et Hearnii N. *in Dassarachis* Lovel. 1. *in Dassarechis* Voss. et Gaertn. *in Dassaretiis* ediderunt Moguntini. Vide ad XXVII. 32. § 9.

§ 11 *Oppidum Conni triginta millia ab Larissa abest*] Ptolemæus III. 13. *Gonnos* appellat oppidum non longe a Larissa. *Sabell.* Quidam pro *XXX.* emendarunt *XX.* quod sequentia verba propinquitatem maximam ostendant Gonnorum ad Larissam, videlicet unde ignes ac castra Romanorum videri potuerint. At in Ptolemæi descriptione longius multo abest Gonnorum civitas a Larissa. Sed accipit hæc controversia variam ac etiam veram excusationem. *Glarean. Conni* et § præc. *Connos* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii N. et priscæ edd. *Coñe* et *Conas* Lov. 6. *Connas* et hic *Conni* Voss. et Lov. 1. *Comeos* Hearnii L. 1. Steph. Byz. Γόννοι πόλις Παῤῥαιβίας. In quem locum Berkel. transcriptorum mendum inrepsisse arbitratur, quia nemo hoc urbis nomen numero multitudinis protulit. Verum non meminit Polybii, qui XVII. 23. Γόννους memorat. Numero plurali etiam effertur XXXIII. 10. at numero singulari l. XLII. capp. 54. 67. et XLIV. 6. Deinde *viginti millia*, quod Aldus ex cod. Mog. recepit, etiam firmant omnes nostri, exceptis Lov. 5. qui prioribus excusis adhæret, et Lov. 3. qui *viginti millibus* exhibet. Mox *in ipsis faucibus saltus, qui Tempe adpellatur* Lovel. 1. *in ipsis faucibus, quæ Tempe adpellantur* Lov. 4.

§ 12 *Ibi castra metatus latius, quam pro copiis, et plures, quam quot satis in usum erant*] *Ubi*, pro *Ibi*, Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Gaertn. et edd. vett. *Ibi* Aldus ex cod. Mog. reposuit; cui reliqui Mss. concinunt. Vide ad XXVII. 5. § 2. Tum *metatus* exsulat a Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambobus, et Gaertn. Hinc voces *quam pro copiis et plures* in omnibus Mss. nostris, Hearnii L. 1. et edd. vett. desunt culpa librariorum, quod mox repetatur τὸ *quam*. Vide ad IX. 11. § 11. Primus Aldus illas ex cod. Mog. recepit. Deinde *quam in usum satis erant* Lov. 3. *quamquam in usum satis erant* Gaertn. *quam quod usum satis erat* Lov. 2. *quam quod satis usui erant* Harleian. *quam quod in usum satis erat* Lov. 6. *quam quod satis in usum erat* Voss. *quam quod satis in usum erant* Lov. 2. 4. 5. Mead. ambo, Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui iterum *quot* ex cod. Mog. restituit. Mox *ignesque quum ostendisset* Harl. *ignes quum accendissent* Lovel. 1. 2. 5. 6. et Mead. ambo.

Speciem, quam quæsierat, hosti fecit: omnem ibi Romanum] *Species, quam quæsierat, erat: hostes aut omnem ibi Rom.* Voss. et Lov. 6. a qua lectione non aliter abit Lovel. 1. quam quod *hostis* præferat: *spes, quam quæsierat, erat, hostis aut omnem ibi Rom. ex. cum rege Philippo esse ratus* Lov. 3.

§ 13 *Hiemem instare apud suos caussatus*] Quomodo *instare* dicit hiemem, quæ jam 'ferme media' et bonam partem exacta erat, capp. 6. et 11.? Nempe *instare* dicuntur primum, quæ nondum quidem inchoata, sed mox futura sunt, ac diu differri non possunt: Cæsar B. Gall. I. 16. 'Diem instare, quo frumentum militibus metiri oporteret:' adde ibid. cap. 23. Terent. Adelph. III. 2. 6. Sallust. Cat. c. 55. Et sic accipi potest, quod sæpe est apud Livium 'hiemem instare,' ut XXIX. 35. XXXIII. 41. lib. XXXVII. c. 39. Nec tamen hoc ita intelligendum est, quasi *instare* hac significatione tantum ea dicantur, quæ brevi futura sunt: nam etiam 'instare' dicit XXI. 21. quod interjecto longiore spatio temporis, et post aliquot menses demum futurum erat. Deinde, quæ jam cœpta ac præsentia sunt. II. 48. 'Alia bella

aut præsentia instabant, ut ab Æquis Volscisque ; &c. aut mox moturos se apparebat Sabinos.' III. 6. 'Vix instantes sustinentibus clades.' Unde Cic. Catil. II. 5. 'instare' et 'adpropinquare,' et alii 'præsentia,' 'instantia,' et 'futura' distinguunt. Vide Dan. Heinsium ad Horat. Carm. I. 4. 5. Denique 'instare' etiam dicuntur illa quæ, postquam inchoata sunt, et præsentia esse cœperunt, manent, durant, et urgent. Liv. V. 6. de obsidione Veiorum jam in tertium annum producta, 'Non Veios tantum, nec hoc bellum intueri, quod instat.' Et XXVIII. 38. in quarto decimo anno belli Punici II. 'Spondebantque animis, sicut C. Lutatius superius bellum finisset, ita id, quod instaret, P. Cornelium finiturum.' Hac notione quoque videtur accipiendum, quod Antiochus caussatus dicitur, 'hiemem instare,' cujus jam magna pars præterierat. Si cui hoc minus placet, per me licet, legat *hiemem obstare;* utpote nulli bellicæ rei, minime oppugnationi atque obsidioni urbium, aptam, quod quidam in consiliis dicebant. Ovid. Epist. Didonis vs. 41. 'Quo fugis? obstat hiems.' *Duk. Hiemem stare* Lov. 1. 4. et Mead. ambo. Sed primam syllabam posterioris vocis intercepit ultima litera prioris. Vide ad V. 27. § 6.

Ab Larissa recessit, et Demetriadem rediit] Libri nostri omnes *ab Larissa recessit ad Dem.* Gebhard. Similiter Lov. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. vett. Reliqui mei cum Hearnii L. 1. *ab Larissa recessit Dem.* Vulgatum Aldus ex cod. Mog. adscivit. Mox § seq. *cujus rei gratia* Lov. 5. et edd. pro quo iterum Aldus ex eodem Msto *cujus rei caussa* dedit, ceteris meis concinentibus. Alibi ita variant scribæ. Exempla sunt XXXIV. 29. § 13. et XXXIX. 22. § 2. Vide etiam ad VIII. 29. § 9.

§ 15 *Quod et hostes excesserant finibus, et intra mœnia præsidium Romanum*] *Excesserunt* membranæ Mog. *et quod hostes excesserant finibus, et quod intra mœnia* Lov. 3. *et quod hostes* etiam Lovel. 6. Τὰ *et intra* desunt in Voss. et Lovel. 1. Vox *Romanum* in iisdem, et insuper in Lov. 3. ac 6.

CAP. XI. § 1 *Rex Chalcidem a Demetriade profectus, amore captus virginis Chalcidensis, Neoptolemi filiæ*] Socer Antiochi *Cleoptolemus* constanter scribitur, non *Neoptolemus.* Gelenius. Hæc ex Polybii lib. XX. sumpta sunt, si Athenæo credimus, qui lib. X. pag. 439. ita scribit: Ἀντίοχος δὲ, ὁ Μέγας ἐπικαλούμενος, ὃν Ῥωμαῖοι καθεῖλον, ὡς ἱστορεῖ Πολύβιος ἐν τῇ εἰκοστῇ, παρελθὼν εἰς Χαλκίδα τῆς Εὐβοίας, συνετέλει γάμους, πεντήκοντα μὲν ἔτη γεγονὼς, καὶ δύο μέγιστα τῶν ἔργων ἀνειληφὼς, τήν τε τῶν Ἑλλήνων ἐλευθέρωσιν, ὡς αὐτὸς ἐπηγγέλλετο, καὶ τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον· ἐρασθεὶς γοῦν παρθένου Χαλκιδικῆς, κατὰ τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν ἐφιλοτιμήσατο γῆμαι, οἰνοπότης ὢν καὶ μέθαις χαίρων· ἣν δ' αὐτὴ Κλεοπτολέμου μὲν θυγάτηρ ἑνὸς τῶν ἐπιφανῶν, κάλλει δὲ πάσας ὑπερβάλλουσα· καὶ τοὺς γάμους συντελῶν ἐν τῇ Χαλκίδι αὐτόθι διέτριψε τὸν χειμῶνα τῶν ἐνεστώτων οὐδ' ἥντινα ποιούμενος πρόνοιαν· ἔθετο δὲ καὶ τῇ παιδὶ ὄνομα Εὔβοιαν. Eadem scribit Plutarchus in Flaminino p. 378. Porro autem quod ait Livius *adlegando fatigat,* id est per legatos sollicitat. *Sigon.* Contrarium perhibent Pall. et vet. ed. *a Chalcide ad Demetriadem profectus.* Gebh. Ita et Voss. Lovel. 3. 4. 5. 6. a m. pr. Mead. 2. Hearnii N. et edd. princc. *Chalcide ad Demetriadem* Lov. 1. *ad Chalcidem a Demetriade* Lov. 6. a m. sec. Vulgatum, quod reliqui codd. servant, et primum vidi in ed. Ven. 1498. rectum esse, ex cap. præc. ubi Larissa recessisse, et Demetriadem rediisse dicitur, colligi potest. *Neoptolemi* primi Moguntini ediderunt. Priores habebant *Deoptolemi,* quod etiam est in Lovel. 5. *Deoptolomi* in Hearnii L. 1. Sed, litera *d* in *cl* mutata, *Cleoptolemi,* ut

Gelenius emendavit, reliqui codd. Vide ad x. 24. § 2. Ceterum locum hunc ex Polyb. Livium expressisse, ante Sigon. observavit Victor. Var. Lect. XXIV. 11. ejusque fragmento ab Athenæo servato Gelenii emendationem firmavit.

Quum patrem, primo ablegando, deinde coram ipse rogando, fatigasset] *Allegando* legitur rectius, quam *ablegando*. Gelen. Illud vero [*ablegando*] ut defeudatur, aut verius ut intelligatur, haud equidem scio. Quomodo enim 'ablegat' et liberum, et quem paulo post sit rogaturus? quare alii recte *allegando* emendarunt. *Glar.* Et hoc [*ablegando*] Gruteri postrema revocavit. Nam post Gelenium admissum fuerat *allegando;* de quo non dubitandum. Sigonius interpretatur (ad verba præcc.) per legatos sollicitando. Non satis proprie: neque enim, per quem rex cum privato præsertim aliquid agit, is statim legatus. 'Allegant' autem non modo reges, sed quivis privati, qui per amicos aliquem alloquuntur. Cicero in Verr. I. 16. 'Quanta iste cupiditate, quibus allegationibus illam sibi legationem expugnavit.' Et rursus cap. 51. 'Cum sibi omnes ad istum allegationes difficiles, omnes aditus arduos ac potius interclusos viderent.' Philipp. v. 5. 'Cretensis judex, isque nequissimus: quem ad hunc reus alleget? quomodo accedat?' Q. Cicero de Petit. Consul. c. 1. 'Hi rogandi omnes sunt diligenter, et ad eos allegandum.' Fabius Decl. CCCLXXVII. 'Quid ergo? rogare non possum, ad preces decurrere, iterum allegare amicos non possum?' Itaque eleganter in hac ipsa materia, in qua Livius, Statius Achill. II. 221. 'Te Peleus nato socerum et Thetis hospita jungunt, Allegantque suos utroque a sanguine Divos.' Aristophanes dicit προσπέμπειν φίλους in Equitib. 470. Καὶ ταῦτα μ' οὔτ' ἀργύριον, οὔτε χρυσίον Διδοὺς, ἀναπείσεις, οὔτε προσπέμπων φίλους. Hinc 'allegati' dicuntur antiquis sequestri quidam, quos ad aliquem mittimus, indicium ejus testato cognituri: qui deinde transeunt in testes eorum, quæ audiverunt ab eo ad quem missu alieno profecti fuere. Hoc voluerunt, a quibus accepit Isidorus, 'testes sic appellari:' sed male accepit, cum 'allegatos' fecit, l. IV. c. 23. Cicero ad Q. Fratr. II. 3. 'Nerius index edidit ad allegatos Cn. Lentulum Vacciam et C. Cornelium.' Pessime Turnebus, *edidit alligatos*, vel *ad alligatos*. Pro Cluentio cap. 13. 'Ac tum in Oppianici caussa crimen hoc Asinianum cum testibus multis, tum vero indicio Aiulii probabatur: in quo inter allegatos Oppianici nomen primum esse constabat.' Turnebus et hic *alligatos*, id est, ait, crimini obnoxios, criminis affines, Adv. XX. 5. Nec melius Manutius, necesse esse, ut, qui 'alligati' dicuntur, nocentes quoque fuerint. Dicit enim Cicero in Oppianici caussa, quam dixit deferente Cluentio, inter alia objectum ei scelus Asinii interfecti, probatumque cum testibus multis eorum, quæ apud Manilium acta fuerant, tum indicio Aiulii, ad quem missi allegati, ut de re ex ipso cognoscerent, acceperunt et certum habuerunt, primum ac præcipuum inter cæteros, quorum opera circumventus et occisus erat Asinius, fuisse Oppianicum. Aiulius ad allegatos edidit principem illius facinoris Oppianicum, ita constanter, ut illis res minime dubia visa fuerit. Hoc est, 'in Aiulii indicio primum Oppianici nomen esse, constitisse inter allegatos.' *J. F. Gron. Adlegando* legendum esse, monuit etiam Gronovius pr. ed. nott. ad XXXIX. 13. et ita omnes nostri, nisi quod *ablegando* sit in solo Lov. 5. *allegandum* in Lov. 6. Præterea *dum patrem* Lov. 5. cum multis veterum edd. Perperam. Vide ad l. I. c. 40. § 7. *Cum patre* Harl. Tum *dein* Lov. 1. 4. 5. Mead. uterque, et ed. Camp. Vide ad III. 3. § 6.

Fatigasset exsulat ab Harl.

Invitum se graviori fortunæ conditionique inligantem] Legitur rectius *gravioris fortunæ conditioni*, quam *graviori fortunæ conditionique*. Gelen. Libri nostri omnes *graviori fortunæ conditioni illigantem*. Gebh. *Gravari fortunæ conditione allegantem* Gaertn. et Voss. a m. pr. *graviori fortunæ conditione allegantem* Voss. a m. sec. et Lov. 6. *gravari fortunæ conditioni alligantem* Lov. 1. *graviori fortunæ conditioni illigantem* Lov. 2. 4. 5. Mead. ambo, et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. *graviori fortunæ conditionique illigantem* ætate proximæ cum Harl. Vel recte Gelenii emendationem Froben. 1535. adoptavit, vel *graviori fortunæ conditione inligantem* legendum, ut est in Lov. 3. Vide ad XXXV. 46. § 10.

§ 2 *In media pace nuptias celebrat; et retiquum hiemis, oblitus quas tum simul duas res suscepisset*] Legitur rectius *oblitus quantas*, quam *quas tum*. Gelenius. Pall. *nuptias celebrabat, et belli tum hiemis oblitum* (Pal. alter *obtitus*) *quantum simul duas res susc.* Gebhard. *Nuptias celebrabat* Lov. 2. 3. 4. et Harleian. Hinc *et belli tum hiemis* Voss. Lovel. 1. 4. 5. Mead. 2. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Deinde *quam tum simut duas res* Lov. 1. et Voss. a m. pr. qui *quas tum* in margine pro varia lectione ostentat, quod etiam præferunt Lov. 2. et Gaertn. *quas tum simul res* Lovel. 6. *quas tum duas simul res* Harl. *quas simul cum duas res* Lovel. 3. *quasi tum non simul duas res* Lov. 5. Mead. 2. et eædem edd. *quantum simul duas res* Lov. 4. *quantas tum simul duas res* Mead. 1. Gelenii emendationem, quam Frob. a. 1535. expressit, firmat auctoritas cod. Mog. Insuper *suscepit* Lovel. 1. *recepisset* Lovel. 5. et ed. Camp. Mox pronomen *in* non adparet in Lovel. 1. nec voces *in conviviis* in Harl. Postea *et demum ex fatigatione* Lov. 3. *ac deinde fatigatione* Harl. Tandem *quam ex satietate* legit Gaertn.

§ 3 *Qui ubique, ad Bœotiam maxime, præpositi hibernis*] Forte, *qui ubique, ac Bœotiæ maxime præpositi hibernis erant*. J. F. Gronov. *Maxime ad Bœotiam* Lov. 3. Tum *præpositi hiemis erant* Voss. Mox *in eadem et milites* Voss. Lov. 1. 2. Harl. Mead. 1. Gaertn. et edd. antiqq. usque ad Moguntinos, qui ex cod. suo *eumdem* dederunt. Tum § seq. *nec quisquam eorum arma* Voss. Lovel. 1. 3. 6. et Gaertn. *induxit* autem, pro *induit*, Lovel. 2. 3. 4. et Mead. ambo. Vide ad XXX. 13. § 12.

§ 5 *Itaque principio veris, quum per Phocidem Cheroneam*] Rex Antiochus Chalcide in hibernis dormierat; quomodo igitur per Phocidem Cheroneam venire poterat? cum Cheronea sit urbs Bœotiæ, cui Chalcis ab ortu, et Phocis ab occasu. Nisi quis malit de Chalcide Ætoliæ intelligere, de qua paulo post: quamquam, ut puto, adjecisset *Ætoliæ*, cum a Demetriade illuc eum discessisse facit: pronius enim est iter in Chalcidem Eubœæ intelligere, quam Ætoliæ. *Glar.* Quærit Glareanus, quomodo ex Chalcide per Phocidem Chæroneam Antiochus venerit? quam autem quæstionem ponit, non recte explicat. Chalcidem enim accipit Ætoliæ, non Eubœæ, parum scite. Esse autem legendum *per Phocidem in Acarnaniam* cum Livius, tum Appianus ostendunt. Livius paulo post ita (c. 12.): 'Rex, præsidio Medione imposito, et in quibusdam aliis Acarnaniæ oppidis, Thyrium discessit, et per Ætoliæ ac Phocidis urbes Chalcidem rediit.' Appianus etiam apertius in Syriac. p. 96. sic: ἀρχομένου δ' ἔαρος, ἐμβαλὼν ἐς Ἀκαρνανίαν, ᾔσθετο μὲν τῆς ἀργίας τοῦ στρατοῦ, δυσέργου πρὸς ἅπαντα ὄντος. Item: ὑπαγαγόμενος δὲ ὅμως τινὰ τῆς Ἀκαρνανίας, καὶ τὰ λοιπὰ πολιορκῶν, ἐπεὶ τάχιστα Ῥωμαίους ἐπύθετο περᾷν τὸν Ἰόνιον, ἐς Χαλκίδα ἀνεζεύγνυ. [' Glareanus de Chalcide Ætoliæ dubitat, nihil asseverans; imo reprehendens.']

Sigon. Vet. ed. *per Phocidem Cheroneam.* Pall. *per Phocidem Caroneam.* Gebh. *Per Phocidem Caroneam* Voss. Lov. 3. 6. *per Phocidem Caronea* Gaertn. *per Phocidem Coroneam* Mead. uterque: *per Phocidem Charoneam* Lov. 1. 2. 4. *per Phocidem Cheronē* Harl. *per Phocidem Cheroneam* Lov. 5. Sigonii conjecturam Dau. Heins. in contextum ed. Elzevir. recepit, quam recentiores servarunt usque ad Crevier. qui priscam scripturam revocavit, et docuit ex Strab. IX. 416. antiquitus Phocidem non tantum ab altera parte sinum Corinthiacum, sed etiam ab altera sinum Maliacum et mare Euboicum attigisse. Adde Strab. ibid. p. 424. et Palmer. Græc. Ant. VI. 1. Non necesse igitur fuisse Bœotiam intrare trajecturo ab Eubœa in Phocidem; quemadmodum etiam cap. sequenti Antiochus 'per Ætoliæ et Phocidis urbes Chalcidem rediit,' non facta Bœotiæ mentione. Ejus itaque exemplum secutus sum. Livium enim alibi etiam iisdem terminis Phocidem innuisse, videbimus h. lib. ad c. 20. § 1. Mox τὸ *undique* deest in Lov. 6. Deest *nihilominus severiore disciplina* Voss. et Gaertn. *nihilo seviore* Harl. Vide ad Epit. Liv. l. LVII. *nihilo segniore* Lov. 5. et edd. principes. Tum *hiberne* Gaertn. *hibernare* Lov. 5.

§ 6 *Inde Acarnanem et Menippum Macedonem, magistratum Ætoliæ*] *Stratum* nescio quis in *magistratum* depravavit. *Gelenius.* Stephanus *Stratum Acarnaniæ* esse ait. *Sigon. Acarnanum* Harl. *Acarnanam* Voss. Lov. sex, et Mead. ambo. *Acarnana* Gaertn. quem secutus sum. Vide ad XXXVII. 45. § 17. Tum *magistratum Ætoliæ* Lov. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, et Harl. *magr̃m Ætoliæ* Lov. 1. *et magistratum Ætoliæ* Voss. et Gaertn. *Macedonem Ætoliæ*, media voce neglecta, Lov. 1. Ceterum non Stephanus tantum Straton urbem Acarnaniæ vocat, sed etiam Thucyd. lib. II. capp. 80. et 102. Nec tamen, vel Livium errasse, vel locum ejus mendosum esse, existimandum est. Nam et id repetit XLIII. 21. idemque non obscure colligitur ex XXXVIII. 4. Id etiam innuit Polyb. V. 96. Potius videtur aliud tempore Thucydidis, quem Steph. secutus est, aliud tempore Philippi Macedonis obtinuisse, ut etiam observant Palmer. Græc. Ant. III. 5. p. 386. et Cell. Geogr. Ant. II. 13. p. 707. Mox *ducere jubet* Lov. 5. et edd. vett. Primus Aldus ex cod. Mog. vulgavit *jussit*, quod in reliquis meis superest. Deinde *sacrificio Apollinis facto* omnes scripti nostri, Hearnii L. 1. et edd. vett. Idem Aldus ex eodem cod. recte *Apollini* substituit. Ultima litera voci *Apollinis* adhæserat ex similitudine initialis literæ vocis seq. Vide ad IV. 33. § 10.

§ 7 *Consilio principum Ætoliæ habito*] Ita Jac. Gronovius edidit, quem Clericus secutus est. Antea edebatur *concilio*, quod postea etiam servarunt Doujatius, Hearnius, et Crevierius: neque aliter fuisse video in Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. et Gaertn. Gronovii tamen lectionem, quæ in reliquis codd. unde nihil notatur, exstitisse videtur, veriorem esse puto. Non enim universi Ætolorum populi comitia vel conventus indicatur, quod *concilium* vocari solet, teste Gronov. ad XLIV. 2. § 5. sed tantum conventus principum Ætoliæ, qui quasi gentis senatores erant, quod *consilium* dici Gronov. ibid. docuit; videntur itaque indicari Ætolorum apocleti, quod 'sanctius' gentis non *concilium*, sed *consilium*, adpellari vidimus ad XXXV. 34. § 2.

Via, quæ præter Chalcidem et Lysimachiam fert ad Stratum] Nescio quis *Calidonem* in *Chalcidem* depravavit. *Gelen.* Hujus 'Chalcidis' in Ætolia omnes meminerunt; 'Lysimachiæ' etiam Strabo X. 460. ubi de Oleno: nam utraque deserta erat illius tem-

pore. 'Stratus' autem Acarnaniæ maxima urbs super Acheloo, cui Livius more suo adjecit præpositionem. Ideo autem a nobis hæc notantur, ne, quæ bene habent, temere ab aliquo mutentur. Nam pro *Chalcide* quidam ita *Calydonem* substituerunt. *Glarean.* Primarum edd. lectionem *Chalcidem*, quam, a Froben. 1535. ex emendatione Gelenii mutatam, Vascosanus auctore, ut videtur, Glareano revocavit, in uno tantum meorum Lov. 5. superest. *Chalcidonem* legunt Harl. et Mead. 1. *Calchidonem* Lov. 3. *Chalodonem* Lov. 1. *Chalidonem* Voss. et Lov. 4. *Callidonem* Lov. 6. *Calidonem* Lov. 2. Mead. 2. et Gaertn. *Chalcidem* et *Calydonem* Ætoliæ vicinas urbes esse verum est. Malui tamen *Calydonem*, quam *Chalcidem*, partim quia vel multi codd. id voluunt, vel eorum vestigia eo ducunt: partim quia verisimilius est *Calydonem*, librariis minus notæ, in *Chalcidem*, notissimæ urbis nomen, quam contra, mutatum esse: partim denique quia Calydon itineri a Naupacto Stratum instituto magis convenire videtur, quam Chalcis; quæ urbs ab hoc itinere remotius versus mare sita erat. Ceterum *viam* legunt Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. priscæ, pro quo Moguntini ex cod. suo substituerunt *via*. Deinde *propter* Mead. 1. sollemni scribarum errore. Vide ad IV. 61. § 10. *Per* Mog. cod. cujus auctoritatem licet plerumque sequi malim, hic tamen præferendum puto vulgatum *præter*. Vide ad XXVIII. 42. § 3. Denique *fert Ascratum* Voss. *fert Astratum* Lov. 1. 2. Harl. et Mead. uterque: *fert Astractum* Lov. 3. 4. *fert Abstractum* Lov. 6.

§ 8 *Mnesilochus princeps Acarnanum*] Ita Moguntini ex cod. suo ediderunt. Antea legebatur *Mansilochus*, quod servant Voss. Lov. 5. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. *Mansilocus* Lov. 1. 2. 4. *Masilochus* Lov. 6. *Marsiliochus* Harl. *Marsilochus* Hearnii L. 1. *Marsilogicus* Lov. 3. 'Mnasimachum Acarnana' memorat Livius XXXVII. 45. Μνασίλοχον Ἀκαρνᾶνα Polyb. in Exc. Legat. num. XXIV. et XXXV. Ad priorem autem Polyb. locum Ursinus incertus hæret, utrum posteriori Livii loco 'Mnasilochum' ex Polybio, an vero utroque Polybii Μνασίμαχον ex Livio emendandum sit: quorum illud verius videtur, quia etiam hoc loco, et cap. seq. *Mnasilochus* scribendum esse omnium codicum et edd. vestigia suadent. Mox *non ipse solus* Voss. et Gaertn. Tum *regi conciliat* Lov. 1. 3. et 6. Hinc *Clytum et prætorem, penes quem tota potestas erat* Voss.

§ 9 *Quæ cum Attalo, quæve circa Cephaleniam erat, arte eos est adgressus*] Lege *Attilio*. Est enim A. Attilius classis Romanæ præfectus. *Sigon.* Vet. ed. *cum Attilio*, quod idem e suo monenti Sigonio miror non obtemperatum a novitiis correctoribus. *Gebh.* *Quæ cum Attalo* Frob. demum dedit a. 1535. Ea vero lectio in nullo cod. obvia fuit. Præferunt enim vel *Accilio*, vel *Acilio*, vel *Actilio*, vel *Attilio*, quod etiam exhibent edd. principes, vel *Atilio*, quod etiam Sigonius in contextu restituit, et post eum reliqui editores servarunt. Quod autem hic *Attilio* legi jubeat, calami aberratione accidisse existimo, quum ipse gentis 'Atiliæ' nomen uno *t* scribi oportere doceat ad V. 13. § 3. Deinde *circa Phaleniam erant* Mead. 1. *circa Phaloniam erat* Harl. *circa Phalaneam erat* Lov. 3. *circa Phallaniam erat* Lov. 6. in quibus omnibus vox *quæve* deficit: ut velle videantur, classem Romanam cum Atilio circa Cephaleniam fuisse: quum tamen constet ex cap. seq. A. Postumium partem classis, paucas naves, et præsidium accepisse, quo Cephaleniam obtineret: *qui circa Phalaniam erat* Lov. 1. *quo circa Phalaniam erat* Voss. *quæ circa Phalaniam erat* Gaertn. *quæ*

circa Phalaniam erant Lov. 4. *quæ circa Phaloniam erant* Mead. 2. *quæve circa Phalaniam erat* Lov. 2. Vulgatam lectionem unus Lov. 5. firmat, quæ etiam vera est: prima syllaba vocis *Cephaleniam* ab ultima præcedentis elisa videtur: quemadmodum etiam in plerisque ultimæ literæ *τοῦ quæve* interceptæ sunt a proximis; quod facile accidere potuit, præsertim si librarii, ut soliti sunt, scripsere *queue*. Hinc *arte* in solo iterum Lov. 5. superest, reliqui male substituunt *ante:* quas voces librarii interdum confuderunt. Vide Broukh. ad Prop. II. X. § 8. Tum *eos aggressus*, omissa media voce, Gaertn. *eos aggressus est* Lov. 1. *eos egressus est* Voss. et Lov. 3. ac 6. *eos est egressus* Lov. 4. et Mead. 2. Paullo ante *non facile* deest in Voss. sed *ad defectionem non facile* legit Gaertn.

§ 10 *Ad Medeonem et Pyrrheum*] Nescio quis hic et paulo post non semel *Tyrrheum* depravavit in *Pyrrheum*. Gelen. Strabo IX. 410. duos facit 'Medeones,' alterum in sinu Crissæo, de quo hoc loco Livius, ut opinor, intelligit, alterum Bœotium, qui ab illo sit denominatus. *Pyrrheum* vero nescio his locis. *Pyrrham* multi nominant. Vetustiores libri habent *Tyrrheum*. Glar. *Medionem* habent libri veteres: et recte. Est enim 'Medion' oppidum ad Ætoliam, auctore Stephano: (qui præterea et Μεδεῶνα, tam Βοιωτικὴν πόλιν, quam Φωκικὴν ἑτέραν, agnoscit) Μεδίων πόλις πρὸς τῇ Αἰτωλίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν Μεδιώνιος. Item *Thyrium* scribendum est, quod est Acarnaniæ oppidum, eodem teste: Ἔστι καὶ Θύριον Ἀκαρνανίας, διὰ τοῦ Ι, τὸ δὲ ἐθνικὸν Θυριεύς. *Sigonius. Medeonem* primi ediderunt Moguntini. Priores legunt recte *Medionem:* neque aliter Mss. nisi quod *Medione* sit in Lov. 4. et Mead. 2. Cum hac urbe perperam 'Medeonem Labeatidis terræ' confundere videtur Sigonius ad XLIV. 23. § 3. ubi vide. Prima etiam ed. Mog. ejusque exemplo paucæ aliæ *Pyrrheum* exhibuerunt. Froben. 1535. *Tyrrheum*, quod erat in edd. principibus, revocavit. Et ita Lovel. 5. *Tyrreum* Lov. 3. *Turreum* Lov. 1. 4. et Mead. 2. *Tirreum* Lovel. 2. 6. et Mead. 1. *Tireum* Harleian. *Tureum* Vossian. et Gaertn. Urbs hæc Θύρρειον vocatur in epigrammate Antipatri, quod edidit Holsten. ad Steph. de Urb. voc. Νικόπολις, quod metri caussa factum esse potuit. Certe apud Polyb. Θύρεον vel Θούριον, ejusque gentile Θυριεὺς effertur; quo etiam usus est Xenoph. Hist. Græc. VI. 585. Harduinus et nummum ex Goltzii Græcia p. 23. laudat cum inscriptione ΘΥΡΙΕΩΝ. At in ipso Goltz. tab. VI. binos reperio nummos, quibus inscriptum est ΘΥΡΡΗΩΝ. Ceterum quum Livius sua circa hæc tempora potissimum ex Polyb. hauserit, præstare videtur, ut ex eo *Thyreum* vel *Thurium*, quam cum Sigonio ex Steph. Byz. *Thyrium* legamus. Nihil tamen in contextu mutavi. *Thyreum* editur etiam apud Cic. ad Fam. XVI. 5. Vide Ursin. ad Polyb. Exc. Leg. num. LXXV. Cellar. Geogr. Ant. II. 13. p. 707. et quæ notantur ad XXXVIII. 9. § 2.

§ 11 *Nihil adtineri omnes tumultuose concitari*] Libri omnes *omnis tumultus concitari*. Gebh. Ita et Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. vett. *tumultus omnes concitari* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Vulgatum Aldus ex cod. Mog. recepit. Mox *tum*, pro *Thyrii*, Mead. 1. et Gaertn. *Turi* Lov. 1. *Turri* Lov. 4. et Mead. 2. *Tirei* Lovel. 2. et Harl. *Tyrei* Lovel. 3. *Thyrrei* Lov. 5. *Tyrĕis* Lov. 6.

CAP. XII. § 1 *Quibus auditis, quum in concione*] *Ut in concione* Voss. et Gaertn. Mox § seq. *consererent*, pro *censerent*, Gaertn.

§ 3 *Media visu est Clyti sententia, eaque accepta est*] Pall. et vet. ed. *media visa est Clyti sententia, eoque accepta*. Gebh. *Est* ultimo loco abest a

quibusdam libris apud Hearnium. Nec placebat mihi ante visam illius ed. Plane alterutro loco tolli potest. *Duker.* Τὸ *est* utroque loco delet Mead. 1. sed solo posteriori reliqui nostri, Hearnii L. 1. et editi ante Moguntinos, qui ex cod. suo adjecerunt. Vide ad XXXV. 1. § 12. et c. 14. § 4. Tum *eque accepta* Mead. 1. *eaque accepta* Lov. 3. 6. et edd. Francof. 1578. ac proximæ usque ad Gronov. qui *eoque* restituit, ut non tantum priores typis excusi, sed et reliqui omnes Mss. legunt. Vide ad v. 16. § 3.

Ut Medeonios super tanta re consultare, &c. pateretur] Vet. lib. *Medios* habent. Aperte tamen legendum est *Medionios:* inquit enim Stephanus, cives Medionis oppidi esse Μεδιωνίους. *Sigon. Mediones* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *Medios* reliqui mei, Hearnii N. et edd. principes. *Medionios* ætate proximæ usque ad Moguntinos, qui *Medeonios* dederunt. Utrum tamen ex cod. suo, incertum est. Saltem in excerptis ejus hanc lectionem non memorant.

§ 4 *In eam legationem Mnesilochus, &c. conlecti*] Vet. lib. *conjecti:* egregie. Sic est locutus XLV. 15. 'Tribum sortirentur, in quam omnes, qui servitutem servissent, conjicerent.' Eodem modo legendum est apud Ciceronem in Philipp. v. 6. 'Totum denique comessationis Antonianæ chorum in tertiam decuriam judicum scitote esse conjectum:' non *collectum*, ut vulgo legitur. *Sigon.* Ms. *de industria collecti.* Sed malo vulgatum *conjecti.* Modius. Omnes nostri libri scribunt *Mansilocus*, seu *Mansilochus*, pro *Mnesilochus.* Gebh. Omnes etiam et edd. vett. et scripti nostri *Mansilocus*, vel *Mansilochus*, nisi quod *Marsilocus* sit in Lov. 3. *Massiliochus* in Harleian. *Mnesilochus* Moguntini ex cod. suo reposuerunt. Vide ad cap. præc. § 8. *Collecti* ex cod. suo receperunt Moguntini. Adsentior tamen viris doctis, *conjecti*, quod est in prioribus excusis, omnibusque codd. nostris, et Hearnii, alteri lectioni præferentibus. Supra XXXV. 28. 'Eo inpedimenta omnia et calonum turbam conjectam armatis circumdedit:' ubi vide Gronov. Codicis Moguntini *collecti* natum est ex scribarum aberratione, qui passim has voces commutarunt. Exempla vide ad X. 29. § 18. XXX. 5. § 4. c. 28. § 3. XXXI. 37. § 8. XXXV. 28. § 9. et quæ notavi ad Silii XVII. 93. Confundi eodem modo alia horum verborum composita, vidimus ad XXVIII. 36. § 7. Mox *et ipsi terebant* Lov. 3. Sed τὸ *et* perperam adscitum est ex ultimis literis vocis proximæ. Vide ad II. 30. § 13.

§ 5 *Vixdum iis egressis legatis, Antiochus in finibus, et mox ad portas erat*] Pal. 1. *vixdum his gressis.* Alter, *vixdum digressis legatis, Antiochus in finibus, mox ad portas erat.* Gebh. E Mog. est τὸ *et.* Priores eo carebant. Nec male, ut puto. *J. F. Gron.* Vocem *legatis* omisit ed. Gronov. 1665. ejusque exemplo reliquæ recentiores. Utrum tamen Gronovius ita edi voluerit, admodum dubito; partim quia de voce ejecta nihil in notis monuit, partim quia omnes codd. mei, et Hearnii L. 1. eamdem servant: quare contextui reddidi. Ceterum *his gressis legatis* Lov. 4. *ipsis egressis legatis* Lov. 6. *vixdum digressis legatis* Mead. 2. Præterea voculam *et*, quam Mog. ex cod. suo interposuerunt, omittunt omnes nostri, et Victor. Crevierii; quorum fide delevi. Paullo post *ab Exaclito* Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *ab Eraclito* Lov. 3. et 6. Solus Lov. 5. recte vulgatum *ab Clyto* defendit.

§ 6 *Aliquot populi Acarnaniæ defecerunt*] Prima vox deest in Mead. 1. *aliqui populi* legunt Lov. 1. 6. et Harl. Vide ad Livii XXXII. 10. § 12.

§ 7 *Non timidiores Thyrenses fecit*]

Thyrienses a Thyrio. Nam Stephan. ait, gentem Θυριέας appellari. *Sigon.* Vide ad cap. præc. § 10.

§ 8 *Dato ei haud perplexo responso*] Pall. *dato enim haud perpl. resp.* Gebh. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *dato enim perplexo resp.* Lov. 3. *dato enim haud perplexe resp.* Mead. 2. Sæpe *ei* et *eĩ*, sive *enim*, in Mss. confundi, vidimus ad IX. 19. § 5. Adde alia exempla XXX. 30. § 9. et XXXI. 14. § 4.

Nisi ex auctoritate Romanorum imperatorum] Tanti hic facio 'imperatores,' quanti superius hoc libro c. 5. 'exercitus' Romanos. Possis tamen Acilium, Livium, Quintium intelligere. *J. F. Gron.* Gronovii conjecturam Crevierius probavit. An ei firmandæ inservire potest, quod transpositis vocibus *imperatorum Romanorum* legant Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et edd. ante Aldum? Mox *portis clausis* Lovel. 2. *portis quoque clausis* Lov. 5. et typis excusi ante Froben. 1535.

§ 9 *Cn. Octavius missus a Quinctio*] *M. Octavius* Voss. Lov. 1. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. Vide ad VII. 12. § 1. Mox *præsidium ad paucas naves* Lov. 1. *præsidium ac paucas naves* Lov. 6.

A. Postumio, qui ab Atilio legato Cephaleniæ præpositus] Atilius non legatus, sed ipse prætor fuit, cui classis et Macedonia decreta erat. Supra lib. XXXV. capp. 20. 21. et 37. Credibile est igitur, fuisse Postumium legatum Atilii, legendumque *legatus;* quo nomine appellantur non ipsi, qui in magistratu et cum imperio in provincia sunt, sed qui in exercitu vel classe illis dignitate sunt proximi. *J. Periz.* *Ab Quillio* Voss. *ab Aquilio* Gaertn. Mox *implevit spei* Voss. Lov. 3. 6. et Gaertn. Deinde § seq. *jam legionibus mare trajecisse*, pro *jam cum legionibus*, Lov. 3. Vide ad XXXV. 23. § 10. Reliqui tamen vulgatum tuentur. Et potuit præpositio *cum* excidisse ob similitudinem præcedentis *iam*. Certe contra *iam* excidit ob præcedens *quum* vel *cum*. Vide ad VI. 14. § 9. Deinde § ult. τὸ *rex* non adparet in Lov. 1.

CAP. XIII. § 1 *In Dassaretis congressi*] *Dassaritis:* quippe qui, auctore Stephano, ant Δασσαρίτιοι, aut Δασσαρῖται vocantur. *Sigon.* *Dasseretis* Lov. 3. et Harl. *Dassaretis* reliqui, nisi quod *Classaretis* sit in Lov. 1. et 5. quibus consentiunt edd. principes. *Dasseretis* Ascens. ed. 1513. *Dassaretiis* Mog. *Dassaretis* Aldus. *Dassaritiis* J. F. Gron. *Dassaretiis* Jac. Gronov. omnesque recentiores. Vide ad XXVII. 32. § 9.

§ 2 *Quia id tempus rebus gerendis inmaturum erat*] *Idem tempus* Voss. et Gaertn. Vide ad X. 10. § 6. Tum vox *gerendis* deest in Lov. 6. *gerendis rebus* legit Gaertn. *rebus agendis* Lov. 5. et edd. antiqq. usque ad Aldum, qui vulgatum fide cod. Mog. recepit: idem vero firmant reliqui nostri. Vide ad XXII. 28. § 1. Tum *aptum*, pro *inmaturum*, Lov. 3. Mox *in hiberna ingressi* Voss. et Lov. 1. et *in principio veris* Lov. 6. reliquis invitis. Vide ad II. 30. § 14.

§ 3 *Mallæam Perrhæbiæ, Bæbius Philacium*] Alii libri *Maleam* habebant, sed æque obscurum in Perrhæbis. Pro *Philacium*, quidam *Phacium* restituerunt, ut quoque XXXII. 13. § 9. adnotavimus: nomen æque, atque prius, obscurum. *Glar.* Ante *Philacium* legebatur. Est autem in vet. lib. *Phacium*, quod non probat Glareanus, quia nomen sit æque, ac prius, obscurum; Stephanum enim non legit, apud quem est ita: Φάκιον πόλισμα Θεσσαλίας. Θουκυδίδης δ'. Τὸ ἐθνικὸν, Φακιεύς. *Sigon.* *Maleam* Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. 2. Hearnii L. 1. et edd. ante Frob. 1531. quomodo fere iidem, aliique libri præferunt etiam § seq. *Mallææ* meminit Livius XXXI. 41. XXXVI. 10. XXXIX. 25. et XLII. 67. Tum *Fastigium* Hearnii L. 1. *Phastium* Lov. 3. *Phatium* Lov. 1. 2.

et Gaertn. Reliqui *Phacium*. Vide ad XXXII. 13. § 9.

Phaustum eadem celeritate capit] Ptolemæus III. 13. *Phæstum*, et Strabo *Phrestum* in his locis posuere. *Sabell.* Φαιστὸς apud Ptolemæum. Itaque diphthongus apponenda est. *Sigon. Fastium* Lov. 3. *Phastium* Hearnii L. 1. *Phastum* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. *Fuustum* Harleian. *Phaustum* Lov. 2. 4. 5. Mead. uterque, Hearnii N. et edd. vett. *Phrestum* aliæ. Quum autem in nonnullis *Phæstum* Sabellici probatum foret, Frob. 1531. *Phestum* dedit, pro quo recte Sigonius *Phæstum* revocavit. Tum *cepit*, vel *cœpit*, Lov. 2. et Harl.

§ 4 *Chyretias hinc et Eritium occupat*] *Chyretias* paullo ante ad c. 10. ostendimus Estiæotarum apud Ptolemæum oppidum. Sed *Eritium* ubi reperias, vix equidem scio. *Glarean. Eritium*, inquit Glareanus, ubi reperias, vix equidem scio. Optime : non enim *Eritium*, sed *Phricium* est legendum, quod est supra Thermopylas, auctore Stephano : Φρίκιον ὄρος ὑπὲρ Θερμοπύλων Λοκρικόν· ἀφ' οὗ Φρικάνες καὶ Φρικανεῖς οἱ αὐτόθι οἰκήσαντες. *Sigon.* Eadem habet Strabo lib. XIII. pagg. 583. et 621. Sed his Φρίκιον mons est, non urbs; nec Locri, in quibus Φρίκιον ὄρος ponitur, Thessali erant. Præterea hæc non prope Thermopylas, sed in parte Thessaliæ satis remota a Thermopylis gesta fuisse, argumento sunt nomina cæterarum urbium, quæ hic memorantur. Itaque nec *Phricium*, quod pro *Eritium* substituit Sigonius, locum habere potest. Glareanus tamen idem de ' Ericino ' et ' Silana,' quod de ' Eritio,' quærere potuisset. *Duk. Cyrechias* Lov. 1. 3. et Vossian. *Cyrecius* Gaertn. *Cyrrechius* Lov. 6. *Cynethias* Hearnii L. 1. *Cyrethias* Lov. 2. Harl. Mead. ambo, et Hearnii N. *Cytherias* Lov. 5. et edd. principes. *Chyrethias* cod. Mog. quomodo etiam Ascens. a. 1513. edidit. *Cyretias* Frob. 1531. substituit. Vide ad c. 10. § 5. Hinc *Exercitum* Hearnii L. 1. *Hereticum* Harl. *Heriticum* Lov. 2. et Mead. 1. *Herititum* Lov. 3. *Eriticium* Lov. 4. 6. et Mead. 2. *Euritium* Lov. 5. *Ericinium* Hearnii N. *Ericium* Lov. 1. et Vossian. *Erythium* Gaertn. *Phricium* Sigonii displicet etiam Doujatio, quod mons et urbs illa longius ab hoc loco remota sit. Scribendum itaque judicat *Phrycum*, quod Thessaliotidis oppidum inter Cyretias et Mallœam dicit. Verum neque ejus alibi mentionem invenio. Addit vero se *Ericinum* conjecturum fuisse, nisi Livius eam urbem infra hoc cap. expugnatam memorasset. Vulgatum revocavi, partim quia vestigia codd. eo ducunt, partim quia substituta a Sigonio lectio nullius Msti auctoritate firmatur. Neque legitimam mutandi caussam puto, quod alibi non occurrat. Ita enim innumera, præsertim locorum nomina, in scriptoribus mutari deberent. Paullo ante *Atrachen* Lov. 3. *Athracem* Lov. 6. *Achracem* Voss. *Achechem* Hearnii L. 1.

Præsidiisque per recepta oppida dispositis] Ms. *per capta oppida*. Modius. Omnes nostri *per recepta* tuentur. Parum interest, modo ' recipere ' accipiamus pro capere; de quo vide ad XXXIX. 23. § 11. *Depositis* est in Voss. Lov. 1. et 3.

§ 5 *Sub adventum Romani exercitus*] *Sub adventu* omnes Mss. nostri, et edd. antiqq. usque ad Moguntinos, qui *Sub adventum* dederunt. Si ex cod. suo, non adversor. Verum id memoratum oportuisset. Nam, et alterum in usu fuisse, vidimus ad II. 55. § 1. Mox *dedissent sese* Voss. Lov. sex, Gaertn. ed. Campani, et quædam aliæ. Vide ad XXXIX. 50. § 9. Tum *Athamanes occupaverat* Voss. Lov. 1. 2. 4. et Mead. uterque.

§ 6 *Æginum, Hercissum, Compissilana, Tucta, Meliboe, Phaleria. Inde Pellimenum*] *Æginum* est pro *Ægium*. Strabo est auctor. Et ipse Livius

'Ægienses' paulo post scribit. Pari incuria librarii *Melibe* pro *Melibœa* scripsere. Lucanus est auctor VI. 354. et *Pellimenum* pro *Pellineum*, et *Tacta* pro *Tricca*. Vide Strabonem et Ptolemæum. Deinde pro corrupta dictione *Compissilana* haud inepte meo judicio *Gomphi* et *Larissa* reponeretur. Sed in his nihil muto. *Sabell.* 'Vide ne *Ægium* sit legendum potius, quam *Æginum;* et *Argissum*, quam *Hercissum;* et ubi *Compissilana* est, *Gomphi*, *Larissa* libentius legerim; et ubi *Tacta*, *Tricca;* et ubi *Melibœ*, *Melibœa*.' Margo ed. Ascens. 1513. 'Ægeam' inter Emathiæ civitates enumerat Ptolemæus III. 13. 'Argissam' Peneo adjacere, author est Strabo IX. 440. 'Larissa' autem ab Athamanibus nusquam antea occupata refertur; propterea non video cur eam hic reponi voluerit Sabellicus. Pro ea igitur alii *Silanam* posuerunt; et pro *Ægio* ac *Argissa*, *Æginium* ac *Ericinium*. Glar. *Æginum* vel *Eginum* Lov. 5. et edd. antiquissimæ. *Ægium* ex conjectura Sabellici recepit ed. Asc. 1513. *Æginium* Frob. 1535. comprobantibus reliquis codd. nostris, nisi quod *Ægimium* dederint Lov. 1. et 6. atque vox illa desit in Lov. 3. Vide ad XXXII. 15. § 4. Tum *Hercissum* Lov. 5. et edd. principes: *ex'cituum* Lovel. 1. *Ertimum* Voss. *Ertitium* Lov. 6. *Eranium* Gaertn. *Erthinium* Lov. 2. *Hercinium* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *Ercinium* Harl. et ambo Mead. *Ericinium* Lov. 4. et Hearnii N. *Argissa* Asc. 1513. edidit, ut vel ipse, vel alius in margine editionis conjecit. *Ericinium* Frob. 1535. *Ericinum* Gruterus in ed. postrema, quod recentiores servarunt. Sed *Ericinium* etiam memoratur XXXIX. 25. quod revocavi. Hinc *Gompissilana* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. pro quo *Compissilana* dederunt proximæ. *Gempsilana* Vossian. *Gemphisilana* Gaertn. *Gompisilana* Harl. et Mead. 1. *Gophii*, *Silana* Hearnii L. 1. *Gompi*, *Salana* ejusdem N. *Gompi*, *Silana* Lov. 1. et 2. *Gomphi*, *Larissa*, ut Sabellicus conjicit, Ascens. edidit 1513. *Gomphi*, *Silana* Frob. 1535. quod fere servant reliqui codd. *Silana* alibi non memoratur. Dein *Tacta* Lovel. 5. *Tricta* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Hearnii L. 1. ac N. *Tacta*, *Tacea*, *Taoea*, *Tricea* edd. vett. *Tricca* ed. Mog. et ita reliqui codd. Eadem memoratur XXXII. 13. § 5. et XXXIX. 25. § 3. Præterea *Incelibe* Vossian. *Incolibe* Gaertn. *Incelide* Hearnii L. 1. *Nicobile* Lovel. 3. *Meolibe* Lov. 2. *Moebile* Lov. 5. Harl. et Mead. 1. cum edd. priscis. *Mœlibe*, *Melibe*, vel *Meliboe* Lov. 1. 4. 6. et Mead. 2. Memoratur *Melibœa* et lib. XLII. capp. 13. et 46. Tum *Phalaria* Gaertn. *Phaleria* Lov. 5. et edd. antiqq. *Phaloria* substituit Frob. 1535. consentientibus ceteris Mss. Vide ad XXXIX. 25. § 3. Tandem *Philimeum* Lov. 3. *Phelineum* Lov. 2. et Gaertn. *Phelinneum* Lov. 1. Harleian. Mead. 1. et Hearnii N. *Phellineum* Lov. 4. *Phellinneum* Lov. 6. *Pelimenum* Lov. 5. et edd. antiqq. Vide ad c. 10. § 5.

§ 7 *Cum quingentis peditibus et equitibus XL. in præsidio erat*] Ed. Mog. non habet illa *et equitibus XL.* Modius. Desunt etiam non tantum in edd. prioribus, sed et in omnibus Mss. meis, et Hearnii L. 1. et N. Ea primus ex Mog. cod. adoptavit Aldus. Deinde voces *in præsidio* exsulant a Lov. 1. 3. 4. et Harl. Tum *erant* Lov. 1. et Mead. 1. *cum quingentis equitibus mittitur ad Philippum, qui monerent* Hearnii N. *cum quingentis equitibus* etiam Harl. Prius quoque *et* non adparet in codd. meis, nec in edd. Camp. Rom. 1472. et Parm. Paullo ante *Megapolitanus* Lov. 2. 3. et Voss. *Megallcpolitanus* Lovel. 6. Vide ad XXXII. 5. § 5.

Mittunt ad Philippum, qui moneret, ne vim ultimam] *Qui monerent* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Mead. uterque:

mittunt ad Philippum, ne vim ultimam, duabus mediis vocibus omissis, Harl. quæ etiam facile omitti possent, si certiores codd. hanc lectionem comprobarent. Infra c. 22. 'Heracleam ad Ætolos præmisit, ut hanc saltem experti regiam vanitatem resipiscerent.' Vide ad VIII. 23. § 1. et XXXIV. 29. § 9. Mox § seq. voces *in Philippi se* desunt in Voss. et Lov. 1. ac 6. Sed in ultimo cod. *in Philippi* adscribitur a manu altera.

§ 9 *Limnæam eodem tempore*] Quidam neutro genere, quidam fœminino legunt. At ego in Thessalia hujusmodi nomen non memini, quod sciam, legere. Nam quod in Laconica *Limneum* Pausanias refert III. 16. huc non pertinet. *Glar. Limneum* genere neutro fere omnes codd. et edd. antiqq. *Limnæam* primi dederunt Moguntini.

Bæbius restitit ad Pellinæum oppidum] Novitiarum edd. vitium. Scribo *oppugnandum.* J. F. Gronov. *Oppugnandum,* pro *oppidum,* etiam omnes mei. Ex edd. id primum mutavit Gruteri postrema. Crevier. recte alterum revocavit.

CAP. XIV. § 1 *Per eos forte dies M'. Acilius consul, cum decem millibus peditum, duobus millibus equitum, quingentis elephantis, &c.*] Hæc sic vertit Græce Appianus B. Syriac. 96. 'Ρωμαῖοι δ' ὑπὸ σπουδῆς τῆς τότε, ἑτοίμοις ἱππεῦσι δισχιλίοις καὶ πεζοῖς δισμυρίοις καὶ ἐλέφασί τισιν, ἡγουμένου σφῶν Μανίου Ἀκιλίου Γλαβρίωνος, ἐς Ἀπολλωνίαν ἐκ Βρεντεσίου διαβάλλοντες ἐπὶ Θεσσαλίας ἐβάδιζον, καὶ τὰς πόλεις ἐξέλυον τῶν πολιορκιῶν. Non est autem menda apud Livium, qui non *XX. millia* peditum, ut Appianus, sed *X. millia* scribat. Etenim et ante et post etiam duas tantum legiones, primam et tertiam, adduxisse Acilium, ait. *Sigon.* Ed. Mog. elephantorum numerum detrahit, scribendo *XII. elephantis,* pro vulgato et alias recepto *XV. elephantis.* Modius. Appianus ἱππεῦσι δισχιλίοις καὶ πεζοῖς δισμυρίοις. Vetat autem Sigonius de menda cogitare, quia et ante et post dicat 'duas' tantum 'legiones,' primam et tertiam, adduxisse. Posterior locus est lib. seq. c. 2. 'Ad eum exercitum, quem a Manio Acilio (duæ autem legiones erant) accepturus esset.' Prior hujus c. 3. 'Quos L. Quintius milites conscripsisset, et quos sociis nominique Latino imperasset, quos secum in provinciam ire oporteret, et tribuni militum legionis primæ et tertiæ.' Hic non modo *duas legiones* video, sed et *socios nomenque Latinum.* Et eos intelligo, quemadmodum plurimum fieri solebat, peditum numerum æquasse, equitum duplicatum tribuisse. Ergo quum istic lego *duæ autem legiones erant,* subaudio, 'una cum justo numero sociorum:' hic autem, quia mentio fit non legionum, non civium Romanorum, sed numeri universi, omnino credo Livium scripsisse, ut est apud Appianum, *cum viginti.* Sed et inducas, censeo, vocem adsutam, scribasque, *cum viginti peditum, duobus equitum millibus, quindecim elephantis;* vel, *viginti millibus peditum, duobus equitum.* Persuadebunt, credo, quæ superius ad l. XXXI. c. 34. notavimus. Amat et Cornelius Nepos: Miltiade cap. 4. 'Hisque ducenta peditum, decem millia equitum dedit.' Sic erat in membranaceo Veneto. Eodem c. 5. 'Itaque in aciem peditum centum, equitum decem millia produxit.' Dione cap. 5. 'Munitum quingentis longis navibus decem equitum, centumque peditum millibus.' Datame cap. 8. 'Habebat barbarorum equitum viginti, peditum centum millia.' Vegetius de Re Milit. l. I. c. 9. 'Militari ergo gradu viginti millia passuum horis quinque duntaxat æstivis conficienda sunt: pleno autem gradu, qui citatior est, totidem horis viginti quatuor peragenda sunt:' ita enim veteres libri. *J. F. Gron.* Hæc extra dubitationem ponunt, legendum esse *viginti millibus.* Sed Livius

in tradendo numero militum Acilii non satis adcuratus est. Nam quum XXXV. 41. retulisset, consuli, cui sors esset bellum cum Antiocho, 'quatuor millia peditum,' civium Romanorum, et 'trecentos equites,' id est unam legionem, et sex millia sociorum Latini nominis cum quadringentis equitibus decreta, et L. Quintium eos scribere jussum fuisse, deinde XXXVI. 1. et XXXVII. 2. Acilium 'duas legiones' civium Romanorum habuisse significat, nec tamen quidquam de aucto ei numero militum monet. *Duk. Decem millibus peditum* omnes nostri, nisi quod eæ voces desint in Lov. 3. et Hearnii L. 1. quemadmodum etiam voces *peditum, duobus millibus* in Lov. 1. Si quid mutandum, præferenda est Gronovii conjectura *cum viginti peditum, duobus millibus equitum.* Certe *viginti,* pro *decem,* se in cod. Victor. invenisse, testatur Crevier. et recepit. Sufficere vocem *millia* semel poni, vidimus ad XXXI. 34. § 7. Numerus forte per notas erat expressus *XX. peditum:* alteram autem denarii numeri notam librarius pro nota millenarii ∞ accepit, et ita *cum decem millibus* scripsit. Hæ notæ et alibi commutantur. Vide ad XXXIII. 14. § 5. Additus duorum millium equitum numerus Sigonium docere potuisset, non de solis duabus legionibus agi. *Quindecim elephantis,* quod Aldus ex cod. Mog. adoptavit, etiam superest in ed. Camp. et omnibus scriptis nostris, nisi quod in solo Lov. 6. sit *XX^ti elephantis.* Ante Aldum reliquæ edd. præferunt *XII. elephantis.* Error natus est ex numero *XV.* obscurius exarato, unde factum est *XII.* Vide ad XXXVII. 22. § 4. Solent etiam notæ *X.* et *V.* confundi, unde *XX.* pro *XV.* in uno cod. datum est. Vide ad XXXVII. 1. § 6. Paullo ante *Per eos fere dies* Lov. 3. Vide ad XXXIV. 47. § 4.

Copias Larissam ducere delectos militum tribunos jussit] *Larissam ducere tricentos militum tribunos jussit* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. proximæ *trecentos,* vel *CCC.* Quod nunc exstat, primum in Ascens. 1513. invenio, in cujus margine vel ipse Asc. vel alius ita forte legendum conjicit. Nullus tamen codicum addicit: *ducere Larissam tribunos militum jussit* est in Voss. et Gaertn. *Larissam ducere tribunos militum jussit* in reliquis.

§ 2 *Deditio sine cunctatione est facta*] *Sine contentione est facta* Lov. 5. *sine ulla cunctatione facta,* omisso *τῷ est,* Lovel. 3. *sine cunctatione facta est* Gaertn. Mox *præsidium regum* Voss. *traditumque præsidium regi, ita et cum iis* Lov. 1. *traditumque præsidium regium, ita et cum his Athamanes rex. Inde ab Limnæo* Lov. 5.

§ 3 *Deinde et Philippus Megalopolitanus*] Sic Appianus Syriac. pag. 96. *καὶ τὸν* Μεγαλοπολίτην *Φίλιππον αἰχμάλωτον ἔλαβον. Sigon. Megapolitanus* Voss. et Lov. 2. 3. 6. Vide ad cap. præc. § 7. Paullo ante *primo,* pro *primi,* Voss. et Gaertn.

§ 4 *Cui, decedenti de præsidio*] Pall. *cui descendenti præsidio.* Gebh. Similiter Lov. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Verba 'decedere' et 'descendere' interdum a librariis commutantur; exemplum habuimus ad IX. 22. § 10. Eodem modo 'abscedere' et 'abscendere;' vide ad III. 8. § 8. 'accedere' et 'adscendere;' vide ad Silii VI. 603. *Decedenti præsidio* Voss. et Lovel. 2. Utrumque dicitur 'decedere præsidio' et 'de præsidio.' Vide ad IV. 29. § 5. et XXVII. 10. § 1. Sequor igitur numero plures.

Ad ludibrium regium eum consalutari] *Regem* sine dubio poscit sententia. *Sigon.* Scholion hoc Sigonii demum adparuit in ed. Aldina a. 1592. Eo autem emendatur error, qui in nullis, nisi ipsius Sigonii, edd. commissus est. Τὸ *eum* deest in Lov. 3. Tum *cum salutari* legit Lov. 2. Vide ad IV. 24. § 7.

Haud sane decoro majestati suæ joco]

Majestatis suæ Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Ascensiana a. 1513. antiquiores; qui omnes libri una cum Voss. insuper legunt *loco*. Alterum vitium *majestatis* ortum est ex perperam repetita litera initiali vocis seq. Vide ad XXVIII. 25. § 2. Alterum *loco*, pro *joco*, adscribendum est sollemni librariorum errori, qui innumeris locis hæc vocabula commutarunt. Vide ad III. 29. § 5. IV. 44. § 12. V. 49. § 7. VII. 17. § 6. Adde Salmas. ad Solin. p. 136. N. Heins. ad Nas. Her. XV. 48. Fast. I. 299. 396. Fast. IV. 868. Trist. I. 8. 34. Græv. ad Cic. ad Fam. XVI. 21. Burm. ad Quinct. Inst. Orat. VI. 3. pag. 527. Suet. Calig. capp. 9. 27. Kannegiet. ad Aviani præfat. Fab. p. 7. et quæ notavi ad Silii II. 416. Philippum autem natura dicaciorem fuisse, quam regem decebat, et ne inter seria quidem risu satis temperasse, Livius observavit XXXII. 34.

§ 5 *Custodiri jussus, et haud ita multo post*] Τὸ *jussus* neglegentia librarii deest in Voss. Tum *ita haud multo post* Lov. 2. et Gaertn. *haud multo post*, omissa vocula *ita*, Lov. 1. et 6. Male. I. 33. 'Additi eodem haud ita multo post novi cives:' ubi quædam exempla vide. Similiter IV. 12. § 9. VII. 32. § 5. XXXI. 39. § 3. ubi etiam alia exempla notantur; XXXIII. 25. § 9. XXXVII. 46. § 1. et alibi. Mox *Philippo tradita est*, omissa voce *regi*, Voss. Male. Vide ad XXXVIII. 48. § 5. Hic tamen tanto magis necessaria est, quia proxime Philippi Megalopolitani mentio facta erat. Eadem tamen dictio, ut et altera *Philippo* desunt etiam in Gaertn. Præterea *fuerant ad tria millia* Lov. 2.

§ 6 *Ab Pieria et Metropoli*] Supra ad XXXII. 15. § 3. ostendi *ab Pialia et Metropoli* esse legendum, auctore Stephano: urbem enim in Thessalia quærimus Metropoli finitimam. *Sigon.* Libri nostri omnes *ab Cieria*. Gebh. *Ab Pieria* in uno tantum invenio Lovel. 5. neque edd. exhibent ante Mediol. 1505. et Ascens. 1513. *ab Fieria* est in Lov. 3. *a Gieria* in Lov. 6. *ab Cieria* in Voss. Lov. 1. 2. 4. Mead. 2. et edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm. *a Cyeria* in Gaertn. *ab Egeria* in Harl. *ab Eieria* in Mead. 1. et nonnullis edd. vetustis. Doujatius malebat *ab Piaria*, vel *ab Piara*; sed vel manum ipsius, vel operas typographorum aberrasse, eumque Sigonii conjecturam probasse, quam etiam Crevier. probavit, constat ex iis quæ notavit ad l. laud. lib. XXXII. Vide tamen, utrum et hic, et illic, ubi similiter 'Pieria' et 'Metropolis' junguntur, pro *Pieria* legendum sit *Cypæra*. Certe Κύπαιρα in his oris memoratur Ptolemæo III. 13. ac 'Cypæram et Metropolim et iis circumjecta castella' Antiochum recepisse, narravit c. 10. Quid mirum itaque, si nunc etiam simul a fide ejus ad Romanos deficiunt?

§ 7 *Ut per eos conciliaret gentem*] *Gentes* Lov. 2. et Harl. ambo. Sed una Athamanum gens intelligitur. Mox *potiendæ* Voss. et Lov. 4. Hinc *præmissis in civitatem captivis* Voss. *præmissis captivis in civitatem* Lov. 6. Deinde § seq. *clementiam apud se regis* Voss. errore librarii, qui *apud* pro *erga* ex proxime præcedenti repetiit.

§ 9 *Ita Athamania omnis in jus ditionemque Philippi concessit*] Appianus in Syriac. p. 96. ita: Καὶ ὁ Φίλιππος, ἐς Ἀθαμανίαν ἐμβαλὼν, πᾶσαν αὐτὴν ὑπήκοον ἔλαβε, Ἀμυνάνδρου φεύγοντος ἐς Ἀμβρακίαν. *Sigon. In jurisdictione Philippi concessit* Harl. *in jurisdictionem Philippi* Lov. 3. et Mead. 1. Male. Infra XL. 35. 'Paucæ civitates in jus ditionemque venerunt.' Sall. Catil. c. 20. 'Respublica in paucorum jus atque ditionem concessit:' ubi vide Cortium, et Duker. ad Liv. XXXII. 33. § 8. *Jus judiciumque* eodem sensu dixit Liv. XXXIX. 24. 'Totam Athamaniam sub jus judiciumque venisse.' Paullo ante *con-*

tinuit Lov. 1. Deinde *tunc*, pro *tum*, Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. quorum fide recepi. Vide ad II. 12. § 15.

§ 10 *Velut reparato modica quiete exercitu*] Longobardicus codex longe optimus *velut renovato modica quiete exercitu:* quod probo. *Modius.* Vulgatum tuentur Pall. vet. ed. nec non Ovid. Her. IV. 89. 'Quod caret alterna requie, durabile non est: Hæc reparat vires, fessaque membra levat.' *Gebh.* *Reparato* omnes nostri, et Hearnii L. 1. nisi quod *parato* præferat Harl. Sed recte Gruterus in ed. postrema optimi Mog. lectionem *renovato* adoptavit. Ita l. XXI. c. 21. 'Quies renovavit corpora animosque.' Vide N. Heins. ad Ovid. locum laud. ubi nunc *membra novat* editur. 'Renovare' autem et 'reparare' a librariis commutari, observat Burm. ad Nas. Met. I. 2. Ceterum paullo ante *navigationibus et postea itineribus* Gaertn. *navigatione et præterea itineribus* Lov. 2.

Cannonem est profectus] Supra *Cramonem* dixit. Sed utroque modo mendose. Strabo, Plinius, Cicero, et Quintilianus *Cranonem* docent esse legendum. *Sabell.* Idem, qui supra, Ms. *Cranonem est progressus.* Quod aut perinde, aut melius etiam huic loco convenit. *Modius.* *Anionem* Voss. et Gaertn. *Annonem* Lovel. 1. *Achonem* Lov. 6. *Connonem* Harl. et ed. Parm. *Cannonem* Lov. 2. 3. 4. 5. Mead. uterque, et edd. Camp. ac Romana 1472. pluresque aliæ. *Crannonem* edd. Venetæ. Sed *Cranonem,* ut Sabellicus legendum monuit, cod. Mog. quod recte ed. Mog. adscivit. Vide ad c. 10. § 1. Integritati etiam cod. Mog. illud dedi, ut ejus fide *progressus* receperim. Variant has voces librarii etiam XXVII. 12. § 1.

§ 11 *Venienti Pharsalus, Scotussa, et Pheræ*] *Venienti per saltus* Lov. 2. 3. Harl. et Mead. 1. Sed *Pharsalum* ab Antiocho expugnatam Livius retulit c. 10. quam nunc consul recipit. Tum *Scotusa* Voss. Lov. sex, Gaertn. Hearnii L. 1. N. et edd. ante Mog. Vide etiam ad XXVIII. 5. § 12. XXXIII. 6. § 8. XXXVI. 9. § 3. Cellarius utroque modo, vel simplici, vel geminato sibilo, edi, sed urbis eodem nomine ad Strymonem sitæ numnum ΣΚΟΤΟΥΣΣΑΙΩΝ scribere testatur Geogr. Ant. II. 13. p. 681. Mox *et ex iis interrogatis* Lov. 2. *et ex iis interrogati* Harl. *ex iis interrogati* Lov. 5. et edd. antiqq. *ex iis interrogatos* Aldus, et proximi, donec Frob. 1535. *ex iis interrogatis* substitueret; quod tuentur reliqui codd. Deinde *tradidit* Voss. Harl. et Gaertn. Vide ad XXVIII. 30. § 4.

§ 12 *Pernam inde recepit*] Nescio quis *Proërnam* in *Pernam* depravavit. *Gelen.* Quia Strabo IX. 434. Πρόερναν edit, nihil muto; quanquam Stephanus *Proarna* neutro genere scribendum esse docet. Πρόαρνα πόλις Μηλιέων, οὐδετέρως· οἱ οἰκήτορες Προάρνιοι. *Sigonius.* *Penam* Hearnii L. 1. *Pernam* Lov. 5. et edd. princc. *Pyrrham* edd. Mediol. 1505. et Ascens. 1513. Quia autem Livius et Strabo in id consentiunt, nomen hujus urbis per secundam vocalem scribendum, eos potius, quam Stephan. probandos judicat Cellar. Geogr. Ant. II. 13. p. 685.

Et quæ circa eam castella erant] Τὸ *eam* vix credo esse Livii. Ut et c. 43. 'suas autem, ut pacata omnia circa se relinquentes,' τὸ *se* interpretis esse censeo. *J. F. Gronov.* Conjecturam Gronovii probavit Crevier. Certum est Livium simpliciter *circa,* non addito casu, adhibuisse. Vide quæ notavi ad IX. 2. § 7. Verum et aliter non raro locutus est. I. 23. 'Etrusca res quanta circa nos teque sit, quo propiores vos, hoc magis scis.' VII. 32. 'Qui omnia circa se, &c. domita armis habeat.' XXI. 62. 'Romæ aut circa urbem multa ea hieme prodigia facta:' ubi vide quæ

notavi. XXIV. 42. 'Pavorque circa eum ceperat milites, ne mortiferum esset vulnus.' XXVII. 15. 'Postquam quieta omnia circa se vidit.' XXXII. 32. 'Non omnium autem credo fidei, quos circa te video.' XXXVII. 21. 'Nihil aliud quam depopulato circa urbem hostium agro.' c. 24. 'Hannibal, quæque circa eum erant naves, capessunt fugam.' c. 25. 'Civitatium, quæ circa se erant, contrahebat præsidia.' c. 27. 'Ad depopulandum circa urbem agrum milites emisit.' XLI. 2. 'Tribunus militum, quique circa eum constiterant, interfecti sunt.' Vide etiam ad I. 41. § 1. Non igitur omnia ubique apud Livium ad eamdem formulam redigenda sunt, sed codd. integriores nos sequi oportet. Ex illis autem nihil hic mutandum constat, quum constanter receptam lectionem defendant; nisi quod *circa ea* præferant Voss. Lov. 1. 4. Mead. uterque, et Gaertn. quod suadere posset, cum Steph. Byz. in verbis præcedd. neutro genere *Proërna* vel *Proarna* scribendum esse; nisi potius librarii *ea* dedisse viderentur, ut conveniret sequenti *castella*. Vide ad VI. 3. § 8. Mox *Ducere inde porro* Harl. Sed *inde* modo præcessit.

Adpropinquante faucibus, super quas siti Thaumaci sunt] *Adpropinquanti* omnes codd. mei, et edd. antiqq. pro quo Frob. 1535. *Adpropinquante* dedit. Gronovius autem id dictum censet per ellipsin pronominis *eo*, ad XXXIX. 49. § 12. Verum Livium ablativos singulares participiorum præsentis æque in *i*, atque in *e*, formasse, dictum est ad VI. 14. § 13. Si igitur Frobenius cod. Mog. secutus est, consentio; ceteroqui invitis libris nihil muto. Deinde *Taumaci* Lov. 1. 2. 4. *Taumati* Voss. et Mead. 2. *Thaumati* Lov. 5. Gaertn. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. *Theumaci* Lov. 3. *Thaumasti* Harl. cum edd. proximis usque ad Frob. qui a. 1535. recte *Thaumaci* substituit. Vide etiam ad XXXIV. 4. § 1. XXXVII. 7. § 14. Mox in verbis *et in agmen Romanum* copulam expungunt Lov. 1. 3. 6. et Voss. Tum *recursavit* legit Gaertn.

§ 13 *Consul primo mittere, qui ex propinquo*] Pall. et vet. ed. *incursavit. Primo missi, qui ex propinquo coll. det. eos a tali furore.* Gebh. Similiter non tantum edd. principes, sed omnes etiam codd. quos adhibui; nisi quod *emissi* legant Lovel. 2. Mead. 1. et Harl. Vulgatum ex cod. suo Moguntini recepere. Gronov. pr. ed. nott. conjecit, *Primo missis, qui ex propinquo*, omissa voce *Consul*. Sed recte hanc conjecturam in curis secundis omisit. Mox *conloquentes* ignorat Harl.

Perseverare in incepto vidit] *Perseverari incepto* Gaertn. *perseverare incepto* Lov. 1. 2. 6. Harl. Mead. 1. et una vel altera editionum principum. Præpositionem addidit VI. 33. 'Ferociores ad perseverandum in bello faceret.' XXXVIII. 42. 'Senatus his auditis perseveravit in sententia.' Præpositio igitur intercepta est a literis initialibus vocis seq. Mox τὰ *vacuamque eam cepit* ignorat Harl.

§ 15 *Consul ad Sperchium amnem pervenit*] Τὸ *consul* aberat a Voss. Deinde partim *Spergetum*, partim *Spargetum* præferunt omnes nostri, et Hearnii L. 1. Nec aliter edd. usque ad Moguntinos, qui *Sperchium* ex cod. suo vulgarunt. Græcis vocatur Σπερχειὸς, quod Latine *Sperchius*, vel *Spercheus* efferri potest: quemadmodum et in aliis Græcorum nominibus illud ει modo per *i* modo per *e* redditur. Vide ad XXXI. 43. § 5. Jam vero omnes codd. et edd. antiqq. præter solum Mog. Livium *Spercheum* dixisse indicant. Licet enim vox in illis corrupte obcurrat, omnes tamen mediam syllabam per vocalem secundam scribunt. Et, ita Romanos eam formasse, veterum membranarum fide docuerunt N. Heins. ad Nas. Met. I. 579. et Maron. Georg.

II. 487. atque Oudend. ad Lucani VI. 367. Eodem modo etiam scribitur in multis codd. XXXVII. 4. § 10. Mox *Ypatacorum agros* Voss. *Hypatacorum agros* Mead. 2. *Hypatam eorum agros* Harl. *Ypata eorum agros*, Gaertn. *Hypata eorum agros* Lov. 1. 2. 5. 6. Mead. 2. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. *eorum agros*, omissa voce *Hypata*, edd. proximæ usque ad Moguntinos, qui feliciter ex cod. suo emendarunt *Hypatæorum*. Et ita reliqui Mss.

CAP. XV. § 1 *Qui jam tum cernens*] Pronomen *qui* deest in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harleian. Mead. utroque, et Gaertn. quod præter edd. solus recte vindicat Lovel. 5. quum abesse nequeat sine sensus detrimento. Deinde *jam tutum cernens* Lov. 3. Sed vide ad XL. 21. § 8. *Jam eum cernens* Lov. 1. Vide ad IX. 35. § 7. *Jam tunc cernens* Gaertn. Vide ad II. 12. § 15. De junctis particulis *jam tum* dictum est ad I. 41. § 7. Mox voces *amœna Chalcide* exsulant a Lov. 4. et Mead. 2. *petisse* a Voss. Præterea *tunc Ætoloram vana*, una voce auctior, cod. Mog. Insuper § seq. *non ut tantum prudentem virum*, alio verborum ordine, Voss. Lovel. 1. 3. 6. et Gaertn.

§ 2 *Ut, omni contracta juventute, convenirent. Jam et ipse, &c.*] Quo autem duxit? an in 'Ætoliam,' quod nomen præcedit? Hoc non erat ei propositum; nec patiuntur sequentia, 'Quo quum aliquanto pauciores, quam umquam antea, convenissent.' Nam Ætolos in Ætoliam jussos convenire, non addito nomine loci quo convenire jubebantur, satis inepte diceret. Suspicor vitium esse in vocula *Jam*, et Livium scripsisse *ut, omni contracta juventute, convenirent Lamiam; et ipse, &c.* Ætolos in locum propinquum Thermopylis convenisse, e c. 16. colligi potest. Lamia autem non ita longe a Thermopylis, quo se recepit Antiochus, aberat, et tum ab Ætolis tenebatur. l. XXXV. c. 43. lib. XXXVI. capp. 25. 29. et XXXVII. 4. *Duk.* Jac. Perizon. similiter ad marginem Livii monuit, se vix dubitare posse, quin exciderit nomen loci, in quem Antiochus Ætolos convenire jussit. Quod tamen nomen excidisse ex vestigiis vulgatæ lectionis verisimile sit, non addidit; quod sagaciter Dukerus indagasse videtur. Paullo ante *quæ evenirent* Lov. 1. et 6. *quæ tum evenerant* Lov. 5. et edd. vetustæ. Frob. 1535. substituit *evenirent*. Nec aliter præferunt reliqui codd. Præterea *temere* non comparet in Harl.

§ 3 *Jam et ipse eo decem millia, &c.*] Appianus in Syriac. 96. ita: Γενομένων δὲ τούτων, τῶν μὲν οἰκείων πεζῶν μυρίων καὶ ἱππέων πεντακοσίων, ἐπὶ δὲ τούτοις διά τινων συμμάχων Θερμοπύλας κατέλαβε. *Sigon. Jammet ipse* Lovel. 2. et Harl. perperam litera ultima τοῦ *Jam* in principio sequentis vocula repetita. Vide ad XXXVII. 29. § 8. Error etiam ex minus distincta pronunciatione verba præeuntis natus esse potest.

Ex Asia expleta, et equites quingentos] Nescio equidem, an satis sanæ sint hanc partem membranæ Moguntinæ, in quibus liquido perscriptum est *qui postea venerant ex Asia et Creta, et equites.* Modius. Neque ego ea de re certius quid adferre possum. Eo tamen inclinat animus, ut credam, librarium Mog. cod. errasse. Caussam enim non video, cur Livius potius Cretæ, quæ inter Asiæ insulas semper numeratur, quam alterius ejusdem Asiæ regionis, unde copias Antiochus evocavit, meminisse voluerit. *Completa* legunt Voss. et Gaertn. Τὸ *et* deest in Lov. 1. et 6.

§ 4 *Quo quum aliquanto pauciores, quam umquam antea, convenissent*] *Quod quum aliquanto* Lov. 1. 5. Hearnii L. 1. et edd. Ascens. 1513. utramque lectionem *Quod* in contextu, *Quo* in margine præfert Voss. Vide ad cap. 33. § 3. Tum *quam ante convenissent*

Lovel. 5. et edd. antiqq. *ante* etiam omnes codd. nostri: at *vincam*, pro *umquam*, Voss. *iuntã* Lov. 1. *numquam* Gaertn. *quam umquam antea convenissent* Mog. ex cod. suo restituerunt: *umquam* servant etiam reliqui mei.

§ 5 *Adv. detrectantes militiam valuisse; destitutus undique et ab suis*] *Detractantes* Voss. Lovel. 2. 4. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXXIV. 15. § 9. Tum *et destitutus undique et a suis* Gaertn. *et destitutus undique ab suis* Voss. *destitutus undique a*, vel *ab suis* Lov. 1. et 3. Mox § seq. *Græciam dividit* Gaertn.

§ 7 *Ante saltum Thermopylarum in septentrionem versa Epirus*] Elegans est hæc descriptio, quamquam improprie aliquot fines describit. Nam quis Epirum Thermopylis ad septentrionem intelligere potest? quod propter exemplaria admonemus. *Glar.* Epirum ante saltum Thermopylarum ad septentrionem esse, recte dictum esse, et sine librorum menda, contra quam tradidit Glareanus, inde intelligi potest, quod Atticam a tergo ad meridiem, et Euboeam insulam collocat. Reliqua descriptio Thermopylarum, quatenus aut occidentem spectat, aut orientem, ex Polymnia Herodoti c. 176. sumta est. Thermopylarum enim, inquit, quæ pars montis occidentem spectat, invia atque dirupta est usque ad Œtam: quæ autem orientem, ea a mari excipitur. Ibi aquæ calidæ sunt, quas Ollas indigenæ vocant, et supra ara Herculi exstructa est, et murus, supra quem olim πύλαι, id est, portæ erant. Prosequitur deinde Leonidæ et comitum Lacedæmoniorum mortem, qua locus ille nobilitatus est, ut paulo post ait Livius. *Sigon.* Pall. et vet. ed. *in septentrionem versa Epirus.* Gebhard. Scripti *ante saltum Therm. in sept. versa Epirus.* Nec secus omnes edd. ante Curionem, vel Gryphium. Nos veterem lectionem Livio adsernimus. Ita et XXIV. 13. de Tarento: 'Urbem esse videbat quum opulentam nobilemque, tum maritimam et in Macedoniam opportune versam.' I. XXVII. c. 15. 'Ipse circuito portu ab regione urbis in orientem versa occultus consedit.' Hoc lib. XXXVI. c. 43. 'Portum Chiorum in Ægæum mare versum.' XXXVII. 4. 'Quamquam omnis ora maritima eorum, quæ in Peloponnesum versa est, depopulata ab Achæis erat.' Eodem lib. c. 31. 'Duos in utramque regionem versos portus tutissimos habet.' XLII. 37. 'Oramque maris in occidentem versi ante hiemem circumirent.' *J. F. Gron. Septentrionem versus Epirus* non primus vel Curio, vel Gryphius, sed Froben. 1535. dedit; cujus loco recte Gronov. veterum edd. et codd. suorum lectionem *in septentrionem versa* revocavit: quibus concinunt omnes nostri, et Hearnii Oxonn. Ita I. 41. 'Fenestras in novam viam versas.' XXIII. 16. 'Tres portas in hostem versas.' XXV. 27. 'In statione versa in Africam.' XXVI. 44. 'Tumulo urbis in orientem verso.' Lib. XXXII. c. 18. 'Anticyra in Phocide, in Corinthium versa sinum.' XXXIV. 9. 'Partem muri versam in agros.' XXXV. 23. 'Oppidaque omnia, quæ in Græciam versa erant.' XL. 7. 'Versisque in viam fenestris.' Vide Gronov. ad XLI. 1. § 7. et Nic. Heins. ad Vell. Pat. II. 101. § 3. In hac locutione Livius pro *in* adhibuit etiam *ad.* Vide ad IX. 2. § 15.

Et Thessalia est, et Thyote, et sinus Maliacus] *Phthiotæ*, ut supra ostendi, vera et integra vox est. *Sabell.* Quinam sunt illi nobis *Phthiotæ Achæi*, aut unde domo? An non est Phthiotis, sive Phthiotia Thessaliæ quarta pars, in austrum vergens, cujus caput Phthia, Achillis patria? unde est illud in epistola Briseidis ad eumdem, 'Phthiis canescant æquora remis.' Item Achæi nonne sunt Græciæ populus in Peloponneso, vicinus Lacedæmoni? Omnino, nisi oculis

male usus sum, Strabonem, Plinium, Melam, alios evolvens. Merito igitur hic est in membranis *et Phthiotæ, et Achæi.* Modius. Vet. ed. *et Thyotæ et sinus Maliacus.* Pall. *et Epirotæ et sinus Maliacus.* Gebh. *Et Epeioce et sinus* Voss. *et Epyrotæ*, vel *et Epirotæ et sinus* Harl. Mead. 2. et Lov. 2. 3. 4. ac 6. *et Eptiotæ et sinus* Lov. 1. et Mead. 1. *et Phiotæ et sinus* Gaertn. *et Thyotæ et sinus* Lovel. 5. et edd. principes. Sabellici deinde conjecturam *et Phthiotæ et sinus* recepernnt ætate proximæ; lectionem cod. Mog. *et Phthiotæ et Achæi et sinus*, quæ Modio placuit, Aldus ejusque traducces; donec Froben. 1535. omissa copula ederet *et Phthiotæ Achæi, et sinus.* Nullo jure Modius scripturam cod. Mog. probavit. Ipse enim Achæos Græciæ populum in Peloponneso agnoscit; habitarunt igitur non ad septentrionem Thermopylarum, ubi a Livio ponuntur, sed ad meridiem, qua parte mox Livius Peloponnesum sitam refert. Hanc ob caussam placere posset Sabellici emendatio; et quidem eo magis, quod *Achæorum* in Mss. nostris nulla mentio obcurrat, et Hearnius etiam moneat vocem illam ab Oxonn. suis abesse. Non tamen spernenda est integerrimi cod. Mog. lectio, quam, leviter mendosam, expungendo copulam *et*, recte Froben. emendasse, ac dedisse puto *et Phthiotæ Achæi, et sinus Maliacus.* Parum in geographia et Livii lectione versatus esse debuit Modius, qui *Phthiotas Achæos* ignoravit. Certe memorantur XXXIII. 33. 'Liberos, inmunes, suis legibus esse jubet, &c. Magnetas, Thessalos, Perrhæbos, Achæos Phthiotas.' c. 34. 'Thessalorum genti Achæi Phthiotæ dati:' ubi etiam vide. Similiter 'Phthiotis Achaia' XLI. 22. 'Triduum, non plus, Delphis moratus, per Phthiotidem Achaiam Thessaliamque in regnum rediit.' XLII. 67. 'Cum parte exercitus profectus in Achaiam Phthiotim Pteleum diruit a fundamentis, Antrona recepit.' Adde Strab. VIII. 365. IX. 433. et XI. 495.

§ 8 *Ætoliæ pars major, et Acarnania*] Doujatius legendum conjicit *et Acarnaniæ.* Putat enim, si hoc jugum, sive hic saltus ab Leucade urbe aut vicino promontorio Leucate initium habet, partem Acarnaniæ, Ambraciæ sinui et Amphilochis subjectam, ad septentrionem vergere, non ad meridiem. Ei favere videtur Strabo IX. 428. jugum hoc δι' Αἰτωλίας καὶ Ἀκαρνανίας protensum dicens. Potest etiam ultima litera τοῦ *Acarnaniæ* intercepta esse a prima vocis seq. Verum codd. nihil mutant, nisi quod solus Lov. 3. ignoret copulam. Mox etiam Livius hoc jugum ab Leucate et mari ad occidentem verso 'per Ætoliam' ad alterum mare orienti objectum tetendisse dicit, non 'per Ætoliam et Acarnaniam.' Ut forte terminos regionum alios statuerit. Quare nihil mutare audeo. Mox *sita* deest in Harl.

§ 9 *Ab Leucade et mari ad occidentem verso*] Vet. lib. *ab Leucate.* Sic Virg. Æn. VIII. 677. 'Fervere Leucaten.' Item Æn. III. 274. 'Leucatæ nimbosa cacumina montis.' Sic alibi Livius. *Sigon. Leucade* servant Voss. Lov. sex, Mead. 2. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. Reliqui *Leucate.* Vide ad XLIV. 1. § 4. Deinde *ad occidentem versa* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Mead. 2. Gaertn. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. *ad occidentem versam* Lov. 2. *ad occidentem versum* Mead. 1. et edd. prioribus ætate proximæ: *ad occidentem versus* Lov. 6. *ad occidentem verso* Frob. 1535. vulgari curavit, et post eum reliqui idem probarunt. Recte. Vide ad IX. 2. § 15. Modo hoc cap. habuimus *in septentrionem versa Epirus.* Mox *ad alterum mare ad orientem objectum tendens* Harl. et Mead. 1. Nec aliter Lov. 3. nisi quod ignoret τὸ *objectum.*

Ea aspreta rupesque interjectas habet]

Eas rupes interjectas habet Harl. *ea rupes interjectas habet* Lovel. 2. *ea sumta rupes interjectas habet* Mead. 1. *ea aspreta rupes interjectas habet* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. 2. Gaertn. et edd. vett. *ea aspera rupes interjectas habet* pro varia lectione est in margine Voss. et ita præfert ed. Ven. 1498. De voce ' aspretum ' vide Gebh. ad IX. 35. § 2. Mox *expeditus, &c. inveniat* Lov. 3. Deinde *ullas ad transitum calles* Voss. Lov. 1. 2. 4. et Mead. 1. quod recepi. Vide ad XXII. 14. § 8.

§ 10 *Callidromon adpellatur*] *Calidromon* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *Gallidromon* edd. vett. Sed pariter Καλλίδρομον vocant Strabo IX. 428. Plin. H. Nat. IV. 7. App. in Syr. 97. Plut. in Cat. Maj. p. 343. Paullo post *XL. passus* Lov. 5. et edd. quædam; pro quo Aldus *sexaginta passus* dedit ex cod. Mog. neque aliter cum excusis Camp. Rom. 1472. et Parm. etiam omnes reliqui codd. nostri, nisi quod male *passuum* sit in Mead. 2.

§ 11 *Hæc una militaris via est, qua traduci exercitus, si non prohibeantur, possint*] *Hæc militaris via est* Lov. 1. *Hæc una via militaris est* Lovel. 5. et edd. ante Aldum. Tum *qua duci exercitus* Lov. 2. et Mead. 1. Hinc *si non prohibeatur, posset* Lov. 3. *si non prohibeantur, possent* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn.

CAP. XVI. § 1 *Haudquaquam pari tum animo*] Ita in cod. suo se invenisse testantur Moguntini, et ante eos edidit Ascens. 1513. neque aliter tantum non omnes Mss. nostri, nisi quod *pari cum animo* sit in Lov. 1. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa fin. *Animo tum pari* Lov. 3. Antea edebatur *animo tamen pari;* quod in solo exstat Lov. 5. Vide ad XXII. 17. § 5.

§ 2 *Et muro etiam, qua res postulabat*] *Cum muro etiam, quæ res postulabat* Lov. 3. *res postulavit* Harl. Mox *passim* non adparet in Lov. 1. τὸ *omnia* autem, quod Aldus ex cod. Mog. adscivit, deest in omnibus nostris et Hearnii L. 1.

§ 3 *Satis fidens, numquam ea viam Romanum exercitum facturum*] Vetusti codd. habent *vim facturum*, non *viam:* nec erat opus mutare. *Gelen.* *In ea vim* Lov. 1. *ea vi* Lov. 5. *eam vim* Harl. *ea via* Gaertn. *eam viam* Lov. 6. et Mead. 1. sed ambo in margine. Reliqui codd. *ea vim;* quod etiam supererat in edd. Camp. Rom. 1472. et Parm. Proximæ demum *ea viam* dederunt, quod in nullis Mss. inveni. Voces *vim* et *viam*, totamque locutionem ' vim facere ' et ' viam facere ' a librariis confundi, vidimus ad XXXII. 9. § 8.

Quæ ante ipsas fauces posita est] Relativum a nullo scripto alio agnoscitur, nec etiam ab Thuan. et exsulet sane, quum scribendum appareat *ad Her. præs. obt.* (*ante ipsas fauces posita est*) *partim Hyp.* Jac. Gron. Relativum neque in ullo scripto, vel meo, vel Hearnii, neque in edd. antiqq. agnoscitur; quod Aldus demum ex cod. Mog. adoptavit. Utrumque loquendi genus Livio familiare est. Vide ad XL. 57. § 3. Integerrimi igitur codicis erga Livium meritis dedi, ut lectionem ejus præferrem. Mox *Hypatam misis* Lov. 6.

§ 4 *Et jam multis nunciantibus, circa Hypatam omnia evastari*] *Etiam multis nunc.* Lov. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Vide ad XXXIX. 10. § 6. Tum *evastari omnia* Voss. et Lov. 1. 3. ac 6. *devastari omnia* Gaertn. *omnia vastari* Harl. Male. Vide ad XXXII. 33. § 14.

§ 5 *Hypatensem primo, deinde Heracleensem*] *Hypatensem agrum*, reliquis omissis, Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. 2. et Hearnii L. 1. *Hypatensem agrum cum primo, deinde Heracliensem* Mead. 1. *Hypatensem agrum: eum primo deinde Heracliensem* Harleian. *Hypatensem agrum primo, deinde Heracleensem* Lov. 2. 5. Gaertn. et edd. antiqq. Frobenius hunc ordinem mutavit: si ex

cod. Mog. haud adversor; contra, si ex arbitrio. Mox *prope fontem calidarum aquarum* Harl. *prope fontes aquarum calidarum* Voss. Lov. 6. et Gaertn. Hinc *τὸ castra* deest in Lov. 3. *posuit castra* legunt Voss. Lovel. 2. 4. 5. 6. Mead. uterque, et edd. ante Aldum, qui ordinem vocum mutavit, consentientibus reliquis meis.

§ 6 *Utræque manus Heracleam sese incluserunt*] Scribe, *utraque manus*. Syllepsis nota et vulgaris, quam tamen persæpe in Livio vitiarunt. Lib. VIII. cap. 12. 'Pedanos tuebatur Tiburs, Prænestinus, Veliternusque populus.' Thuan. et Pall. Voss. antiquior *tuebantur*. Quid ni ergo et *populi?* Lib. IX. cap. 36. 'Eam intrare haud fere quisquam, præter ducem ipsum, audebant:' ita Mss. Vulgatæ *audebat*. Lib. XXVII. c. 9. 'Transportati milites in Siciliam (et erant major pars Latini nominis):' ita et hic scripti, non *erat*. Lib. XXXI. c. 13. 'Ut quoniam magna pars eorum agros vulgo venales esse diceret:' et hic lege *dicerent*. Eodem lib. c. 42. 'Jam enim et quæ per agros multitudo sparsa fuerat, receperant se in castra:' sic Andreas: vulgo *receperat*. Lib. XXXIV. c. 9. 'Nocte pars tertia civium in muris excubabant:' hæc scriptorum lectio; editorum, *excubabat*. Lib. XXXVIII. cap. 26. 'Nec aut procurrere quisquam ab ordinibus suis, ne nudarent undique corpus ad ictus, audebant:' servavit Andreas; posteriores *nudaret*, *audebat*. Vide et ad V. 39. et VII. 19. Si omnino mavis *utræque manus*, potes defendere. Lib. XLII. c. 34. 'Sex nobis filii, duæ filiæ sunt, utræque jam nuptæ.' Et eodem lib. cap. 54. de Elatia et Gonno: 'Utraque oppida in faucibus sunt.' Habet frequenter Tacitus. *J. F. Gron.* *Utraque manus incluserunt*, ut Gronov. conjecit, Lov. 3. et Hearnii L. 1. Quod, si plures et certiores codd. concinerent, in contextum recipere non dubitassem, quum stilo Livii convenire videatur, qui innumeris locis conlectiva singularia, et inter illa etiam vocem *manus*, cum verbo plurali construere solitus est. Vide ad XXXV. 26. § 9. Eo magis autem *manus* verbum numero multitudinis hic recipit, quia ei additur *utraque*, quod per se etiam duorum significationem habet, et verbum plurale recipit. Vide ad XXIII. 46. § 5. Ita Ovid. Her. IV. 114. 'In magnis læsi rebus uterque sumus.' Et ita Epit. Liv. lib. CXI. 'Uterque, quum bellum molirentur, interemti sunt:' ubi tamen unus cod. *utrique*. Verum hoc loco, quum et optimi, et plures codd. in vulgatum conspirent, id non temere mutandum censeo. Nam et alibi Livius *utrique* numero plurali dixit. VII. 33. 'Utrisque tamen novus hostis curam addebat.' X. 1. 'Utræque fauces congestis lignis accensæ.' XXXIII. 6. 'Magnum utrisque inpedimentum ad rem gerendam fuit.' XXXIV. 25. 'Utrasque arces validis præsidiis firmavit.' Hinc igitur *utrisque consulibus* adversus Rhenanum Livio vindicavi XXVII. 22. § 2. Plures etiam, et inter eos optimi, codd. exhibent XXIX. 37. *Diem ad populum utrisque dixit*, pro *utrique*. Similiter etiam XXXVIII. 42. *Senatus utrisque Ligures provinciam decrevit*: ita Mog. cod. Vulgo *utrique*. Pari modo et plures alii scriptores, et inter eos Virg. Æn. VI. 985. 'alacris palmas utrasque tetendit.' Verba sunt Servii ad Virg. Æn. I. 93. 'Duplices, duas dicebant, ut hoc loco; et binos, duos; et utrosque pro utrumque: ut Cicero in Verr. IV. 14. 'Binos habebam, jubeo promi utrosque.' Item Sallustius, quum de duobus loqueretur, 'Hi utrique ad urbem imperatores erant.'' Vide etiam Cort. ad Sall. Catil. c. 30. § 4. Quin etiam *τὰ utraque manus* non verbo plurali, sed singulari, jungit Liv. XLII. 58. 'Quadringentorum manus utraque numerum expleverat.' Præterea *Heraclea sese incluserunt* Lov. 4. et Harl. quo-

modo 'carcere includere' Val. Max. II. 7. 15. ubi vide viros doctos. Liv. XXXVIII. 60. 'Plurimos duces hostium in triumpho ductos carcere inclusérit.' Mox cap. seq. 'Heracleæ includere' dixit. Sed nondum vulgatum displicet, 'includere Heracleam,' ut 'includere in carcerem;' de quo vide ad XXXVIII. 59. § 10.

Antiochum, cui, priusquam hostem, &c.] *Antiochum, priusquam hostem* Lov. 3. 4. Mead. uterque, et Lov. 6. a m. pr. quod ferri posset, si verba *priusquam hostem, &c. obsepta videbantur* parentheseos signis includerentur. *Antiocho priusquam hostem* Voss. Lov. 2. Harl. et Gaertn. Et hanc lectionem sensus admittere potest, modo oratio majori interpunctione post verbum *videbantur* distinguatur. Potius tamen nihil muto. Præterea mox *omnia promunita* Voss. *omnia præmunita* Lov. 3. Vide ad IX. 10. § 7. *Omnia munita* Harl. Male. Emphasis enim est in composito *permunita.* Supra hoc cap. 'Quum duplici vallo, fossaque, et muro etiam permunisset omnia.' VII. 16. 'Quum ante mœnia sua castris permunitis consedissent.' XXVII. 12. 'Castra raptim ante noctem permunita.' XXX. 16. 'Quæ munimenta inchoaverat, permunit.' XXXI. 39. 'Alia vallo, alia fossa, alia lapidum congerie, alia arboribus objectis opere permuniit.' XXXIII. 36. 'Castra tamen ab Romanis inpigre permunita.' Justin. II. 15. 'Indicat permunitas Athenas esse, et posse jam inlatum bellum non armis tantum, sed etiam muris, sustinere:' ubi vide Vorst. Insuper τὸ *deinde* exsulat a Voss. Lov. sex, Mead. utroque, Gaertn. et edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm.

Ne quos per inminentia juga calles inveniret] *Ne quas, &c. calles* Lov. 1. 2. 4. et Mead. ambo; neque aliter Gebhardus in Pall. invenit, ut testatur ad XXII. 14. § 8. Vide ad cap. præc. § 9. Mox § seq. *circuitos* Lov. 3. 5. 6. et edd. antiqq. *circumventos* Harl. Vide ad XXXI. 21. § 13. *Circumvecti* Lov. 1. Vide ad III. 61. § 9.

§ 8 *Ut hanc saltem sibi operam eo bello præstarent, ut vertices circa montium*] Pall. uterque *ut hanc saltem sibi operam eo bello præstarent, vertices circa omnium occuparent obsiderentque.* Vet. ed. *verticesque locorum circa omnium occuparent.* Gebh. [Vide Lectt. Varr.] Posterius *ut* non adparet in ullo meorum codd. vel edd. vett. Primi id Moguntini ex cod. suo receperunt. Supra ad I. 17. § 11. dictum est Livium, si ratio locutionis exigat, ut vocula *ut* bis adhibeatur, eamdem interdum alterutro loco omisisse, interdum etiam iterasse. Auctoritati igitur cod. Mog. cedendum, et particulam utroque loco retinendam arbitror. Præterea *vertices circa omnium* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *vertices locorum circa omnium* Lov. 5. et edd. principes. Aldus demum ex eodem cod. Mog. *vertices circa montium* recte probavit. Tum *operam bello præstarent* Lov. 6. Paullo post *transire Romani possent* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. quod tribuendum est stupori librariorum, qui delicias Livianas adsequi non potuerunt. Vide ad III. 2. § 11.

§ 9 *Dissensio inter Ætolos orta est*] *Dissentio* Lov. 4. *discentio* Lovel. 1. *discessio* Voss. erroré scribarum. Τὸ *est* deest in Lov. 3. Mox *pars subsistunt* Lov. 1. a m. pr. *pars subsisti* a m. sec. Locutio 'pars censebant parendum,' 'pars subsisti' eodem modo formata censeri posset, atque illa de qua egi ad XXVII. 5. § 14. Potius tamen reliquis vulgatum probantibus adsentior. Mox § seq. *ad opem propinquis ferendum* Lovel. 5. et ed. Camp. Vide ad XL. 49. § 1. *Ad opem ferendam propinquis* Gaertn. τὸ *ferendam* deest in Lov. 6. Tum *prosequerentur* Voss. et Lov. 1. Vide ad Epit. Liv. l. XCIX.

§ 11 *Callidromum, et Rhoduntiam, et Tichiunta*] *Gallidromum* Voss. Lov. 1. Mead. 1. et Hearnii N. *Galidromum* Lov. 3. *Gallidronium* Hearnii L. 1. *Callidronium* Mead. 2. *Callidronum* Gaertn. Tum prius *et* exsulat a Voss. Lovel. 6. Harl. Mead. 2. et Hearnii L. 1. Insuper *Rhoduntiamque* Mead. 2. *Rhodiumiam* Hearnii N. *Rhodium jam* Lov. 1. *Ethoduntiam* Harl. *Etroduntiam* Hearnii L. 1. *Hoduntiam* Mead. 1. Deinde *Ticiunta* Lov. 4. *Ticiuntã* Harl. et Gaertn. *Thiciunta* Mead. 2. et Hearnii N. *Ticunta* Lovel. 2. *Ticuenta* Lovel. 1. *Tieũetam* Lov. 6. *Tiũtham* Voss. *Tricuntam* Hearnii L. 1. *Tricunctam* Lov. 3. *Thycunta* Lov. 5. et edd. antiqq. Verum de Callidromo vide cap. præc. § 10. Ῥοδουντία χώρα πλησίον Οἴτης memoratur Steph. Byz. ea voce, in quo Salmasium Ῥοδούντιον αἶπος, *cacumen*, pro ἔπος, emendasse, Holstenius monuit. Τειχιοῦντα cacumen Œtæ recenset Appian. Alex. in Syriac. 97. Τειχιόεις, φρούριον πλησίον τῆς Τραχῖνος obcurrit apud Steph. Byz. ea voce. Mox *hæc omnia in cacuminibus sunt* Voss. *hoc omnia cacuminibus sunt* Lov. 1. *hæc omnia cacuminibus sunt* Lov. 2. *hæc nomina in cacuminibus sunt* Lov. 6. et Gaertn. *hæc nomina cacuminibus*, omisso *τῷ sunt*, Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. a. 1472.

Cap. xvii. § 1 *Postquam insessa superiora loca ab Ætolis vidit*] Ms. *Consul postquam vidit occupata ab Ætolis superiora loca.* Modius. Ex meis nullus huic codicis Mog. lectioni adsentitur. Omnes vulgatum servant.

M. Porcium Catonem et L. Valerium Flaccum, consulares legatos] Hi consules una fuere a. ıɔlix. Recte igitur *consulares legatos* vocat Livius; quamquam ipse Cato apud Cic. de Senect. c. 10. se tribunum militum ad Thermopylas pugnasse M. Attilio Glabrione dicit. Sed in eo libro multa ejusmodi sunt, quæ a nobis, si Christus annuet, aliquando notabuntur. *Glar.* Appianus, Plutarchus, et Cicero in Catone tribunos militum appellant. Appian. in Syriac. p. 97. ita: Καὶ δύο τῶν χιλιάρχων, Μάρκον Κάτωνα καὶ Λεύκιον Βαλέριον. Plutarchus de Catone ejus vit. 342. Μανίῳ δὲ Ἀκιλίῳ χιλιαρχῶν. Cato apud Cicer. de Senect. c. 10. 'Quadriennio post, quam consul fui, tribunus militum depugnavi apud Thermopylas M'. Acilio Glabrioni consuli.' *Sigon.* Aldus et Grævius ad Cicer. de Sen. c. 10. Livio potius fidem habendam censent. Sed Aldus perperam addit constare, neminem post consulatum tribunum militum fuisse: nam Livius sæpe consulares tribunos militum memorat. Vide xlii. 49. xliii. 5. xliv. 1. T. Quintium Flamininum quoque post consulatum tribunum militum fuisse, scribit Plutarchus in vita illius in extr. Sed de hoc videndum est. Ipse et Livius xxxv. 23. eum post triumphum legatum in Græciam missum produnt. Prætorius tribunus militum est apud Livium xliv. 37. *Duk.* Catonem *tribunum militarem* etiam vocant Frontin. Strat. ii. 4. § 4. et Aur. Vict. de Vir. Inlustr. c. 47. Contra cum Livio facit Phleg. Trall. de Mirab. c. 3. narrans Acilium Glabrionem consulem μετὰ πρεσβευτῶν Πορκίου Κάτωνος καὶ Λουκίου Οὐαλερίου Φλάκκου cum Antiocho ad Thermopylas congressum exercitum ejus fugasse. Mox *delectorum peditum* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et cod. Mog. ex quo id Aldus adscivit, et reliqui editores servarunt usque ad Gronov. qui a. 1665. eo ejecto, veterem lectionem *delectorum militum* revocavit. Quamvis autem, 'milites' pro peditibus sumi, dictum sit ad xxvi. 19. § 10. hic tamen codd. sequi malo. Solent eæ voces a librariis commutari. Exemplum habuimus xxx. 2. § 4. Tandem *Callidromon* Harl. et id forte voluit librarius Lov. 3. qui per errorem *Galidron* dedit. *Callidromon* ea-

dem forma supra est c. 15.

§ 2 *Plerosque omnium ordinum milites inter vos esse*] Recepi distinctionem Sigonii *omnium ordinum, milites, inter vos esse:* ut voce *milites* Acilius adloquatur plerosque omnium ordinum, non milites tantum, sed duces etiam, quemcumque militiæ gradum obtinentes. Eadem distinctio et Crevierio placuit.

§ 3 *Inexsuperabilis magis saltus*] Rursum Ms. *inexsuperabilior saltus.* Modius. Desideratur in Pall. utroque *magis*, sicut paullo ante in posteriore *inter vos.* Gebh. *Inesuperabilis* Gaertn. *insuperabilis* Lov. 2. et Harl. Male. Sæpius hoc decomposito Livius usus est. Vide ad XXI. 30. § 7. ubi unus cod. pariter, ut hic duo illi, peccabat. Vocula *magis* deest in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambobus, et Gaertn. unde firmatur lectio Mog. cod. *inexsuperabilior saltus.*

§ 4 *Munitiones et locis opportunioribus tunc fuerunt, et validiores inpositæ; exercitus hostium ille*] Pall. et vet. ed. *munitioribus tunc fuerunt et validioribus impositi exercitus hostium. Ille et numero major.* Gebh. Locus mirifice perturbatus. Quod vulgatur, e Moguntino est. Andreas et priores *munitioribus tunc fuerunt et validioribus impositi exercitus hostium locis: exercitus ille et numero major.* A quo minimum aut nihil differunt plerique scripti. Nonnulli castigatiores *munitioribus et tunc fuerunt et validiores.* Et certe crebrius apud Nostrum legas 'validum præsidium,' aut 'validum præsidio' vel 'munitione locum,' quam 'validam munitionem,' aut 'validum locum' simpliciter, ut arbitrere ex illis quæ diximus ad XXI. 57. Lib. XLIV. c. 35. 'Ex tot castellis aliquanto altioribus ac munitioribus, quæ validis præsidiis insedissent, priore anno dejectos.' Et contra 'invalidus exercitus' XXVII. 39. 'Se cum invalido exercitu, quoad tutum putaret, progressurum.' Sed hoc incommodum est scriptæ lectionis, quod, quum semel dictum esset *exercitus hostium*, numero plurativo, subjungitur statim *exercitus ille.* Quod tollere conati vulgatæ architecti licenter a veteri scriptura recesserunt: alia mutarunt, quædam addiderunt, omnia transposuerunt, aliquid deleverunt. Quid insolentius? Videtur potius hoc ab auctore exisse: *munitioribus et tunc fuerunt et validiores impositi exercitus hostium locis: ille et numerus major et militum genere aliquanto melior.* Vocem unam *exercitus* pro additamento delemus, et pro *numero* scribimus *numerus:* hæc omnis audacia nostra, cætera suo loco relicta. Compositio autem prorsus more Liviano vermiculata. Lib. XLII. c. 42. 'Auditis hostium copiis respicerent suum ipsi exercitum, quantum genere militum præstarent tironibus, raptim ad id bellum conscriptis.' Sed confirmant mirifice totum, quæ diximus ad locum citatum. *J. F. Gron.* A lectione, quam Gronov. ex Andrea et prioribus edd. profert, in eo differunt omnes Mss. quos adhibui, quod in ultima eorum verborum parte voces *locis exercitus* omittant, nisi quod solus Lov. 5. τὸ *locis* agnoscat. In priore autem parte *munitioribus tunc fuerunt et validioribus impositi* legunt Voss. Lov. 4. 5. et Mead. 2. *munitioribus tunc fuerunt cum validiores impositi* Lov. 6. *munitiores tunc fuerunt et validiores impositi* Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *munitiones tunc fuerunt et validiores impositi* Lov. 1. *munitiones tunc fuerunt cum validiores expositi* Lov. 3. Cum his si conferimus Gronovii conjecturam, eum vel plus satis ingenio indulsisse, vel nimium editionibus, Mstorum omni auctoritate destitutis, tribuisse patebit. Contra vero, si codicum lectiones comparamus cum ea, quæ in Msto Mog. obvia est, videbimus pro *munitiones et locis opportunioribus* librarios dedisse partim *munitiones,* partim *munitiores,* partim

munitioribus, eorumque errorem ex plurium literarum in medio vocum *munitiones* et *opportunioribus* similitudine natum, atque inde factum esse, ut solita neglegentia quædam transiliendo omiserint. Solam igitur veram ac genuinam puto scripturam in optimo et integerrimo cod. Mog. obviam, in qua nihil Gronovius culpavit, quam quod credat *validam munitionem, validum locum* ita simpliciter apud Livium rarius obcurrere. Ei tamen formulæ Livio vindicandæ subficit, quod 'prævalida urbs' simpliciter sit XL. 47. 'Donec ad prævalidam aliam urbem (Certimam adpellant Celtiberi) pervenit:' quin et 'valida urbs' est XXXIX. 23. 'Demetriadem quoque, urbem validam et ad omnia opportunam, et Magnetum gentem suæ ditionis fecit:' et XLIII. 21. 'Stratus validissima tum urbs Ætoliæ erat.' Donjatius etiam receptam lectionem defendit. Crevierius autem, qui et ipse Gronovii emendationem repudiat, exspectandum censet, dum meliores codd. reperiantur.

Multo et numero major] In vetustis codd. legitur *ille et numero.* Gelen. Ms. *exercitus hostium multo et numero major.* Modius. Verum est, Moguntinos testari, ita se in cod. suo reperisse. Sed verior est Gelenii lectio, quam servant Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. et reliqui non aliter dissentiunt, quam quod *ille et in numero major* legant. *Exercitus hostium ille* est exercitus Philippi; ut mox *Rex ille* est Philippus.

§ 5 *Et Illyrii erant, ferocissimæ omnes gentes*] Ms. *bellicosissimæ omnes gentes.* Modius. *Bellicosissimæ,* quod præfert Mog. cod. natum puto ex glossa interpretis, qui lectorem in margine monere voluit, vocem *ferocissimæ* hic bono sensu pro bellicosissimæ poni. Eo sensu 'ferox,' 'ferociter,' 'ferocia' passim usurpantur. Supra III. 39. 'Quanto ferocior dolor libertate sua vindicanda, quam cupiditas injusta dominatione esset:' ubi alia vide. c. 47. 'Strenue ac ferociter facta.' VII. 10. 'Pectus, animorum iræque tacitæ plenum, omnem ferociam in discrimen ipsum certaminis distulerat.' Eo minus *bellicosissimæ* hic placet, quod mox 'bellicosissimus' sequitur.

Hominum et servituti nata] Ms. *et servitutis digna:* antique. *Modius.* Et hic potius vulgatam, quam cod. Mog. lectionem, *servitutis digna,* veram puto. Alibi enim Livium τὸ *dignus* cum casu secundo construere non memini, nisi quis forte eo referat IV. 37. § 1. ubi tamen codd. plerique adversantur. Contra vero 'natus rei, in,' vel 'ad rem' formulæ Livio usitatissimæ sunt. Vide ad IV. 13. § 11.

§ 6 *Exercitatus jam inde ab juventa*] Pall. *jam ille ab juventa.* Gebh. Ita etiam Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. usque ad Ascens. qui a. 1513. *jam inde ab juventa* primus edidit; quod verum videtur, licet et Lov. 3. voces *jam inde* etiam ignoret. De formula 'jam inde ab' vide ad VI. 40. § 3. Deinde *exterritus* Voss. *exercitus* Lov. 1. 4. 6. Reliqui recte vulgatum tuentur. Vide ad XXVII. 44. § 6.

§ 7 *Ut aliam omnem vitam omittam*] Pall. et vet. ed. *ut aliam omnem vitam sileam.* Gebh. Sic quidem *ut aliam omnem vitam omittam* Mog. at multo plures, *ut omnem aliam vitam sileam.* J. F. Gron. Cod. Mog. lectionem recepit Aldus. Ei deinde Gronov. subposuit *ut aliam omnem vitam sileam,* quod est in Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. et Gaertn. Clericus vero, non monito lectore Gronoviorum lectione repudiata, *ut omnem aliam vitam sileam* vulgavit: *sileam* se etiam in suis reperisse testatur Hearnius. Tanti ponderis apud me cod. Mog. auctoritas est, ut vel ejus unius fide hic vulgatum probem. Supra IX. 17. 'Ut

alios reges claros ducesque omittam.' XXVII. 13. 'Omitto ea, quibus gloriari potestis.'

Is est, qui, quum ad inferendum populo Romano bellum] Vocula *is* non adparet in Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambobus, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. antiquis, quam demum Frob. 1535. addidit: et recte. 'Hic is est, qui,' ut 'ego is sum, qui' apud Ter. Eun. III. 5. 58. 'Tum pol ego is essem vere, qui simulabar.' Similiter 'hoc illud est, quod' supra v. 2. 'Hoc illud esse dictitantes, quod æra militibus sint constituta.' Et 'ego illa sum, quæ' apud Silium XV. 59. 'Illa ego sum, Anchisen Veneri Simoëntis ad undas Quæ junxi.' Vide ad Silii IX. 128. Mox *nihil memorabilis* unica litera per errorem omissa, Lov. 1. inde *nihil memorabile* factum male in Lov. 2. 3. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn.

Obscuri etiam inter populares generis] Ita more oratorum augendæ turpitudinis causa loquitur. Polyb. apud Athenæum X. 10. quem locum Sigonius ad c. 11. descripsit, Cleoptolemum, patrem puellæ, ἕνα τῶν ἐπιφανῶν fuisse dicit. *Duk.*

§ 8 *Gente vanissima et ingratissima, ut vos prius experti estis*] *Vanissima et gravissima* Voss. *et ignavissima* in margine, quod præfert Gaertn. Pariter 'gratus' et 'gnavus' in Mss. confunduntur. Vide viros doctos ad Nason. ex Pont. Ep. I. 10. 12. *Gente vanissima et levissima* legit cod. Mog. Vox *prius* deest a Voss. et Gaertn. Paullo ante *ad pugnam processit sine viribus, spesque ejus in Ætolis fuit* Lov. 1.

§ 9 *Nam nec convenerunt frequentes*] Ita Aldus ex cod. Mog. Antea edebatur *Nam nec venerunt;* quod in omnibus nostris, et Hearnii L. 1. perperam superest. Mox *inter sese sunt* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et edd. vett. usque ad Frob. qui *inter se sunt* vulgavit. Præterea *tuendam et Heracleam qui depoposcissent* Harleian. et Mead. 1.

Pars refugerunt in juga montium, pars] Vox *pars*, e Moguntino interposita, priore loco non comparet in Mss. nostris, et jure deleri monstravimus ad III. 37. Auctor de B. Afric. c. 70. 'Interim equitum Numidarum copias dextra sinistraque per colles præcurrere, coronæque in modum cingere multitudine sua Cæsaris copias, pars agmen extremum insequi.' Noster XL. 4. 'Poris quidem ad hortationem remigum nautarumque intentus erat; interdum manus ad cœlum tendens, opem ut Dii ferrent, orabat:' ubi vulgarius bis poneretur *interdum.* Quibus omnibus firmatur lectio trium Pall. et Voss. Mss. quam recepimus III. 28. 'Hic instabat nova pugna: nihil remiserat prior.' *J. F. Gronov.* Priori loco *pars* ignorant etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii Oxoun. Eam autem vocem delendam esse, Gronovio credo. Vide, quæ notat ad XLIV. 6. § 2. et quæ dicta sunt ad III. 37. § 8. Non tamen ejus admissi culpa in cod. Mog. conferenda est, ex quo non modo nihil notatur, verum ita jam exhibuerunt omnes ab inventa arte typographica edd. usque ad Gronov. et cum illis Lov. 5. Gronovium minus hic adtentum decepit, quod Moguntini verba seqq. ita in cod. suo legi monuerint *pars Heracleæ inclusserunt sese*, indicantes, vocem *Heracleæ*, quæ abest a prioribus edd. se in cod. suo reperisse, et in contextum recepisse. Quod probo, licet eadem vox et ab omnibus Mss. meis, et ab Hearnii L. 1. exsulet.

§ 10 *Nusquam æquo campo non modo congredi se*] *Numquam æquo campo* Voss. Lov. 6. Harl. et Gaertn. Sæpe hæc vocabula confuderunt librarii. Vide ad III. 42. § 4. IV. 54. § 7. V. 19. § 11. VII. 20. § 9. XXI. 29. § 6. c. 44. § 6. XXII. 8. § 6. XXIX. 22. § 11. XXXVII. 11. § 3. Adde viros doctos ad

Cic. de Sen. c. 10. N. Heins. ad Claud. in Ruf. I. 231. et II. 452. Broekh. ad Prop. II. 20. 41. eleg. 23. vs. 61. et Burm. ad Virg. Æn. II. 620.

§ 11 *Ne ante fauces quidem saltus, ut quondam*] *Nec ante fauces, ut quondam* Harl. Deinde mox *retroactis castris* Lov. 5. et edd. antiqq. usque ad Moguntinos, qui *retractis* ex cod. suo dederunt. Et ita reliqui codd. nostri, nisi quod *retraceis* sit in Mead. 1. Supra XXVI. 42. 'Sinus est maris, &c. quingentos passus introrsus retractus.' XXXIV. 9. 'Hispanis retractior a mari, &c. murus erat.' XXXVI. 21. 'Thespiensium emporium est, in intimo sinu Corinthiaco retractum.' Mela I. 3. 'Ad fretum nunc vaste retracta, nunc prominens.' Præterea *muris urbis alicujus* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm.

§ 12 *Neque Antiochum tuebuntur, nec Ætolos*] *Tuebuntur angustiæ* omnes codd. nostri, et quos Hearnius Oxonii consuluit. Neque aliter typis descripti usque ad Gronov. qui a. 1665. vocem *angustiæ* omisit, quem etiam Jac. Gronov. et Cleric. secuti sunt. Sed recte vocem inmerito exsulantem jam revocarunt Doujatius, Hearnius et Crevierius. Præterea *neque Ætolos* Voss. et Gaertn. quia scilicet præcedens *neque Antiochum* id exigere putabant. Sed vide ad IX. 9. § 14.

Satis undique provisum atque præcautum est] Pall. et vet. ed. *satis undique prævisum, anteque cautum est.* Gebh. Et hoc e Moguntino. At nostri scripti cum prius editis, *satis undique provisum anteque præcautum est.* Meminerat ille forsitan illorum XXII. 42. 'Paullus etiam atque etiam dicere, providendum præcavendumque esse.' XXIII. 43. 'Omniaque velut adversus præsentem Annibalem cauta provisaque fuerunt.' XXIV. 8. 'Summa cura providendum ac præcavendum nobis est.' Forsan et Ciceronis in Verr. IV. 42. 'Verumtamen ita res mihi tota provisa atque præcauta est.' Sed non profecto hujus in oratione pro Plancio c. 22. 'Providentem ante et præcaventem nunquam certe movebunt.' Neque in similibus illorum Nostri XXXVIII. 3. 'Nihil ne bellum haberent, priusquam pœne in conspectu hostis erat, præmeditati.' XL. 4. 'Ferox interim fœmina ad multo ante præcogitatum revoluta facinus.' Et lib. eodem, c. 23. 'Tandem legati jam ante præmeditati in Macedonia, quæ ab Roma renunciarent, venerunt.' Auctor de Bello Hispaniensi cap. 4. 'Ex itinere loricatos viros fortes cum equitatu ante præmisit.' *J. F. Gron.* Cum Mog. codice facit Gaertn. Contra *ante præcautum est* Lov. 1. *antequam præcautum est* Voss. et Harl. *anteque præcautum est* reliqui codd. mei, et Hearnii Oxonn. Ita IV. 25. 'Neque a penuria frumenti, quia ante provisum erat, periculum fuit.' Ejusdem generis sunt 'ante præoccupare,' 'prius præcipere,' et similia; de quibus vide ad XXI. 20. § 8. et c. 32. § 7. Verum, quum Livium utroque modo locutum esse exempla a Gronovio laudata probent, potius lectioni Msti Mog. adhæreo, quam revocavi. Mox *præter hostis* Lov. 3. 5. Mead. 1. et edd. vett. pro quo Moguntini *præter hosteis.* Sed *præter hostis* etiam accipi posset pro *præterquam hostis.* Vide ad V. 52. § 13. Reliqui tamen, et inter hos optimi, Mss. nihil mutant.

§ 13 *Liberatam a Philippo ante, nunc ab Ætolis et ab Antiocho*] *Libera a Philippo* Lov. 3. *liberam a Philippo* Voss. Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. quo modo etiam peccatur III. 63. § 10. Neque reformido ambiguitatem, quæ inperitioribus oriri posset, utrum intelligendum sit, Philippum liberasse Græciam, an vero Romanos eam liberasse a servitute Philippi: quæ enim adduntur, satis ostendunt, posteriori sensu accipi debere, ut XXXIII. 44. 'Nequidquam liberatam a Phi-

lippo Græciam fore:' et contra priori sensu c. 34. 'Nullam gentem liberatæ a se Græciæ funditus everti:' vide Doctiss. Joh. Fred. Reitzii Ambigua p. 3. Deinde *ab Ætolis et Antiocho* Lov. 3. et Harl. Sed vide ad VI. 28. § 6. Paullo ante *pro Græciæ libertate dimicare tantum* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo: *pro Græciæ libertate pugnare tantum* Gaertn. *dimicare* omittunt Lov. 5. et edd. vett.

Quæ nunc in regiis castris sunt] Pall. *quæ nunc regis castris sunt.* Gebh. Similiter Voss. Lovel. 1. 3. 4. 6. Harl. uterque Mead. et Gaertn. Vide ad XXXII. 6. § 6.

§ 14 *Et omnia usque ad portus solis*] Pro *portus* emendatius *ortus* scripseris. *Sabell.* Pall. *ad portus:* neque aliter vet. ed. forte *usque ad portas solis.* Gebhard. *Ad portus solis* Voss. Lov. 1. 4. 5. Mead. uterque, et Lov. 6. a m. pr. *portas solis*, ut Gebhardus conjecit, Lov. 2. 3. Gaertn. Harl. et ed. Ven. a. 1498. Sed quis scriptor prosaicus *portas solis* memoravit? Nihil verius, quam *ad ortus solis*, quod erat in Lov. 6. a m. sec.

Ditissima regna imperio Romano aperturos] Forte *aperturis* ut referatur ad id, quod supra 'in præmium vestrum cessura.' *J. F. Gron.*

§ 16 *Ut crastino die ... acie decernamus*] *Crastina die* Gaertn. Sed utrumque Livio in usu fuisse videtur. Vide ad III. 20. § 4. Tutius igitur est, ut reliquos codd. sequamur. Tum *acie* deest in Gaertn. Male. I. 15. 'Obviam egressi ut potius acie decernerent:' ubi vide. Ita 'acie dimicare' IV. 58. 'acie concurrere' X. 14. 'acie confligere' XXIII. 11. et similia passim.

CAP. XVIII. § 1 *Arma telaque parant*] Pall. *arma, tela parant.* Gebh. *Arma et tela* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. Sed *arma, tela parant* sine copula Voss. Lovel. 1. 3. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. Vide ad XXXV. 44. § 5. Paullo ante *Ab hac oratione* Lov. 6. quod ex glossa esse puto.

Instruit aciem consul, arta fronte, ad naturam et angustias loci] Appianus in Syriac. 97. sic: Ἤδη δὲ καὶ Μάνιος ἐπῆγε τὴν στρατιὰν Ἀντιόχῳ κατὰ μέτωπον ἐς λόχους ὀρθίους διῃρημένην. *Sigon. Et ad angustias* Lovel. 1. 6. et Voss. quod, si plures libri consentirent, non displiceret. Livius enim præpositiones repetere solet. Vide ad VI. 28. § 6. Mox § seq. *educit* omnes codd. mei, et edd. vetustæ, pro quo Frob. 1535. *eduxit.* Vellem addidisset, utrum auctoritate codicum, et quorum.

§ 2 *Levis armaturæ partem ante vallum in primo locavit*] Eodem modo instructam aciem fuisse ab Antiocho, tradit Appianus; præterquam quod in dextro cornu jaculatores, in sinistro elephantes collocatos fuisse ait, contra quam scribit hoc loco Livius. De Macedonibus autem pro Antiocho militantibus, non est, quod Glareanus dubitet. ['Glareanus non dubitat, sed quosdam miratos esse scribit.'] Idem enim prodit Appianus his verbis in Syriac. 97. Καὶ ὁ βασιλεὺς τοὺς μὲν ψιλοὺς καὶ πελταστὰς προμάχεσθαι τῆς φάλαγγος ἐκέλευσε· αὐτὴν δ' ἔστησε πρὸ τοῦ στρατοπέδου, ἐπὶ δεξιᾷ δ' αὐτῆς τὰς σφενδονίτας καὶ τοξότας, ἐπὶ τῶν ὑπωρειῶν· τοὺς δ' ἐλέφαντας ἐν ἀριστερᾷ, καὶ τὸ στίφος, ὃ μετ' αὐτῶν ἀεὶ συνετάσσετο, παρὰ τῇ θαλάσσῃ. Item, Ἐπεὶ δ' αὐτοὺς φιλοπόνους δεχόμενός τε καὶ ἀναχωρῶν, καὶ αὖθις ἐπιὼν ἐτρέψατο, τοὺς μὲν ψιλοὺς ἡ φάλαγξ ἡ τῶν Μακεδόνων διαστάσα εἰς αὐτὴν ἐδέξατο, &c. *Sigon.*

Tum Macedonum robur, quos Sarissophoros adpellabant] Haud inmerito quidam mirati sunt, quo pacto Macedones cum Antiocho esse potuerint, cum eorum rex Philippus pro Romanis esset. Sed vel exules intelliguntur, vel ex Lydia Macedones, vicini Mæonibus ac Phrygibus, in ea quam proprie Asiam dictam perhibet Ptolemæus V. 2. *Glar.* Glareanus quæ-

rit, quo modo Macedones, quorum rex cum Romanis stabat, in exercitu Antiochi esse potuerint? et respondet, vel exsules, vel Macedones, quos in Syria memoret Ptolemæus (adde Plin. Hist. Nat. v. 29. 30. et Liv. XXXVIII. 17.) fuisse. Mihi verius videtur, sub regibus Asiæ et Ægypti, Alexandri M. successoribus, robur peditum, retenta vetusta appellatione, ut 'phalangem' et 'phalangitas,' ita etiam 'Macedonas' vocatum fuisse: non quod totum hoc corpus ex Macedonibus constaret, sed quod itidem, ut ante, robur exercitus esset, et eamdem armaturam haberet. Hoc ex verbis Livii XXXVII. 40. in enumeratione copiarum Antiochi cum Romanis pugnaturi intelligitur: 'Decem et sex millia peditum' (hic erat numerus peditum in phalange Macedonica XXXIII. 4.) 'more Macedonum armati fuere, qui phalangitæ appellabantur.' Hanc Appian. in Syr. 107. φάλαγγα Μακεδόνων vocat. Τούτων τὸ κράτιστος ἦν ἡ φάλαγξ ἡ Μακεδόνων, ἄνδρες ἑξακισχίλιοι καὶ μύριοι εἰς τὸν Ἀλεξάνδρου καὶ Φιλίππου πρότερον (lege τρόπον e Polyb. v. 82.) ἐπικοσμούμενοι. Polyb. quoque l. d. prœlium inter Antiochum et Ptolemæum Philopatora ad Raphiam narrans, in utriusque exercitu *phalangem* et *phalangitas* εἰς τὸν Μακεδονικὸν τρόπον καθωπλισμένους memorat, et in phalange Antiochi delectos e Syria milites fuisse scribit. *Duk.* Syro-Macedonas, posteros eorum, qui sub Alexandro M. ac deinde Seleuco militarunt, intelligit Crevier. Ceterum in voce *Sarissophoros* varie peccant librarii; in id tamen conspirant Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. ultimas ejus syllabas fuisse *phorus*. An igitur Livius Græca terminatione *Sarissophorous*, sive *Sarissophorus* extulisse censendus est? Vide ad XLIV. 28. § 7. Præterea *adpellant* Lov. 2. et Harl. Sed vide ad XXXVII. 40. § 5.

§ 3 *Jaculatorum, sagittariorumque*] *Sagittatorumque* Voss. Lov. 1. et Harl. Quæ lectio stupori librariorum adscribenda est, eorumque barbariei. Optimo enim linguæ Latino seculo ignotum fuit verbum 'sagittare,' multo magis inde derivatum 'sagittator,' quo ne medii quidem ævi scriptores, qui tamen 'sagittare' adhibuerunt, usi sunt.

§ 4 *Ab dextro Macedonibus*] Possumus carere tertia voce, et ante τὸ *ab dextro* intelligere *his* a fronte præcedentis membri, ubi positum est. *J. F. Gron.*

Quæ loca usque ad mare invia] In vetustis codd. pro *quæ loca* legitur *qua loca*. Gelenius. Vet. ed. *quæ loca ad mare invia*. Gebh. Τὸ *usque* ex Mog. cod. adscivit Aldus, quod in prioribus edd. non adparuit. Exsulat etiam a Lovel. 5. Harl. et Mead. 2. Hearnius etiam id in nonnullis codd. omitti testatur. Sed *locaque ad mare* legunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. 1. et Gaertn. Præterea *quæ loca* in solo superest Lov. 5. *quõ loca* in Voss. *quẽ loca* in Lovel. 1. 3. 4. *que in loca* Gaertn. *quem loca* Harl. et Mead. 2. *qua loca* in Lov. 6. Sed *qua* deerat in Lov. 2. et Mead. 1. Mox *elephantes* Voss. Vide ad XXXI. 36. § 4. Deinde voces *tum modico* desunt in Lovel. 6. sola vox *tum* in Lov. 1.

§ 5 *Velut nimbum grandinis et sagittas simul et jacula ingerebant*] In vetustis codd. pro *grandinis et sagittas* legitur *glandes et sagittas*. Gelenius. *Grandinis* Voss. et Lov. 3. ac 5. *grandis* Lovel. 1. 6. et Gaertn. *glandis* vel *glandes* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo. Ita recte jaculatoribus, sagittariisque et funditoribus, quos ab sinistro cornu sub ipsis radicibus montis posuit, ut ex altiore loco nuda latera hostium incesserent, sua cuique arma tribuit, glandem funditoribus, sagittas et jacula sagittariis et jaculatoribus. Insuper *et jacula* demum in ed. Paris. a. 1573. inveni. Priores typis de-

scripti cum omnibus Mss. *ac jacula.* Nihil interest: cur itaque mutarunt?

§ 6 *Prope alterum vallum, hastis præ se objectis, fecerunt*] Sarissas Macedonicas intelligit. Sic enim Appian. Syriac. 97. Καὶ τὰς σαρίσσας ἐν τάξει πυκνὰς προϋβάλλοντο. *Sigon.* Ita recte Moguntini ex cod. suo vulgarunt, quum antea editum fuisset *abjectis,* quod superest in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. Supra XXXI. 39. 'Prælongis hastis velut vallum ante clipeos objecit.' Solent hæ voces in Mss. commutari. Vide ad XXXIV. 14. § 8. Tum *propemodum* Gaertn.

§ 7 *Ad pugnandum suis præberet*] Et hic vocem *suis,* quæ a prioribus edd. et omnibus codd. meis, et Hearnii L. 1. exsulat, Moguntini ex membranis suis addiderunt.

§ 8 *Super inminentem castris collem adparuisset*] *Collem cum adparuisset* sine sensu ex cod. suo ediderunt Moguntini. Suspicatus igitur sum, vel librarium cod. ita duplicem lectionem *cumparuisset* sive *comparuisset* et *adparuisset* simul exprimere voluisse; (vide ad III. 44. § 3.) vel vocem excidisse, ac scribendum *cum suis adparuisset.* Antea edebatur *locum adparuisset.* In mentem itaque venire posset, librarium *collē cum adparuisse* scribendo, duplicem lectionem *collem locum,* ea ratione servare voluisse. At Moguntini, licet ediderint *collē CŪ apparuisset,* tamen in membranis se invenisse *collem quum apparuisset* testantur. Paullo ante *occidissent,* pro *cecidissent,* Gaertn. Vide ad cap. 36. § 6.

CAP. XIX. § 1 *Rhodontiam*] Vet. lib. *Rhoduntiam.* Græci item Ῥοδοντία. *Sigonius.* Vide ad cap. 16. § 11. Mox *subire castella* Lovel. 1. ut cap. præc. 'Multi temere subeuntes vallum:' et innumeris aliis locis. At reliqui omnes 'subire ad ea castella;' quæ et ipsa locutio Livio est familiaris. Ut II. 31. 'Loco iniquo subeundum erat ad hostes.' XXXI. 45. 'Diversis partibus rex et legatus Romanus ad urbem subeunt.' XXXIV. 45. 'Vi subire ad vallum.' XXXV. 51. 'Per mediam concionem ad Rostra subiit.' Præterea *conatum* Voss. et Lov. 1. *conatus* Lovel. 2. 3. Harl. et Gaertn. sed frustra.

§ 2 *Quique alii in castris regiis erant*] Pall. *in castris regis.* Vet. ed. *quique alii in castris fuerant regis.* Gebh. *In castris reg* Lov. 2. *in castris regi* Lov. 1. *in castris regis* Lovel. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. *quique in castris alii regis erant* Voss. et Lovel. 1. ac 3. *quique alii in castris fuerant regis* Lov. 5. et edd. antiqq. pro quo Aldus ex Mog. cod. dedit *quique alii in castris fuerant regiis.* Frob. 1535. *quique alii in castris regiis erant.* Vide ad XXXII. 6. § 6.

§ 3 *Ut primum signaque et arma ex propinquo cognita*] Pall. et vet. ed. *ex improviso cognita.* Gebh. *Signa et arma* Voss. Lovel. 3. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. Male. Vide ad XXXV. 41. § 6. Tum *et inproviso cognita* Lov. 4. *ex inproviso cognita* Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harleian. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. et typis descripti usque ad Moguntinos, qui auctoritate cod. sui *ex propinquo* dederunt. Supra XXI. 46. 'Profectus ad castra hostium, exque propinquo copias speculandas.' cap. 50. 'Romanus ex propinquo vires conferre velle.' Mox *pavor omnes invasit* Gaertn. Vide ad XXVII. 13. § 3.

§ 4 *Maxime omnium, quod elephanti novissimi agminis erant*] Τὸ *omnium,* quod primus Aldus fide cod. Mog. adscivit, ignorant omnes nostri Mss. et Hearnii L. 1. Ita tamen XXIII. 49. 'Quæ maxime omnium belli avida, modo præda aut merces esset.' Tum *elephantes* Lovel. 3. 6. Vide ad XXXI. 36. § 4. et mox § 6. Paullo ante *munimenta sequi equites inpedierunt* Lov. 6. Tum *et angustiæ vallis frequentes erant* Lov. 3.

§ 5 *Tumultumque ... prœlio, edentibus*] Pall. et vet. ed. *in prœlio dantibus.* Gebh. Similiter Voss. Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et princc. edd. Idem sibi quoque in scriptis, et edd. Andreanis obvium fuisse testatus est, nihilque altero incommodius videri pronunciavit Gronov. in pr. ed. nott. quod tamen curis sec. haud male omisit. Licet enim utrumque 'dare' et 'edere tumultum' recte dicatur, *edentibus* tamen hic fide cod. Mog. præferendum.

Aliquantum temporis et direptio castrorum tenuit] Ms. *direptio castrorum obtinuit.* Modius. Cod. Mog. *obtinuit* legentem desero, et cum aliis servandum puto *tenuit.* Vide ad XXXII. 9. § 1. Alibi etiam 'tenere' et 'obtinere' commutantur in Mss. Vide ad XXXIX. 3. § 3. Præterea *Aliquanto temporis* Harl. Tum particula *et*, quæ tamen necessaria est, non adparet in Mss. nostris, Hearnii L. 1. et edd. antiqq. Aldus eam ex cod. Mog. interposuit. Insuper *directione* Lov. 1. *direptionem* Voss.

Carpeiam tamen eo die consecuti sunt hostem] In vetustis codd. pro *Carpeiam* legitur *Scarphiam.* Gelen. Quæ sit illa 'Carpeia,' non memini me legere apud ullum idoneum authorem. Iter fuit hujus fugæ a Thermopylis Elateiam, in quo itinere esse eam oportuit. Vide num *Lilæum* legendum, quod ibidem ponit Ptolem. III. 15. Quidam *Scarphiam* reposuerunt, cum ea sit ad sinum Maliacum, non utique in hoc itinere. *Glar.* In vet. lib. legitur *Carpeiam.* Glareanus autem reposuit *Lilæum*, quod, ut ipse ait, in eo itinere oppidum sit, 'Carpeia' nusquam. Inscite autem ipsum fecisse, Appianus ostendit, qui pro *Carpeiam*, *Scarphiam* edit his verbis in Syriac. 98. Μάνιος μὲν ἐπὶ Σκάρφειαν ἐδίωκεν αὐτούς. Est autem 'Scarphia' oppidum prope Thermopylas, ubi pugnatum erat, auctore Stephano: Σκάρφεια πόλις Λοκρίδος τῶν Θερμοπυλῶν ἐγγύς. *Sigon. Carpenia* edd. Camp. et Rom. a. 1472. *Carpeniam* Lov. 5. et ed. Parm. *Charpeiam* Voss. *Carpeiam* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et edd. reliquæ usque ad Froben. qui a. 1535. ex mente Gelenii *Scarphiam* dedit; pro quo, non opus erat, ut Glareanus *Lilæum* reponeret eo prætextu, quod sita foret 'Scarphia' ad sinum Maliacum, non utique in eo itinere, quod a Thermopylis Elatiam ferebat. Contrarium enim docet Livius ipse, illa parte tamen historiæ, quæ Glareani tempore nondum inventa erat, XXXIII. 3. 'Quinctius, per eosdem ferme dies ab Elatia profectus, præter Thronium et Scarpheam ad Thermopylas pervenit:' ubi videndus est Horrion, et Sylburg. ad Pausan. Corinth. cap. 19. Vide tamen utrum ex illo loco hic *Scarpheam*, an ex hoc ibi *Scarphiam* reponendum sit. Græcorum enim Σκάρφεια utrumque admittit. Vide ad XXXI. 43. § 5. Præterea *eodem die* Voss. Lovel. 1. 3. 5. Gaertn. et edd. antiqq. Frobenius a. 1535. *eo die* dedit, reliquis meis firmantibus. Vide ad X. 10. § 6. Deinde *consecuti sunt* omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. vett. Frobenius iterum 1535. *persecuti sunt* substituit. Bene, si ex fide Mog. codicis; sin, mutandi caussam non habuit. Vide ad lib. XXVII. cap. 20. § 1. Ejus tamen lectionem servavi.

§ 6 *Elephantis, quos capere non potuerant*] *Elephantibus* Lov. 6. Vide hoc cap. ad § 4. Tum *non potuerunt* Lov. 3. *non poterant* Lov. 2. 5. et Gaertn.

§ 8 *Signa legionum prima luce movit*] *Luce prima* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 9 *Ut qui non ante, quam Elatiæ, ab effuso constiterit cursu: ubi*] Libri quidam nostri *a confuso constiterit cursu.* Gebh. Omnia hæc verba desunt in Harl. *ut qui non ante, quam Elatiæ esset, a confuso* legit Lov. 3. *ut non an-*

te, quam Elatiæ esset Voss. et Gaertn. *ut non ante, quam Elacea confuso* Mead. 2. *ut non ante, quam Elatia ea confuso* Mead. 1. *a confuso* etiam Lov. 1. 2. 4. 5. 6. et edd. ante Frob. qui a. 1535. *ab effuso* dedit. Vide ad XXVIII. 7. § 7. Tum *constitit* Lov. 2. et 3. Vide ad XL. 14. § 10. *Constiterat* Voss. et Gaertn. *constitisset* cod. Mog. quod Aldus adoptavit, sed Frob. 1535. iterum in *constiterit* mutavit. Paullo ante *Aliquantulum* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. Vide ad VII. 36. § 5. Tum *præcesserat* Voss. pro varia lectione in margine: *perceperat* Harl. Male. Vide ad XXII. 41. § 9.

Ubi primum reliquiis pugnæque et fugæ conlectis, cum perexigua manu] *Ibi primum* Lov. 6. Vide ad XXVII. 5. § 2. *Ibi primo* Gaertn. Tum *reliquis* Lov. 5. Harl. et Mead. 1. cum edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm. Vide ad XL. 57. § 8. Hinc *pugnæ et fugæ* Lovel. 2. *pugnæque fugæque* Lov. 6. Perperam. Vide ad l. XXXV. c. 41. § 6. Insuper *cum exigua manu* Lovel. 3. Vide ad lib. VII. cap. 36. § 6. Mox *seniorum militum* aperto librarii errore Harl. *cum perexigua semiermium militum manu* Lov. 2.

§ 10 *Sed magnam partem agminis*] In primo Ascensio illud *sed*. Andreas, Tarv. Bec. Ven. ignorant, ut et scripti. Solentque eam eleganter non exprimere. Lib. XXVIII. cap. 21. 'Gladiatorum spectaculum fuit non ex eo genere hominum, &c. voluntaria omnis et gratuita opera pugnantium fuit.' Etenim plenum erat, *sed voluntaria*. Lib. XXXIII. c. 33. 'Nec hoc finitimis aut propinquæ vicinitatis hominibus, aut terris continenti junctis præstet: maria trajiciat, ne quod toto orbe terrarum injustum imperium sit.' Sensus enim dictat, *sed maria*. Martial. Epigr. IX. 87. 'Non se, convivas abstinet ille suos.' Et alibi Epigr. X. 41. 'Discidium non est hoc, Proculeia; lucrum est.' Similiter juvimus Nostrum l. XXVIII. c. 39. *J. F. Gron.* Τὸ *sed* deest etiam in omnibus nostris, et Hearnii L. 1. ac N. Vide ad XXVIII. 39. § 11. Mox *per ignota fugerent itinera* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. *fugerunt* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm.

§ 11 *Nec præter quingentos, &c. ex toto exercitu quisquam effugit*] Eadem summa est etiam apud Appian. Syriac. p. 98. Ἀντιόχου δὲ, σὺν τοῖς ληφθεῖσιν, ἀμφὶ τοὺς μυρίους· αὐτὸς δ' ὁ βασιλεὺς ἀπὸ μὲν τῆς πρώτης τροπῆς μετὰ πεντακοσίων ἱππέων εἰς Ἐλάτειαν διέδραμεν. *Sigon.* Libri omnes *ex isto exercitu*. Gebh. *Ex ipso exercitu* Lov. 6. *ex isto exercitu* codd. reliqui nostri, Hearnii L. 1. et edd. Aldina priores. Ea enim fide cod. Mog. *ex toto exercitu* vulgavit. Deinde vox *militum* deest in Lov. 2. et Harl. quæ tamen necessaria ob sequens *quos*. Mox etiam τὸ *regem* perperam in Harleian. omittitur.

§ 12 *Sexaginta millia militum fuisse*] Mediol. ed. 1480. et sequentes plures *XL. millia*, pro *LX.* perperam vulgarunt. Aldus deinde ex Mog. Ms. *sexaginta* recte substituit, consentientibus nostris codd. omnibus. Mox *inde* non adparet in Hearnii L. 1. *millia inde* voce trajecta legit Gaertn. *centum quadraginta millia cecidisse* errore librarii est in membranis Mog. Forte dare voluit *inde quadraginta millia*. Deinde *signis militaribus C. et XX^ti* Lov. 6. *signis militaribus CCLXXX.* Gaertn.

§ 13 *Romanorum centum quinquaginta interfecti sunt*] Appian. item ait in Syriac. p. 98. prope ducentos: Ῥωμαίων δ' ἀμφὶ τοὺς διακοσίους. *Sigonius.* Longobardicus Moguntinus codex egregie, ut mihi quidem videtur, hunc locum supplet ita: *Rom. centum quinq. in ipso certamine pugnæ, ab incursu Æt. se tuentes non plus quinq. interfecti:* optime, inquam, et quo solo videmur nobis posse demereri Livium. Appianus sane hanc lectionem valde confirmat, dum ait cecidisse Ῥωμαίων δ' ἀμφὶ τοὺς διακοσίους· id est, *circiter ducentos*. Perierunt igitur in ipso præ-

lio contra Antiochum ex Romanis CL. contra Ætolos, quos Flaccum castellis suis dejicere non potuisse supra paullo retulit, item plus minus quinquaginta: aut certe, si non ex Flacci militibus hi fuerint, quoniam dicit, 'ab incursu Ætolorum se tuentes,' fuerint sane ex illis quos a prudente imperatore oppositos Ætolis, qui montes occupaverant, verisimile est, ne decurrentes illi pugnantium cum Antiocho Romanorum terga nuda invaderent. *Modius.* Hic augmentum in Moguntino est, quod non debuit sperni. Habetur enim, *Rom. centum quinq. in ipso certamine pugnæ, ab inc. Æt. se tuentes non plus quinq. interfecti sunt.* Nam collectus hic numerus est ille ipse, quem habet Appianus, Ῥωμαίων δ' ἀμφὶ τοὺς διακοσίους. 'Incursus Ætolorum' est, quod dixerat castra Romana 'tentata eo die inter ipsum pugnæ tempus ab Ætolis Heracleam obtinentibus.' Nec negari potest Livii esse *in ipso certamine pugnæ.* J. F. Gron. *Rom. centum triginta interfecti sunt* Harl. *Rom. D. interfecti sunt* Gaertn. Quæ viri docti ex cod. Mog. adoptarunt, in omnibus nostris desiderantur; ex quo inter alia de membranarum illarum bonitate judicari potest, quod, silentibus reliquis Mss. solæ passim tot lacunas in Livio suppleverint, quæ forsan sine illis numquam in integrum restitui potuissent. Exempla vide ad XXXIV. 7. § 2. c. 16. § 1. c. 34. § 2. XXXV. 2. § 8. c. 23. § 11. XXXVI. 10. § 12. c. 24. § 6. c. 38. § 6. XXXVII. 16. § 2. c. 19. § 1. c. 30. § 7. c. 41. § 10. c. 50. § 12. XXXVIII. 5. § 2. c. 48. § 9. c. 53. § 4. 9. XXXIX. 4. § 1. c. 8. § 8. c. 9. § 5. c. 16. § 2. c. 18. § 3. c. 25. § 13. cap. 32. § 14. et alibi sæpe. 'Certamen pugnæ,' ut 'certamen verborum linguæque' X. 22. 'certamen laboris ac periculi' XXVIII. 19. 'certamen amicitiæ, benevolentiæ' XXXVII. 53. 'certamen bonæ artis ac virtutis' lib. XXXVII. c. 54.

CAP. XX. § 1 *Consule per Phocidem et Bœotiam exercitum ducente*] *Consul, &c. duxit* Lov. 6. *Consuli ducenti* Voss. Lov. 2. 4. 5. Mead. utroque, Gaertn. et edd. priscæ, pro quo Moguntini ex Msto suo *Consule ducente* dederunt. Ex eodem etiam libro receperunt *per Phocidem et Bœotiam*, quum antea ederetur *per Phocidem Bœotiæ;* quod servant Lovel. 3. 4. 5. 6. et Mead. 2. Sed pro eo *per Occidem Bœotiæ* legunt Lovel. 1. et Vossian. a m. pr. *per Oclidem Bœotiæ* pro varia lectione in margine: *per Hoclidem Bœotiæ* Regius major apud Doujat. *per Eolidem* sive *Æolidem Bœotiæ* Lovel. 2. Harleian. Mead. 1. Gaertn. et Regius minor apud eumdem Doujatium, qui eam lectionem probavit: hunc enim tractum ab *Æolo* Hellenis filio, qui regnum in Thessalia, Bœotia, vicinisque regionibus obtinuit, 'Æolidis' nomen priscis temporibus habuisse, ejusque incolas adhuc tempore Strabonis 'Æoles' adpellatos esse, teste ipso Strab. VIII. 333. atque horum migratione 'Æolidem' dictam minoris Asiæ regionem Ioniæ vicinam; ad cujus discrimen hic *Æolidem Bœotiæ* vocari. Sed verum est, secundum Strabonem omnes Græcos extra Isthmum, exceptis tamen Atheniensibus, Megarensibus, et, qui circa Parnasum habitarunt, Doriensibus, 'Æoles' dictos esse; nusquam tamen vel ipse, vel alii scriptores, omnem illam regionem 'Æolidis' nomine notam fuisse, tradiderunt, vel omnem illam Græciæ partem 'Æolidem' adpellarunt. Deinde, secundum Strabonem 'Æoles' est nomen generale, sub quo, tamquam partes, comprehenduntur Acarnanes, Ætoli, Locri, Phocenses, Bœoti, aliique. Jam autem quis umquam genus per speciem circumscribentem vidit, vel ferre posset dicentem 'Francia Burgundiæ,' 'Anglia Cantii,' 'Hollandia Kennemariæ,' ad distinctionem Franciæ, Angliæ, et Hollandiæ in America? Veriorem itaque puto lectionem cod. Mog. *per Phocidem et Bœotiam:* quæ inde eti-

am firmatur, quod inter populos, quibus consul post Antiochum ex Græcia ejectum delicti veniam concessit, nominatim etiam memorentur Phocenses apud Appian. Syriac. p. 98. Neque huic scripturæ adversatur, quod a Thermopylis Græciam ingresso prior obcurrat Bœotia, tum Phocis, quum tamen Phocis ita hic priori loco memoretur; quam difficultatem Doujatius movit. Sciendum enim est, Phocidem olim latius, quam postea, patuisse, et a maris Ionii sinu Corinthiaco usque ad Ægæi sinum Euboicum, vel Opuntium, vel Maliacum pertinuisse, ut vidimus ad c. 11. § 5. Iis autem finibus circumscripta Phocis transeunda erat a Thermopylis Bœotiam adeunti. Et ita Agesilai iter describit Plutarch. in ejus vit. p. 605. Ὁ δὲ Ἀγησίλαος εἴσω Πυλῶν παρελθὼν, καὶ διοδεύσας τὴν Φωκίδα φιλὴν οὖσαν, ἐπεὶ τῆς Βοιωτίας πρῶτον ἐπέβη, &c.

§ 2 *Haud secus, quam in pacato agro, sine violatione*] Pall. *haud secus, quam pacato agro, sine vexatione.* Gebh. Et hoc Magontiaci natum. Vix tamen præferam illi, quod in aliis scriptis editisque, *sine vexatione.* Cicero Catil. I. 7. ‘ vexatio direptioque sociorum.’ Vide Gellium II. 6. *J. F. Gron. Quam pacato agro* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Sed forte præpositionem *in* hausit ultima litera vocis præced. Vide ad X. 13. § 3. Codicis Mog. *violatione,* quod primus Aldus recepit, commode defendi potest. Supra XXIV. 20. ‘ In Tarentino demum agro pacatum incedere agmen cœpit: nihil ibi violatum, neque usquam via excessum est.’ XXVI. 31. ‘ Nihil interest, nunc, an vivo Hierone, Syracusas violaverim.’ XXXVIII. 9. ‘ Nihil præterea tactum violatumve.’ Defendi etiam potest *vexatione,* quod in omnibus meis superest. Supra VII. 10. ‘ Jacentis inde corpus, ab omni alia vexatione intactum, uno torque spoliavit.’ XLIV. 44. ‘ Ad Emathiam classem Romanam adpulsam esse, agrosque circa vexari.’ Cic. in Verr. III. 52. ‘ Populatam vexatamque provinciam.’ Phil. III. 11. ‘ Custosne urbis, an direptor et vexator urbis Antonius.’ Lectoris itaque arbitrio permitto, utrum malit. Animus tamen eo inclinat, *violatione* Mog. Msti potius *τοῦ vexatione* aliorum, quam vicissim, *vexatione τοῦ violatione,* glossam esse.

Agmine processit] Quum declaratum mihi fuerit, magis id Livianum videri, acquiescam. Nunc, quod in Ms. Thuan. videam exstare *agmen processit,* longe præferendum censeo. Utique antecessit nihil, ad quod vox *processit* respiciat. *Jac. Gron.* Forsitan ostendi non potest, alibi in Livio legi ‘ dux processit agmine.’ Sed quum dicat ‘ ducem agmine ire,’ et ‘ iter facere,’ vide c. 26. § 3. et c. 30. non maxima causa est, cur, quod hic vulgo editur, improbari, et unius libri scriptura omnibus aliis præferri debeat: nam hic *consul* facile repeti potest ex ‘ consule,’ quod in principio capitis est. Magis me movet, quod etiam unus liber Hearnii, et ed. Sigonii habent *agmen.* Duk. Gronovii emendatio Perizonio displicuisse videtur: ad marginem enim exemplaris Liviani, quo uti solebat, adscripsit, Livium tamen ita locutum esse c. 43. ‘ Cogebantur tenui agmine prope in ordinem singulæ naves ire.’ Verum numquam Gronov. Livio indignam locutionem esse judicavit ‘ agmine ire,’ ‘ transire,’ ‘ pergere,’ ‘ incedere,’ ‘ fugere,’ quæ passim extant. Ita III. 50. ‘ Eunt agmine.’ c. 51. ‘ Agmine in Aventinum pergunt.’ c. 66. ‘ Ad Corbionem agmine iere.’ V. 55. ‘ Agmine forum transirent.’ VII. 12. ‘ Agmine Romam ituros.’ XXII. 30. ‘ Agmine incedentes ad dictatoris castra.’ c. 52. ‘ Agmine Canusium perfugissent:’ et innumeris aliis locis. Verum potius caussa mutandi Gronovio

fuit, quod nihil præcedat, quo vox *processit* referatur, quodque *agmen* præferat Thuan. Si viri docti diligentius codd. et antiquitus typis descriptos vel consuluissent, vel ad eorum lectiones oculos intendissent, quin damnandum foret τὸ *agmine*, ne dubitare quidem potuissent. Vidissent enim id unice deberi postremæ Gruteri editioni, quum omnes priores servent *agmen;* quod mihi etiam obviam fuit in Lov. sex, Harl. Mead. utroque, et Gaertn. Hearnio in Oxon. L. 1. et Crevierio in Victor. cujus fide is lectionem illam recte vindicavit. Supra XXIV. 20. 'In Tarentino demum agro pacatum incedere agmen cœpit.'

In agrum Coronensem] Pall. *in agrum Coroneum*. Gebh. *Coroneum* vel *Coronæum* etiam omnes nostri, quod Gronov. 1665. recepit. Similiter etiam legunt priscæ edd. usque ad Frob. qui a. 1535. substituerat *Coronensem;* recte, si præeuntem cod. Mog. secutus sit; sin, alterum præfero. Utrumque enim et 'Coronæus' et 'Coronensis' in usu fuit. 'Coronæi' aliquoties memorantur libb. XLII. et XLIII. 'Coronenses' mox hoc ipso cap. Κορωνεῖς apud Polyb. in Exc. Leg. num. LXIII. Vide Berkel. ad Steph. Byz. voce Κορώνεια et Κορώνη.

§ 3 *In templo Minervæ Itoniæ*] Ultimam vocem recte Moguntini ex cod. suo erutam Livio donarunt, quam cum prioribus editis ignorant etiam omnes Mss. nostri, et Hearnii L. 1. ac N. Hujus Minervæ Itoniæ templum in agro Coronæo memorat etiam Pausan. Phocic. c. 34. Πρὶν δὲ ἐς Κορώνειαν ἐξ Ἀλαλκομενῶν ἀφικέσθαι, τῆς Ἰτωνίας Ἀθηνᾶς ἐστι τὸ ἱερόν. Vide etiam in Lacon. c. 9. Mox *circumvectum* Voss. et Lov. 1. Vide ad XXXVI. 10. § 2. Hinc *extemplo* Harl. Deinde *depopularetur* Lov. 6. vide ad X. 12. § 7. *popularentur* Lov. 2. 3. et, teste Hearnio, ed. Rom. princeps. Quod, si plurium cod. testimonio firmaretur, defendi posset ex illis quæ notantur ad VIII. 38. § 5.

Deinde cogitatio animum subiit] *Dein* Lov. 4. et Mead. ambo. Vide ad III. 3. § 6. Tum *subit* Lov. 1. 3. 4. 5. Mead. ambo, Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. Sæpe ita librarii variant. Vide ad II. 49. § 1. IV. 22. § 2. IX. 18. § 18. XXVII. 2. § 6. XXXVII. 4. § 4. XXXVIII. 51. § 6. et Burm. ad Suet. Aug. cap. 10. Similiter etiam variarunt in aliis ejusdem verbi compositis; ut in 'abit' et 'abiit;' vide ad II. 4. § 2. et XXVI. 28. § 1. in 'adit' et 'adiit;' vide ad XXXVI. 42. § 3. in 'circumit' et 'circumiit;' vide ad XL. 27. § 8. in 'exit' et 'exiit;' vide ad VI. 37. § 5. in 'init' et 'iniit;' vide ad XXIII. 2. § 4. in 'interit' et 'interiit;' vide ad IX. 29. § 11. 'in 'perit' et 'periit;' vide ad V. 8. § 3. in 'prodit' et 'prodiit;' vide ad I. 16. § 5. in 'redit' et 'rediit;' vide ad XXXVI. 35. § 2. in 'transit' et 'transiit;' vide ad Epit. Liv. l. CIII. Pari modo et in aliis verbis; ut in 'audit' et 'audiit;' vide ad XXX. 29. § 4. in 'communit' et 'communiit;' vide ad XXIX. 7. § 6. in 'inpedit' et 'inpediit;' vide ad I. 37. § 2. in 'nequit' et 'neqniit;' vide ad XXXIX. 32. § 11. in 'petit' et 'petiit;' vide ad XXXVII. 45. § 2. et ita in aliis passim. Ex eodem fonte profluxit, quod 'regis' et 'regiis' commutentur. Vide ad XXXII. 6. § 6. ut et 'sauci' ac 'saucii;' vide ad XXXVIII. 27. § 8. Mox *posita est statua* Voss. et Gaertn. Tum *indignum sese in unum* Lov. 3. Vide ad XL. 26. § 5. *indignum esse sese in unum* Voss. Lov. 1. et Gaertn. *indignum sese esse in unum* Lov. 6. Tandem *Coronæum agrum* Lov. 2. et Harl.

§ 5 *Ad Torontum in sinu Maliaco*] Plinius et Ptolemæus *Tronium* in Maliaco sinu posuerunt. *Sabell. Ad Corinthum* Lov. 3. et 6. *ad Thorum* Voss.

ad Torum tunc Lov. 1. *ad Toruntum* Lov. 2. *ad Torontum* Lov. 5. *ad Thorontum* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo: *ad Thoruntium* Gaertn. Sed Sabellicus verum vidit. Supra XXXV. 37. 'Processit Herodorus ad Thronium. Inde haud procul in Maliaco sinu,' &c. ubi etiam varie corruptum hoc nomen in Mss. exstat. Mox *Alexander Acarnanum nuncius adversæ pugnæ* omnes scripti, et edd. vett. usque ad Frob. qui a. 1531. substituit recte *Acarnan*, quod tamen jam antea in quarumdam antiquiorum edd. margine comparuerat.

Trepidæ inde recenti terrore naves Ceneum Eubœæ petierunt] Græci Κέναιον. Itaque diphthongus apponenda est. *Sigon. Recenti tremore et terrore* Voss. et Lov. 1. ac 3. *recenti terrore et tremore* Lov. 6. et Gaertn. Mox *mortuus et sepultus est* Lov. 3.

§ 6 *Eumdem portum tenuerant naves*] Ita Aldus ex cod. Mog. Antea edebatur *tenuerunt*, quod est in omnibus nostris, et Hearnii L. 1.

§ 7 *Jam fretum, quod ad Andrum insulam est*] *Ideo fretum* Lov. 1. *in fretum* Lov. 6. Deinde *quod in agrum insulam est* Lov. 1. *quod magnum insulam est* Voss. *quod ad Angrum insulam est* in margine pro varia lectione; quod vidi etiam in Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Mead. utroque, Gaertn. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Paullo ante Atilii prænomen *A.* deest in Lov. 1. *M. Accilius* vocatur in Lov. 6.

§ 8 *Quæ novissimæ agminis erant*] Vet. lib. *novissimi*. Perspicue verum. *Sigon.* Ita et Lov. 1. 6. et Harl. In edd. Camp. Rom. 1472. et Parm. *novissime* vel *novissimæ* vulgatur; sed reliquæ deinde *novissimi* substituerunt usque ad Aldum, qui *novissimæ* revocavit. Sed *novissimi* iterum Crevierio fide Victor. placuit. Ego pluribus adhæreo. De ea voce vide ad X. 29. § 5. Mox *et Accilius* Lov. 6.

CAP. XXI. § 1 *Sub adventum consulis a Chalcide profectus Tenedum primum tenuit*] Mirum hoc iter, si quidem non errat codex. Tu vide num *Tenum* potius pro *Tenedum* sit legendum. Est enim inter Cycladas 'Tenus' in eo itinere, quod ab Eubœa Ephesum ducit. Carmine Virgiliano notior Tenedus inattentos decepit. *Glar. Tenendum* Lov. 4. *Tenedum* Voss. Lov. 1. 5. 6. Mead. 2. Gaertn. et Hearnii L. 1. *Tenedon* Lov. 2. 3. Harl. et Mead. 1. *Teneum* Hearnii N. proxime verum. Recte enim Glareanum *Tenum* legendum docuisse, itineris ratio manifeste docet. Præterea *sub adventu* Lov. 2. 5. Harl. Mead. 1. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. Vide ad II. 55. § 1. *Adventu* sine præpositione Lov. 1. *Chalcide* etiam, omissa præpositione, Lov. 3. Hinc *venit*, pro *tenuit*, Lov. 5.

§ 2 *Cristoteles, præfectus regis, urbe excessisset*] In vetustis codd. legitur *Aristoteles*, pro *Cristoteles*. Gelen. Scriptum habent Pall. *Tristoteles*. Vet. ed. *Christoteles*. Gebhard. *Tristotiles* Voss. *Tristoteles* Lovel. 1. 4. 6. et Mead. 2. *Tristotellus* Lov. 3. *Cristoteles* Lov. 5. et Mead. 1. *Christoteles* Harl. Gaertn. et edd. vett. Tum *urbe exisset* Voss. et Lov. 1. Eadem varietas obcurrit XXXIX. 5. § 6. Similiter 'prodire' et 'procedere' commutantur I. 41. § 5.

§ 3 *Paucosque per dies omnibus perpacatis*] Ms. *post paucosque dies*. Modius. *Paucosque dies*, omissa præpositione, Lov. 4. a m. pr. et Harl. Non displicet Mog. cod. lectio *post paucosque dies*. Livius enim encliticam *que* indifferenter nunc in initio orationis ipsi præpositioni, nunc voci proximæ, quæ præpositionem sequitur, subjunxit. Supra XXI. 46. 'Profectus ad castra hostium, exque propinquo copias speculandas.' XXX. 18. 'Proque duobus cornibus prætor ac proconsul milites hortabantur.' lib. XXXI. c. 5. 'Quam rem senatus populusque Romanus de republica, deque

ineundo novo bello in animo haberet.' Et contra XXXI. 42. 'Turmatim equites, in vicemque manipulos levis armaturæ aquatum ire et prandere jubet.' XXXIV. 3. 'Recensete omnia muliebria jura, quibus licentiam earum adligaverint majores nostri, per quæque subjecerint viris.' XXXVII. 31. 'Rhodii inpigre prævertere, ad trajiciendasque copias consulis iere.' Hæc tamen, quam altera, in Livio minus frequens. Tum *omnibus præparatis* Lov. 5. et edd. vett. usque ad Aldum, qui ex cod. Mog. *perpacatis* prætulit. Concinunt reliqui nostri. De verbo 'perpacare' vide ad XL. 34. § 13. Mox *multa modestia per victoriam* Lovel. 3. *multa modestia post victoriam* Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. 2. et edd. Camp. Rom. 1472. et Parm. Sed vide ad I. 48. § 3. Paullo ante *ceteræ Eubœæ urbes* Gaertn.

§ 4 *Haud dubio auctore sciret*] Malim, *sen. pop. Rom., haud dubium auctorem sciret.* J. F. Gron. Hanc conjecturam probavit Crevier. *scirent* legit Lov. 3.

§ 5 *Atque ita ad Hydruntum Italiæ trajecit*] Plutarch. Brundusium et Tarentum ait transmisisse in Cat. p. 341. Καὶ διέπλευσε μὲν εἰς Βρεντέσιον εὐτυχῶς, μιᾷ δ' ἡμέρᾳ ἐκεῖθεν διελάσας εἰς Τάραντα, καὶ τέσσαρας ἄλλας ὁδεύσας, πεμπταῖος εἰς Ῥώμην ἀπὸ θαλάσσης ἀφίκετο. Strabo autem VI. 282. transmissiones in Italiam e Græcia tres fuisse tradit, Tarentum, Brundusium, et Rhegium. Plinius vero III. 11. ab Hydrunte in Græciam transitum breviorem ait esse, a Brundusio vero longiorem illum quidem, sed certiorem. *Sig. Ydruntum* Lov. 6. *Idruntem* Harl. *Hydrontem* Lovel. 1. et 3. *Hydruntem* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Utroque nomine vel *Hydruntum* vel *Hydrus* more Græcorum urbem a Latinis adpellatam esse, posterioribus temporibus adspirationem etiam abjectam fuisse, docet Cluver. Ital. Ant. IV. 13. p. 1242. Præpositionem *ad* omittit Lov. 3. Paullo ante etiam *Creusa*, omissa præpositione *a*, Lov. 5. et edd. ante Aldum. *Patris* quoque, eadem præpositione neglecta, Lov. 6. et Harl.

§ 6 *Quinto die inde pedestri itinere*] *Quinta die* Lov. 6. reliquis omnibus invitis. Vide ad VIII. 11. § 15. *Pedestri itinere*, id est, terrestri, ut obponatur navigationi. Vide ad XXXVII. 53. § 13. Mox *ante lucem inde ingressus* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. Sed vocula *inde* modo præcessit; hic vero *inde* vel *iñ* repetitum est ex initio vocis seq. Vide ad XXXVII. 52. § 2. Inde Junii prænomen *M.* deest in Gaertn. Sed illud intercepit præced. vocis litera finalis. Vide ad XXXIX. 5. § 11.

§ 7 *Is prima luce senatum vocavit*] Corrige ex Vossiano, *Is prima luce in senatum vocavit.* Et vide, si lubet, quæ ad II. 55. notamus. *J. F. Gron. In senatum vocavit* etiam Lov. 1. 2. 3. 4. Mead. 2. et Gaertn. Ita optimus Harl. legebat II. 33. 'Postulare multo minaciter magis, quam suppliciter, in senatum vocarent.' Vide etiam Gron. ad XXIII. 32. § 3. Similiter 'ad consilium vocare' XLIV. 37. 'Tertia demum hora, sacrificio rite perpetrato, ad consilium vocavit.' Potest tamen et vulgata lectio servari. Passim enim apud Livium obcurrit 'vocare Patres,' 'senatum.' Ita I. 48. 'Qua tu audacia me vivo ausus es vocare Patres?' V. 27. 'A magistratibus de re nova vocato senatu.' XXVI. 13. 'Coëgit Lesium senatum vocare.' Et ita Silius, Livii imitator, I. 609. 'Concilium vocat augustum, castaque beatos Paupertate Patres.' Mox § seq. *Duo deiñ legati* Lov. 3. Vide ad c. 24. § 10.

§ 10 *M. Fulvius Nobilior, qui biennio ante prætor*] De eodem hoc Fulvio in hoc adeo libro c. 39. eadem dicturus est, ut non dubium, hic lapsum memoria Livium. *Glar.*

In ulteriorem Hispaniam erat pro-

fectus] Τὸ *ulteriorem* non agnoscunt membranæ [Mogunt.] *Modius*. Pall. et vet. ed. *prætor in Hispaniam profectus est*. Gebh. Vocem *ulteriorem* ignorant etiam omnes mei, Hearnii L. 1. et editi ante Frob. qui a. 1531. eam forte ex c. 39. infra adscivit: quam propterea expunxi. Deinde *erat profectus* Aldus ex Mog. probavit, quum antea ederetur *profectus est*, quod est in omnibus meis, et Hearnii L. 1.

§ 11 *Duodecim millia pondo argenti: auri pondo centum viginti septem*] *Decem millia pondo* Lov. 5. et edd. principes. *X. ducentum pondo* Lov. 6. a m. pr. *XL. et ducentum pondo* a m. sec. *XCX. pondo* Gaertn. *decem viginti millia pondo* Harl. et Lov. 2. *decem ducenta pondo* Lov. 3. *X. et CC. pondo* Lov. 1. *X̄CC. pondo* Voss. Lov. 4. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. qui *millia pondo* in N. invenit. Pleræque hæ lectiones ex non intellecta numeri millenarii nota ↀ ortæ sunt; pro qua sæpe *CC.* datum esse, vidimus ad XXXV. 35. § 4. Lectionem, quæ nunc exstat, Aldus ex Mog. cod. adscivit. Deinde *auri centum viginti septem* Mead. 1. *auri pondo centum XVII.* Voss. Male. Vide ad c. 39. § 2. Paullo ante *centum triginta*, vel *CXXX. millia* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. omnesque edd. usque ad Gruter. cujus ultima ed. dedit *centum et triginta millia*, addita copula, quam iterum exegi.

Cap. XXII. § 1 *Acilius consul ab Thermopylis*] *P. Acilius* Lovel. 2. Mead. 1. et Gaertn. *M. Acilius* Harl. An voluit librarius *M'. Acilius?* Tum *ex Thermopylis* Gaertn. Mox *respicerent* Lov. 1. 3. et 6. a m. pr.

§ 2 *Et ceteræ Græciæ civitates defecisse eo bello ab optime de se meritis Romanis*] Libri nostri *ab optime meritis Romanis*. Gebh. Ita et omnes nostri Mss. et edd. usque ad Ascens. qui, incertum qua auctoritate, a. 1510. *de se* interposuit. Præterea *et ceteras*, quoscumque vidi, scripti et typis excusi usque ad J. F. Gronov. qui an. 1665. sed forte operarum culpa, *et ceteræ* vulgavit, quod Jac. Gronov. et Cleric. servarunt. Contra Hearnius *et ceteras* revocavit, addens in Gronoviorum edd. *ceteræ* legi contra fidem Mstorum aliorumque codd. Verum Gronovianam lectionem servans Crevier. judicavit, parum interesse, utrum *ceteræ Græciæ* legas, an vero malis *ceteras* cum Victor. cod. et quibusdam editis. Parum, quod ad sensum adtinet, interesse, consentio. Sed simul ratio docet, ubi sensus permittit, consentientibus scriptis omnibus et edd. antiqq. adhærendum esse. *Et ceteras civitates Græciæ defecisse* Harl. *et ceterus defecisse Græciæ civitates* Gaertn.

Cujus fiducia ab officio decessissent] Pall. uterque *cujus fiducia officio decessissent*. Gebh. Lege *discessissent*. De quo superius ad XXVII. 10. § 1. *J. F. Gronov.* Scripsit ibid. Gronov. veteres dicere 'decedere re,' et 'de re;' 'discedere ab re.' Si hoc sine exceptione verum est, non recte in Cic. pro Flacco c. 12. legitur, 'Cognosce, quid me consule senatus decreverit, quum quidem nihil a superioribus continuorum annorum decretis decesserit;' pro *discesserit*. Nec in Justin. VI. 3. § 8. 'Contendebatque, ne a rebus gestis ejus et gloriæ splendore decederet,' pro *discederet;* quod et ibi e Ms. adnotavit Clar. Burmann. Et in Virg. Æn. II. 109. non *longo fessi discedere bello*, sed ex sententia Germani et Cerdæ *decedere* legendum est. Quum de loco sermo est, recte dicitur 'discedere de.' Cic. Verr. IV. 65. 'Tum de foro, quum jam advesperasceret, discessimus.' Sed de re quoque sic Livius XXXII. 40. 'De colloquio discessum:' nisi quis hoc quoque, tamquam de loco, dictum velit. *Duk.* Præpositionem *ab* non agnoscunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et

Gaertn. Si itaque perpetua sunt, quæ Gronov. d. l. notavit, non cum ipso *ab officio discessissent*, sed potius cum tanta Mstorum turba *officio decessissent* legendum putavi.

§ 3 *Quamquam non secuti sint regem, sed arcessierint*] Vet. ed. *sed arcessissent*. Gebh. *Arcessissent* Lov. 5. et edd. usque ad Froben. qui an. 1535. *arcessierint* substituit, concinentibus reliquis meis, nisi quod *sunt* et *arcessierunt*, ac mox *fuerunt* sit in Lov. 3. et Gaertn. Vide ad II. 4. § 7. Mox *duces belli, et non socii* Lov. 2. et Harl.

Si pœnitere possint, posse et incolumes esse] *Si pœnitere possit* Lov. 2. et edd. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, Venetæ variæ, ac reliquæ usque ad Moguntinos, qui *possint*, quod fuerat in edd. principibus, revocavit. Et ita reliqui, quos consului, codd. De hoc genere loquendi, in quo insolentior constructio illis, qui mutarunt, displicuisse videtur, agunt Sanctius Minerv. III. 1. p. 263. ubi vide etiam Perizon. et Vossius Gramm. v. 42. Deinde quatuor posteriores voces perperam desunt in Lovel. 1. 6. et Voss. *posse et in coloniis esse* ridiculo errore Mead. 2.

§ 4 *Quum pacati nihil responderetur, adpareretque, armis rem gerendam*] *Quum pacate nihil responderetur* Lov. 1. *quum pacati animi nihil resp.* Gaertn. Tum *adpareretque rem gerendam* Voss. *adpareretque armis rem gerendam esse* Gaertn. Mox *restare* exsulat a Voss. qui etiam *notaret* legit, pro *nosceret*. Similiter librarii variarunt ad XXX. 24. § 4. Hinc *equo* non adparet in Lov. 3.

§ 7 *A flumine Asoro*] Ita fere habent libri. Sed ex Herodoti VII. 199. ubi de Thermopylis, *Asopus* dicitur, non *Asorus*. Meminit et Strabo IX. 428. *Glar.* Ex Strabone, Herodoto, Sequestre *Asopo* legendum est. *Sigon. A flumine Asero* Gaertn. *a flumine Asorro* Lov. 3. *a flumine Asore* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. et Parm. *a flumine Asoro* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Hearnii N. cujus ejusdem L. 1. proxime verum *Asupo* legit. Recte viri docti *Asopo* restituerunt. Sæpe librarios literas *P* et *R* confudisse, vidimus ad XXIII. 1. § 6.

Arcem extra muros, quæ frequentius prope, quam urbs, habitabatur, T. Sempronio] T. Sempronius in hujus urbis oppugnatione jussus a consule intentos tenere milites, dum aliæ tres pugnarent acies, signumque exspectare: quo dato ab sua parte primus oppidum cepit. Si igitur ab arce oppugnabat, eam haud dubie cepit. Quo igitur pacto Ætoli postea in arcem confugere poterant? Nisi quis dicat, aut locos interea mutatos, aut duas ejus oppidi fuisse arces, aut aliud quippe pro *arce* legendum, ut 'suburbium' &c. quod equidem puto. Et in hac descriptione mentio est Asopi fluminis, et duorum amnium; quorum alterum in 'sinum Maliacum' mutarunt quidam, cum hæc urbs longe ab eo sinu distet. Quare diligentius hic locus inspiciendus in vetustis exemplaribus. *Glar.* Hæc ita concepta sunt in Pall. *præposuit. Freq. prope, quam in urbe, habitabatur. T. Sempr. Longo oppug. dedit: et regionem Mellea quoque ad. haud fuc. pars habet.* Gebh. Recte censet Glareanus, hæc pugnare cum iis quæ traduntur cap. 24. Sciendum hæc quatuor verba *arcem extra muros quæ* uni codici Mog. deberi: nam nec in scriptis, quibus usi sumus, nec in antiquitus editis leguntur: est autem in iisdem *in urbe*. Levi ergo mutatione sic restituenda videntur, *partem, qua extra muros frequentius prope, quam in urbe, habitabatur*. J. F. Gron. In hac emendatione ille scrupulus relinquitur, quod in ea pars, quæ Sempronio oppugnanda data fuit, *extra muros* fuisse dicitur, quam et ipsam tamen muros habuisse e c. 24. liquet; quæ inter se viden-

tur pugnare. Sed fortassis, quemadmodum Syracusæ, sic etiam Heraclea, e pluribus partibus, quæ singulæ instar urbium, et suo quæque muro cinctæ erant, constabat: ut adeo pars illa, quam Sempronius oppugnabat, *extra muros* aliarum partium fuerit. *Duk.* Quatuor illa vocabula *arcem extra muros, quæ* desunt etiam in omnibus membranis nostris, quæ etiam legunt *in urbe*, pro *urbs*. Eamdem utrobique scripturæ diversitatem in suis invenit Hearnius. Gronovii conjecturam laudat Crevier. et ulterius firmat ex verbis Livii cap. 24. ‘ Pars una, in qua ædificia extra urbem erant,’ &c. Clericus certissimam hanc Gronovii, ut vocat, emendationem *partem, quæ extra muros*, pro *arcem extra muros, quæ*, non tantum laudat, verum et in contextum recepit. Sed recte *partem*, pro *arcem*, Gronovium reposuisse existimo: solent autem et alibi hæ voces commutari a scribis. Vide ad XXXVIII. 48. § 5. In reliquis scriptura Moguntini servari, ac legi posset *partem extra muros, quæ frequentius prope, quam urbs, habitabatur*, si verum est, quod Dukerus conjecit. Malim tamen et hic Gronov. sequi, et intelligere Ti. Sempronium obpugnare jussum esse non partem, quæ erat extra muros, sed potius ipsam urbem ea parte, qua frequentius prope, quam in urbe, habitabatur, sive ea parte qua erat frequentissimum suburbium. Conjecturam tamen in contextum recipi, temerarium putavi.

§ 8 *Ad regionem a Malea, quæ aditum*] Moguntinus et Spirensis codd. aliter habent, hoc modo: *a sinu Maliaco, quæ aditum, &c.* Gelen. *Et regionem Mella quoque aditum* Lov. 1. cui consentiunt Vossian. et Gaertn. præterquam quod ille *regione*, hic *Mellaque* legant: *et regionem Malea quoque* Lov. 3. et Harleian. nec aliter Lovel. 2. nisi quod *quæque* præferat. In eo tantum ab illis dissentiunt Lov. 4. et Harleian. ambo, quod ostentent *Mellea: regionem Melerum quæ* Lov. 6. *regionem a Malea quæque* Lov. 5. et ed. Camp. Neque aliter ferme reliquæ ætate proximæ, nisi quod quædam *et regionem*. Frob. demum 1531. *ad regionem* dedit; qui contra an. 1535. Gelenii emendationem in contextum recepit. Eamdem servarunt reliqui editores usque ad Gronov. qui anno 1665. præpositionem *a* omisit: ea etiam omissa locum laudat Cellar. Geogr. Ant. II. 13. p. 684. inde efficere conatus, Heracleam prope sinum Maliacum sitam fuisse. Sed recte præpositionem restituit Hearnius. Glareanus, cui Gelenii emendatio ideo displicuit, quia Heraclea longius a sinu Maliaco distabat, ut testatur ad verba præcedd. cogitare debuisset, *a sinu Maliaco* idem notare, atque ab ea parte, qua urbs sinum Maliacum respicit, ei obvertitur.

Ab altero amnis latere, quem Melana vocant] Codd. habent *ab altero amniculo*, non *amnis latere*. Gelen. Ante hæc verba distinguendum est, ut Appium Claudium, non M. Bæbium, ab hoc latere pugnasse intelligamus. Cæterum, quod quidam pro *amniculo* emendarunt *amnis latere*, non placet. Nam Melana flumen ab vetere Trachine quinque distat stadiis, ipsa ab Heraclea sex, authore Strabone IX. p. 428. *Glar. Ab altero amnis latere* Aldus ex Mog. cod. ediderat; quod ante Glareanum Frob. a. 1535. sprevit, revocata veteri lectione: *ab altero angulo* est in Lovel. 6. et Gaertn. Deinde *quem Maleria vocant* Vossian. *quod Melia vocant* Lov. 6. *quem Malena vocant* Lovel. 1. *quem Melena vocant* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. uterque, Hearnii L. 1. N. et edd. usque ad Moguntinos, qui *Melana* recte ex cod. suo ediderunt. Græcis enim dicitur Μέλας.

§ 9 *Arietesque, et alius omnis adparatus obpugnandarum urbium perficitur*]

Pall. *et alius omnis app. oppugnendarum urbium perf.* Gebh. *Arietes, et alii omnes app., &c. perficiuntur* Harl. *et alii omnes app.* etiam Mead. 1. *arietes et alius omnes app.* Lov. 2. *et omnis alius app.* Lov. 6. *et alius app. omnis* Gaertn. Tum *opprimendarum urbium* Lov. 4.

§ 10 *Et quum ager Heracleensis*] Pal. 1. *Tum quia ager:* alter *Ut cum ager.* Gebh. *Tum quia ager* Mead. 2. *Cumque ager* Harl. *Ut cum ager* Vossian. Lov. 1. 3. 4. et Gaertn. *Ut tum ager* Lov. 6. et edd. Rom. a. 1472. Parm. aliæque posteriores usque ad Moguntinos, qui dederunt *Et tum ager.* Aldus demum ex cod. Mog. *Et quum ager.* Vide ad VI. 23. § 3.

§ 11 *Desertaque in vestibulo urbis erant tecta*] Verbum substantivum cum particula deleo, scriboque, *tum, quia refug. intra mœnia Æt., deserta in vestib. urbis tecta in var. us. non tigna modo et tab., sed lator. quoque et cæm. et saxa variæ magn. præbebant.* Aut mitius, *deserta, quæ in vest. urbis erant, tecta in verios.* J. F. Gronov. Recte Crevier. posteriorem Gronovii emendationem, quæ tantum *desertaque* mutat in *deserta quæ*, recepit, addens scriptos, nisi vetustiores, quales paucos hujus Livii partis habemus, non uti diphthongis, ut in iis *quæ* et *que* prorsus idem sit. Paullo ante *fugerant*, pro *refugerant*, Voss. Lov. 1. et 6. *nunc quia refugerant* cod. Mog. Hinc in sequentibus *magnitudinis variæ* Voss. Lov. 3. et Gaertn.

CAP. XXIII. § 1 *Ætoli contra armis se tuebantur*] Ex illis quæ XXII. 60. notavimus, suspicor Livio fuisse: *Æt. contra urmis magis, quam mœnibus, se tuebantur: nam quum ariete quat. muri, non laqueis, ut solet, exc. decl. ictus, sed armati freq. erumpebant; quidam ignes etiam, quos ag. inj., ferebant.* Sic libro seq. in oppugnatione Amphissæ, cap. 5. *J. F. Gron.*

§ 2 *Non jaculis solum, ut solet, exceptos*] Codd. habent *non laqueis, ut solent.* Gelen. Pro *laqueis*, quidam emendarunt *jaculis*, ex quibus verbis nullus est sensus, quare mutandum non erat. Considerandum etiam lectori, quomodo intelligendi 'fornices in muro ad excurrendum apti:' nam ea res difficultatem adfert legenti. *Glar.* Vitruvius IV. 23. 'Alii laqueis captos arietes per multitudinem hominum de muro in obliquum trahunt, et cum ipsis testidinibus evertunt.' *Sigon.* Voss. *ut solent.* J. F. Gronov. Vide Lipsium Poliorc. v. 8. et Casaub. ad Æneam Tactic. c. 32. De ignibus in aggeres conjectis Lipsium ibid. dial. 6. *Duk.* Prisca edd. lectio est *non laqueis, ut solet.* Ascens. deinde a. 1513. *non laqueis solum, ut solet* substituit. Quum deinde Moguntini se in cod. suo invenisse *non, ut solent, jaculis* notassent, Aldus deinde *non jaculis solum, ut solet* edidit; quod obtinuit usque ad Frob. qui a. 1535. Gelenii lectionem recepit, nisi quod *solet* servarit: *non laqueis, ut solent,* legunt ex meis Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *non laqueis, ut solet* pauci reliqui. 'Jaculorum' mentionem hic inportunam esse, recte viri docti monuerunt, et optime alterum *laqueis* vindicarunt; quod firmat locus Vegetii, quem perperam sub Vitruvii nomine hic laudat Sigonius, ubi videndus est Stewech. Si quis *ut solent*, quod etiam Crev. in cod. Vict. invenit, et exponit, ii nempe, qui obpugnantur, malit, non adversabor: est tamen et alterum haud temere spernendum. Vide ad VI. 34. § 5. Similiter 'ut adsolet' XXXIV. 44. 'Ludosque magnos tanta pecunia, quanta adsoleret, faciendos.' XXXVII. 14. 'Sacrificio, ut adsolet, rite facto, Æmilius concilium advocavit.' Forte tamen ordo vocum, qui est in cod. Mog. *non, ut solet*, vel *solent, laqueis* probandus est. Mox *frequentes erumpebant, quidam, &c.* ut Gron. ad § præced. conjecit, etiam Crev. legendum censuit.

§ 3 *Fornices quoque in muro erant*] *Aperti* Harl. Vide ad XXXI. 22. § 8. An vero per 'fornices in muro' intelligendi sunt arcuati exitus per murum, per quos in hostem erumperetur? fornices in muro Cassandreæ memorantur XLIV. 11. Paullo post *diruptis*, pro *dirutis*, Lov. 1. 3. et 6. Vide ad IX. 45. § 17. Hinc *in hostis*, vel *in hostes*, Lov. 5. et edd. ante Aldum, qui *in hostem* ex cod. Mog. admisit, consentientibus reliquis, quos adhibui, codd. Vide ad V. 50. § 2.

§ 4 *Et frequentes et vim inpigre fecerunt*] Duæ voculæ *et vim* absunt a libris omnibus nostris. *Gebh.* Lectio hæc, vel potius *et impigre vim fecerunt*, in quibusdam prioribus Gruteri edd. obcurrit, sed, ut videtur, operarum errore. Vox enim *vim* in nullo meorum codd. obvia est, eamdemque Gruterus in ed. postrema omisit. Verum insuper *et frequentes inpigre fecerunt* præferunt Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. et edd. principes: at *frequentes et inpigre fecerunt*, copula priori loco omissa, Harl. Sed vide ad II. 44. § 3. Præterea solet Livius alibi adjectivum et adverbium hoc modo jungere. Supra XXI. 8. 'Quo acrius et conferti magis utrimque pugnabant.' XXVII. 12. 'Dum alii trepidi cedunt, alii segniter subeunt:' ubi perperam Rhenanus malebat *trepide*. Mox hoc cap. 'In dies deinde pauciores et segnius.' Vide ad VIII. 19. § 2. Mox *in dies inde* Lov. 2. et Harl. Verum vel aurium judicio vulgatum præferendum.

§ 5 *Eosdem dies noctesque assiduo labore urente*] Vet. lib. *urgente*. Sigon. Pall. uterque, et vet. ed. *assiduo labore urente*, quod prætulerim vulgato a Sigonio inserto. Cæterum et τὸ *noctesque* non comparet in Pal. posteriore. *Gebh.* Ita [*urgente*] ab Sigonii libro: sed nostri cum editis olim, *assiduo labore urente*. Quod quidem facile fero et retineo. Noster XXVII. 29. 'Quos et Machanidas tyrannus Lacedæmoniorum finitimo bello urebat.' Eodem libro cap. 39. 'Punici belli, quo duodecimum annum Italia urebatur.' XXXII. 21. 'Tanquam non intestino et hærente in ipsis visceribus uramur bello.' *J. F. Gron.* 'Urere' et 'urgere' sæpe permutari, multi observarunt. Hic sine dubio sequendi sunt Mss. Nec tamen minus Latine dicas 'urgente.' VI. 3. 'Confectaque paucitas oppidanorum opere, vigiliis, vulneribus, quæ semper eosdem urgebant.' Ovid. Met. IV. 35. 'Aut hærent telæ, famulasque laboribus urgent.' *Duk.* Veteri libro Sigonii adsentiuntur Lov. 2. Harl. et Mead. 1. Contra cum Mss. Gronovii, antiqq. editionum lectionem *urente* tuentibus, faciunt reliqui octo mei, et Hearnii N. ac D. at ejusdem L. 1. pro eo exhibet *vincente*. Ego Gronovio adhæreo, partim quia id volunt tot numero plures codd. partim quia 'urguere' modo præcessit; licet tamen exempla, quibus Grouov. sententiam probare conatus est, non satis commoda videantur, quia locutio 'urere bello' in illis obvia proprie de incendiis tempore belli excitatis accipi potest; quum hic talia adferenda forent, unde evincebatur, 'urere' sensu translato de illis usurpari, quæ molesta accidebant; de qua locutione vide Duker. ad Flori II. 6. § 2. Solent autem verba 'urere' et 'urguere,' vel 'urgere,' a librariis confundi. Præter Duker. d. l. vide etiam quæ notantur ad XXVII. 29. § 9. Præterea *dies, noctes*, omissa copula, Voss. et Lov. Ita XLII. 54. 'Oppidanos diem, noctem eosdem tuentes mœnia, non vulnera modo, sed etiam vigiliæ et continens labor conficiebat.' Vide etiam Cort. ad Sall. Jug. c. 23. § 1. Plerique tamen codd. vulgatum defendentes efficiunt, ut id præferendum ducam. Paullo ante *atque vigiliæ* Voss. et Gaertn. Tum *in stationes* Lov. 6.

§ 6 *Quatuor e Patribus simul obpug-*

nantem hostem] Legendum *quatuor e partibus*. Gebh. Per errorem operarum *Patribus*, pro *partibus*, legebatur in ultima ed. Gruteri; quod perperam servavit ed. Blavii: *quatuor partibus simul* sine præpositione Vossian. *quatuor simul partibus* Lov. 6. *e quatuor partibus simul* Lov. 3. *quatuor ex partibus obpugnuntem* Lov. 2.

§ 7 *Quum fatigatos jam Ætolos sciret*] Ms. *Et cum fatigatos jam Ætolos sciret*. Modius. Copula *Et*, quam in cod. Mog. esse Modius monuit, in nullo meorum exstat. Insuper præcedens *est* non agnoscit Harl.

Et exspectatione temporis, et quod ita transfugæ] *Ex ratione temporis* depravatum erat in *exspectatione temporis*. Gelen. Non minus temere hoc loco iidem *ex ratione* fecerunt *exspectatione*. Glar. Hæc Glareani nota subjungitur illi, qua in initio hujus cap. § 2. reprehendit eos qui *jaculis*, pro *laqueis*, in contextum Livii receperunt. Quod quum Aldum fecisse ibidem dictum sit, hic nunc per vocem *iidem* ipsum ejus etiam erroris reum agit, quod *exspectatione* pro *ex ratione* dederit. Verum ita non modo præferunt omnes, quos vidi, edd. priores, sed etiam Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. corruptius adhuc *exspectationem temporis* Lov. 3. Gelenius verum revocavit. Tum τὸ *quod* etiam perperam exsulat a Voss. Mox *consilium init* Lov. sex, Mead. ambo, et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXIII. 2. § 4.

§ 8 *Quietos in castris tenuit*] *Equites in castris tenuit* Voss. et Lov. 1. Ultima vox abest a Mead. 2. Mox § seq. *producta est* Lov. 3. et 6. Vide ad lib. XXXVIII. c. 50. § 1.

§ 10 *Velut ipsi quoque hoc revocati, pro se quisque ex stationibus decedebant*] Pall. *velut ipsi hoc revocati*. Gebhard. Pariter Voss. Lov. 1. 2. 6. Harl. et Mead. 2. *velut ipsi hujus revocuti* Lov. 3. *velut ipsi hæc revocati* Lov. 4. *velut ipsi revocati* Gaertn. Tum *ex statione quisque decedebat* Gaertn. *quisque ex statione decedebant* codd. reliqui, et omnes edd. usque ad Aldum, qui fide cod. Mog. *ex stationibus* adoptavit. Paullo ante *caussam esse rati*] Lov. 3. *rati esse caussam* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harleian. Mead. uterque, et Gaertn. Tum *quæ inter ipsos defecerat* nullo sensu Voss. et Gaertn. *quæ in ipsos defecerat* Lov. 1. et 6. *quæ et ipsos addeffecerat* Lov. 4. Tandem *signum receptui datum esset* Lov. 6. *datum est signum receptui* Gaertn.

CAP. XXIV. § 2 *Ab una Ti. Sempronium . . . . signumque exspectare jussit*] Pall. *signumque exspectantes jussit*. Quibus secundas fert antiq. ed. *Gebh. Una Sempronium*, præpositione et prænomine omissis, omnes Mss. nostri, Hearnii L. 1. N. et edd. principes: *ab una Sempronium* vulgarunt Moguntini, quum in cod. suo reperissent *ab una Ti. Sempronius*, quod Aldus recepit, et proximi servarunt usque ad Sigonium, qui *Ti. Sempronius* recte substituit. Deinde *signumque exspectantes* omnes iterum codd. et editi usque ad Moguntinos, qui ex cod. suo emendarunt *exspectare*. Sed alteram lectionem *exspectuntes* se ex scriptis et edd. Andreanis revocasse Gronov. in pr. ed. notarum testatur. Paullo ante § 1. *aggressurus* edd. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et nonnullæ aliæ. Sed et scripti, et edd. principes in vulgatum *aggressus* conspirant, quod iterum Ven. 1498. restituit.

Ratus hostes concursuros] *Occursuros* Gaertn. Vide mox ad § 4. Paullo ante *ad eam nocturno tumultu* Lov. 2. 3. et 6. *ad eam in nocturno tumultu* Voss. Lov. 1. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 3 *Pars vigilantes ad hunc strepitum pugnuntium*] Vetus lectio aliquanto melior, nempe hæc: *pars vig. adhuc ad strepitum pugn.* Gelen. *Vig. ad hunc strepitum* Hearnii L. 1. omnes-

que nostri, nisi quod Harl. nonnihil Gelenii emendationi favens, *vig. adhuc strepitum* legat.

§ 4 *Partim per ruinas jacentis muri transcendere conantur*] Edd. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et hinc plures aliæ dederunt *partim per ruinas jacentis muri transc. muros conantur*, invitis omnibus Mss. cujus lectionis auctor ferre non potuisse videtur, 'transcendere' absolute sine casu poni, quod tamen in Livio sæpius obcurrit. Vide ad III. 8. § 4. et V. 34. § 8. Mox *adscensus tentabant* Harl.

Ad opem ferendam concurrunt Ætoli] Libri nostri omnes *occurrunt Ætoli*. Gebh. Libri calamo exarati editique ante Mog. *occurrunt*. Placet utique. Lib. XXI. c. 61. 'Asdrubal cum octo millibus peditum, mille equitum, tanquam ad primum adventum Romanorum occursurus.' XXXVII. 32. 'Quatere muros turresque cœpit, deinde quum eo multitudo occurreret ad defendendum.' XXXVIII. 8. 'Nec Ætolos simul ad tria diversa bella occursantes sufficere.' Auctor de Bello Afric. c. 68. 'Animadvertit copias hostium iis legionibus occurrere suppetias.' Et iterum c. 78. 'Cæsar alteram alam mittit, quæ satagentibus celeriter occurrerent.' *J. F. Gronov. Occurrunt* etiam omnes Hearnii Oxonn. et mei, nisi quod *occurrerunt* sit in Vossian. et Lovel. 1. 'Occurrere' autem eo sensu inlustrarunt Gronov. ad XXIII. 24. § 3. (ubi etiam alia notavi) Burm. ad Vell. Pat. II. 61. Torren. ad Val. Max. I. 7. ext. 10. et idem ac Vorst. ad Val. Max. IV. 4. 7. Forte etiam hoc verbum ex fide cod. Put. restituendum est Silio XIV. 404. 'Dumque ad opem occurrit, ceu capta, navita, puppe:' ubi vulgo *accurrit* circumfertur. Similiter autem 'occurrere' et 'concurrere,' 'occursus' et 'concursus' sæpissime in Mss. commutantur. Vide ad IV. 50. § 4. V. 37. § 7. VIII. 8. § 15. XXI. 57. § 12. c. 61. § 1. XXII. 19. § 4. c. 47. § 2. c. 49. § 2. XXIV. 15. § 7. XXXII. 30. § 10. hoc ipso cap. § 2. XXXVII. 50. § 6. XXXVIII. 3. § 5. c. 25. § 15. Pari modo 'occursatio' et 'concursatio;' vide ad XXXV. 49. § 9. 'omittere' et 'committere;' vide ad X. 19. § 11. 'occidere' et 'concidere;' vide ad XXIII. 24. § 7. Utra tamen lectio verior sit, incertus ferme hæreo. Pro illa quam Gronovius probavit, præter elegantiorem et minus notum vocis 'obcurrere' usum, ac plurium codd. turbam in præcedentibus memoratam, id etiam facere videtur, quod 'concursuros' modo præcesserit. Contra pro altera adferri potest primo integerrimi cod. auctoritas, unde fit, ut, si duæ in Mss. lectiones exstent, quæ utræque commode ferri queant, eam preferendam existimem, pro qua stat Mogunt. codex. Deinde origo, unde varians hæc lectio nata sit. Nimirum caussa ejus est similitudo ductuum inter 'occurrunt' vel 'ocurrunt,' ut sæpe exaratur, et 'ocurrunt,' id est 'concurrunt.' Jam vero si exaratum fuisset 'occurrunt' vel 'ocurrunt,' non facile inde librarii formassent 'ocurrunt;' contra vero, quod librarii compendiariæ scripturæ notam non adsequerentur, sponte ex *ocurrunt* dedissent *occurrunt*. Id certe multo frequentius, quam contra, accidisse, variantis scripturæ exempla modo laudata respicienti patebit. Mihi itaque *concurrunt* magis placeret; rem tamen arbitrio lectoris relinquo.

§ 5 *Pars una, qua progressi erant, neque defenditur, neque obpugnatur*] Longe aliter in nostris exemplaribus legitur, hoc modo: *pars una, in qua ædificia extra urbem erant, &c.* Gelen. Non obscurum est, qua de parte loquatur, nempe de ea, ubi Sempronius erat. Cæterum illud *qua progressi* vexat lectorem. Quidam pro eo legunt, *in qua ædificia extra urbem:* cum antea de arce loqueretur, nunc de

semirutis, nullo adjecto substantivo. Et *neque defenditur, neque oppugnatur* dixisse videtur, pro ubi quies erat, quanquam non diu duratura. Mihi locus suspectus est: lector ex verborum contextu judicet. *Glar.* Quamvis omnes nostri priscam, quæ olim obtinuit, lectionem tueantur, nisi quod una voce auctior Lov. 6. *qua progessi erant Romani* legat, recte tamen Gelenius Mog. cod. lectionem probavit, et Frobenio auctor fuit, ut eam a. 1535. adoptaret. Evanescit autem difficultas, quam ei movere conatus est Glareanus, si antea c. 22. § 7. et hoc cap. § 6. Gronovii emendationes admittamus. Si quid tamen mutandum, legam, *Pars una, qua ædificia extra urbem erant:* quod et Crevierio placuisse, haud invitus video.

§ 6 *Partim per erutos, partim scalis per integros muros transcendere*] Est in nostris *partim per semiruta, partim scalis integros muros.* Gelen. Longobardicus codex *partim per erutos, partim scalis per integros muros.* Male quidem, sed de quo cuicuimodi esset, silendum non putavi. *Modius.* Ab Gelenio est. Nam quum tria priora verba vulgo abessent, Moguntiaci, teste quoque Modio, repertum *partim per erutos, partim:* ut exinde ipsi, Aldus, Juntas, Frobenius ediderunt. Saveterius, *partim per erutos scalis, partim scalis per integros.* Scribe, *et sine ullo cert. partim prorutos, partim scalis integros muros.* Qui proruti erant, ad eos scalis nullis erat opus. *J. F. Gron.* Quemadmodum tria priora vocabula non adparent in prioribus edd. ita etiam desunt in omnibus scriptis, quibus vel Hearnius, vel ego usi sumus, librariorum neglegentia omissa propter repetitionem τοῦ *partim.* Vide ad IX. 11. § 11. Videntur igitur deberi uni Msto Mog. ex quo primum editores Moguntini, postea Gelenius, sed emendatius, protulerunt. Quamvis autem *prorutos*, quod Gronov. conjicit, haud alienum videri possit, de quo vide quæ notantur ad IV. 29. § 3. malo tamen per omnia cod. Mog. scripturam, a Gelenio propositam, probare. Duæ adversus eam lectionem difficultates moveri possunt; alteram jam movit etiam Glareanus ad verba præcedd. Livium nempe, qui c. 22. *arcis* meminit, nunc memorare *semiruta,* nullo adjecto substantivo. Verum partim pro *arcem* c. 22. legendum esse *partem* eo loco vidimus: partim *semiruta* non ad *arcem* vel *partem* referendum, sed per eam vocem intelligendus murus semirutus, sive, ut supra hoc cap. vocat, 'ruinæ jacentis muri;' priori enim obpugnatione murum æque illa parte, qua Ti. Sempronius urbem adgrediebatur, quam tribus reliquis, labefactatum ac disjectum fuisse verisimile est. Neque hoc Glareanum morari potuisset, nisi nodum in scirpo quæsisset. Altera difficultas est, quod *transcendere* in una hac periodo dupliciter construatur, 'transcendere per semiruta,' et 'transcendere muros;' quo permotus fuisse videtur Gronov. ut pro *per semiruta* legat *prorutos.* Verum, id Livio familiare fuisse, videbimus ad XXXVIII. 39. § 10. Est autem Livio familiaris vox 'semirutus.' Ita 'semiruta urbs' V. 49. et XXXI. 24. 'semiruta tecta' X. 4. 'semiruta patria' XXVI. 32. 'semirutus murus' XXXI. 26. et XXXII. 17.

Simul clamor, index capti oppidi] *Simul clamor inde ex capto oppido* libri Pall. Mss. et vet. ed. præferunt. *Gebh.* Pariter legunt Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Corruptius *clamor inde expectato oppido* Voss. et Lov. 1. Vulgata est sanissima. Eleganter *clamor* per adpositionem *index capti oppidi* vocatur. Ita I. 19. 'Janum ad infimum Argiletum, indicem pacis bellique, fecit.' VII. 37. 'Omniaque ex ingenti alacritate per clamorem militarem, indicem omnium adsensus, gerebantur.'

XXXVIII. 7. 'Cumulus repente terræ eminens, index operis oppidanis fuit.' Præterea *Simul ut clamor* Lov. 2. *Postquam clamor* Harl. Sed vide ad VI. 1. § 6. Mox *in arcem 9fugiunt* Lov. 6. *in arcem refugiunt* edd. Basil. 1554. et Sigonianæ, reliquis omnibus invitis.

§ 7 *In tot receptis ex potestate hostium urbibus*] Voces *ex potestate* primus Aldus ex cod. Mog. in contextum admisit. Exsulant non modo a prioribus editis, sed etiam ab omnibus Mss. meis, Hearnii Oxonn. et Victor. Crevierii, qui ut inelegans additamentum iterum resecuit. Quid? si legas *ereptis ex potestate hostium urbibus.* Certe simili fere modo 'eripere' et 'accipere' commutantur v. 50. § 6.

§ 8 *Media valle velut abruptu ab urce erat*] Libri omnes nostri *velut obruta.* Vitiose. *Gebh.* Similiter Lov. 2. 4. 5. 6. Mead. uterque, et edd. antiqq. usque ad Ascens. qui a. 1513. vulgatum recepit. *Velut abrupta arce erat* Voss. *velut ubrupta erat ab arce* cod. Mog. Insuper *media vallis* Voss. Paullo ante *quæ fastigio altitudinis pars* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. frequentissimo scribarum lapsu. Vide ad VIII. 5. § 7. XXII. 35. § 4. Nic. Heins. ad Ovid. Her. XX. 62. et viros doctos ad Suet. Cæs. c. 10. *Parsque fastigio altitudinis* Harl. Sed forte librarius ejus dare voluit *par quæ fastigio altitudinis.*

§ 9 *Cum dimidia militum parte consul ab urbe escensurus in arcem*] *Cum dimidia parte militum* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. quod quum se quoque in cod. suo reperisse Moguntini testati sint, admittendum censui. Præterea *excessurus consul ab urbe* iterum cod. Mog. quod ansam J. F. Gronovio dedisse videtur, ut an. 1665. *escensurus* ederet; quod Jac. Gronovius, et Hearnius servarunt. Contra Doujatius, Clericus, et Crevierius substituerunt *ascensurus,* ut antea edebatur, et in omnibus meis constanter superest. De verbo 'escendere' vide ad II. 26. § 8. In præcedentibus *possent* Moguntini fide cod. sui ediderunt: quam lectionem reliqui editores servarunt usque ad Gronov. qui priorum excusorum scripturam *possint* revocavit, ut superest etiam in omnibus Mss. meis, nisi quod Voss. perperam legat *possunt.*

§ 10 *Clamorem, deinde inpetum ab urbe Romanorum*] *Inde inpetum* Lovel. 1. 3. 6. et Voss. quod, si plures accederent, probari posset: *inde* enim pro 'deinde' poni, videbimus ad lib. XLII. c. 54. § 6. Sed solent passim hæ voculæ a librariis confundi. Exempla vide ad I. 54. § 10. II. 10. § 3. c. 39. § 2. c. 42. § 8. c. 52. § 6. III. 5. § 15. c. 30. § 8. IV. 23. § 5. c. 49. § 4. V. 6. § 7. c. 31. § 7. c. 35. § 3. c. 36. § 8. c. 37. § 6. c. 47. § 6. et innumeris aliis locis.

Et fractis jam animis, et nulla ibi præpavata re] Pall. *exfractis.* Vet. ed. *effractis.* Gebh. *Exfractis* Lov. 2. 3. 4. 6. et Voss. *effructis* Lov. 5. Harl. Mead. 2. et edd. ante Ascens. 1513. quæ recte *et fractis* substituit. Alia similium errorum exempla vide ad I. 37. § 2. et XXXVIII. 49. § 4. Vocula *jum* deest in Voss.

§ 11 *Feminis, puerisque, et inbelli alia turba*] *Feminis servisque* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. *feminis virisque* Lov. 4. et Mead. 2. Vide ad XXXIX. 49. § 8. Mox *ita ad primum inpetum,* pro *itaque,* Voss. et Gaertn. Vide ad XXI. 53. § 7.

§ 12 *Traditus inter ceteros principes Ætolorum et Damocritus, qui, &c. posuissent*] Idem Appianus Syriac. p. 99. ita: Δαμόκριτόν τε τὸν στρατηγὸν τῶν Αἰτωλῶν ἐνταῦθα ὁ Μάνιος ἔλαβε κρυπτόμενον, ὃς Φλαμινίνῳ παρὰ Τίβεριν ἠπείλει στρατοπεδεύειν. *Sigon.* Libri omnes, copula *et* extrita, *Trad. inter ceteros principes Æt. Damocritus est.* Gebhard. *Trad. inter ceteros principes Æt. Damocritus est,* vel *Demo-*

crates est Vossian. Lovel. 3. 4. et edd. Mog. et proximæ, donec Frob. 1535. inserta insuper copula vulgaret *et Damocritus est:* quod obtinuit usque ad Gronov. qui adscivit *Trad. inter ceteros principes Ætol. Damocritus est*, ut præferunt edd. principes, (nisi quod *Democritus* dederint) et reliqui codd. mei ; quorum tamen Lov. 5. et Harl. etiam *princeps Ætolorum Democritus est* legunt, Lovel. 6. *Ætolorum princeps Democritus est.* Recte *Damocritus* editur. Vide ad l. XXXI. 32. § 1. *Inter ceteros principes Æt.* probare videtur locus XXXVII. 3. 'Per eosdem dies principes Ætolorum tres et quadraginta, inter quos Damocritus et frater ejus erant, Romam deducti et in Lautumias conjecti sunt.' Nisi forte Damocritus solus ex principibus Ætolorum Heracleæ traditus, reliqui alibi sint. Mox *censuerat* Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. principes. *Censuerat et T. Quinctio* Mead. 1. Vulgatum Moguntini ex cod. suo receperunt ; a quo non longe abit Lov. 1. *censuerunt* præferens. Id etiam Mog. cod. debetur, quod Aldus ediderit *T. Quintio*, pro *L. Quintio.* Ei autem consentiunt omnes mei, præter solum Lov. 5.

Majus victoribus gaudium traditum fuit] Sic Modiana: nescio, an et aliæ. Nam Veneta vetus *traditus.* Abjici poterat tota vox. *Gruterus.* Recte Freinshemius ad Curtii VII. 7. § 5. et Flori l. IV. c. 2. § 81. *traditus.* Nam ad Damocritum ea vox referenda. *J. F. Gron.* *Traditum* primum inveni in edd. Mediol. 1480. 1505. Ven. 1498. Mog. atque inde in omnibus usque ad Gronov. Neque aliter erat in Voss. Lov. sex, Harl. et Mead. utroque. Tota illa vox deerat in Gaertn. *traditus*, quod Gronovius restituit, in nullo cod. sed tantum in reliquis edd. veterrimis obvium fuit.

CAP. XXV. § 1 *Lamiam ex composito obpugnabat, circa Thermopylas*] Ita primus Ascens. 1513. 1516. mox Aldus, et reliqui ediderunt, Lov. 3. et Harl. adstipulantibus: priores cum codd. nostris Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. utroque, et Gaertn. *obpugnabant:* codex vero Mog. *ex comp. circa Therm. oppugnabant.* Mox *redeunte in Bœotiam* Harl. Deinde *victoria ipsi populoque Romano gratularetur* Lov. 1. 3. 6. Harl. et Mead. 2. *victori ipsi populoque* Voss. et Gaertn. *victori populoque* Lov. 2.

§ 2 *Profecti sunt, iter septem millium ferme passuum*] Antiquior lectio melior, *profecti. Intersunt septem millia ferme passuum.* Gelen. Quidam emendarunt *iter septem millium ferme passuum.* Videtur autem loqui de distantia Heracleæ atque Lamiæ, quæ nobis non constat. Quanquam libro sequente c. 5. ubi Attilius Lamiam ceperat, dicitur ivisse ex Heraclea ad oppugnandam Amphissam, cum dicere debebat ex Lamia. Videntur igitur propinquæ fuisse urbes. *Glar.* Sunt, inquit Glareanus, qui emendent *iter septem millium ferme passuum.* Quos ut omnes homines intelligant non frustra fuisse, sive ex libris, sive de conjectura ita emendarint; scire licet, Ms. nostrum habere *ad duas urbes simul oppugnandas profecti sunt iter septem millium ferme passuum.* Modius. Lectionem, quam Gelenius rejecit, Aldus ex fide Mog. cod. receperat. Quam autem vocat antiquiorem lectionem, eam exhibent edd. principes, nec non codd. nostri, nisi quod *ferme septem millia* legant Voss. Lov. 2. et Gaertn. Principibus proximæ edd. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, Venetæ variæ, omnesque ad Aldum *Intersunt XVI. millia ferme passuum.* Sed hunc numerum nullus codicum firmat.

§ 3 *Et quia Lamia posita in tumulo est, tum regionem maxime eo despectat oppido, qua breve, &c.*] Restituimus ex fide archetyporum hoc modo: *et quia Lamia cum posita est in tumulo, tum*

reg. ea maxime desp. oppidum, qua, &c. Gelen. Et hoc loco quidam *oppido* adverbium existimarunt. Alii emendarunt, *tum reg. ea maxime desp. oppidum, qua breve int. videtur.* Sed ex utraque lectione non video, quid sensus elici queat. *Glar.* Vet. lib. *posita est.* Ceterum sensus, quem ex his verbis elicere Glareanus non potest, hic est. Et quia Lamia posita est in tumulo, et oppidum despectat regionem maxime ea parte, qua breve intervallum est ad eam oppugnandam, et omnia ab illa parte in conspectu sunt, idcirco cum Romani Heracleam, Philippus Lamiam oppugnaret, non pari labore afficiebantur. Romani enim supra terram opera agebant, Macedones subtus cuniculis oppugnabant. *Sigon.* Sigonius advocat *Lamia composita*, et ex vet. lib. corrigit *posita.* Scire autem debuit, quum esset in editis *Lamia, posita*, ex Mog. unde et reliqua hujus loci saniora sunt, emendasse Gelenium *cum posita:* ex quo sicubi coaluit *composita*, id esse operarum mendum. Sensum autem, quem elicere se negat Glareanus, eruit forsan Sigonius: sed ita obscure, ut Livium facilius, quam ipsum, intelligas. Quid est enim, *qua breve intervallum videtur ad eam oppugnandam?* Livius ait, hoc difficultatem attulisse Macedonibus, quod, unde maxime tentari urbs poterat, nempe qua brevissimum erat spatium inter collem, cui erat imposita, et plana, in quibus tendebat Philippus, ea regio omnis oppidanis erat sub certissimo oculorum ictu, ut nihil movere posset, quin animadverterent occurrerentque obsessi, atque eo compelleretur dolis subterraneis agere, non supra terram moliri. Forte autem scripsit auctor, *ut omnia in conspectu sint.* J. F. Gron. Mihi nondum aperta est sententia hujus loci. Primum, quod, si *quum*, et quod ei respondet, *tum*, hic usitata significatione pro *partim* ponuntur, non intelligo, quis sensus aut nexus in his sit, *quia Lamia partim posita est in tumulo, partim oppidum ea maxime desp. reg. &c.* Deinde, quod, si verborum, *qua breve int. videtur, et omnia in conspectu sunt*, ea sententia est, quæ hic explicatur, merito quæri potest, cur Livius maluerit dicere *videtur* et *sunt*, quam *videbatur*, et *erant*, ut in hac explicatione accipiuntur. Postremo, quia non adsequor, quomodo hæc, *qua breve int. videtur, et omnia in conspectu sunt*, ita suppleri et exponi possint; quia Philippus castra posuerat, qua brevissimum spatium erat inter collem, cui imposita est Lamia, eo fiebat, ut omnis illa regio obsessis in conspectu, et major difficultas Macedonibus in oppugnanda Lamia, quam Romanis in Heraclea esset. Probabile quidem est, Philippum, videntem urbem tantum cuniculis oppugnari posse, quam brevissimo intervallo ab ea locum castris cepisse, ut, quo propius ab urbe abesset, eo breviore tempore et minore labore militum cuniculi peragerentur; sed hic sensus mihi ex verbis Livii non nisi longe arcessitis supplementis extorqueri posse videtur. Livius Macedonibus non ideo majorem difficultatem in oppugnanda Lamia, quam Romanis in Heraclea, fuisse dicit, quia hi longius ab Heraclea tendebant, quam illi a Lamia; sed quia Romani illam operibus supra terram, Macedones hanc non nisi cuniculis per silicem agendis oppugnare poterant. Ob has caussas non possum adquiescere iis, quæ viri docti hic commentati sunt. Livius fortassis aliquid de loco, in quo castra posuerat Philippus, dixerat; sed, quæ nunc hic leguntur, mutila et corrupta esse credo. *Duk.* Illud *composito*, a Sigonio rejectum, errore operarum in sola exstat ed. Basil. 1554. *et quia Lamia posita in tumulo est* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. et Hearnii L. 1. Deinde *regionem maxime eo spectat op-*

pido, quam brevi Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. Similiter Harl. Mead. 2. et edd. Rom. 1472. ac Parm. nisi quod duo codd. *eo despectat*, duæ edd. *eodem spectat* legant: *regionem maxime eo despectat oppido, qua brevi* Lov. 5. Mead. 1. et ed. Camp. a quibus in eo differt Lovel. 2. quod *eo spectat;* et Lov. 3. quod cum reliquis edd. *eodem spectat;* Lov. 4. denique, quod *ea despectat* præferant. Ascensius 1513. edidit *regionem maxime eandem spectat, oppido quam breve*, et *oppido quam breve* exponit valde, per quam breve; eodemque sensu accipit 'oppido quam parva' XXXIX. 47. Crevier. legit *regionem eam maxime despectat, oppido quam breve*, et ultimam verborum partem eodem modo interpretatur, præter locum Livii adducto etiam alio Gellii XV. 30. Verum cum Dukero pronuncio, nondum mihi liquere.

§ 4 *Aut in operibus, aut in prœliis essent, hoc major*] *Aut in operibus essent*, reliquis omissis, Voss. *aut operibus essent* Lov. 1. *aut operibus, aut in prœlio essent* Harl. Deinde *hæc major* Voss. Lovel. 2. 3. Mead. 1. et Gaertn. *hic major* Harl. Mox *subter Macedones* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 5 *Silex sæpe inpenetrabilis ferro obcurrebat*] Ms. *silex pœne impenetrabilis ferro:* nugæ meræ. *Modius.* Pall. *silex sæpe in penetralibus occurrebat.* Gebh. *In penetralibus ferro occurrebat* Mead. 2. *impenetrabilibus ferro occurrebat* Lov. 4.

§ 7 *Nuncius venit, ut obpugnatione abstineret*] Ms. *ut oppugnatione absisteret:* quod malo. *Modius. Ut oppugnare abstineret* Lovel. 5. et edd. principes: *oppugnatione abstinerent*, omissa etiam vocula *ut*, Lov. 2. *ut oppugnatione abstinerent* Lov. 1. 3. 4. et 6. quod Aldus recepit, et reliqui usque ad Gronov. servarunt: *ut ab oppugnatione abstineret* Voss. *abstineret* etiam Hearnius in L. 1. invenit: *ut ab oppugnatione desisteret* Gaertn. *ut oppugnatione absisterel* cod. Mog. quod et in Mead. utroque fuisse videtur, ex quibus in excerptis nihil notatur. Infra XXXVII. 17. 'Pervicerunt, ut obpugnatione absisteretur.' Supra IX. 15. 'Legatos misere ad consulem Romanum, ut absisteret obsidione:' ubi vide quæ notantur. Adde ad XXIV. 20. § 15. Solitos autem fuisse librarios verba 'abstinere' et 'absistere' commutare, vidimus ad l. XXXI. c. 17. § 10. Mox *æquius esse Romanis, milites qui acie* Gaertn. *æquius esse, Romanos etiam milites, qui acie* Lov. 3. *æquius esse, Romanos milites, qui acie dimicasset, quam Ætolos, præmia habere victoriæ* male cod. Mog. Paullo ante *confestim enim Heraclea* Lov. 2. et Harl.

§ 8 *Ita recessum ab Lamia est, et propinquæ clade urbis*] Considera hæc verba diligentius: nam, quid sibi velint, non plane intelligo. Neque enim dedita est hoc loco Lamia, quæ primum posteriore capitur libro. *Glarean.* Lamia a Philippo oppugnata jussu consulis liberatur, ut ipsa paulo post a consule et ab exercitu Romano capiatur, et præda Romanorum sit, non Macedonum. Quem sensum non percepisse Glareanum, valde miror. *Sigon.* Ms. *Itaque recessum ab Lamia est.* Modius. *Itaque recessum est ab Lamia* cod. Mog. *Itaque* servat etiam Harl. Passim hæc vocabula commutantur. Vide ad l. XXI. c. 53. § 7. Ceterum sensus verborum, quem se non intelligere Glareanus professus est, et obscure Sigonius exposuit, facillimus est. 'Ipsi,' incolæ Lamiæ, 'propinquæ clade urbis,' sive quoniam expugnata est Heraclea, priusquam ipsi ad deditionem adigerentur, 'ne quid simile paterentur, effugerunt,' evaserunt simile excidium, nempe hoc anno. Lamia enim anno demum sequenti a Romanis obpugnata et capta est. Vide XXXVII. 4. § 5.

CAP. XXVI. § 2 *Inter quos et Thoas*

idem, qui et antea, missus est] Ms. posterius *et* ignorat. *Modius. Inter quos Thoas idem, qui* Voss. Lov. 1. 2. 6. et Harleian. *inter quos Thoas, qui* Gaertn. Tum *qui et ante* edd. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et reliquæ usque ad Aldum, qui, quum in cod. Mog. esse *qui antea* didicisset, substituit *qui et antea*, ut non tantum erat in edd. vetustissimis, sed etiam in omnibus Mss. nostris.

Ut ab rege peterent, primum, ut ipse] Prius *ut*, hunc locum laudans, omittit Gronov. ad cap. seq. § 2. Verum, si ita scribendum censet, quum nihil mutent codd. vel edd. quibus usus sum, vulgatum etiam servandum existimo. Adde non infrequens Livio esse, ut voculam hanc repetat. Vide ad I. 17. § 11.

§ 3 *Id quum ad dignitatem ejus fidemque pertinere*] *Id tum ad dignitatem* Voss. Lov. 1. et Gaertn. Vide ad VI. 23. § 3. Tum *pertineret* Lov. sex, Mead. uterque, Gaertn. et edd. ante Aldum. Male. Vide ad I. 50. § 5. Paullo ante *ipsum si qua teneret res* Lov. 2. Harl. et Mead. 1.

§ 4 *Non sinere, Romanos, omni cura vacuos*] *Non sineret Romanos* Lov. 2. *ne sineret Romanos* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harleian. Mead. ambo, et Gaertn. Tum *vacuos omni cura* Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. uterque.

CAP. XXVII. § 1 *Ceterum Heraclea capta, &c.*] Hæc usque ad c. 30. descripta sunt e Polybio. Vide Excerpt. Legat. c. 13. Utrinsque narrationem inter se confert, et multis verbis, pro more suo, examinat Henr. Stephan. Schediasm. IV. 10. 11. 12. *Duk.*

Fregit tandem animos Ætolorum] *Tandem* non comparet in Pal. poster. *Gebh.* Nostri nihil mutant, nisi quod *animum* sit in Harl.

§ 2 *Et ad paucos post dies*] Lege *et post paucos dies.* Gelen. *Et ad paucos post dies* servant omnes nostri. An τῷ *ad* ejecto, legendum *et paucos post dies?* Vide ad XXXVII. 45. § 20. Verum *post paucos dies*, ut Gelenius voluit, vel *post dies paucos* XXXVII. 13. 'Eodem et Rhodia classis post dies paucos venit.' XLII. 14. 'Legatis post paucos dies senatus est datus.'

Accipiendumque regem in Asiam miserant legatos] Ms. *in Asiam dimiserant legatos.* Modius. Libri nostri omnes *acciendumque regem.* Quam lectionem præcedentia confirmant c. 26. 'Ut ipse, coactis rursus terrestribus navalibusque copiis, trajiceret in Græciam.' *Gebh.* Vetustiores, ne Curione quidem excepto, *ad bellum ren. acciendumque regem, in As. miserant legatos.* Paullo superius c. 26. 'Mandata erant, ab rege peterent primum, ut ipse, coactis rursus terrestribus navalibusque copiis, in Græciam trajiceret.' *J. F. Gron. Accipiendum* operarum errore prima dedit ed. Modiana, quod per recentiores perperam est propagatum. Interdum librarios similiter in Mss. erasse, vidimus ad X. 19. § 1. *Miserunt* Lov. 3. Harl. et Gaertn. Moguntini Mss. *dimiserant* ideo minus placet, quia 'dimittere' est quaqua versus, in varias partes mittere, ut vidimus ad IV. 52. § 5. hic vero tantum ad unum Antiochum missi legati indicantur.

§ 3 *Quum alia sibi prævertenda esse dixisset, redire Hypatam eos*] *Pervertenda* Lov. 3. et a m. pr. Lov. 6. qui *providenda* habet a m. sec. Sed de verbo 'prævertere' vide ad IX. 17. § 9. Deinde *redire Hypacenicos* Voss. An voluit librarius *redire Hypaten eos?* Græcis enim hæc urbs non modo Ὕπατα, sed etiam Ὑπάτη dicta est, teste Steph. Byz. ea voce. Verum *Hypatam* Livius dixit c. 16. et mox c. 27. Polyb. etiam, quem Livius descripsit, in Exc. Legat. num. XIII. εἰς τὴν Ὑπάταν. Mox *decem dierum* Harl. Deinde § seq. *consilium habuerunt* Voss. Lov. 3. 6. et Gaertn.

§ 5 *Parantibus iis antiqua jura fœderum ordiri*] Ms. *His par. antiqua, &c.*

Modius. Pall. uterque *Par. his antiqua fœderum ordiri meritaque, abs. Flaccus jussit.* Vet. ed. *Par. iis antiqua fœderum ordiri merita, quin absistere iis Flaccus jussit.* Gebh. Scripti consensu ablegant τὸ *jura* additum e Mog. referuntque tantum *antiqua fœderum ordiri.* J. F. Gron. Vocem *jura* ignorant etiam omnes nostri, et Oxonn. Hearnii, quod, dissentiente licet Mog. codice, verum puto. Tales locutiones Livium amare, vidimus ad VII. 21. § 8. Deinde *antiqua fœderum ordiri merita ostendi, absistere his* Lov. 6. *antiqua fœderum ordiri merita absistere his* Lov. 3. *antiqua fœderum ordire meritaque absistere iis,* vel *his,* Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. *antiqua fœderum ordiri merita, quoniam abstinere iis* Voss. *antiqua fœderum ordiri merita, quin abstinere his* Gaertn. *antiqua fœderum ordiri merita, quin absistere iis* Lov. 1. 5. et edd. vett. Moguntini deinde ex cod. suo dederunt *ordiri, meritaque in populum Romanum, absistere iis.*

Quæ ipsi violassent: confessionem iis] Ms. auctius duabus vocibus non ineleganter *quæ ipsi violassent ac rupissent: confessionem, &c.* Modius. Voces *ac rupissent,* quæ exsulant ab omnibus nostris, Hearnii L. 1. et edd. prioribus, Gronovius 1665. ex cod. Mog. primus adscivit.

§ 6 *Nec enim in caussa ipsorum, sed in populi Romani clementia*] Libri nostri omnes *nec enim in caussam ipsorum, sed in pop. Rom. clementiam.* Gebh. Stephanus dicit loc. laud. non dubium esse, quin *causa* hic sit *causatio,* sive *causificatio,* et respondeat Græco δικαιολογεῖσθαι apud Polyb. Mihi vero non dubium est, quin *causa* hic sit 'bonitas,' 'æquitas,' et 'justitia causæ.' c. 35. 'Iis responsum datum est, quo veniam impetrasse, non caussam probasse, videri possent.' XXXVII. 1. 'Ætoli, ut quibus plus in misericordia senatus, quam in causa, spei esset, suppliciter egerunt.' 'Dura' erat, ut XXVI. 23. loquitur, Ætolorum 'causa.' *Duk. In caussam* et *clementiam* etiam Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. principes. Præterea *etenim nec in caussa* Lov. 3.

§ 7 *Et suppliciter agentibus iis profuturum*] Scribo *et se supp. agentibus iis adfuturum.* Gelen. Omnes libri nostri *et supp. agentibus iis profuturum.* Gebh. Omnes nostri, Hearnii L. 1. et Doujatii duo Regii, ac Colbert. lectionem a Gelenio damnatam servant. Contra Gelenii emendationem 1535. Frob. recepit, et postea omnes servarunt usque ad Gronov. qui 1665. edidit *et supp. agentibus iis se adfuturum:* qua vero auctoritate, nescio. Id igitur, quod Gelenio placuit, revocavi.

§ 8 *Visa est, ut in fidem se permitterent Romanorum*] Libri omnes *visa, et ut se in fidem perm. Rom.* Gebh. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et edd. vett. *visa, ut se in fidem perm. Rom.* Lov. 3. Quod nunc editur, auctoritate cod. Mog. Aldus probavit. Mox *et illic violandi supplices* Harl. *et belli violandi supplices* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. *et illi violandi supplices* Lov. 3. 4. 5. Mead. ambo, et edd. antiqq. Vulgatum primum obcurrit in ed. Mediol. 1505. hinc in Ascens. 1513. et postea in omnibus.

CAP. XXVIII. § 1 *Phaneas legationis princeps longam orationem, et varie ad mitigandam iram victoris*] Græci Φαινέας. *Sigon.* Statim Pal. 1. *ita ad extremum finivit, ut daret.* Gebh. *Phaneas* tantum Lov. 3. 5. et Gaertn. Reliqui *Pheneas;* quum autem in plerisque Mss. diphthongus *æ* et simplex *e* sine discrimine usurpentur, hinc etiam confirmatur Sigonii emendatio *Phæneas,* de qua male dubitat Stephan. Sched. IV. 11. Vide ad XXXII. 32. § 11. Deinde *ut varie* Lov. 3. *et valde* Harl. Sed duæ illæ voces desunt in Gaertn. Hinc *ad mitigandam*

victoris iram Voss. Paullo ante *adventum est* Gaertn. *ventum*, sinc *τῷ est*, Lov. 1.

§ 2 *In id quod diserte scriptum erat*] Scribo *in quo id diserte*. Gelen. *In id quo* Voss. Lov. sex, Harl. et Mead. ambo: *id quod*, omissa præpositione *in*, Gaertn. Mox § seq. *inquit* deest in Lov. 2. et 4. sequens *ita* in Lov. 1.

§ 3 *Postulo, ut mihi Dicæarchum civem vestrum, et Menetam Epirotam*] *Menestam* habet vetus codex. Polybius in Fragm. XIII. *Menestratum* corrupte. Δικαίαρχον, inquit, ἔκδοτον δοῦναι, καὶ Μενέστρατον τὸν Ἠπειρώτην. cum in Fragm. XXVIII. habeat Μενέσταν. *Ursin. Menetas* rursus XXXVIII. 10. ubi quidam apud Hearnium *Menestes*. Stephanus putat Sched. IV. 11. in Polybio retineri posse Μενέστρατον, quia ejusdem formæ sit, cujus Polystratus, Callistratus, Pisistratus. Sane nomen *Menestratus* etiam ex Plinio H. Nat. XXXVI. 5. Tatian. orat. ad Græc. c. 52. et Anthol. Græc. II. 19. adnotavit Junius in Catalogo Architector. Adde Clement. Alex. Strom. V. in extr. unde liquet, hoc usitatius fuisse inter Græcos, quam *Menetas*, sive *Menestas*; quod haud scio, an nusquam alibi, quam apud Livium et Polybium, inveniatur. Observat porro idem Stephanus, Polybium non tradere, Menestam Naupactum ad defectionem compulisse, sed tantum, urbem illam cum præsidio ingressum fuisse. Livius quidem c. 11. scribit, Antiochum Chalcide egressum Naupactum processisse, ibique concilium Ætolorum habuisse. Sed neque ex hoc, neque ex aliis, quæ de Naupacto memorat, colligi potest, eam umquam ad Romanorum partes accessisse, aut accedere voluisse, et a Menesta ad defectionem, aut mutandum consilium compulsam fuisse. *Duk. Meneta* Voss. et Lov. 1. *Minetam* Harl. *Menecham* Lovel. 3. *Monetam* Gaertn. Vide ad XXXVIII. 10. § 6. et Ursin. ad Polyb. Exc. Legat. num. XIII. Deinde *postulo mihi Dicæarchum* Lov. 3. *postulo mihiid, Dicæarchum* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. *postulo id, mihi Dicæarchum* Lovel. 2. 4. 6. Harleian. et edd. antiqq. pro quo Moguntini id, quod nunc exstat, ex cod. suo receperunt.

§ 4 *Prope dicentem interfatus Romanum, non in servitutem*] Vet. lib. satis docent vocem huic orationi deesse, sine qua vix ipsa consistere potest. Ibi enim ita est: *prope dic. int. Rom. Phæneas, non in serv., inquit*. Sigon. Illud *Phæneas* intrusum a Sigonio abest ab omnibus nostris libris, et citra sententiæ detrimentum expungi potest. Paullo ante *sine mora tradatis* Pal. alter. *Gebh. Interfatus legatus Romanorum, non in servitutem* Lov. 2. *interfatus Romanorum, non in servitutem* Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *int. Phaneas Romanorum non in servitutem* Voss. An legendum *int. Phæneas Romanum, non in servitutem?*

In fidem tuam nos tradimus] Ms. *in fidem tuam nos tradidimus*. Modius. 'In fidem populi Romani venire' non semper eadem significatione dicitur. Vide ad VIII. 1. Ex Acilii sententia, ut ex Polybio et hoc loco Livii apparet, formularum 'in fidem,' et 'fidei populi Romani se permittere,' 'se suaque omnia fidei populi Romani permittere,' 'in fidem populi Romani tradere,' ea vis erat, ut populus Romanus de vita ac fortunis eorum, qui se fidei illius permiserant, pro arbitrio statuere posset; quod non intellectum fraudi fuit Ætolis. Idem tamen, quod Ætoli, sentiebant Galli apud Liv. XXXIX. 54. 'Dedidisse se prius in fidem, quam in potestatem populi Romani.' Et senatus ipse XLII. 8. gravissime tulit, Ligures, qui se 'in fidem populi Romani' dediderant, a Popilio consule ipsos bonaque eorum venditos, et omni ultimæ crudelitatis exemplo laceratos ac deletos esse. Pa-

riter populus Romanus, adversus Faliscos sævire cupiens, postquam a Papirio, cujus manu, jubente consule, verba deditionis scripta erant, doctus est, ' Faliscos non potestati, sed fidei se Romanorum commisisse,' omnem iram placida mente deposuit, apud Val. Max. VI. 5. 1. *Dukerus. Tradimus* Lov. sex, Harl. Mead. 2. et Hearnii L. 1. *tradidimus*, quod est in Mog. cod. Gronovius 1665. recepit. Consentiunt ex meis Voss. et Mead. 1. Vide ad XXXIV. 29. § 13. Mox *et certum habeo inprudentia labi*, omisso pronomine, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *et certum te habeo impr. labi* Lov. 5. et edd. vett. Ordinem tandem, qui nunc obtinet, composuit Frob. 1535. Supra XXVIII. 40. ' Certum habeo, dissentienti mihi duarum rerum subeundam opinionem esse.' XLIV. 39. ' Ego autem, neque mansurum eum, neque in aciem copias educturum fuisse, certum habeo.' Insuper *quæ more Græcorum non sunt* Voss. *sunt* etiam Lov. 3. 6. et Gaertn. An legendum *quæ more Græcorum non fiant?* Sequitur enim mox, ' Quid Ætoli satis ex more Græcorum factum esse censeant.'

§ 5 *Ad hæc consul, Nec, Hercle, inquit, magnopere nunc curo*] Ms. *Ad ea consul.* Modius. *Nec, Hercule, inquit* Lov. 2. 5. 6. Mead. ambo, et edd. vett. Vide ad VII. 11. § 1. Tum *magno opere nunc curo* Lov. 1. 2. et Mead. 1. Vide ad XXVIII. 18. § 4.

Dum ego more Romano imperium id habeam in deditos] Diximus ad III. 59. scribendum esse *imperium inhibeam.* Quod quidem certum, non arbitrarium est. Inprimis autem illustratur hic locus iis, quæ exstant apud Nostrum XXVIII. 34. ' Mos vetustus erat Romanis, cum quo nec fœdere nec æquis legibus jungeretur amicitia, non prius imperio in eum tamquam pacatum uti, quam omnia divina humanaque dedidisset.' Ita scribendum omnino, non *jungerentur:* est enim nominandi casu ' amicitia,' non auferendi positum. Et rem et phrasin hæc illustrant: nam ' imperium inhibere in deditos' est ' imperio uti in deditos:' vel exercere, ut XXXIV. 18. ' Nec in quemquam omnium gravius severiusque, quam in semet ipsum, imperium exerceret.' Magnus Turnebus Adv. XXV. 16. non intellexit vim hujus locutionis, quam interpretatur, imperium in aliquem habere. Rectius Festus ' inhibere' explicat ' injungere:' est enim exercitii, non facultatis. Quod haud difficulter cognoscas ex omnibus Livii locis, ubi exstat. Lib. III. c. 38. ' Privati pro decemviris, neque animis ad imperium inhibendum imminutis, neque ad speciem honoris insignibus, prodeunt.' Iterumque, ' Tentationemque eam fore abolendi sibi magistratus, ni consensu resisterent, imperioque inhibendo acriter in paucos præferocis animi conatus aliorum comprimerent:' hoc est, quod alias dicunt, animadvertendo, vindicando in paucos. Et rursus c. 50. ' Imperium si quis inhiberet, et viros et armatos se esse, respondetur.' Lib. XXXVII. c. 51. 'Et in senatu, et ad populum magnis contentionibus certatum est, et imperia inhibita ultro citroque, et pignora capta:' hoc est, pro imperio et potestate actum, et lictores invicem missi, et animadvertere jussi. Reliqua jam supra citavimus. Neque aliter apud Plautum. Ex quo colligere est, falli Turnebum a falsis libris, quum ' spem inhibere' sic vult dictum ab Cicerone in Agrar. III. 2. ' Nam Valeria lege Corneliisque legibus eripitur, cum datur: conjungitur impudens gratificatio cum acerba injuria: sed habet in illis legibus spem nonnullam ille, cui ademtus est; aliquem scrupulum, cui datus est.' Refingit ille *inhibet legibus illis spem nonnullam*, et ' inhibere spem' ait esse, spem in aliqua re habere.

Verum, ut dixi, cum 'inhibere imperium' non sit potiri imperio, idque habere, sed uti eo cum maxime animadvertendo, aut pro jure et potestate quid gerendo, non potest ad ejus imitationem fingi 'spem inhibere,' ut 'vim inhibere,' 'modum inhibere.' Æque absurdum est 'inhibere scrupulum.' Sententia vulgatæ simplicissima est, per legem Valeriam Corneliasque relinqui aliquam spem possessoribus, relinqui aliquem scrupulum novis colonis, utrisque neutrum omnino eripi. *J. F. Gron.* Gronovius ad III. 59. § 1. testatur se hoc loco *adhibeam* in membranis invenisse, quod apud Hearnium etiam erat in Oxon. N. At ejus L. 1. vulgatæ lectioni adhæret, quod et faciunt omnes nostri.

§ 6 *Itaque ni propere fit, quod impero, vinciri vos jam jubeo*] *Atque ni prope sit* Lov. 3. Deinde *vinciri jam vos jubeo* idem cod. *vinciri vos jubeo* Lov. 6. et Gaertn. Mox *Ætolis atque aliis* Lov. 3. Hinc *tandem cujus conditionis*, omissa vocula *et*, Voss. et Lov. 1. Insuper *senserunt* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn.

§ 7 *Et, se quidem, Phæneas ... facienda esse, quæ imperentur*] Ms. *facienda esse, quæ imperarentur*. Modius. Prius *et* omittitur in Lov. 3. Tum *Phæneas, se quidem et qui* omnes nostri, et edd. antiqq. Vocabula vero in eum ordinem, qui nunc vulgo exstat, digessit Frob. 1535. Mox *consilio Ætolorum* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Gaertn. Vide mox ad § seq. Hinc τὸ *esse* exsulat a Mead. 2. Insuper *decem dierum daret inducias* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn.

§ 8 *In concilio delectorum, quos Apocletos vocant*] *In consilio* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. quod verum esse dixi ad XXXV. 34. § 2. caussam vide hoc lib. ad c. 11. § 7. Certe hic etiam Apocleti vocantur 'consilium' Ætolorum, et distinguuntur ab eorum 'concilio,' id est, universæ gentis conventu. Si autem Phæneas § præc. dicendo 'ad decernenda ea concilio Ætolorum opus esse' similiter intellexit conventum eorum principum, qui 'Apocleti' apud Ætolos vocantur, ibidem etiam *consilio* legendum puto: at, si legati ex omnibus Ætolorum oppidis, quorum § seq. mentio fit, et ita comitia gentis Ætolorum intelliguntur, vulgatum ibi servandum. Præterea *Apoclytos* Harl. *Apoclestos* Lov. 1. et 3. *Apoclestus* Lov. 4. et Mead. ambo. *Apocletus* Lov. 2. et multæ ex edd. antiqq. quod accipi posset, esse casum quartum Græca forma ἀποκλήτους. Vide ad XLIV. 28. § 7.

§ 9 *Ingemuerunt quidem principes conditionis suæ*] Scribo *ingemuerunt conditioni*, quemadmodum et 'illacrymari conditioni' dicimus. *Gelen.* Libri nostri omnes *conditionis suæ*. Gebh. Licet omnes nostri cum editis ante Gelenium *conditionis* præferant, *conditioni* tamen, ut ille restituit, verius puto. Ultimam literam τοῦ *conditionis* perperam librarius repetiit ex principio vocis seq. Vide ad XXVIII. 25. § 2. Vox *principes* non comparet in Harl. Male. Vide ad c. 11. § 7.

CAP. XXIX. § 1 *Postquam vero omnis coacta multitudo*] Τὸ *vero* deest in Lov. 2. *coacta* in Mead. 1. *coacta omnis multitudo* legunt Voss. Lov. sex, Harl. et Mead. 1. Mox *illo inpetu vere concitari potuerint ad bellum* cod. Mog.

§ 2 *Ad iram accedebat et difficultas*] *Accendebat* Voss. et Lov. 3. Hinc conjici posset *Iram accendebat*. Simili modo *accendentibus ardorem pugnæ*, pro *accedentibus ad ardorem*, Gronov. ex optimis emendat XXIII. 46. ubi 'accedere' et 'accendere' sæpissime in Mss. commutari docui. XXXVIII. 33. 'Altercatione orta, quum accenderentur iræ.' Sed reliqui rectius vulgatum tuentur. Mox *quomodo enim* Lov. 6. Jac. Periz. ad

marginem Livii adscripserat, verba hæc, *quonam modo enim regem Amynandrum se tradere posse*, parenthesi includenda sibi videri, ut, quæ præcedunt, et sequuntur, eo melius cohæreant. Insuper § 3. *eo tempore*, pro *eo ipso tempore*, Lov. 3.

§ 4 *Is duodecimo die, quam conscenderat navem*] Prima vox non adparet in Voss. *Duodecimo is die* legunt Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Froben. 1535. qui ordinem vocum mutavit. Si ex codd. non adversabor: sin, caussam mutandi non video. Tum *ascenderat navem* Gaertn. invitis reliquis. Insuper, 'conscendere' proprium in hac re verbum esse, vidimus ad XXIX. 25. § 5. Unde etiam simpliciter 'conscendere,' pro conscendere navem, in usu fuit. Vide Hadrian. Cardin. p. 100.

Rediens Phalera in sinu Maliaco tenuit] Verior, credo, lectio *Phalarna*. Sic Plinius Hist. Nat. IV. 7. *Sabell.* Andreas *Phalara:* et sic scribe. Diximus supra. *J. F. Gron.* Livius tamen rursus XXXV. 43. 'Phaleram in sinum Maliacum processit.' De ea vide Sigonium ad XXVII. 30. *Duk. Phalara* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. N. et edd. antiqq. quibus proximæ Mediol. 1480. et Tarvis. utraque dederunt *Phalera*, quod est quoque in Lov. 2. 3. et Gaertn. Aliæ edd. vel *Phalarna*, vel *Phalarnam*, sed primus Aldus *Phaleram* maluit, quod ad Gronov. usque obtinuit. Sed, Gronovium veram lectionem Livio vindicasse, docet Polyb. qui, eamdem historiam referens, bis *Phalara* memorat in Excerpt. Leg. num. XIII. p. 1117. Τοῦ Νικάνδρου κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον καταπλεύσαντος ἐκ τῆς Ἀσίας εἰς τὰ Φάλαρα· et p. 1118. Παρεγενήθη μὲν γὰρ ἐκ τῆς Ἐφέσου δωδεκαταῖος εἰς τὰ Φάλαρα πάλιν ἀφ' ἧς ὡρμίσθη ἡμέρας· quo tamen utroque loco Casaub. vitiosas Livii edd. secutus, vocem illam *Phalaram*, quam *Phalara*, reddere maluit. Vide Gronov. ad Liv. XXVII. 30. § 3. et XXXII. 15. § 1. Idem nomen et Nostro restitui XXXV. 43. § 8. Ceterum, Hearne admodum neglegenter Cellarium consuluit, monens eum in Geogr. Ant. II. 13. p. 686. cum Sigonio *Phalaram* legere maluisse, quum contra doceat *Phalara* legendum, ac mendum in libris Livianis esse, in quibus *Phalera* secunda vocali legitur. Credidit forsitan Græcis dici ἡ Φάλαρα, quum sit τὰ Φάλαρα neutro plurali.

§ 5 *Vespera prima inter Macedonum Romanaque castra*] Ms. *inter Mac. Romanorumque castra*. Modius. Cum omnibus meis codd. *Romanaque*, quam cum cod. Mog. *Romanorumque* malo, quia Livius ita sæpe loqui, et hæc variare solet. Supra XXV. 26. 'Multo tamen major vis pestis Pœnorum castra, quam Romana, adfecerat.' lib. XXXIII. c. 15. 'Equites discurrere ad depopulandos simul Pellenensium Sicyoniumque agros et Phliasium jubet:' ubi male viri docti *Pellenensem* scribendum conjicinnt. Vide ad XXV. 15. § 11. Præterea *prima vespera* omnes codd. nostri cum edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm. Ita contra c. 19. § 8. ubi nunc *prima luce* editur, omnes, uno excepto, codd. nostri *luce prima* præferunt. Paullo ante *inde Lamiam Patinam quum deduxisset* Lov. 6. Vide ad XXXII. 2. § 1.

§ 6 *Adcumbere eum epularique jussit*] Ms. Mogunt. *accumbere eum epularique jussum:* quod cum sequentibus satis congruit. *Modius.* Hinc in contextum, bonitate codicis permotus, recepi. Mox τὸ *inde* non comparet in Lov. 3.

§ 8 *Atque in ipsorum caput semper recidentia*] *Atque ipsorum caput* Voss. et Lov. 1. Unde legi posset *inque ipsorum caput.* Sed reliqui stant pro vulgato. Τὸ *semper* exsulat ab Harl. Mox *inde Antiochum* Gaertn. Etiam § seq. *oblitum non facturum*, omisso pronomine *se*, Voss.

§ 10 *Et Nicandrum privatim ejus*

diei] *Privatum* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. 1. et Gaertn. Postea § seq. 'in tutum eum persequerentur.' Sed vide ad Epit. Liv. l. XCIX.

CAP. XXX. § 1 *Postquam nec Hypatæ pacata esse consilia*] *Pacata consilia esse* omnes, quibus utor, Mss. cum edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm.

§ 2 *Ipse Œtam adscendit*] *Descendit* Voss. Lov. 1. 4. 6. et Gaertn. Quam lectionem quum Jac. Gronov. etiam se in cod. Thuan. invenisse monuisset ad XXXV. 13. § 6. inde *escendit* legendum conjecit. Vide ad II. 28. § 6.

§ 3 *Quem Pyram, quod ibi mortale corpus ejus Dei sit crematum, adpellant*] Pall. *mortale corpus ejusdem sit crematum.* Nam præcessit, 'Herculique sacrificium fecit:' ubi tamen Pal. 1. *sacrificium infecit.* Gebh. Thuan. *pyram, ibi mortale,* exstincto τῷ *quod.* Et sic Vossian. adposito in margine, *al. ubi.* Itaque vel hoc videtur admittendum, vel, si mavis, corriges: *pyram* (*ibi mortale corpus ejus Dei fuit crematum*) *appellant;* ut fidem magis suam, quam rumorem Græcorum, patefaciat. *Jac. Gronov.* Illustrat hæc Spanhem. ad Callim. H. in Dian. 159. *Duk. Eo quod ibi mortale corpus sit crematum* Lov. 3. Τὸ *quod* deest etiam in Lov. 1. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. Præterea *ubi mortale corpus ejusdem sit crematum* Lov. 6. et Gaertn. *ejusdem,* pro *ejus Dei,* etiam Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Sed vulgatum præfero.

§ 4 *Ut ad Coracem est ventum,* (*mons est altissimus inter Callipolin et Naupactum*)] *Callipolin* hoc tractu nusquam memini me legere, sed e regione Lampsaci ad Hellespontum: verum nihil ad hunc locum. 'Coracis' meminit et Ptolemæus III. 15. Vide, si forte legendum, *inter Chalcidem,* aut *Callidromum, et Naupactum:* sunt enim hæc item Ætoliæ loca. *Glarean. Callipolin* in hoc tractu se legisse non meminit Glareanus. Itaque aut *Callidromum,* aut *Chalcidem* pro ea reponendam putat. Quam autem recte putet, ostendit Appian. Syriac. p. 99. qui ita inquit: ὁ μὲν δὴ Μάνιος ἐπὶ Καλλιπόλεως διώδευε τὸ ὄρος, ὃ καλοῦσι Κόρακα. *Sigon.* Callipolin urbem, inter quam et Naupactum situs est mons Corax, eodem modo, ut Livius hoc loco, memoravit etiam Polyb. XX. teste Steph. Byz. voce Κόραξ. Κόραξ ὄρος μεταξὺ Καλλιπόλεως καὶ Ναυπάκτου. Πολύβιος εἰκοστῷ. Verum quum Stephan. voce Καλλίπολις, quatuor ejusdem nominis urbes recensens, attamen Ætolicæ hujus non meminerit, eum ex Livio nostro, vel corrupto, vel in nomine illo aberrante similiter corruptum, et Καλλίου πόλεως scribendum esse, existimat Palmer. Græc. Ant. IV. 22. Κάλλιον quidem oppidum Ætoliæ esse, docet, memoratum Pausaniæ in Phocic. c. 22. nihilominus tamen neque in Livio, neque in Stephano aliquid mutandum esse, monuit Cellar. Geogr. Ant. II. 13. p. 713. Cujus sententiam locus Appiani a Sigonio laudatus firmat. Ceterum *Coracen* Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472. Tum *Callipolim* Lov. 1. 3. 4. Mox *ibi jumenta multa* Lov. 2. 6. et Harl.

§ 5 *Et homines vexati, et facile adparebat*] Ms. addita vocula unica, *et homines vexati, et id facile apparebat.* Modius. Mog. *et id facile.* Vitiosum utrumque censeo, et scribendum, *et homines vexati. Facile apparebat.* Vide ad IV. 6. *J. F. Gron.* Quum ita conjiciat Gronovius, nescio, unde factum sit, ut tamen a. 1665. *Id facile apparebat* ediderit, quod in uno Lov. 3. inveni: *et facile apparebat* legunt Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. Similiter edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm. Proximæ, quales sunt Mediol. a. 1480. Tarvis. utraque, et reliquæ usque ad Aldum, *Facile apparebat.* Aldus priorem lectionem *et facile* revocavit. Gronovio adsensus, deletis quibusvis particulis, *Facile ad-*

parebat probassem, si vel unus cod. conjecturam ejus exhiberet. Livium enim ita interdum locutum esse, exempla loco, quem indicavit, adlata evincunt : librarios vero orationem Livii, quam minus apte cohærere putabant, his similibusque particulis connectere solitos fuisse, sæpe dictum est. Nunc contra existimo, Livium nobis reliquisse *Et facile adparebat;* pro quo quum alii dedissent *Id facile adparebat*, Moguntini deinde cod. librarium, utraque lectione juncta, scripsisse *Et id facile adparebat.* Similiter 'Et adparebat' XXXIII. 1. 'Tum, &c. obstupuerunt omnes. Et adparebat, nihil liberæ consultationis concilio, &c. relictum.' Infra XXXVII. 25. 'Magnam lætitiam Romanis, &c. adventus adtulit Rhodiorum. Et adparebat, si ea cura Rhodiis demta esset,' &c. Hanc igitur lectionem iterum restitui. Mox *quam tum incerta hosti esset res* Voss. *quantum cum inerti hoste esset res* Lov. 3. *quantum inerti hoste res esset* Gaertn.

§ 6 *Tum ergo vexato exercitu*] Scribo, *Tum quoque vexato.* Gelen. *Tum quoque vexato* Mog. Prius edebatur, *Tum ergo.* Illa lectio leviter juvanda, *Tum quoque vexuto.* J. F. Gron. *Tum quoque* etiam omnes nostri præter Lov. 5. qui, ut solet, editis antiquis adhæret. Illam codicum lectionem Gronovianæ præferendam esse conjecturæ, ad marginem Livii sui monuit Periz. et verba *Tum quoque vexato exercitu* exponit, exercitu, licet nullus obstaret hostis, vexato. Adscripsit insuper locum ex Livii XXXVII. 16. 'Ita non milites solum, sed etiam navales socios, remigum turbam, quibus quisque poterat, telis armatos in prœlium eduxit. Tum quoque anceps pugna fuit.' Mox *Naupactum descendit*, omissa præpositione, Lov. 3. et Hearnii L. 1.

Et, uno castello adversus arcem posito] *Et castello* Harl. *et in castello* reliqui mei Mss. Hearnii L. 1. et edd. principes: *et uno castello* Aldus ex cod. Mog. Tum *versus arcem* Lov. 6. Mox *urbis* deest in Lov. 1. Hinc *positu*, pro *pro situ*, et *oneris*, pro *operis*, legit Gaertn.

Quam Heracleæ, habuit] Ms. *quam Heraclea h.* Modius. Similiter etiam Gaertn. Sed vulgatum verum est.

CAP. XXXI. § 2 *Etenim duæ civitates, Messene et Elis, extra concilium*] Pall. uterque *Et duæ civitates.* Sicut mox 'et cum Ætolis sentiebant.' *Gebhard.* Consentiunt per omnia Lov. 4. et Mead. 2. *Et duæ civitates* legunt etiam Voss. Lov. 1. 3. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *Duæ civitates*, voce præcedente omissa, Lov. 2. Ceterum *Etenim duæ civitates, Messene et Elis, quæ extra concilium Achaicum erant, cum Ætolis sentiebant* edd. vett. Τὸ *quæ* primus delevit Frob. 1535. quod in nullo etiam cod. inveni.

§ 3 *Elei tamen post fugatum*] Ita Moguntini ex cod. suo ediderunt. Primæ edd. præferunt *Et alii tamen;* quod servat unus Lov. 5. Reliqui Mss. *alii*, vel *Elii*, vel *Helii.* Mox *quid faciendum esset* Voss. Lov. 2. et Harl.

§ 5 *Trepidique rerum suarum, quum jam ager effuso exercitu passim*] Excluso vocabulo *passim*, libri nostri omnes *quum jam ager effuso exercitu.* Gebh. Vocabulum *passim*, quod etiam exsulat ab omnibus codd. meis, Hearnii L. 1. et edd. antiquioribus, Aldus, præeuntibus membranis Mog. inseruit. *Trepidi rerum suarum*, ut v. 11. 'Trepidi rerum suarum in Sergium Virginiumque incurrunt.' Servius ad Virg. Æn. XII. 589. 'trepidæ rerum' exponit, 'Nescientes quid agant, ignaræ auxilii, hoc est, trepidæ de suis rebus.' Mox *castraque circa urbem poni* Gaertn. *castraque prope urbem viderent* Lov. 3.

Legatos Chalcidem ad T. Quinctium] Hic in Chalcide est T. Quintius, ad quem Messenii legati mittuntur: continuo autem post, auditis legatis, a

Megalopoli ad Diaphanem prætorem Achæorum misit. Quod utique judicandum lectori relinquimus. *Glar.*

§ 6 *Profectus Quinctius a Megalopoli*] Merito videndum esse admonet Glareanus, quid sit, quod eodem versu Livius Quintium Chalcide fuisse, et a Megalopoli ad prætorem misisse dicat. Est enim intelligendum, Chalcidem hanc non Eubœæ aut Ætoliæ, sed Corinthi oppidum fuisse. Quintium autem Megalopolim profectum ad prætorem Achæorum Messenem oppugnantem misisse. Itaque *Megalopolim* legendum est, non *a Megalopoli.* Siquidem subdit Livius, 'Prætor circa Andaniam, parvum oppidum, inter Megalopolim Messenemque positum, Quintio occurrit.' De Chalcide Corinthia scribit Stephanus; itaque paulo post ait Quintius, *Corinthum ad se venirent.* Sigon. Libri omnes *a Megalopoli.* Gebh. Scripti et editi *a Megalopoli.* Glareanus judicandum relinquit, quid sit, quod eodem versu Livius Quintium Chalcide fuisse, et a Megalopoli ad prætorem misisse dicat. Sigonius ait intelligendum *Chalcidem* hanc non Eubœæ aut Ætoliæ, sed Corinthi, Stephano commemoratam, fuisse: Quintium autem Megalopolim profectum ad prætorem Achæorum Messenen oppugnantem misisse: itaque *Megalopolim* legendum, non *a Megalopoli.* Sensum deprehendit: sed quid opus cruciari verba veteris scripturæ, quibus iste sensus optime exprimatur? *Auditis legatis, extemplo profectus* (puta Chalcide) *Quintius, a Megalopoli* (quum eo pervenisset ex itinere, in castra prope Messenen) *ad Diophanem prætorem Achæorum misit.* Non video cur exspectandum fuerit Livio, fore, ut hæc parum ab hominibus etiam doctis intelligerentur. *J. F. Gronov.* Omnes etiam nostri *a Megalopoli*, nisi quod solus Voss. præpositionem ignoret.

Ad Diaphanem prætorem Achæorum] *Diophanem.* Plutarchus in Quintio p. 378. Διοφάνη στρατηγοῦντα τῶν Ἀχαιῶν. *Sigon.* Libri omnes *ad Diaphanem.* Et semper sic indigetant, non *Diophanem.* Gebh. Nostri hic et cap. seq. constanter *Diaphanem, Diaphenem*, vel *Dyaphanem* scribunt; nisi quod *Dyophanem*, vel *Diophanem* sit in Gaertn. Veram tamen puto Sigonii emendationem. Certe ὁ στρατηγὸς τῶν Ἀχαιῶν Διοφάνης memoratur Plutarch. in Philop. p. 364. Διοφάνης dux copiarum, quas Achæi Eumeni auxilio miserunt, Appian. in Syriac. 102. qui Διοφάνης ὁ Μεγαλοπολίτης vocatur Polyb. in Exc. Legat. num. xx. Apud Livium vero, eamdem historiam narrantem XXXVII. 20. eadem in Mss. lectionis varietas obcurrit. Aliis etiam locis 'Diophanis' meminit Polyb. Etiam Liv. XXXVIII. 32. Sed ibi similiter quoque variant scribæ.

Reducere eum a Messene exercitum] Non moveo quidem, sed tamen frequentius de hac re puto dici 'deducere.' VIII. 2. 'Extemplo inde exercitus Romanus deductus est.' c. 36. 'Ita deductus ex Samnio exercitus.' X. 46. 'Consul exercitum de Samnio deduxit.' *D* et *R* in multis, atque etiam in his ipsis, facile permutantur. *Duk.* Vide ad VI. 26. § 8. *A Messena* Harl. Sed sæpissime Livius hoc nomen more Græcorum *Messene* formavit, ut hoc cap. tum lib. XXXIX. capp. 48. 49. 50.

§ 7 *Circa Eudamiam, parvum oppidum*] Ita plerique habent codd. sed errant. *Andaniam* enim legendum ex Stephano ac Strabone. Et ille quidem Messeniæ facit oppidum. Strabo autem VIII. 339. Arcadiæ tenuem ait civitatem, ac olim Euryti Œchaliam esse dictam. Pausanias vero ab initio lib. IV. ait, regiam Messenes olim fuisse. Non me fugit, duos Lacedæmoniorum fuisse reges Eudamidas, de Proclis progenie, si quis forte locus ab iis nominatus sit, quod lector studiosus judicet. *Glar. Endanium* Lov. 1. 6. et Mead. 2. *Eridaniam*

Lov. 2. 4. Harl. et Mead. 1. *Eudaniam* Voss. Lov. 3. 5. Gaertn. et edd. antiqq. *Eudamiam* vero, quod Glareanus capiti notæ suæ adposuit, in nullo vel cod. vel typis descripto obvium fuit, ut, locum ex nomine Eudamidæ regis Lacedæmoniorum dictum esse, cogitari nequeat. *Andaniam* ante Glareanum jam edidit Froben. 1531. Paullo ante *cum expeditis ipse prægressus agmen* Harl. *expedito ipse prægressus agmen* Lov. 6. *expedito ipse prægressus agmine* a m. sec. *expeditus ipse prægressus agmine* Lov. 5. et edd. antiqq. usque ad Frob. qui a. 1531. vulgatum exhibuit.

Inter Megalopolim Messenemque] Non scio cur ita potius dicendum sit, quam *Messenen*, ut XXXIV. 32. et *Messanen*, XXVIII. 28. vel Latinorum forma *Messenam*, XXIX. 8. *Dukerus. Megapolim* Voss. Lovel. 1. 4. et Mead. uterque. Ex edd. antiqq. non paucæ partim *Megalopolī*, partim *Megalopolin* exhibent, ut 'Callipolin' cap. præc. Sed *Megalopolim* editur XXXII. 5. Vide notata ad XL. 41. § 2. Similiter eædem vel *Messenēque*, vel *Messenenque* legunt, ed. Camp. etiam *Messenemque*, quod et olim obcurrebat XXXIX. 49. Sed Dukero adsentior. *Messenenque* edidit etiam Crevier.

Quinctio obcurrit; et, &c. dimittere exercitum jussit] Hæc non satis apte videntur annecti copula *et*, pro *Quinctio occurrit, qui, &c. jussit.* Sed Livius etiam alibi copulativis ad jungendam diversæ structuræ orationem utitur. XXXIII. 41. 'Oram Asiæ legens pervenit in Lyciam, Patarisque cognito, vivere Ptolemæum, navigandi quidem in Ægyptum omissum consilium est.' Vide ad III. 38. *Duk.* Mox cap. seq. 'Quidam Achæorum pertinaciam increpitabant prætoris, auctoribusque iis decretum est.' Vide etiam Duker. ad XXVIII. 12. § 13.

§ 8 *Castigatum leniter*] *Leviter* Lov. 2. 4. et Harl. Male. Supra XXX. 15. 'Nunc, quod tristiorem rem, quam necesse fuerit, fecerit, leniter castigat.' Solent passim hæ voces a librariis commutari. Vide ad I. 34. § 8. II. 7. § 10. c. 50. § 10. c. 60. § 1. c. 65. § 3. III. 31. § 7. c. 35. § 4. c. 41. § 6. c. 50. § 12. c. 61. § 12. IV. 51. § 3. V. 23. § 10. VI. 19. § 3. X. 2. § 8. XXI. 10. § 7. c. 18. § 4. XXV. 24. § 15. c. 36. § 6. XXVIII. 17. § 12. XXIX. 9. § 9. c. 33. § 3. XXX. 19. § 5. XXXV. 21. § 6. XXXVIII. 21. § 3. XXXIX. 25. § 2. Adde Nic. Heins. ad Nas. Her. III. 80. Burm. ad Suet. Aug. capp. 39. et 65. ad Calig. c. 26. Bentl. ad Horat. Od. II. 19. 15. Corte ad Plinii Ep. V. 6. § 14. et viros doctos ad Val. Max. I. 8. 2. Postea *turbaret* Lov. 3. *perturbare* Gaertn.

§ 9 *De quibus aut recusare, aut in posterum cavere sibi vellent*] Hic quoque nihil tento. VII. 41. 'Sibi se privatim nihil cavere.' Cic. Phil. I. 2. 'Veterani, quibus hic ordo diligentissime caverat.' Mallem tamen, si quid libri scripti juvarent, *caveri.* III. 55. 'Quidquid libertati plebis caveretur, id suis decedere opibus.' XXIV. 2. 'Optimum visum est, ad Annibalem mitti legatos, caverique ab eo, ut receptus Croto Bruttiorum esset.' Si *cavere* retinetur, *recusare* supervacuum videri potest: nam utique etiam de iis sibi *cavere* volebant, quæ recusaturi erant. *Duk.* Hunc ordinem verborum Aldus ex Mog. cod. recepit. Priores *aut recusare in posterum, aut:* quod etiam superest in omnibus codd. nostris. Præterea *caveri*, ut sagaciter Duker. scribendum conjecit, Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Livius III. 52. 'Id modo simul orant ac monent, ut ipsis ab invidia caveatur.' Paullo ante *Achæorum consilio essent* Voss. Lovel. 1. et Gaertn. *Achæorum conciliis essent* Mead. 1. *Achæorum consilio interessent* Lov. 6. *Achæorum concilio interessent* Lov. 3. Male. Supra hoc cap. 'Quod concilii eorum recusaret esse.'

§ 11 *Eam mercedem Amynandro de-*

derat] Libri omnes *et eam mercedem.* Gebh. Similiter Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. et edd. ante Froben. a. 1535. *et tantam mercedem* Gaertn. *et eum mercedem* Lov. 1. *et cum mercedem* Voss. a m. pr. *eam mercedem* a m. sec. Addita est particula ab illis, qui putarunt, sine ea orationem Livii non recte cohærere. Vide ad IX. 37. § 5. XXVI. 13. § 11. aliisque locis. Mox *exercitum in superiorem partem Ætoliæ ducere* Harl. Deinde *fractos animo Ætolos* Lov. 6. Sed pro vulgato stant reliqui.

§ 12 *Philippo ad munia belli revocato*] Pall. *ad munera.* Gebh. Ita etiam Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. Sæpissime ita variant librarii. Vide ad II. 8. § 4. VI. 23. § 11. VII. 33. § 1. Utrumque ferri potest. *Munia*, ut I. 42. 'Belli pacisque munia non viritim, ut ante, sed pro habitu pecuniarum fierent.' XLIV. 41. 'Juvenum munia in parte præcipua laboris periculique capessebat.' Vide Burm. ad Nas. Art. I. 691. *Munera*, ut IX. 3. 'Non militaribus solum, sed civilibus quoque abscesserat muneribus.' XXVII. 9. 'Non enim detrectationem eam munerum militiæ esse.' l. XXXII. c. 16. 'Segnius munera belli obeunt.' XLIV. 6. 'Omnia militaria munera ipse inpigre obiret.' Vide Burm. ad Seren. Samon. vs. 610. Quamvis autem vulgato prætendi posset, facilius librarios *munia* in *munera*, quam contra, mutaturos; tot tamen codd. consensus efficit, ut *munera* verius credam. Mox *Hierocleam Grigentinum* Voss. et Lov. 1. *Heracleam Agregentinum* Gaertn. *Hieroclidem Agrigentinum* Harl. *Hyeroden Agrigentinum* Mead. 2. *Hierodem Agrigentinum* Lovel. 2. 3. 5. et edd. Camp. ac Rom. 1472.

CAP. XXXII. § 1 *Post fugam ab Thermopylis Antiochi, Amynandrumque a Philippo Athamania pulsum*] *Postquam fugam, &c. Ath. pulsum audivit* Lov. 2. 3. 6. et Gaertn. Neque aliter Voss. Lov. 1. et Harl. nisi quod primus pro *audivit* legat *andium*, secundus *scivit;* tertius omittat vocem *Antiochi.*

Pecunia pactus, insulam Achæis tradidit] Vet. lib. *pecuniam pactus:* perspicue verum. *Sigon.* Pariter Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *pecuniam pactis* Lov. 2. *pecunia pactis* Parm. et quædam aliæ edd. Lectio, quæ ante Sigonium exstitit, in uno tantum meorum Lov. 5. supererat. Ex suo tamen nihil Moguntini adtulerunt. Utrumque dici 'pacisci pecunia,' et 'pecuniam,' vidimus ad XXIV. 49. § 7. Tum *tradit* Lov. 1. 4. 5. Harl. Mead. 2. et edd. ante Aldum. Vide ad XXXIV. 29. § 13.

§ 2 *Id præmium belli suum esse, æquum censebant*] *Id præmium suum esse* Lov. 1. *Id præmium belli sui esse* Harl. Tum *secum censebant* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harleian. Mead. uterque, et Gaertn. Sed margo Mead. 1. servat *æquum.*

§ 3 *Diophanes adversus hæc pugnare interdum sese*] Libri nostri omnes, qua Mss. qua cusi, *Diophanes adv. hæc purgare interdum sese.* Nam illud *pugnare* locum hic habere non potest. *Gebh.* *Pugnare* operarum errore datum est in ed. Modii, et servatum in prioribus Gruteri. Tum *adversus hoc* Harl. Insuper *interdum purgare sese* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *interdum purgare se* Lov. 3.

§ 4 *Pertinaciam increpabant prætoris*] Scribo *pertinaciam increpitabant*; pro *increpabant.* Gelenius. Gelenii emendationem, quam Frob. 1535. recepit, firmat cod. Mogunt. Supra I. 7. 'Quum verbis quoque increpitans adjecisset.' v. 11. 'Sergius proditionem increpitans Virginii:' ita quidam codd. Præterea *imperatoris*, pro *prætoris*, cod. Mog. Mox *decretum est, T.*

Quinctio ea res Voss. et Gaertn. Voces *ea res* desunt in Lov. 2.

§ 5 *Sicut adversantibus asper, ita, si cederes, idem placabilis*] Libri nostri omnes *adversantibus asper ira*. Gebh. [Vid. Lectt. Var.] Omnes etiam nostri, et Victorin. Crevierii alteram lectionem *asper ira, ita, si* servant; nisi quod *asper iratus*, pro *ira*, præferat Lovel. 5. *aspere iratus* Lov. 6. Si quis cum Crevierio Gronovii conjecturam probare velit, non adversabor. Certe ita comparativum et positivum jungit Livius I. 43. 'Seniores, ad urbis custodiam ut præsto essent; juvenes, ut foris bella gererent.' Interim tamen, quum voces *ira* et *ita* sæpe in membranis antiquis commutentur, ut vidimus ad XXIV. 16. § 1. suspicio orta est, librarios in quodam cod. *ira*, pro *ita*, scriptum invenisse; et hinc, quod utramque lectionem servare voluerint, natum esse id, quod in plerisque exstat Mss. solum itaque Mog. codicem veram Livii manum exhibuisse. Præterea *ut cederes* Lov. 1. *si diceres* Lov. 3. *si crederes* Gaertn. Vide ad III. 21. § 3. Hinc *ipse placabilis* Voss. et Gaertn. Vox *idem* non adparet in Lov. 6.

Omissa igitur contentione vocis vultusque] Libri nostri omnes respuunt τὸ *igitur*. Gebhard. Respuunt etiam omnes nostri scripti, et editi usque ad Moguntinos, qui vocem illam ex cod. suo addiderunt. Pessime *Dimissa contione vocis vultusque* Harl.

Ut eam vos habere sinerent] Τὸ *eam* omittit Lov. 3. Tum *sineret* Lov. 4. 5. Mead. 2. Gaertn. et edd. Aldina antiquiores. Male. Livium conlectivis singularibus, inter quæ sunt etiam 'senatus' et 'populus,' junxisse verbum plurale, vidimus ad XXXV. 26. § 9. Id igitur multo magis ferri debet, si conjungantur duo conlectiva 'senatus populusque,' quum et duabus aliis singularibus addatur verbum plurale. Vide ad I. 31. § 7. Infra XXXVII. 45. 'Quum senatus populusque Romanus pacem comprobaverint.'

§ 6 *Ceterum sicut testudinem*] Apologus hic narratur item a Plutarcho et in Quint. 378. et in Apophthegmatis Quintii 197. *Sigonius*. In nummis antiquis, uti annotat Jac. de Wilde p. 79. Peloponnesus testudini assimulatur, forte ob prominentiarum, sive promontoriorum, maxime insignem Chelonatem, urbemque proximam Chelonen, hoc est, testudinem. *Hearne*.

Ubi conlecta in suum tegimen est] Omnes libri *tegumen*. Gebhard. *Tegmen* Lov. 2. 3. 6. et Gaertn. *tegumen* Voss. Lov. 4. 5. Harl. Mead. uterque, et edd. antiqq. *tegimen* primus edidit Frob. a. 1535. quod in nullo vidi cod. Proxime tamen accedit Lovel. 1. qui *regimen* præfert sollemni errore. Vide ad XXXVII. 11. § 3. Gronovius *tegumen* revocavit. Passim in Mss. 'tegmen,' 'tegimen,' 'tegumen' varie scriptum obcurrit. Vide ad IV. 39. § 3. IX. 19. § 7. c. 40. § 3. XXII. 1. § 3. XXXVII. 42. § 2. Sed, *tegumentum* antiquitatem sapere, observat Pierius ad Maron. Æn. III. 594. et Æn. VII. 666. Mox *constitutam*, pro *tutam*, Voss. et Lovel. 1. ac 6. Deinde *ubi exiret* Voss. Lovel. 1. 3. Mead. 2. et Gaertn. cum plerisque veterum editorum, literis perperam transpositis: *ubi exuerit* Harl. Hinc *quod nudabit* Lov. 1. *quodcumque nudarit* Lovel. 2. *quodcumque nudabit* Voss. Lov. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. et typis descripti usque ad Frob. a. 1535. ubi primum *nudavit* obvium fuit.

§ 7 *Clausos undique mari, quæ intra Peloponnesi sint terminos, ea et jungere*] Pall. uterque *clausos undique marique quod intra Peloponnesium sinum est termino*. Vet. ed. *clausis undique mari, quod intra Peloponnesi est termino, ea et jungere*. Gebhard. Locus in Mss. mire corruptus: *undique mari, quæ nunc intra Peloponnessum sunt termino ea* Harl. *undique mare, quod in-*

tra Peloponnensium sunt est termino ea Lov. 1. a quo non aliter differt Voss. quam quod voces *sunt est* omittat: *undique mari, quod non intra Peloponnēsum est termino ea* Mead. 1. *undique mari, quod intra Peloponnensium sinum est termino ea* Lov. 2. Nec aliter Lov. 6. nisi quod *superest*, pro *est*, præferat: *undique mari, quod intra Peloponnessum termino, ea* Gaertn. *undique mari, quod intra Peloponnesi situm est termino* Lov. 3. *undique marique, quod intra Peloponnensium situm est termino ea* Lov. 4. *undique terra marique, quod intra Peloponnensium sinum est termino ea* Mead. 2. *undique mari, quod intra Peloponnesum est termino ea* Lov. 5. et edd. antiqq. *undique maris, quod intra Peloponnesum est termino ea* ed. Ascensii 1513. et proximæ: *undique mari, quæ intra Peloponnesi sunt terminos, ea* ed. Frob. 1531. *sint* vero pro *sunt* substituit Frobenius 1535. Ea vero lectio deinde ab omnibus servata est. Consensus tot codicum in τὸ *quod* persuadere posset, Livium dedisse *clausos undique mari, quod intra Peloponnesi est terminos, ea et jungere vobis.* Ut *ea jungere, quod* simili modo dictum sit, quo 'id facturum, quæcumque' XXXIII. 24. § 6. ubi plura vide. Potius tamen est, ut vulgatum probemus, et credamus, non animadvertisse librarios Livium, pronomine relativo pronomini demonstrativo præposito, *quæ intra Peloponnesi sint terminos, ea jungere* dixisse, *pro ea jungere, quæ, &c.* et hinc, *quæ intra, &c.* referenda ad præcedens *mari* existimantes, pro *quæ* margini adscripsisse *quod*; alios, utraque lectione juncta, dedisse *marique quod*; alios deinde, τὸ *que* incommodum videntes, altera voce addita, scripsisse *terra marique quod.* Verum ita sæpe relativum *qui* præmittitur, sequente demonstrativo *is*, quod debebat naturaliter præcedere. Supra III. 71. 'Quem agrum miles pro parte virili manu cepisset, eum senex quoque voce vindicaret:' ubi alia vide. v. 21. 'Qui ejus hostiæ exta prosecuisset, ei victoriam dari.'

§ 8 *Simul aviditate plura amplectendi hinc excedatis, nuda vobis omnia, quæ*] *Simul ut aviditate* Lov. 2. Sed vide ad VI. 1. § 6. *Amplectendi* satis commodum sensum præbet. Supra XXX. 5. 'Ut proximis casis injectus ignis hæsit, extemplo proxima quæque, deinceps continua amplexus totis se passim dissipavit castris.' l. XXXVII. c. 54. 'Græci domesticis quondam viribus etiam imperium amplectebantur.' XLV. 9. de Macedonia: 'Europæ se tamen finibus continuit, Græciam omnem, ac partem Thraciæ atque Illyrici amplexa.' Attamen cod. optimus Mogunt. præfert *simul av. adpetendi plura hinc exc., nuda vobis ea omnia, quæ.* Supra XXX. 14. 'Nulla earum virtus est, propter quas adpetendus tibi visus sum.' c. 30. 'Ita aliena adpetivimus, ut de nostris dimicaremus.' Mox voces *et exposita* desunt in Voss. et Lovel. 1. Dein § seq. *adsentienti* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn.

CAP. XXXIII. § 2 *Quanta ibi tum perturbatio esset*] *Quanta ibi caussa perturbationis esset* Lov. 1. *quanta ibi tum turbatio esset* Lov. 2. 4. Harleian. et Mead. uterque: *quanta ibi turbatio esset* Lov. 3. 6. et Hearnii L. 1. *quanta ibi tum conturbatio esset* Voss. et Gaertn. *quanta ibi conturbatio esset* Lovel. 5. et edd. vett. *quanta ibi tum conturbatio esset* Aldus: *quanta ibi tum perturbatio esset* Frob. 1535.

§ 3 *Destituti enim ab omni spe*] Vox postrema in vitio hæret. Adscripsit pater, 'forte *ab omnibus.*' Sed credo degenerasse, quum prius legeretur *ab omni ope.* Jac. Gron. 'Spem' et 'opem' variant scribæ etiam v. 32. § 7. Gronovio consentit Crevierius ob injucundam repetitionem vocis *spem.* Verum, id argumentum quam infirmum sit, vide ad l. I. c. 3. § 9. Scripti nostri constanter *ab omni spe.*

De locutione 'destitutus a spe' vide ad I. 51. § 5.

Aut infestiorem etiam, quo justius irati erant] Livii videtur *infestiorum*. Jac. Gron. *Quod justius* Voss. sollemni scribarum lapsu. Vide ad I. 25. § 13. II. 1. § 10. c. 19. § 10. c. 27. § 6. III. 18. § 6. c. 26. § 9. c. 40. § 11. c. 48. § 5. c. 50. § 9. c. 56. § 9. IV. 15. § 5. c. 36. § 3. VI. 1. § 11. c. 33. § 6. c. 35. § 3. et innumeris aliis locis. Adde Corte ad Sall. Jug. c. 22. Ratio erroris fuisse videtur, quia nihil erat, quo vocula *quo* referretur. At, sæpe *eo*, subsequente *quo*, subintelligi, vidimus ad XXVI. 20. § 5. Mox *exspectarent* omnes nostri et scripti, et editi usque ad Frob. qui a. 1531. *exspectabant* restituit.

§ 4 *Turba erat ibi incondita regiorum*] Contusus locus in Pall. quorum prior *Turba era essent ibi condite*. Alter cum hiatu *Turba . . . . essent ibi condite*. Vet. ed. *Turba erat incondita regiorum*. Gebh. *Turba era essent ibi condite regiorum* Voss. Lovel. 4. et Mead. 2. *Turba enim essent ibi condite regnorum* Lov. 1. *Turbe etiam essent ibi condite regiorum* Mead. 1. *Turbe etiam essent ibi condite erant regiorum* Gaertn. *Turbe etiam erant ibi addite regiorum* Lov. 4. *Turbæ etiam ibi conditæ regiorum* Lov. 2. et Harl. *Turbæ erant ibi inconditæ regiorum* Lov. 5. et edd. vett. Vulgatum ex Frobeniana 1535. in edd. posteriores promanavit. Id autem verum videtur.

Inermes, ex prœlio adverso fuga delati] Apertum est, supplendum esse *eo*, vel aliud rei conveniens. Sed non habeo exemplum. *Duk.* Præpositio *ex* non adparet in Harl. quam elisisse videtur ultima pars vocis præced. Præterea *adversa fuga* Lov. sex, Harl. Mead. uterque, et edd. antiqq. Aldus demum *adverso* ex cod. Mog. recepit.

§ 5 *Itaque prœmissis a Philippo, qui spem*] *Jamque* Lov. 1. 6. et Voss. Vide ad VII. 40. § 2. Tum *quia spem* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. admodum frequenti scribarum lapsu. Vide ad II. 12. § 13. c. 41. § 8. III. 5. § 15. c. 33. § 4. IV. 25. § 6. c. 33. § 12. V. 8. § 7. c. 16. § 2. c. 24. § 5. c. 30. § 7. et plurimis aliis locis, quæ enumerare longum foret. Adde Burm. ad Seren. Samon. vs. 725. ad Suet. Aug. c. 13. Corte ad Sall. Jug. c. 10. § 7. et c. 16. § 2. et Oudend. ad Front. Strat. I. 2. § 5. Similiter *qui* et *quod* commutantur. Vide ad XXXVII. 35. § 4.

§ 6 *Principum quidam urbe excesserunt*] Ita Aldus dedit ex membranis Mog. neque aliter fuisse videtur in Lov. 2. 4. Harl. et Mead. utroque: certe nihil ex illis notari video. Antea edebatur *principes quidam*, consentientibus Lovel. 1. 5. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. *principes quidem* Voss. et Lov. 3. Vide ad XXXIX. 17. § 5. Mox *per Macedoniam, Thraciam persequentibus* Voss. *persequentibus* etiam Lovel. 3. et Gaertn. Vide ad Epit. Liv. l. XCIX. *Procedentibus* Lov. 6.

§ 7 *Inde Dolopiam, et Aperantiam, et Perrhæbiæ quasdam*] 'Aperantia' quæ sit regio, mihi non constat. Ejus paulo post (c. 34.) rursus mentio cum iisdem 'Dolopibus' ac 'Perrhœbis.' Item lib. XXXVIII. non ita longe ab initio (c. 3.). Quidam *Aperanthiam* scribunt, ut plane suspicer nomen corruptum. *Glar.* 'Aperantia' quæ regio sit, se ignorare fatetur ingenue Glareanus, suspicari autem corruptum nomen esse. Videtur autem non legisse Stephanum, scribentem ita: ['Hoc loco ait, videri sibi Glareanum non legisse, superius autem asseveranter ait, Glarcanum non legisse Stephanum. Quid? si Glareanus legit aliquando, non tamen meminit omnium, quæ in eo legit.'] Ἀπεραντία, χώρα Θεσσαλίας. Πολύβιος εἰκοστῷ· neque Plutarchum in Quintio p. 377. ubi hujus facti meminit ita: Ἀγομένων δὲ καὶ φερομένων ὑπὸ τοῦ Μακεδόνος τοῦτο μὲν Δολόπων καὶ Μαγνήτων· τοῦτο δ' Ἀθαμάνων καὶ Ἀπεράντων. Ita

paulo post Livius (c. 34.) 'Athamaniam, Perræbiam, Aperantiam, Dolopiam.' Eadem regio memoratur apud Thucydidem etiam, et Strabonem, et alios. *Sigon.* Ejusdem meminit etiam Polyb. Exc. Leg. num. 26. Mox *recipit* Lov. 4.

Cap. xxxiv. § 2 *Sed prope excidium erat*] Pall. uterque *sed jam prope excidium erat.* Gebh. *Sed jam prope* omnes scripti nostri, Hearnii L. 1. et edd. vett. Primus Ascensius 1510. vocem *jam*, quæ modo præcesserat, omisit. Deinde *exscidium* contra omnes scriptos et editos vulgari voluit Clericus, quem inprovide Crevierius secutus est. Vide ad v. 15. § 9. Antea § præc. Quinctii prænomen deerat in Lov. 1.

Ad internecionem videbatur venturum] *Ad internitionem* Lovel. 1. 2. 4. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. *ad internectionem* Lov. 3. *ad internicionem* Lov. 6. *ad interemptionem* Harleian. et Gaertn. ex glossa interpretis. Similiter peccari vidimus ix. 26. § 2. et c. 45. § 14. Adde Duker. ad Flori ii. 17. § 16. Deinde *videbatur futurum* Lov. 2. et Harl. quomodo et alibi librarii peccarunt. Vide ad ii. 56. § 5. ubi quædam dixi, ad vii. 30. § 8. et pluribus locis. Pari modo 'ad extremam tabem venire' ii. 32. 'malum ad extrema venisse' c. 44. 'ad ultimum dimicationis rati rem venturam' c. 56. 'merita ad nihilum esse ventura' apud Cic. ad Fam. xi. 12.

§ 3 *Quod solos obtrectasse gloriæ suæ &c. meminerat*] Malim *quos solos.* J. F. Gron. Vide ad xxxvii. 35. § 4. Gronovii conjecturam etiam Crevier. probavit. At Ant. Perizon. ad marginem Livii vulgatum quoque probum esse monuit. Deinde *obtrectare* Gaertn. cujus librarius videtur, præcepti a grammatico sibi traditi memor, credidisse 'memini' non nisi præsentis temporis infinitivum adsciscere; quem errasse, et optimos scriptores aliter etiam locutos esse, docuerunt Sanctius Minerv. i. 14. et Vossius Gramm. vii. 52. Ovidius Her. vi. 64. 'Cetera te memini non potuisse loqui.' Quem ne metri necessitate ita locutum putemus, addo Cic. ad Fam. xiii. 72. 'Peto igitur, ut memineris, te omnia mihi cumulate recepisse.'

Quum, quæ tum maxime acciderant, casura præmonens] Supra ad xxvii. 4. § 2. vidimus, male viros doctos quosdam τοῖς *tum maxime* passim controversiam movisse, ejusque loco *cum maxime* legendum contendisse; utrumque enim in usu fuisse, et, quemadmodum *cum maxime* pro 'hoc maxime tempore,' ita *tum maxime*, pro 'eo maxime tempore' adhibitum esse. Eo posito, vulgatum servari nequit. Non enim Quinctius Græciam liberans Ætolos casura præmonuit, quæ *tum maxime*, id est, eo maxime tempore, acciderant, sed quæ acciderant *cum maxime*, id est, hoc maxime tempore. Quamvis igitur dissentiant codd. attamen *cum maxime* legendum censeo. Eadem medicina indigere puto Valer. Max. i. 7. ext. 10. 'Corpus enim suum, a campone trucidatum, tum maxime planstro ad portam ferri, stercore coopertum:' ubi ex altero Msto Traject. legendum videtur *cum maxime*, id est, 'hoc ipso tempore,' quo in somnis adparebat. Similiter etiam Plin. Ep. viii. 22. ubi jam Cortius ita ex Msto Mediceo optimo edi curavit. Præterea *causura præmonens* Voss. et Lov. 1. *casu præmonens* Lov. 6. Male. Vide ad xxii. 40. § 3. Mox *præmonens, ut a furioso* Lov. 6. Verum, τὸ *ut* addi, non est necesse. Vide ad xxxix. 27. § 2. quin et hic sensui obficit ob præcedens *quum.* Hinc *deterret* Mead. 1. Vide ad xl. 14. § 2.

§ 4 *Sui maxime operis esse credens*] *Sui operis maxime* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Mox *libertatæ ab se Græciæ* Voss. et Gaertn. *libertatæ Græciæ* Lov. 1. *liberatæ ab se Græciæ* Lov. 4. 5. 6. et edd. Camp. Rom. 1472. ac

Parm. Tum *funditus eunti* Mead. 2.

§ 5 *A primis stationibus cognitus est*] Præpositionem omittunt Lov. 2. et Harl. quorum posterior mox præfert *Lucium Quintium esse.* Verum Quinctius 'Titi' prænomen habuit. Tum *concursu undique facto in muros* Lov. 1. *in muris* Voss. *ad muros* Harl. Tandem *ferret et conservaret* Voss. et Lov. 1. ac 6. *ferret atque servaret* Lov. 3. *ferret ac conservaret* Gaertn.

§ 6 *Manu tamen adnuit, quid opis in se esset*] Ita in plerisque erat codd., ut enunciative legatur. Alii *quidnam* legunt, ut intelligatur interrogative, sed non video quid sensus. *Glar.* Vet. lib. *abnuit*, id est manu negavit, *quicquam in se opis esse.* Plutarch. Quinct. p. 377. τότε μὲν οὐδὲν εἰπὼν, ἀλλὰ στραφεὶς καὶ δακρύσας ἀπῆλθεν. *Sigon.* Libri nostri omnes *annuit.* Sigonius videtur legisse *manu tamen abnuit, quid opis in se esse.* Gebh. Olim *annuit, quidnam opis in se esset.* Sigonius *abnuit*, cæteris relictis. Gruterus reddidit, quod editur. Sed non solent τὸ *quiddam* ita ponere Latini. Scribe *abnuit quicquam opis in se esse*, ut Sigonius explicat. *J. F. Gronov. Annuit*, vel *adnuit*, Voss. Lov. 4. 5. 6. Mead. 2. et Gaertn. Dein *quiddam opis in se esset* Voss. *quidnam opis in se esset* Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *quidnam opis in se esse* Lov. 2. et 3. *manu tamen annuit, quidnam opis in se esset* omnes, quas vidi, edd. vett. nisi quod Ascens. 1513. et 1516. præferant *quid opis.* Videat igitur Glarean. qua fide adfirmarit, ita in plerisque codd., id est, ut mens ejus est, in plerisque edd. esse. Sigonius deinde recepit *abnuit*, quod in reliquis codd. meis fuisse videtur, nisi quod *adniti* sit in Lov. 1. Alterum vero *quicquam opis in se esse* non tam ut explicationem Sigonii, quam ut lectionem in vet. lib. ab eo inventam considero, quod recepi. Certe *quiddam opis*, quod nunc exstabat, ex ultima demum Gruteri ed. ad reliquas recentiores profluxit. Solent autem 'abnuere' et 'adnuere' in Mss. commutari; vide ad III. 38. § 10. c. 54. § 2. c. 66. § 3. v. 33. § 4. VI. 6. § 5. VII. 10. § 1. X. 10. § 8. c. 15. § 9. c. 18. § 7. XXXV. 13. § 8. et ad Silii v. 27. et ita passim alia verba cum præpositionibus *ab* et *ad* composita. Vide ad XL. 55. § 5.

§ 7 *Utrum fallit, inquit, te, M. Acili, quid agatur? an, quum satis provideas*] Ms. *Utrum fefellit, inquit, te, M. Acili, quid agatur? an, quum satis pervideas, &c.* Modius. Omnes *pervideas.* Gebh. Codicis Mog. *fefellit* recepi. Recepi etiam ex eodem *pervideas*, quod firmant quoque Lov. 2. 4. et Mead. ambo, neque Dukero displicuit: *prævideas* erat in Harl. quæ voces et alibi commutantur; vide c. 41. § 6. et Burm. ad Suet. Aug. c. 10.

Ad summam reipublicæ pertinere censes] Ms. *ad summam rem pertinere censes.* Forte an legendum *ad summam rei*, id est belli, quod in manibus est. Esset, inquam, ita legendum, nisi satius esset, vulgatam lectionem loco non moveri. *Modius.* Mog. *ad summam rem pertinere.* Nec spreverim. *J. F. Gron. Ad summam Romani populi* Lov. 2. Vide ad IX. 26. § 8. *Ad summam reip.* Lov. 3. 5. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *ad summam r. p.* Lov. 1. et 4. quod non tantum *reipublicæ*, sed et *rempublicam* exponi potest; quod posterius in reliquis codd. fuisse videtur. Modio *ad summam reipublicæ*, vel ex vestigiis cod. Mog. *ad summam rei* scribendum conjicienti obponimus auctoritatem Gronovii, censentis ubique dicendum 'summa respublica,' vel 'summa res,' et, ubi 'reipublicæ' vel 'rei' obcurrit, id errore librariorum invectum esse. Vide quæ notavit ad XXVI. 10. § 2. et XXXVIII. 50. § 9. Quo posteriori quidem loco hic *ad summam rempublicam* legendum contendit: verum quum illa nota jam in prima no-

tarum ed. adparuerit, eam sententiam hic, ubi codicis Mog. scripturam probat, revocasse censendus est, quia hæc nota demum in curis secundis vulgata est. Recepi itaque ex cod. Mog. *ad summam rem*, omissa voce *publicam*. Præterea *nihil id magno opere* Lov. 1. Vide ad XXVIII. 18. § 4.

§ 8 *Quin expromis, inquit*] *Quin ex proximis* Harl. *Quin exprimis* Lov. 3. Vide ad XXXIV. 61. § 8. De verbo 'expromere' vide ad XXXIX. 12. § 4. *Quin expromas* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. Male. Vide ad I. 57. § 7. Mox *Quinctius: Quid vides* Lov. 2. *Quinctius inquit: Vides* Lov. 6. *Quinctius: Et quid vides* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et ed. Camp. frequentissimo scribarum errore. Vide ad V. 36. § 5. et quæ notavi ad Silii III. 560. *Ecquid* autem hic fungitur vice simplicis interrogationis. Vide ad XXVII. 10. § 2.

§ 9 *Sed tot jam gentes, Athamaniam*] *Sed tot etiam gentes, Athamaniam* Mead. 2. *sed totam Athamaniam* Lov. 3.

§ 10 *Nondum tot urbes, quot Philippum gentes*] Vetus lectio *nondum duas urbes, Philippum tot gentes*. Gelen. Et hoc a Mog. non præferam tamen nostrorum et olim editorum scripturæ: *et vict. tuæ præm. te mil. tuos nondum tot urbes, quot Phil. gentes Græciæ habere*. J. F. Gron. Quam suorum et olim editorum scripturam vocat Gronovius, in uno tantum meorum Lov. 5. inveni. Idem quidem et se in L. 1. et N. invenisse, Hearnius profitetur; ut tamen dubitem, et eum non illam, quam debebat, diligentiam hic adhibuisse credam, consensus ceterorum codd. quos consului, efficit; qui, partim primis edd. partim lectioni cod. Mog. adhærentes, exhibent *nondum tot urbes, Philippum tot gentes*: unde et ipsi in Oxonn. et Gronovio in suis idem obvenisse existimo; quod vero primæ edd. præferunt, ex eorum, qui primi Livium typis describi curarunt, conjectura natum esse: codicem autem Lov. 5. iis adsentientem ex ed. Camp. descriptum esse, non levibus de caussis suspicor. His rationibus inductus lectionem Mog. cod. a Froben. 1535. receptam, a Gronov. deinde rejectam, revocavi. Per 'duas urbes' intelligo Heracleam expugnatam, ac Naupactum obsessam. Paullo ante voces *ac vires* desunt in Lov. 2.

CAP. XXXV. § 2 *Ad eam partem muri, &c. rediit*] *Eam partem muri, &c. adiit* Lov. 6. *ad eam partem muri redit* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. uterque, Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. Et id voluit Lov. 1. qui corrupte tamen præfert *addit*. Sæpe in 'redit' et 'rediit' commutandis errarunt scribæ. Vide ad I. 27. § 10. c. 33. § 5. c. 54. § 7. II. 22. § 3. c. 47. § 11. c. 48. § 10. c. 60. § 3. III. 10. § 1. c. 68. § 4. IV. 10. § 7. c. 11. § 5. c. 20. § 1. c. 50. § 8. c. 57. § 8. et innumeris aliis locis. Vide etiam Corte ad Plinii Ep. IV. 9. § 2. et Oudend. ad Front. I. 4. § 10. Plura similia vide ad hujus libri c. 20. § 3. Mox vocabulum *paullo* non adparet in Voss.

§ 3 *Facit, ut et iræ meæ et orationi tempora evenerint*] Restituimus ad exemplaria sæpe jam memorata in hunc modum: *ut et iræ meæ et orationi temperem. Evenerunt, quæ prædixi ev.* Gelen. Comparet in libris omnibus Pall. et vet. ed. *ut et iræ meæ et orationi tempora evenerint, quæ prædixi ev.* Gebh. *Ut iræ meæ* Lov. 3. Vide ad II. 44. § 3. *Et ut iræ meæ* Lov. 5. Deinde *orationi tempora evenerint, quæ prædixi* Lov. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *tempora* etiam Lov. 1. 3. et 5. *tempera* Voss. *evenirent* Lov. 3. *ut et iræ meæ orationem temperem. Evenerunt* Lov. 6. a m. pr. *rationem* a m. sec. Quin Rhenanus verum viderit, non dubito; quod in Lov. 2. su-

perfuisse videtur. Certe ex illo cod. nihil in excerptis adfertur.

§ 4 *Ego tamen, sorte quadam nutriendæ Græciæ datus*] *Ego vero sorte quadam* Lov. 3. pro varia lectione inter versus præfert. *Ego tamen quadam*, omissa voce *sorte*, Voss. *Ego tamen quondam* Lov. 1. et 6. Male. De locutione 'sorte datus' vide Gronov. ad XXX. 30. § 3. De verbo 'nutrire' vide quæ notantur ad IV. 52. § 3. et VII. 4. § 6. Mox *obsistam*, pro *absistam*, Voss. Lov. 1. 3. et Gaertn. quo modo etiam variatur IX. 34. § 2. Solitos fuisse librarios verba cum præpositionibus *ab* et *ob* composita permutare, dictum est ad II. 37. § 9. Quæ illic notantur, adde 'objectus' et 'adjectus;' vide ad VI. 1. § 12. 'obligatus' et 'ablegatus;' vide ad VII. 13. § 8. 'obsolvere' et 'absolvere;' vide ad IX. 26. § 20. 'obrutus' et 'abrutus;' vide ad XXXIV. 5. § 9.

§ 5 *Qui inducias tantum temporis petant*] *Tantum* non potest esse adverbium pro 'solum:' nam omnes induciæ tantum temporis sunt. Sed *tantum* potest esse accusativus, *tantum temporis*, pro *in tantum*. Sed durum est. Mallem *tanti temporis*. XXXVII. 7. 'Inducias temporis ejus, quod petebant, a consule impetraverunt.' *Duk.* *Tantum temporis inducias* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. Sed *tanti temporis inducias*, ut Dukerus fere conjecit, Lov. 3. quod verum esse existimo. Certe si *tantum* casu quarto accipiendum foret, Livius potius dixisset *in tantum temporis*. Alibi enim præpositionem addere solitus est: 'induciæ in centum annos' dixit I. 15. et VII. 20. 'induciæ in annos quadraginta' II. 54. 'induciæ in viginti annos' V. 32. 'indociæ in duos menses' XXIX. 12. et XXXII. 36. 'induciæ in diem certam' mox hoc cap. Contra cum genitivo, ut *tanti temporis inducias* hoc loco, 'induciæ annorum octo' IV. 30. 'induciæ dierum nonaginta' paullo post hoc cap. 'induciæ sex mensium' XXXVII. 7. Mox *mittere Romam legatos* Lov. 2. et Harl. Tum *de vobis senatui permittatis* Lov. 1. 3. 6. et Gaertn.

Deprecator defensorque vobis adero] Pall. et vet. ed. *defensor deprecatorque vobis adero*. Gebh. Ita et Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. antiqq. *defensor, depr. vob. adero* Voss. *defensor et deprecator vobis adero* Lovel. 6. Vulgatum Aldus ex cod. Mog. admisit, quemadmodum et mox § seq. *soluta obsidio est*. Verbum *est* deerat ab omnibus Mss. nostris, Hearnii L. 1. et edd. antiquioribus. Verum id interceptum fuisse videtur a sequenti *et*: vide ad XXXVII. 51. § 3.

§ 7 *Consul cum T. Quinctio ad Achaicum concilium Ægium trajecit*] Pall. omiserunt præpositionem *ad*. Gebh. Nihil sane loci in hac historia *L. Quintio* dari potest, et opinor esse typorum errorem, pro *T. Quintio*, ut video patrem quoque notasse ex Mog. et Voss. habentque etiam aliæ edd. Propterea *Titum* revocavi. *Jac. Gron.* Postrema est Gruteri ed. quæ perperam dedit *L. Quintio*, invitis omnibus scriptis et prioribus excusis. Præpositio *ad* perperam etiam omittitur in Lov. 4. Ceterum observat Doujatius, a Messenia Ægium terrestre iter esse, nec trajiciendum mare, sed Alpheum aliosque fluvios: quod fateor verum esse. At ipsi exciderat, Acilium consulem et T. Quinctium hoc tempore bæsisse in Naupacti obsidione; inde autem Ægium proficiscentibus trajiciendum fuisse sinum Corinthiacum.

Ibi de Eleis et de exsulibus Messeniorum restituendis actum: et neutra perfecta sunt] In exemplaribus est *de exulibus Lacedæmoniorum*, non *Messeniorum*; et *perfecta res*, non *perfecta sunt*. Gelen. Ms. *ibi de Eleis et de exulibus, &c.* Modius. Pall. *ibi de Helis et de exulibus Lacedæmoniorum restituendis*

actum: et neutra perfecta. Omiserunt τὸ *sunt.* Vetus vero ed. *ibi de Etolis et de exsulibus Lacedæmoniorum restituendis actum: et neutra perfecta sunt.* Gebh. *Ibi de Etolis* Lov. 5. et edd. antiqq. pro quo Moguntini ex cod. suo recte *ibi de Eleis* restituerunt, consentientibus reliquis Mss. qui vel *Heliis*, vel *Elis*, vel *Eliis*, vel *Eleis* etiam præferunt. Deinde *et de exsulibus* non tantum scripti nostri, et cod. Mog. sed etiam edd. antiqq. usque ad Basil. 1539. quæ præpositionem omisit contra morem Livii, qui præpositiones repetere solitus est, ut vidimus ad VI. 28. § 6. Deinde *Messeniorum*, pro *Lacedæmoniorum*, Aldus. Forte quia meminerat, Livium narrasse c. 31. Messenios et Eleos extra concilium Achaicum fuisse. Sed recte Gelen. *Lacedæmoniorum* revocavit. Ita enim non tantum omnes codd. verum etiam de restituendis Messeniorum exsulibus Quinctius jam statuerat c. 31. 'Messeniis imperavit, ut exsules reducerent, et Achæorum concilii essent.' Id vero illo tempore perfectum fuisse, inde colligi licet, quia nunc etiam de solis Eleis, non etiam Messeniis, concilio Achaico contribuendis Acilius et Quinctius egerunt. Denique *et neutra perfecta sunt* in uno inveni Lov. 5. Reliqui codd. ultimam vocem omittunt: cujus loco τὸ *res* reponenti Gelenio adsentior, et insuper forte legendum conjicio *sed neutra*, vel *at neutra perfecta res.* Solent autem *et* atque *sed* a librariis commutari. Vide ad XL. 58. § 1. Similiter *et* atque *at.* Exempla vide ad II. 48. § 5. III. 11. § 1. IV. 60. § 9. VIII. 28. § 3. c. 38. § 10. XXI. 4. § 1. XLII. 10. § 3. Adde quæ notantur ad Silii XIV. 428.

Suæ gratiæ reservari ea Achæi per se ipsi] Hic quoque nostra exemplaria secuti sumus: *quia suæ gratiæ reserv. eam Achæi, Elei per se ipsi, quam per Rom., mal. Ach. contr. concilio.* Gelen. Pall. et vet. ed. *quia suæ gratiæ res. ea Achæi per se ipsi, &c.* Gebh. *Eam* respondet posteriori, ut sæpe *ille.* Vide Gronov. Obs. III. 16. Sed vix credo, pronomen *is* in hoc genere loquendi locum habere, et pro *eam* legendum puto *hanc*, vel *illam.* Nam quod in Livio XXVIII. 19. est, Gronovius ibi ex Ms. Voss. emendavit, cum quo etiam alii apud Hearnium conspirant. *Duker.* Omnino præferenda est hæc conjectura illi, quam Crevier. proposuit, pro *eam* legendum esse *alteram.* Innumeris locis librarii inter pronomina demonstrativa nihil differentiæ esse existimantes *eam* et *hanc* vel *illam* commutarunt. Ceterum lectioni, quæ ante Gelenium obtinuit, adhærent omnes codd. nostri.

§ 8 *Epirotarum legati ad consulem venerunt*] Ita Moguntini ex cod. suo. Antea edebatur *ad concilium*, quod servant Lov. 2. 3. 4. 5. et 6. *ad consilium* legunt reliqui. Adparet per compendium scriptum fuisse *ad cons.* idque non adsecutos librarios reddidisse *ad consilium*, pro *ad consulem.* Pariter errabatur IV. 56. § 10. VII. 39. § 5. XXII. 40. § 2. Contra *consulibus*, pro *consiliis*, datum est VIII. 17. § 8.

Quos non sincera fide in amicitia fuisse constabat] Pall. *quod.* Amplius iidem cum vet. ed. *fuisse satis constabat.* Gebh. Vetus lectio *fuisse satis constabat.* Cur mutilarunt? Lib. VII. c. 9. 'Dictatorem T. Quinctium Pennum eo anno fuisse, satis constat.' XXI. 25. 'Refecti sunt militum animi, quamquam accisas res satis constabat.' XXVI. 18. 'Nec tamen, quem mitterent, satis constabat:' alibique, est enim ex amatis auctori. *J. F. Gron. Quod*, pro *quos*, etiam Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Vide ad XXXVII. 35. § 4. Deinde *satis constabat* non tantum omnes codd. sed et typis descripti usque ad ed. Paris. 1573. quæ prima omisit. Nihil frequentius apud Livium hac locutione

'satis constat.' Exempla vide I. 1. II. 18. IV. 26. VI. 16. XXX. 28. XXXII. 19. lib. XXXVII. capp. 2. et 34. XL. 41. XLI. 21. lib. XLII. capp. 15. et 51. XLIII. 22. aliisque pluribus locis. Similiter 'satis creditur;' vide ad XXI. 8. § 8. Aliis etiam verbis τὸ *satis* a Livio jungi, vidimus ad XXVI. 51. § 2. In his vero τὸ *satis* vim intendendi et augendi habet, quam ei inesse monuit Broekh. ad Tibull. I. 7. 35.

Antiocho dederant: pecunia juvisse eum insimulabantur] *Dederunt* Gaertn. Tum *juvisse eum insinuabant* Lovel. 3. Mox verba seqq. *legatos ad regem ne ipsi quidem misisse inficiabantur* desunt in Lov. 1. et Harl. Repetitio earumdem literarum finalium in verbis 'insimulabantur' et 'inficiabantur' librariis caussa errandi fuit.

§ 9 *Iis petentibus, ut in amicitia pristina esse liceret*] Ita in cod. suo esse, Moguntini professi sunt: neque aliter omnes nostri, et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Voculam *ut* omiserant Mediol. a. 1480. et reliqui editores usque ad Ascens. qui eamdem ante Moguntinos jam an. 1513. recepit. Mox *an in pacatorum eos numero habeat* Lovel. 1. et 6. Τὸ *eos* deficit in Mead. 2. Insuper § seq. *nonaginta dierum* Gaertn. *dierum XX.* Lov. 6. quod spatium justo brevius fuisset.

§ 11 *Non caussam probasse*] *Non tamen probasse* Vossian. Lovel. 1. 6. et Gaertn. Similiter errarunt librarii IV. 17. § 2.

§ 12 *Et Philippi regis . . . introducti*] Prima vox deest in Lov. 2. intercepta ab ultimis literis præced. *possēt*. Vide ad XXXVII. 59. § 1. Tum *inducti* Gaertn. Sed 'introducere' in hac re sollemne esse, nemo nescit. Vide ad X. 45. § 4. Mox *ponere in ædem* Lov. 1. 3. et Gaertn. Vide ad XLI. 28. § 7. Voces *optimi maximi* desunt in Lov. 3. et 6. *O. P. M.* dedit Lov. 4.

§ 13 *Non responsum solum benigne legatis est, sed Philippi quoque filius*] Locupletius Pall. *non responsum solum benigne regis legatis est, sed et filius quoque Philippi.* Gebh. *Non solum responsum* Vossian. Lovel. 1. 3. 6. et Gaertn. Tum *benigne regis legatis est* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *benigne legatis regis est* Lov. 6. Deinde *sed filius quoque Philippi* Voss. Lov. 3. 6. et Harl. *sed et filius quoque Philippi* Lov. 4. et Mead. 2. *et filius quoque Philippi* Lovel. 1. et Mead. 1. An forte, ejecta particula, legendum *legatis est, Philippi quoque?* ut post particulas *non solum* inferatur una *quoque*, quemadmodum post 'non modo,' 'non solum,' una *et*, vel *etiam*. XXII. 25. 'Non Samnium modo, et Campanum, Calenumque, et Falernum agros pervastatos esse.' Cic. de Offic. I. 22. 'Hæc quidem res non solum ex domestica est ratione, adtingit etiam bellicam:' ubi etiam codd. quidam, et inter eos Duisburg. *sed adtingit etiam.*

§ 14 *Quod cum Antiocho rege in Græcia gestum est a M'. Acilio consule*] Habent Pall. *Bellum, quod cum Ant. rege in Græcia gestum est, M. Ac. cons. hunc finem habuit.* Gebh. *Quod Ant. rege* Lov. 5. et edd. antiqq. *quod cum Ant.* ediderunt Mogunt. ex cod. suo, consentientibus nostris ceteris. Deinde vox *consule* non adparet in Lov. 2.

Cap. XXXVI. § 1 *Ad ludos, quos prætor in Hispania*] *Proprætor* legendum, ut patet initio libri XXXV. Prætor enim ulterioris Hispaniæ factus erat consulibus P. Cornelio Scipione Africano iterum ac T. Sempronio Longo, septimo anno hujus decados. Sequente deinde anno cum Lusitanis proprætor conflixit. Quamquam haud sum nescius, initio libri XXXV. variatam esse in plerisque Livii codd. lectionem 'prætoris' et 'proprætoris' de eodem Scipione Nasica. *Glar.* Sic XXXV. 1. 'P. Scipio proprætor Lusitanos aggressus est. In discrimine pugnæ ludos Jovi, si fudisset ceci-

dissetque hostes, proprætor vovit.' *Sigon.* Glareani conjecturam Vascos. recepit. Omnes tamen codd. quibus utor, servant *prætor:* quod qua ratione defendi possit, vide Dukerum ad XXIII. 40. § 1.

Novum atque iniquum postulare est visus] Ex Livio constat, imperatores ludos, quos in prœliis aliove discrimine publico voverant, non potuisse facere, nisi ex senatusconsulto, et senatum iis pecuniam ad illos decrevisse. Vide XXVIII. 38. l. XXXIX. capp. 5. et 22. l. XL. capp. 44. et 52. Sed nusquam alibi ab eo proditum est, senatum cuiquam petenti sumtum ad eos faciendos negasse. Causa, cur solus Nasica idem petens *novum atque iniquum postulare* senatui visus fuerit, frivola videtur esse. Nam alii, qui sæpe in medio discrimine pugnæ ludos voverunt, non magis, quam ille, senatum ante consulere potuerunt, an vovere illos liceret. Suspicor hanc calumniam Catonis et aliorum ejusdem factionis Scipionibus inimicorum fuisse. *Duk.*

§ 2 *Eos vel de manubiis*] Perperam Pall. et vet. ed. *eos ut idem manubiis.* Gebh. Scripti et Mog. priores, *eos ut idem manubiis.* Lege, *eos uti de manubiis, si quam pec. ad id res., vel sua ipse imp. faceret.* J. F. Gron. De manubiis quædam disputat Perizonius epist. XXXII. tom. IV. Syllog. Epist. Burmanni. Nic. Heinsius ad Vell. II. 40. et Grævius ad Cic. Agrar. I. 4. et II. 22. probant de iis sententiam Asconii ad Cic. Verr. I. 59. Nec videtur magna causa esse, cur ab ea discedatur. *Duk.*

§ 3 *Per idem fere tempus ædes Matris Magnæ Idææ*] Ernstius c. 12. ad Valer. Prob. de Notis Rom. scribit, se hic ex Ms. Livii restituisse *Matris Magnæ Deæ*, eamque emendationem eo confirmari, quod Valer. Prob. in Ms. suo (nam in Veneta, Leidensi, et Dionys. Gothofr. edd. nihil horum legitur) notas *M. M. D.* interpretetur *Matri Magnæ Deæ.* Debuerat potius utrumque Ms. emendare, et pro *Deæ* in Liviano *Idææ*, in Valeriano autem *Deûm* scribere, ut centies in vetustis scriptoribus et inscriptionibus. Livius ipse XXIX. 10. et infra c. 40. 'Mater Idæa;' et XXXVII. 9. Galli 'Matris Deum.' Benignum est credere, melioris notæ esse alia quæ ad Livium adnotavit: nam in eum se aliquid commentatum ad cap. 8. Valerii Probi significat. *Dukerus. Matris Magnæ Deæ* Voss. Lov. 4. 5. Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. ante Moguntinos, qui ex cod. suo receperunt *Matris Magnæ Ideæ*, consentientibus Lov. 2. 3. et Mead. 1. Licet autem hæc Dea Sueton. in Tib. c. 2. 'Mater Deûm Idæa,' et, ut Burm. ad eum locum monuit, 'Mater Magna Deûm Idæa' in inscriptionibus vocetur, numquam tamen tot nominibus 'Mater Magna Idæa,' vel 'Mater Magna Dea' aut 'Deûm' Livio dicta est, sed potius vel 'Mater Idæa,' ut lib. XXIX. capp. 10. et 14. XXXIV. 3. et hoc lib. cap. 40. vel 'Mater Deûm,' ut XXIX. 11. XXXVII. 9. vel 'Mater Magna' lib. XXIX. c. 37. et XXXVIII. 18. Conjicere itaque ausus sum, ultimam vocem, sive *Deæ*, sive *Idææ*, margini olim adscriptam, in contextum inrepsisse, iterumque ejiciendam esse; quod postea a Lov. 6. confirmatum vidi, qui vocabulum illud ignorat. An Dea hæc ævo Livii 'Mater Magna Dea' dicta fuerit, nondum satis constat. Vide Oudend. ad Jul. Obs. c. 4. *Per idem tempus fere* Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Mox *is Cornelius Publius advectam* Voss. *is P. Scipio advectam* Gaertn. Tum voces *a mari* desunt in Lov. 1.

§ 4 *Ædem faciendam M. Livius*] Adde *ex senatusconsulto.* Gelen. Ambæ voces, quas Gelenius addidit, desunt in Lov. 2. 3. 5. Harl. Mead. 1. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. sola

earum posterior in Voss. Lov. 1. 4. et Mead. 2. In quibusdam igitur utraque, in quibusdam altera excidisse videtur, quia librarii non adsequebantur notam compendiariam, qua vox *senatusconsulto* indicata erat. In uno Lov. 6. ambæ superfuisse videntur. Certe ab eo exsulare in Var. Lect. ejus non adnotatur. Supra quidem XXIX. 37. ubi ædes a censoribus locata refertur, nulla senatusconsulti ea de re interpositi mentio fit: at sæpe viri docti monuerunt, familiare Livio esse, ut rem non tempore, quo gesta est, sed postea data occasione memoret. Vide ad XXXIII. 44. § 2. Mox *M. Livius et C. Claudius* Harl. et Mead. 1. *et M. Livius et C. Claudius* Gaertn.

M. Cornelio, T. Sempronio consulibus] *P. Sempronio* lege ex ipsomet Livio, et Capitolino consulatu. *Sigon.* Licet ita legendum esse certum sit, in alteram tamen scripturam conspirant Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. et Mead. uterque. Vide etiam Jac. Gronov. ad verba seqq.

Tredecim annis, postquam locata erat] Mutat casum Ms. in quo est *tredecim annos postquam, &c.* Modius. Pall. et vet. ed. *tertio decimo anno, postquam locata erat.* Gebh. Andreana ed. cum Mog. et scriptis Voss. Thuan. *tertiodecimo anno.* Sed et eadem cum aliis edd. *T. Sempronio,* non *Ti.* ut appareat, eandem rursus hic confusionem esse, qualis occurrit XXXIII. 24. Nam utrumque ineptum est, et necessario restituendum *P. Sempronio,* quod fecimus. Vide librum XXIX. *Jac. Gron. Tertiodecimo anno* Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. Gaertn. Hearnii L. 1. N. et edd. principes: *tertiodecimo annis* Voss. et Harleian. *tertiodecimo annos* Mead. 1. *tertiodecem annos* Lovel. 2. proxime ad lectionem cod. Mog. *tredecim annos* præferentis, unde Frob. 1535. *tredecim annis* fecisse videtur. Per numerorum notas olim scriptum fuisse existimo *XIII. annis;* quod quomodo reddendum foret, dubitarunt librarii. Mihi recepta lectio, sed aliter interpunctis verbis, non displicet *tredecim annis post, quam locata erat.* Cic. ad Att. XIII. 30. 'Quatuordecim annis post prætor est factus Tuditanus, quam consul Mummius.' Mox *ludi ob dedicationem,* copula neglecta, Voss. Lov. 3. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

Quos primos scenicos fuisse Antias Valerius est auctor] Non hoc tempore hi ludi primum celebrati sunt, sed bis antea authore hoc nostro Livio; semel lib. IX. secundi belli Pun. c. 14. iterum lib. IV. hujus decados cap. 54. ubi id etiam admonuimus: quamquam hic Valerium Antiatem citet authorem. *Glar.* Vocem *primos* non agnoscit Harl. quam librarius omisisse videtur, quia ludos scenicos, Megalesia adpellatos, jam supra memoratos meminerat. Doujatius, quasi auctoritatem Glareani secutus, notat ad hunc locum, non nunc primum celebratos fuisse Romæ 'scenicos ludos,' teste ipso Livio libb. XXIX. et XXXIV. sed nunc primum 'Megalesia' dictos esse, seu 'Megalenses.' Quod qua ratione ex verbis Glareani vel ad h. loc. vel ad lib. XXXIV. efficere possit, me non videre fateor. Immo 'Megalesia ludos scenicos' jam adpellavit Liv. l. XXXIV. c. 54. Quemadmodum autem tria Livii loca, l. XXIX. l. XXXIV. et hic, accipienda sint, ne pugnare videantur, docuit Duker. ad XXXIV. 54. § 3. Ceterum *Antias Valerius* omnes scripti nostri, et vett. edd. usque ad Aldum, qui ex auctoritate cod. Mog. dedit *Valerius Antias:* quod adhuc obtinuit. Utroque ordine Livium id nomen extulisse, certum est. Verisimilius tamen videtur, librarios *Antias Valerius* in *Valerius Antias* refinxisse, quam contra: quare priscam lectionem revocavi.

Megalesia adpellatos] Vaillantius in Comment. ad Numism. ærea Imper.

in Colon. pagg. 36. 37. et 102. ed. Paris. 1688. huc trahit nummos Calaguritanorum in Hispania citeriore sub Augusto et Tiberio percussos, quorum in una parte circum caput est inscriptio NASSICA, in altera caput bovis cum nominibus duumvirorum et ædilium, et putat Calagurim hoc tempore, id est a. IDLIX. quo P. Scipio Nasica prætor Hispaniæ ulteriori præerat, municipium factam, et Calaguritanos beneficiorum illius in se causa memoriam Megalensium Romæ an. IDLXII. quo consul fuit Nasica, ob dedicationem ædis Matris Magnæ Idææ factorum, celebratis itidem Megalensibus, renovasse. Vir clariss. in libro de Ædil. Colon. c. 11. § 2. hæc ex illo referens, non addit, quid sibi de iis videatur. Ego cum Wesselingio Obs. I. 25. sentio, nec quidquam eorum, quæ Vaillantius commentus est, ex nummis illis probari posse puto. Certe plane mirifica est hæc illius argumentatio: P. Scipio Nasica, quum Hispaniam ulteriorem provinciam haberet, beneficiis adfecit Calaguritanos in citeriore: (quod ipsum tamen nondum ostensum esse, recte monet Wesselingius:) idem consul ludos Jovi fecit, quos pro prætore in Hispania, adversus Lusitanos pugnans, auctore Livio XXXV. 1. voverat. Eodem anno M. Junius Brutus dedicavit ædem Matris Magnæ Idææ, et ob dedicationem illius Romæ ludi Megalesia facti sunt: ergo nummis Calaguritanorum, sub Augusto ac Tiberio cusis, in quibus NASSICA legitur, renovata est memoria Megalensium, qui Nasica consule dedicationis ædis Matris Magnæ Idææ causa Romæ facti sunt. *Duk.*

§ 5 *Item Juventutis ædem in circo maximo*] *Juventatis* lego. Sic enim Cicero in Bruto c. 18. 'Ludis Juventatis, quos Salinator Senensi prœlio voverat.' 'Deæ' etiam 'Juventatis' meminit in primo libro [immo v. 54.] Livius. *Sigonius.* Legendum ex Pall. *Item Juventatis ædem in circo Maximo, &c.* ut et apud Ciceronem restitui. *Gebhardus.* Sic et Victorius ad Brutum Ciceronis, et Sigonius hic monuerunt legendum: nihilominus omnes recentiores *Juventutis.* Perperam sane. Nos quoque restituendum docuimus l. XXI. c. 62. Nunc duo miror: unum, Scaligerum docere nos, indifferenter 'Juventatem' et 'Juventutem' (non, quid analogia aut origo patiatur, quæstio est; sed de usu veterum) dici, nec opus esse, ut corrigatur apud Festum *Juventatis sacra pro juvenibus sunt instituta:* alterum nec P. Victorium vidisse, nec tot editores epistolarum ad Atticum credidisse Lambino, scribendum esse Ep. I. 18. 'Ejus initium ejusmodi fuit, ut anniversaria sacra Juventatis non committerentur.' Neque enim alia sacra sunt hæc, quam ludi Juventatis in Bruto. Etiam in Tusculanis I. 26. Heben Græcorum vocat 'Juventatem:' quam non ignoro 'Graiam Juventam' dici Ovidio de Ponto Ep. I. 10. vs. 11. 'Nectar et ambrosiam laticesque epulasque Deorum Det mihi formosa Graia Juventa manu:' sic enim haud dubie ibi scribendum, etsi libri fere *grata* aut *gnava.* Neque tamen ideo pœnitet XXI. 62. me scripsisse, *Lectisternium Juventati:* non *Juventæ.* J. F. Gron. *Juventutis* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. et Gaertn. Ex reliquis nihil notatur; quos propterea *Juventatis* habuisse verisimile est. Vide Merulam ad Enn. p. 110. et doctos Interpretes ad Flori I. 7. § 8.

C. Licinius Lucullus] *Gneus Licinius* Lov. 2. *M. Licinius* cod. Mog. et Lov. 6. Utrum verius sit, statuere nequeo. Nam circa hæc tempora et 'C. Licinius Lucullus' et 'M. Licinius Lucullus' memorantur: prior XXXIII. 42. posterior XXXIX. 6.

§ 6 *Hasdrubalem exercitumque ejus cecidit*] *Occidit* Voss. et Lov. 6. fre-

quentissimo scribarum errore. Vide ad I. 7. § 1. II. 20. § 9. IV. 48. § 2. VII. 6. § 9. c. 30. § 14. IX. 31. § 2. X. 31. § 3. c. 40. § 13. XXII. 6. § 3. c. 25. § 15. XXIX. 14. § 8. XXXV. 13. § 1. c. 21. § 7. XXXVI. 18. § 8. c. 38. § 6. c. 40. § 4. XXXVIII. 47. § 6. c. 48. § 8. XXXIX. 31. § 15. c. 48. § 3. XL. 27. § 12. Adde quæ notantur ad Epit. Liv. lib. XXIII. Mox *T. Sempronio* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et edd. ante Sigon. Vide modo ad § 4. Prænomen deest in Gaertn.

§ 7 *Et omnia cum majore religione*] Lege *et eo omnia*. Gelen. *Et eo omnia cum majori religione* cod. Mog. Alterum in omnibus nostris constanter superest.

CAP. XXXVII. § 1 *Principio ejus anni, quo hæc, jam profecto*] Τὸ *jam* non comparet in Pall. *Gebh. Principio enim anni* Lov. 1. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. Vocula *jam*, quam Aldus ex Mog. cod. recepit, deest in omnibus reliquis scriptis.

§ 2 *Boves duos domitos in Carinis*] *Duos boves* Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. *duo boves* Voss. Vide ad XXXV. 21. § 5. Tum *in Carnis* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. et Mead. 1. *Nycarius* Gaertn. *Vicariis* Lov. 3.

§ 3 *Duas naves fulmine ictas conflagrasse*] *Fulmine tactas* Voss. Lov. 6. et Gaertn. quod ex præcedenti repetitum est. De locutione 'fulmine ictus' vide ad I. 31. § 8. Paullo ante *lapidibus pluvisse* Lov. 4. et ed. Ven. 1495. cum multis seqq. usque ad Curionem. Vide ad I. 31. § 1.

§ 4 *Libros Sibyllinos ex senatusconsulto*] *Sibullinos* cod. Mog. Vide Pier. ad Maron. Æn. VI. 98. Tum *ex senatuscousultu* Lov. 3. Vide ad V. 13. § 5. Mox *renunciaverunt* Lov. 6. et Gaertn. Vide ad XXI. 44. § 7.

Jejunium instituendum Cereri] De jejuniis religiosis veterum vide Spanh. ad Callim. H. in Cerer. vs. 6. et 12. et Morin. tom. V. dissert. 2. Memor. Academ. Reg. Inscript. edit. Hag. 1724. *Duk. Cereris* Lov. 2. Mox *quintio toto anno* Lov. 1. *quinto quoque toto anno* Voss. et Lov. 6. *quinto toto anno* Lov. 3.

§ 5 *Quibusque hostiis edixissent decemviri*] In nostris exemplaribus est *edidissent xviri*. Gelenius. *Edidissent* etiam cod. Mog. omnesque Mss. nostri, præter Lov. 5. qui vett. edd. lectionem sequitur. Vide ad XXI. 62. § 7. Præterea *quibus Diis, quibus hostiis*, elisa copula, Lov. 1. 3. et 6. Paullo ante *et in unum diem supplicatio* Lov. 2. Vide ad XXVIII. 11. § 5. Tum *supplicarent: consul*, omissa iterum copula, Lov. 3. et Gaertn. Sed illa intercepta est ab ultimis literis vocis proximæ *supplicarēt*. Vide ad XXXVII. 59. § 1.

CAP. XXXVIII. § 1 *Sub idem fere tempus Ligures, lege sacrata coacto exercitu*] Τὸ *fere* non agnoscunt Lov. 2. et Harl. Lege sacrata coactus apud populos Latii exercitus memoratur IV. 26. 'Lege sacrata, quæ maxima apud eos vis cogendæ militiæ erat, delectu habito, utrimque validi exercitus profecti in Algidum convenere.' Mox Minucii prænomen *Q.* deest in Lov. 6. Præterea § seq. *intentum* Voss.

§ 4 *Cæsa supra quatuor millia hostium*] Ms. *cæsa supra quatuor millia nonaginta hostium*. Modius. *Supra* Aldus ex cod. Mog. recepit. Omnes enim priores cum scriptis nostris *super:* quod Gruteri ed. ult. reduxit, et recentiores servarunt. Adhæreo cod. Mog. Tum vox *nonaginta*, quam addit cod. Mog. ab omnibus Mss. nostris exsulat. Vox etiam *hostium* non adparet in Hearnii N. Paullo ante *integra fessis succederent*, nempe agmina, Lov. 1. Tum *terga dedere* Lov. 3. *terga verterunt* Gaertn. quod ex glossa interpretis esse, aliorum in vulgatam lectionem consensus docet. Supra XXII. 29. 'Qui plures simul terga dederant.'

Minus trecenti perierunt] In quibus-

dam Mss. et fere omnibus ante Gruterum edd. per notas scriptum fuit *minus CCC.* id *minus trecentum* redditur in Lov. 3. et ed. Ven. 1498. *minus trecentos* in Lov. 1. *minus trecentis* in Lov. 4. Harl. et Mead. ambobus: *minus trecenti* exposuit Gruter. in ed. ult. quomodo etiam multi cod. scripti. Recte. Vide ad III. 64. § 10. et X. 37. § 3. In casu numeralium, per notas scriptorum, librarios sæpe errasse, videbimus ad XL. 18. § 5. Mox § seq. vox *consul*, quam Aldus ex cod. Mog. adoptavit, deest in Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. et Hearnii L. 1.

§ 6 *Duodetriginta millia hostium cæsa*] Ms. *duodetriginta millia hostium occisa.* Modius. Pall. *duo et trecenta millia hostium cæsa.* Gebh. *Duo millia* Voss. *tria millia* Gaertn. *duodetrecenta millia* Lov. 1. 4. et Mead. ambo: *duo de CCC*^{tos} Hearnii N. *duo et triginta millia* Lov. 2. 3. Harl. Hearnii L. 1. et Mead. 1. in margine. Hinc *occisa* cod. Mog. Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. quorum fide, et quia *cæsa* præcessit, recepi. Solent ita variare librarii. Vide ad cap. 36. § 6. Mox *capta mille quadringentos* Voss. *capta mille et trecentum* Lovel. 3. *capti mille CCCC.* Gaertn. *capita mille et CCC.* Hearnii L. 1. *capta tria millia et quadringenti* Lov. 2. unde non differt Harl. nisi quod *quadringenta* præferat: *capta quatuor et quadringentos* Lov. 1. *capta IIII. et quadringentos* Lov. 4. *capta IIII*^{m} *et CCCC*^{ta} Lov. 6.

Signa militaria centum viginti quatuor] Ita Aldus ex cod. Mog. *centum et viginti septem* Lov. 3. *centum viginti septem* reliqui codd. nostri, Hearnii L. 1. N. et edd. ante Aldum. Mox verba seqq. *equos mille ducentos triginta, carpenta ducenta quadraginta septem* iterum debentur optimis membranis Mog. unde Aldus recepit. Desunt in omnibus nostris, Hearnii L. 1. N. et edd. antiquioribus. Sed infra cap. 40. in triumpho P. Cornelii similiter memorantur 'Gallica carpenta,' quibus arma signaque et spolia omnis generis transvexit, et 'equorum captorum grex.'

Ex victoribus mille quadringentos octoginta quatuor cecidisse] Hanc quoque lectionem Aldus ex cod. Mog. probavit. Antea edebatur *mille et CCCCLXXXVI.* Et ita plerique mei, et Hearnii codd. nisi quod vox *mille* desit in Voss. Lov. 1. et Hearnii N. vocula *et* in Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. et Mead. utroque, utraque *mille et* in Hearnii L. 1. *mille quatuor centum nonaginta sex* legit Lov. 3. *etiam mille CCCCLXXXVI.* Gaertn. Deinde *occidisse* Lov. 3.

§ 7 *Ubi in numero scriptori parum fidei sit*] In nostris exemplaribus est *Ubi ut in numero.* Gelen. Olim edebatur *Ut in numero scriptoris.* Quum autem postea Moguntini notassent, se in cod. suo vidisse *Ubi ut in numero scriptori*, eam lectionem admissurus Aldus perperam tamen edidit *Ubi in numero scriptori.* Hinc Gelenio necesse fuit monere, particulam *ut* inserendam: cui Froben. 1535. et hinc reliqui editores dicto audientes exstiterunt. Attamen *Ut in numero scriptoris*, primis edd. consentiens, Lov. 5. *Ubi in numero scriptoris* Lov. 1. *Ubi in numero scriptori* Vossian. Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *Nisi in numero scriptoris* Lovel. 3. *Nisi in numero scriptori* Lov. 6. Mox *intemperatior*, pro *intemperãtior*, vel *intemperantior*, Lov. 4. et 6. Ita variarunt librarii XXVI. 22. § 14. Alia similia vide ad V. 48. § 3.

Magnam victoriam fuisse adparet] Ita omnes codd. nostri. Sed Mstus Mog. *magnam tamen victoriam;* quod Aldus recepit, et reliqui servarunt, usque ad Gronov. qui τὸ *tamen* iterum ejecit. Certum est, post 'ut,' 'licet,' 'etsi,' 'quamvis,' ac similes particulas, vocem 'tamen' sæpe per ellipsin omitti. Apud Ovid. præsertim post

vocem *ut* ellipsis illa frequentissima est. Ita Her. I. vers. ult. 'Protinus ut redeas, facta videbor anus.' Her. III. 134. 'Ut taceam, lacrimis comminuere meis.' Met. VI. 196. 'Multaque ut eripiat, multo mihi plura relinquet.' Virg. Æn. II. 12. 'Quamquam animus meminisse horret, luctuque refugit, Incipiam :' ubi Servius notat: 'Deest *tamen:* quia, quum præponitur *quamquam*, necesse est, subjungi *tamen*.' Vide etiam Munker. ad Fulgent. Mythol. lib. 1. in princ. et quæ notavi ad XXII. 20. § 1. unde patet librarios hanc vocem adjecisse, ubi scriptores subintelligi maluerant; quod fortassis etiam hic a librario cod. Mog. admissum est. Mox *supplicatio ejus victoriæ consuli decreta* Voss. cujus librarius perperam *cã*, id est *caussa*, et *cos.* id est *consuli*, confudisse videtur. Utraque lectione juncta *supplicatio ejus victoriæ caussa consuli decreta* ostentat Gaertn.

CAP. XXXIX. § 1 *Per eosdem dies M. Fulvius Nobilior*] Hæc eadem hoc adeo libro c. 21. de Fulvio prope iisdem verbis dixit, quod supra quoque admonuimus. Alii hæc verba ex codicibus Livii hoc loco submoverunt, suane authoritate, an codicum fide, nescio. *Glar.* Idem, quod cap. 21. narrarat, Livium hic iterum repetere, malo credere cum viris doctis, quibus adnumerandi sunt Pigh. in Ann. ad a. IOLXII. pag. 283. et Perizon. in Animadv. Hist. cap. 4. p. 173. idque adscribere erranti Livii memoriæ, quam scribis librariis. Certe periodus hæc in omnibus nostris codd. superest. Unde probare nequeo temeritatem ejus, qui, editionis Frob. a. 1531. curam habens, eam integram omisit, et proximis persuasit, ut exemplum suum imitarentur, donec tandem iterum loco suo restitueret Curio. Alia similium in Livio repetitionum exempla notarunt Glarean. ad XXXV. 22. § 5. et Perizon. l. laud.

§ 2 *Argenti transtulit decem millia pondo*] Ms. liberalior cusis, *transtulit duodecim millia pondo:* et statim *auri centum viginti septem pondo*, ubi vulgo est *auri centum viginti sex.* Modius. Perizon. in Animad. Hist. cap. 4. p. 173. putat scribendum esse *duodecim millia pondo*, et *auri centum viginti septem*, duabus de causis; una, quod ita sit cap. 21. altera, quod hic quoque Mogunt. eosdem numeros habeat. Sed si Livius hæc e diversis auctoribus, quod ibidem suspicatur, descripsit, non major est ratio hoc loco mutandi numeros, quam cap. 21. Plus momenti est in auctoritate cod. Mog. Sed quum illius scripturam probat, ipse suspicionem suam infirmat. *Duk.* Omnes nostri vulgatum tuentur, nisi quod vocem *millia* omittant Lov. 2. 3. 6. et Harleian. ac *millia decem* legat Gaertn. Tutius judicavi, codici Mog. cujus ope tot in Livio vulnera sanata sunt, adhærere, quam reliquorum auctoritatem sequi. Mox *centum triginta*, omissa media copulativa *et*, codd. nostri. Per notas *CXXX.* præferunt typis descripti usque ad Gruterum, qui in ultima ed. copulam interposuit, quam iterum exegi. Vide etiam ad c. 21. § 11. Ceterum ad posteriorem hanc summam ex præcedenti sola vox *millia* repetenda est, nisi forte scriptum fuerit $\overline{CXXX}$. id est, centum triginta millia, vel *CXXX M.*

Auri centum viginti quinque. P. Cornelius] Pall. *CXXVII. pondo.* Gebh. *Auri centum viginti quinque* manu exaratos tres, quibus utitur, habere, Doujatius testatur. Verum, pace ejus dicam, adfirmanti fidem habere nequeo, mihique persuadeo eum neglegenter codd. quos jactat consuluisse: nam hæc quoque lectio in nullo apud me exstat cod. et demum adparuit in ultima Gruteri ed. Omnes priores, quæ periodum hanc servarunt, exhibent *auri CXXVI.* nisi quod Aldus et quidam alii ex cod. Mog. vulgarint *auri CXXVII. pondo;* quam lectionem genuinam esse, codicum aliorum

haud obscurus consensus indicat. Nam unus Lov. 5. *auri CXXVI.* Lov. 3. *auri CXXVI. pondo.* At *auri centum septem pondo* Hearnii L. 1. N. et ex meis omnes novem reliqui; quorum tamen quidam vocem *pondo* ordinario compendio *P.* scripserunt; quod Cornelii consulis prænomen *P.* elisit. Est autem ea vox necessaria, ne, ut ad proximum membrum, intelligatur 'millia,' vel ex primo repetatur 'millia pondo.'

§ 3 *Consul primo, obsidibus a Boiorum gente acceptis*] Τὸ *primo* Pall. omittunt. *Gebh.* Omittunt etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Mox *coloniam* Lov. 5. et primæ edd. *colonos* Lov. 3. et 6. *colonias* Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. quod Frob. 1535. admisit: *colonianos* Vossian. et Lov. 1. quorum scribæ forte duas lectiones *coloniam* et *colonos* hoc modo junxerunt. Præterea *velit* et *possit*, pro *vellet* et *posset*, Lov. 3.

§ 4 *Et adesse Romæ ad diem triumphi jussit*] Pal. alter *et esse Romæ.* Gebh. Paullo ante *ad triumphum*, omissa vocula *ut*, Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn.

§ 5 *Sibi triumphanti liceret in urbem invehi*] *Liceret urbem invehi* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. ut IX. 40. 'Dictator triumphans urbem est invectus.' XLIV. 1. 'Superato Leucata Corinthium sinum invectus.' XXXVIII. 44. 'Sibique triumphanti urbem invehi liceret.' Vide ad IV. 29. § 4. Sed et vulgatum, quod, præter omnes edd. servant Lov. 5. et forte cod. Mog. unde nihil notatur, Livio in usu fuit. Supra XXXI. 47. 'Ut triumphanti sibi in urbem invehi liceret, petit.' XXXIV. 52. 'Ipse deinde Quinctius in urbem est invectus.' Vide ad II. 31. § 3. Paullo ante *illo postero die, quam* Lov. 2. *ille postero, quam* Lovel. 1. *ille postero die, quam* Lov. 3. 4. 5. 6. Harl. uterque Mead. Gaertn. et edd. principes. Moguntini ex cod. suo substituerunt *ipse postero die, quam.*

§ 6 *Eas inter se gentes mutua ex propinquo ferre auxilia*] Quatuor priora vocabula sprevit Lovel. 3. tertium Gaertn. Præterea *ex propinquo mutua ferre* legunt Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. In præcedd. *semper injecta fuisse* legit Voss. *semper juncta esse* Gaertn.

§ 7 *Si P. Scipio, devictis acie Boiis*] Pall. *deductis acie Boiis.* Gebh. Concinunt Voss. Lovel. 1. 2. 4. et Mead. ambo: *devictis* tamen in margine ostentat Mead. 1. Mox *tertium ibi annum dubio retineretur bello* Lovel. 5. et edd. principes. Aldus substituit, quod nunc vulgo legitur: cum quo faciunt nostri reliqui. Neque dissentit cod. Mog. nisi quod alio ordine præferat *tertium annum ibi dubio detineretur bello.* Solent verba 'detinere' et 'retinere' a librariis confundi. Illis exemplis quæ notavi ad Epit. Liv. lib. III. adde alia ex VIII. 38. § 6. et apud Burm. ad Suet. Claud. c. 15.

§ 8 *Egregiam navare operam reipublicæ*] *Novare operam* Voss. et Lov. 1. *dare operam* Lov. 2. quod vel ex § seq. receptum est, vel certe ex interpretis glossa. Vide ad VII. 16. § 4.

§ 9 *Juberent consulem cum legionibus redire*] *Juberet* Harl. cujus librario displicuisse videtur, conlectivo *senatus* præcedenti § verbum singulare *vellet* adjungi, nunc vero plurale *Juberent.* Sed sine caussa. Sæpissime enim Livium ita variasse, vidimus ad XXX. 42. § 16. Ita infra cap. seq. 'Quorum militum si, &c. opera uti senatus velit, utro tandem modo promtiores, &c. credat, si, &c. an si spem pro re ferentes dimittant.' lib. XXXVIII. c. 41. 'Pars altera medio in saltu mansit. Postero die primis se conjungunt.' XXXIX. 14. 'Censuit autem senatus, gratias consuli agendas: quæstionem deinde de Bacchanalibus consulibus mandant.' cap. 33. 'Unde prior legatio discesserat incer-

tiore statu rerum, quam si non venissent.'

Nisi illi cogantur in jus ditionemque] Perperam Pall. Mss. *in jus judiciumque.* Gebh. Sane perfrequens hæc loquendi ratio Livio [*in jus ditionemque*]. Sed, hic variare libitum ei fuisse, constat nobis per veteres membranas, si per corruptores librorum impressorum licuisset. Scripti consensu *Nisi illi cogantur in jus judiciumque.* Quam formulam non debuisse mutari, clamat ipse XXXIX. 24. 'Athamanes quoque legati venerunt, non partis amissæ, non finium jacturam querentes, sed totam Athamaniam sub jus judiciumque regis venisse.' XLI. 22. 'Perseus per id tempus, quia quidam Dolopum non parebant, et, de quibus ambigebatur rebus, disceptationem ab rege ad Romanos revocabant, cum exercitu profectus, sub jus judiciumque suum totam coëgit gentem.' *J. F. Gronov.* Lectionem, quæ ante Gronovium vulgo recepta erat, in solis Lov. 5. et Harl. inveni. Reliqui recte *in jus judiciumque* servant: at insuper *in jus judiciumque reip.* Gaertn. Vide ad XXXVIII. 58. § 6. Mox *ne Boios quieturos* Voss. et Lovel. 1. ac 3. Sed vide ad XLIV. 35. § 9. Tum *aut bellum, aut pacem utrobique habendam* Lov. 6. Sed vide ad XXIII. 12. § 5.

§ 10 *Qui in magistratu non triumphaverunt*] *Triumpharunt* Lov. 6. Crevierius observat, indirectæ orationi magis convenire *triumphaverint.* Sed vide Dukerum ad III. 2. § 3.

CAP. XL. § 1 *Neque se Ligures provinciam sortitum esse*] *Neque Ligures prov. sortitum se esse* Lov. 1. *Neque Ligures prov. sortitum esse* Gaertn. *Neque Ligurum provinc. sortitum esse* Voss. et Lov. 6. *Neque se Ligurum prov. sortitum esse* Lovel. 3. Mead. 2. et Hearnii L. 1. Male. 'Ligures provincia,' ut XXXIX. 20. 'In Ligures provinciam proficisci parabat.' Similia sunt 'Volsci,' 'Sallentini,' 'Bruttii,' 'Tarentum provincia.' V. 12. 'Valerio Potito Volsci provincia evenerat:' ubi alia vide. XXVII. 22. 'Tertius ei traderetur, cui Tarentum et Sallentioi provincia evenisset.' XXIX. 36. 'P. Sempronius consul, cui Bruttii provincia erat.' XXXIX. 41. 'Cui Tarentum provincia evenerat.'

§ 2 *Meritum triumphum postulaturum atque impetraturum esse*] Libri nostri omnes *merito triumphum postulaturum.* Gebh. Similiter omnes nostri, et edd. principes. Frob. demum a. 1535. *meritum triumphum* emendavit. Præterea *postulaturum esse, atque impetraturum* Lovel. 5. Mox § seq. *At se de Gallis Boiis* Lovel. 6. *Sed de Gallis Boiis* Harl. litera initiali vocis seq. in fine præced. perperam repetita. Vide ad XL. 7. § 8. Præterea *Boiis* male exsulat a Voss. Supra XXXIV. 46. 'Cum Gallis Insubribus et Boiis signis conlatis depugnavit.' XXXVII. 57. 'Ager captus de Gallis Boiis fuerat.'

§ 3 *A quibus obsides abduxerit, pacis futuræ pignus*] Pal. 1. *a quibus obsides adduxerit.* Gebh. Similiter Lovel. 3. Quod, si plures codd. firmarent, non displiceret: *a quibus adduxerit,* nempe Romam. Ita IX. 33. 'Supplementum ab Roma adduxit.' XXXIV. 25. 'Copias adductas ab Elatia ducere Argos pergit.' XXXVIII. 40. 'Classe per Athenæum fratrem regis ab Elatia adducta.' Eodem modo 'literæ adlatæ ab urbe' XXII. 11. § 3. ubi perperam unus *ad urbem:* et contra 'avertere ad Antiochum' XXXV. 31. § 1. ubi alia vide. Præterea *pacis futurum pignus* Lov. 5. et edd. antiqq. ante Aldum, qui, præeunte cod. Mog. id mutavit in *futuræ,* concinentibus reliquis meis.

§ 4 *Quod tantum numerum Gallorum ceciderit in acie*] Omnes libri *occiderit.* Gebhard. *Ceciderit* primum invenio apud Aldum; qui quo jure ita vulgarit, ignoro. Antea edebatur *occiderit.* Quod quum tueantur Lov. sex,

Harl. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. neque aliter se in scriptis invenisse Gronov. pr. ed. nott. testetur, eamdem lectionem etiam revocavi. Solent autem verba 'cecidi' et 'occidi' a scribis commutari. Vide ad c. 36. § 6. In præcedentibus *Enimvero*, pro *Verum enimvero*, Voss. Sed vide ad XXXI. 30. § 4.

Quod cum tot millibus certe Boiorum nemo ante se imperator] Buslid. *qui cum millibus*. Lege cum Rubenio, *quot cum millibus*. J. F. Gronov. Rubenii conjecturam, quæ etiam Crevierio adridebat, firmat Lov. 3. nec longe abit Lov. 1. qui exhibet *quod cum millibus*. Indicat Cornelius, tot se Gallos prœlio interfecisse, quot cum Gallis, certe Gallis Boiis, nemo ante pugnarat. Clericus, Gronovii vel Rubenii conjecturam, ut videtur recepturus, neglegenter edidit *quot cum tot millibus*. Insuper *nemo ante se imperatorum* Voss.

§ 5 *Plus partem dimidiam ex quinquaginta millibus hominum cæsam*] Potest defendi. Suspicor tamen, *plus parte dimidia ex quinq. millibus hominum cæsum*. J. F. Gronov. Si verum est, consulem ipsum in senatu hunc numerum cæsorum hostium retulisse, non video quomodo Livio c. 38. suspecta esse potuerit fides Valerii Antiatis, qui 'duodetriginta millia' Boiorum cecidisse, scripserat. Sin autem ipse, quo justiorem causam triumphi petendi videretur habuisse Scipio, hoc de suo ei largitus est, ut sæpe historici in orationibus, quas aliis tribuunt, multa exaggerare et in majus extollere solent, Valerius Antias non videtur eo nomine notandus fuisse, quasi qui numerum intemperantius auxerit. *Duker*. *Plus parte dimidia ex quinquaginta millibus hominum cæsi* Lovel. 6. Reliqui omnes vulgatum servant. Si vero *cæsam* in *cæsum* mutandum videatur, omnino tamen *plus partem dimidiam* servandum existimo. Ipse etiam Gronov. illud loquendi genus ex hoc loco inlustrat ad XXXI. 34. § 7. Mox *senes seu pueros Boiosque superesse* pessime Gaertn.

§ 6 *In provincia neminem reliquisset*] Fuit initio in Pal. 1. *in provinciam neminem reliquisset*. Nec secius prisca ed. *Gebh*. Similiter Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Sed vide ad II. 14. § 4.

§ 7 *Militum si et in alia provincia opera uti senatus velit*] Sive operarum aberratione, sive aliam ob caussam, ultima Gruteri ed. ejusque exemplo Heinsii Elzevir. dederunt *etsi in alia*, quod se iterum mutasse Gronov. in pr. ed. nott. monuit. Mox *ad illud periculum* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. Sed vide ad XXIII. 7. § 3. Præterea *credant* Lov. 6. Referendum ad præcedens 'senatus,' cui junxerat *velit*, et mox *dimittant*. Sed reliqui receptam lectionem defendunt. Vide ad cap. præc. § 9. Totam vocem *credat* supervacuam judicavit Crevier. ab illis additam, qui aliquo velut fulcro hoc membrum egere existimabant; non magis tamen, eo expuncto, egere, quam proxime præcedens 'id quemquam mirari posse?' Verum, invitis libris, id verbum delere religio mihi est.

Sine detrectatione prioris periculi laborisque merces] Pall. *sine detractione*. Gebh. Similiter Voss. Lovel. sex, Gaertn. et edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm.

An si spem pro re ferentibus dimittant] In nostris exemplaribus est *spem pro re ferentes*, non *ferentibus*. Gelen. *Spem pro re ferentibus* Lovel. 1. 4. 5. 6. *spem proferentibus* Voss. Lov. 3. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *spem præferentes* Lov. 2. Sed verum est *spem pro re ferentes*. Eleganter 'spes' et 'res' obponuntur. Cic. ad Fam. XII. 25. 'Non solum spe, sed certa re jam et possessione deturbatus sum.' Ovid. Her. XVIII. 178. 'Et res non semper, spes mihi

semper adest:' ubi vide Burm.

§ 8 *Sibi gloriæ in omnem vitam illo die satis quæsitum esse*] Prima vox deest in Lov. 3. *τὸ die* in Lov. 6. Tum *gloriæ in omnem vitam satis illo die* legit Lovel. 3. *gloriæ nomen in omnem vitam illo die satis* Harl. Verum vox *nomen* nata est ex sequentibus *in omnem*. Mox *ad accipiendum matrem Idæam* Voss. Lov. 3. et 6. Vide ad XL. 49. § 1.

§ 9 *Etsi nec consulatus nec triumphus addatur*] Pal. 1. *nec triumphus addicitur:* alter *adicitur*. Vet. ed. *adjicitur*. Gebh. *Si nec consulatus* Lovel. 2. et Harl. Deinde *addicitur* Voss. Lov. 6. et Mead. ambo: *adicitur* Lov. 1. 2. 4. et Gaertn. *adjicitur* Lovel. 3. 5. Harl. et edd. antiqq. *addatur* Frob. demum a. 1535. exhibuit: nescio tamen, qua auctoritate. Interim igitur, donec de integritate hujus lectionis, quæ in nullo mihi codice obvia fuit, constet, priscam scripturam *adjicitur* revocavi. Supra IV. 8. 'Ipsi honori jus majestatemque adjicerent.' X. 7. 'Cui Deorum hominumve indignum videri potest, inquit, eos viros, quos vos sellis curulibus, &c. honoraritis, &c. pontificalia atque auguralia insignia adjicere?' ubi plura vide. Pro *adjicitur* autem vulgo *adicitur*, et *addicitur* scriptum fuit. Vide ad I. 30. § 3. Solent autem 'adjicere' et 'addere' in Mss. commutari. Vide ad I. 44. § 2. Epit. Liv. libb. VI. et VII. et XXXVII. 56. § 9. Adde quæ notavi ad Silii XVII. 529. Particulam autem *etsi* interdum quidem subjunctivum adsciscere, vidimus ad V. 42. § 7. plerumque tamen indicativum adjunctum habere, notum est.

Satis honestam honoratamque P. Scipionis Nasicæ imaginem fore] Ms. *Nasicæ hinc imaginem fore: hinc,* quod puta vir optimus judicatus esset a senatu, dignusque solus ex omnibus habitus, qui matrem Idæam acciperet. *Modius.* An *ornatamque?* Voss. *oneratamque.* J. F. Gron. Attamen *honoratissimam imaginem* dicit Livius III. 58. Ad vulgatam scripturam tuendam etiam facit hoc Sallustii c. 35. 'Quod non dignos homines honore honestatos videbam:' et quæ ibi viri docti adnotarunt. *Duk.* Cod. Voss. scriptura *oneratamque*, cui Gronovii conjectura *ornatamque* innititur, errori tribuenda est librariorum, qui perperam voces vel addita adspiratione auxerunt, vel detracta minuerunt, ut vidimus ad XXXV. 26. § 7. Hinc passim confuderunt 'honorare' sive, ut etiam scripserunt, 'honerare' et 'onerare.' Vide ad II. 65. § 4. III. 68. § 6. IV. 13. § 13. V. 16. § 3. VI. 11. § 9. IX. 17. § 16. c. 30. § 8. et X. 6. § 3. Adde Stewech. ad Arnob. IV. contra Gent. in princ. Acidal. ad Vell. Pat. II. 120. Burm. ad Suet. Aug. c. 38. viros doct. ad Quinctil. Instit. Orat. V. 10. p. 432. ad Val. Max. II. 10. in princ. et Corte ad Sallust. Jug. c. 12. Similiter 'honos' et 'onus' sive 'honus;' 'honores' et 'onera' sive 'honera.' Vide ad I. 47. § 12. V. 40. § 8. et IX. 8. § 3. Firmandæ quidem ejus conjecturæ facere potest, 'honoratus' et 'ornatus' etiam alibi commutari; vide ad VI. 6. § 8. et viros doctos ad Val. Max. II. 2. 7. insuper ipsum illud *ornatamque* hic præferre Gaertn. Verum unius aut alterius testis, et quidem ejus auctoritatis, fidem tot aliis consentientibus non præferendam puto, præsertim quum 'honestus' et 'honoratus' etiam jungantur Ciceroni in Brut. c. 81. 'Quum bonos sit præmium virtutis, judicio studioque civium delatum ad aliquem, qui eum sententiis, qui suffragiis adeptus est, is mihi et honestus et honoratus videtur.' Præterea additam a Mog. cod. particulam *hinc* excludit præcedens 'hoc titulo.' Nisi quis forte legendum censeat, *Huic titulo etsi nec cons. nec tr. adj., satis honestam honoratamque P. Sc. Nasicæ hinc imaginem fore.*

§ 10 *Tribunum plebis auctoritate sua*] *Tribunos plebis* Lovel. 2. 3. Harl. et Mead. ambo. Sed unum tantum P. Sempronium Blæsum tribunum plebis triumpho consulis adversatum fuisse, cap. præc. Livius narravit. Per compendium scriptum fuerat *tr. pl.* vel *trib. pl.* quod quomodo efferre deberent, librarii ignorarunt. Vide ad IV. 1. § 2. et VII. 16. § 1. Similium errorum alia exempla vide ad X. 10. § 2. Vox *sua* deficit in Lov. 3.

§ 11 *P. Cornelius consul triumphavit de Boiis: in eo triumpho*] Vocem *consul* ignorat Lov. 3. Ejus loco *Scipio* legit Voss. Utraque juncta *P. Cornelius Scipio consul* Gaertn. Tum tres posteriores voces desunt in Lov. 2. Mox *arma et signa et spolia* legit Gaertn. *arma, signa, et spolia* Lovel. 3. et 6. Male. Vide ad II. 30. § 1. Deinde *travexit* Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Mead. 1. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXIV. 21. § 7. Insuper particula *quoque* non comparet in Lov. 1. et 6.

§ 12 *Aureos torques transtulit mille quadringentos septuaginta*] Pall. in numero variantes ꝏ *CCCC*. Gebh. Vocem *mille* omittunt Lov. 6. et Hearnii N. Caussam vide ad XXXIX. 42. § 3. Ultimam vocem non agnoscunt etiam Lov. 4. et Mead. 2. At, una voce auctior, cod. Mog. *mille quadringentos septuaginta unum:* quod recepi.

Ad hæc auri pondo ducenta quadraginta quinque, argenti infecti factique] Pall. *ad hoc auri CCXLVI.* Gebhard. *Ad hoc* cod. Mog. Lov. 1. 4. 5. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. N. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. quod admisi. Vide ad XXI. 52. § 10. Tum vox *pondo* deest in omnibus nostris, Hearnii L. 1. N. et edd. antiqq. Moguntini demum illam ex cod. suo addiderunt. Fateor equidem, omitti, et ex sequentibus hic commode satis repeti posse; quod in voce *millia* sæpissime factum fuisse, notatum est ad XXXI. 34. § 7. Auctoritas tamen optimi Mog. persuasit, ut, viris doctis adsensus, eam servarem: sane Livium eam interdum repetiisse, videbimus ad XLV. 43. § 4. Deinde in numero admodum variant scripti: *et XLVII.* omissa voce *ducenta*, legit Mead. 1. *centum quadraginta sex* Lov. 5. *centum quadraginta septem* Lov. 2. et Harl. *CCXL.* Hearnii L. 1. *CCXLVI.* Lov. 3. 4. 6. et Mead. 2. cum editionibus Camp. Rom. 1472. ac Parm. *CCXLVII.* Lov. 1. Gaertn. et Hearnii N. *CCLVII.* Voss. Ex his Livii manum indagare anceps est. Interim tamen id verisimiliter colligi potest, vocem *ducenta*, in quam longe major codicum pars consentit, probam esse; contra vero tertiam *quinque*, in nullo vel scripto vel veteri ed. obviam, in menda cubare, pro qua plurium Mstorum fide reposui *septem*. A reliquis diversam lectionem obfert cod. Mog. hoc modo: *ad hoc auri pondo ducenta sexaginta, quinquaginta septem argenti infecti, factique.* In eo igitur argentum factum distinguitur ab infecto, et cujusque multitudo separatim redditur, ut XXXIV. 52. 'Infecti argenti fuit decem et octo millia pondo, et ducenta septuaginta facti.' Ne tamen ejus lectionem veram credam, efficit justo minor *quinquaginta septem argenti infecti pondo* numerus. Potius igitur existimo, librarium duplicem lectionem *ducenta sexaginta septem* et *ducenta quinquaginta septem* junxisse. Per hunc itaque cod. ultimus numerus *septem*, ut emendavi, confirmatur, at vicissim medius *quadraginta* dubius redditur, præsertim quum in Voss. etiam *CCLVII.* fuisse viderimus. Sed de eo nihil statuo.

Duo millia trecenta quadraginta pondo] Voces *duo millia* desunt in Lov. 3. 5. et a m. pr. in Lov. 6. desunt etiam in Hearnii L. 1. et N. sed in posteriore eorum relicta est lacuna: desunt denique in edd. vett. Eorum loco *CC. CC.* præfert Voss. Nimirum notis scriptum fuerat ꝏ ꝏ. Eas non ad-

secuti librarii alii omiserunt, vide ad XXXIX. 42. § 3. alii pro ↀ dederunt *CC.* vide ad XXXV. 35. § 4. Deinde *CCCLX.* transpositis notis numeralibus, Hearnii N. Vide ad X. 38. § 4. et XXX. 26. § 7. *CCCCXL.* Lov. 1. et Gaertn.

Bigatorum nummorum ducenta triginta quatuor] Quatuor priores voces cum præcedenti *pondo* desunt in Harl. librarii neglegentia, cui errandi ansa fuit similitudo ultimarum literarum in vocibus *quadraginta* et *triginta.* Sed *nummorum CXXXIIII.* legunt Voss. Lov. 1. 3. 6. et Hearnii L. 1. *nummorum CCXXXIIII.* reliqui Mss. mei, Mog. Hearnii N. et edd. usque ad Gruterum, cujus postrema perperam *tria* pro *quatuor* dedit. Priscam igitur lectionem revocavi.

§ 13 *Trecentos vicenos quinos asses divisit*] Pall. *centenos vicenos quinos asses.* Gebh. *Trecentos* primo perperam in postrema Grut. ed. adparuit. Vide ad XXXII. 28. § 11. Froben. 1535. edidit *trecenos:* priores *centenos;* quod superest in omnibus meis, et Hearnii L. 1. ac N. Sed ea vox integra exsulat a Mog. cod. Legit autem corrupte *militibus divisit, qui currum secuti sunt, viginti quinque asses divisit.* Verum ea summa minor videtur, quam ut huic tempori conveniat. Supra XXXIV. 52. 'duceni quinquageni æris in pedites divisi' dicuntur a Quinctio de Philippo triumphante. Quum L. Scipio de Antiocho triumpharet, 'militibus quini viceni denarii dati' memorantur XXXVII. 59. Quum vero utraque victoria ditissima fuerit, et prædæ ab ambobus reportatæ illa, quam P. Scipio Nasica in triumpho tulit, comparari nequeat, forte præferenda erit codd. et primarum edd. lectio *centenos vicenos quinos asses.* Et ita tamen inter milites divisit dimidium ferme ejus, quod Quinctius et Scipio Asiaticus ex tanto majore præda diviserunt.

§ 14 *Ut suæ victoriæ fructu se defraudaret*] *Fraudaret* Voss. Lov. 1. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Liv. II. 10. 'Unusquisque ei aliquid, fraudans se ipse victu suo, contulit:' ubi alia exempla vide. cap. 42. 'Devictis eo anno Volscis Æquisque, militem præda fraudavere.' c. 61. 'Plebs fraudari sollemni honore supremum diem tanti viri noluit.' IV. 50. 'Prædæne interceptorem fraudatoremque etiam malum minitari militibus?' XXXVIII. 47. 'Non triumpho modo fraudor, sed caussam apud vos dico:' et alibi sæpius.

CAP. XLI. § 1 *Non transituris in Asiam Romanis: quam securitatem*] *Non transituri sunt Asiam Romani: securitatem* Lov. 1. *non transituri sint Asiam Romani: quam sec.* Voss. Lov. 2. et 6. *non transituri sint in Asiam Romani: quam sec.* Harleian. et Mead. 1. Paullo ante *in Italia agerentur* Lov. 1. Male: *dum* enim hoc sensu adsciscit indicativum. Vide ad l. I. c. 40. § 7. 'Agere' autem et 'gerere' commutantur passim. Vide ad XXII. 28. § 1. Deinde *securus admodum bello,* omissa præpositione, Voss. Lov. 1. et 6.

§ 2 *Cujus eo tempore maxima apud regem auctoritas erat*] Libri omnes *cujus eo tempore vel maxima.* Gebhard. Scripti et editi ante Curionem consensu *ut maxima.* Lege *cujus eo tempore vel maxima.* Cicero in Oratore c. 9. 'Quod est in oratione vitium vel maximum.' *J. F. Gronov.* Aliter sentiebat Gronov. ad XXIX. 1. Hic tamen melius puto esse *vel.* In iis quæ ibi adferuntur, aliter dicitur *ut,* quam hoc loco. *Duk. Cujus eo tempore maxima,* quod in uno meorum Lov. 1. superest, non Curio primum dedit, sed Froben. 1535. *cujus eo tempore ut maxima* legunt Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 1. Gaertn. Hearnii L. 1. N. et Crevierii Victor. *cujus eo tempore vel maxima* Lov. 5. Mead. 2. et ed. Camp. quod eorum fide contextui reddendum censui. Usum voculæ *vel* aliis Livii exemplis inlustra-

vi ad XXIV. 22. § 7. Inprimis autem eo sensu eleganter jungitur superlativis. Supra II. 50. 'Populi Romani sæpe domi bellique vel maximum futurum auxilium.' Cic. de Orat. II. 27. 'Hæc sunt omnia ingenii vel mediocris; exercitationis autem vel maximæ.' de Orat. III. 53. 'Aptum ad animos conciliandos vel maxime.' Scriptum forte fuerat *vl'*, quod facile in *ut* abire potuit. Exempla vide ad II. 47. § 2. IV. 46. § 3. X. 25. § 17. et alibi. Gronov. in pr. ed. nott. probabat *ut maxima:* in secundis curis *ut quæ maxima.* Tandem post mortem ejus filius patris nomine *vel maxima* proposuit; quomodo se etiam conjecisse Doujat. et Crevier. testantur.

Magis mirari se, aiebat, quod non jam in Asia essent Romani, quam venturos dubitare] Ita Frob. 1535. edidit, quum olim excuderetur *admirari*, quod unus tantum servat Lovel. 5. et *dubitabat*, quod retinent omnes scripti mei. Ceterum *quod jam in Asia non essent* Gaertn. *quod jam non in Asia essent* Lov. 1. 3. 5. 6. et eædem edd. De locutione 'mirari quod' vide ad lib. XXXVIII. c. 10. § 1. De verbo 'dubitare' cum adjuncto infinitivo ad XXII. 54. § 2. Adde XXXIII. 31. 'Antiochus rex erat; quem transgressurum in Europam, non dubitabant.' XXXV. 27. 'Quem peti locum ab Achæis, non dubitabat.' XXXVII. 4. 'Neque enim dubitabant, ad obpugnationem Naupacti eos redituros esse.' cap. 26. 'Quos, audita obsidione, non dubitabat, ad opem ferendam sociæ urbi classem a Samo moturos.' Cic. de Senect. c. 7. 'Nec vero dubitet agricola, quamvis senex, quærenti, cui serat, respondere, Diis inmortalibus:' et ita 'dubius' lib. XXXVI. c. 16. 'Heracleam haud dubius consulem obpugnaturum.'

§ 3 *Propius esse, in Asiam ex Græcia*] Pal. 1. et antiq. ed. *ex Græcia in Asiam.* Pal. alter vero *Propius ex Græcia esse in Asiam.* Gebh. Ita et Mead. 2. Sed *ex Græcia in Asiam* reliqui codd. et edd. ante Frob. 1535. *Plus*, pro *Propius*, Lov. 3. *P'us* inter versus.

Neque enim mari minus, quam terra, pollere Romana arma] Tres deinceps ponit auctor rationes, cur miretur magis, Romanos nondum in Asia esse, quam venturos dubitet. Prima est, ob exiguum trajectum; secunda, ob causam; tertia in his verbis est, ob potentiam navalem. Itaque τὸ *enim* primæ potius rationi apponendum erat, non huic tertiæ, ubi minime convenit. In prima ed. legitur *neque enim minus* absque τῷ *mari.* Valde suspicor scripsisse Livium *neque etiam mari minus.* Jac. Gronov. Voces *eĩ* vel *eñ*, id est *enim*, et *et̃* vel *em̃*, id est *etiam*, sæpe in Mss. commutantur. Exempla vide ad III. 50. § 7. V. 20. § 6. C. 44. § 3. C. 52. § 10. VII. 41. § 3. X. 30. § 1. Adde Corte ad Plinii Ep. II. 10. et III. 15. Τὸ *enim* deest in Lovel. 5. et ed. Camp. Doujatius vulgatum tuetur hoc argumento, ducum sermones non semper ad justam ratiocinationem et dialectorum leges exigendos esse. Tum *arma Romana* Harl. Mox etiam *citra*, pro *circa*, Lovel. 1. 4. et 6. Vide ad XXI. 48. § 6. Insuper § seq. *naves novas, novumque imperatorem* Vossian. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *naves novas, novum imperatorem* Lov. 1.

§ 6 *Et provide et fideliter prædicere*] Antiq. lectio *et providere, et fideliter prædicere.* Gelen. *Provide* in sola inveni ed. Frob. 1531. priores omnes *providere.* Neque aliter scripti; nisi quod *prævidere* sit in Lov. 2. et 3. Vide ad c. 34. § 7.

Chersonesum petit; ut ea loca, si forte terra venirent] Appianus in Syriac. 99. ita: Ἐς τε Χερρόνησον διαπλεύσας πάλιν αὐτὴν ὠχύρου, καὶ Σηστὸν καὶ Ἄβυδον ἐκρατύνετο, δι' ὧν ἔδει τὴν φάλαγγα τῶν Ῥωμαίων ἐς τὴν Ἀσίαν ὁδεῦσαί τε καὶ περάσαι. *Sigon.* Vox

terra deest in Harl. et Gaertn. Paullo ante *apparatæ instructæque* Gaertn. *aperte et instructæ* Voss. *aptæ et instructæ* Lovel. 1. Mox § seq. *parare jussit et deducere* Voss. Lovel. 1. 3. 6. et Gaertn. Tum *inde speculatorias* Lov. 3.

Cap. xlii. § 1 *Romanæ classis, cum quinquaginta navibus tectis profectus*] Omnia hæc vocabula desunt in Hearnii L. 1. idque inertia scribæ, cui fraudi fuit similitudo vocum 'præfectus' et 'profectus.' Vide ad ix. 11. § 11. Sola vox *navibus* exsulat ab ejusdem N. sequens *tectis* a Lov. 2. Postea § seq. *Messanam prævectus* Lov. 3. quod pro 'prætervectus' usurpari, vidimus ad l. xxiv. c. 44. § 9. Sed reliqui consensu vulgatum tuentur, quod inlustravi ad xxii. 20. § 7. Solent autem 'præ' et 'præter' in compositis commutari, ut dictum est ad xxi. 55. § 9. Alia exempla vide ad xxv. 27. § 12. xxxv. 4. § 3. et alibi.

§ 3 *Quam primam Græciæ civitatem adiit*] Ms. *quam primam Græciæ civitatium adiit:* qua de re memini alibi dicere. *Modius.* Pall. *civitatum.* Gebh. Scripti et veteres *civitatum.* Modius ex Mog. *civitatium.* J. F. Gron. *Quam primum Græciæ civitatum ad id* Mead. 1. *quam primum Græciæ civitatum adit* Lov. 1. 4. Harl. et Mead. 2. *quam primum civitatem Græciæ adit* Gaertn. *quam primum Græciæ civitatem adiit* Lov. 6. *quam primum Græciæ civitatem ad id* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm. *quam primum Græciæ civitatem adit* Voss. Lov. 2. et edd. proximæ. Quum deinde Moguntini monuissent, se in cod. suo reperisse *quam primam Græciæ civitatium adiit*, id mox Aldus recepit, nisi quod tamen *civitatum* dederit, adstipulante Lovel. 3. et Hearnii N. quod obtinuit usque ad Frob. qui a. 1535. *civitatem*, Gronov. vicissim *civitatum* revocarunt; ego vero *civitatium.* Vide ad xxxiii. 20. § 11. Recte etiam receptum est *primam.* Supra xxxii. 15. 'Primam urbium Thessaliæ Phaloriam est adgressus.' Et ita ii. 31. 'Omnium actionum in senatu primam habuit pro victore populo.' Servavi etiam *adiit*, quod passim cum *adit* commutatur. Vide ad ii. 12. § 4. c. 48. § 8. iv. 58. § 2. vi. 3. § 2. xxv. 40. § 6. xxxvii. 20. § 6. et alibi. Plura similia vide ad lib. xxxvi. cap. 20. § 3. Mox *nondum omnia in Græcia perpacata erant* Lovel. 2. *necdum omnia in Græcia perpacata erant* Gaertn. *nec enim omnia in Græcia pacata*, absque *erant*, Lov. 6. Sed de verbo 'perpacare' vide ad xl. 34. § 13.

§ 4 *Maturandum ratus omnium rerum caussa*] Tria priora vocabula non adparent in scriptis nostris, et antiqq. edd. quæ Moguntini ex cod. suo addiderunt. Insuper *rei caussa* Voss. et Lov. 1. 3. ac 6. *ejus rei caussa* Lov. 6. inter versus.

Pergit protinus navigare Peloponnesum. Samum Zacynthumque, quia, &c.] Quidam libri solum *Zacynthum* habebant, sed Cephalleniam omnino Livius putat. Strabo x. 453. ex Apollodoro ait, Cephalleniam insulam, quæ quondam quatuor habebat urbes, *Samum* dictam, at urbem in ea nunc *Samum*, nunc *Samen* appellatam. Atqui Zacynthus jam Romanorum erat. Sed vel Livius præfectus classis hoc ignoravit, aut hæc ante facta sunt, quam dedita sit Romanis insula: nam permixte multa narrat Livius. *Glar.* Vet. lib. *tamen, Zacynthumque.* Ego *Samen.* De Same insula supra copiose dictum est. Sic enim Virgilius etiam Æn. iii. 370. ex Homero: 'Sameque et nemorosa Zacynthos.' Livius autem præfectus classis Zacynthum populatus est, forte quod nesciret, eam ab Achæis Romano populo, Quintio ipso agente, concessam, quod paulo ante c. 32. factum esse scripsit. *Sigon. Navigare. Peloponnenses tamen Saguntumque* Vossian. et Gaertn. *navigare. Peloponnesum tamen Zacynthumque* Harl. *navigare. Peloponnesus*

tamen Saguntumque Lov. 1. et Mead. 1. *navigare. Peloponnesum tamen Sagittumque* Lov. 6. *navigare. Peloponnesum tamen Saguntumque* Lov. 2. 3. 4. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. At proximæ edd. *navigare Peloponnesum: tamen Zacynthumque*, vel *navigare Peloponnesum. Tum Zacynthum.* Aldus tandem ex Mog. cod. adoptavit *navigare Peloponnesum. Samum Zacynthumque.* Quod deinde semper obtinuit, nisi quod Sigonius *Samen*, pro *Samum*, substituerit. Inperiti igitur librarii vocem minus notam *Samum*, vel *Samen*, in notissimam *tamen* mutarunt, ut etiam *Zacynthum* in *Saguntum;* et ambæ illæ non fere, nisi in Msto Mog. superesse potuerunt. Verum hæc lectio Doujatio displicuit; qui, vett. librorum, quibus usus est, vestigia secutus, voce tantum *Saguntumque* in *Zacynthumque* mutata, legebat *navigare. Peloponnesum tamen Zacynthumque, &c.* ac per 'Peloponnesum' intelligit Laconicam, Peloponnesi partem vel maxime conspicuam. Duas autem vulgatæ lectioni difficultates movebat: alteram, dicendum non esse *navigare Peloponnesum*, sed *in* aut *versus Peloponnesum;* nam Livium quidem in præpositionum usu grammaticorum regulas minus scrupulose sequi; nihil tamen opus esse, ad insueta ceteris scriptoribus orationem ejus absque necessitate deflectere: alteram, *Samum* vel *Samen*, insulam maris Ionii, Echinadum unam, adeo exiguam fuisse, ut parum aut nihil interesset Romanorum, has an illas partes sequeretur. Quod autem ad primam adtinet, in nominibus regionum et insularum præpositiones, quæ secundum grammaticorum regulas requiruntur, et apud Livium, et apud optimos alios, non tantum poëtas, sed etiam scriptores prosaicos, sæpissime deesse, docui ad XXXIII. 41. § 6. ubi etiam ex Livio laudavi 'Peloponnesum proficisci.' Quod ad secundam, idem, quod voci *Samum* vel *Samen*, etiam voci *Zacynthum* objici potest. Nam illa quoque, teste Livio XXVI. 24. 'parva insula est, propinqua Ætoliæ: urbem unam eodem, quo ipsa est, nomine habet.' Haud magis igitur Romanorum intererat, cujus partes Zacynthus, quam cujus Samos, sequeretur. Ceterum male Glareanus et Sigonius conjiciunt, Livium præfectum classis Zacynthum depopulatum esse, quod nesciret eam ab Achæis populo Romano concessam esse. Quo tempore enim id factum est, non modo nondum tradita erat Romanis, verum ne parebat quidem Achæis, sed erat adhuc in potestate Amynandri regis Athamanum, cujus nomine ei præerat Hierocles Agrigentinus. Modo enim Livius dixit, C. Livium Peloponnesum navigasse, et in itinere Samum Zacynthumque depopulatum esse, 'postquam audivit circa Thermopylarum saltum in statione consulem ac regem esse;' adeoque antequam consul regem ad Thermopylas devicisset. At cap. 32. narravit Hieroclem Agrigentinum 'post fugam ab Thermopylis Antiochi, Amynandrumque a Philippo Athamania pulsum,' insulam Achæis tradidisse. Inde vero non sequitur, ut Glareano visum fuit, Livium in his multa permixte narrasse. Contra enim omnia ordine, sed per partes, narrat. Et quidem primo perpetua serie retulit res hoc anno a consule Acilio in Græcia gestas; nunc vero addit, quid interim Livius, præfectus classis Romanæ, egerit. Licet autem ex dictis pateat, Zacynthum, quo tempore Livius eam depopulabatur, ad Amynandrum Athamaniæ regem pertinuisse, dicitur tamen hic 'partis Ætolorum esse maluisse,' quia ipse Amynander Ætolis adhærebat, qui concitores hujus belli erant, et in eo præcipuas partes obtinuerunt. Et hinc, quamvis Romani proprie Antiochum ad Thermopylas devicerint, nihilominus bellum hoc

' magis Ætolicum, quam regium,' fuisse Livius testatur XXXVII. 58. et M'. Acilium, a quo debellatum est, non tantum ' de rege Antiocho,' sed etiam ' de Ætolis ' triumphantem urbem invectum esse XXXVII. 46. Mox *maluerunt esse* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Insuper vocula *et*, quæ sequitur, abest ab omnibus scriptis nostris, et edd. antiquioribus: primus eam adjecit Frob. a. 1535.

§ 6 *Ad Scyllæum Eumenes*] Bene hoc habet: naviganti enim a Malea Piræeum in medio est Hermione, ad quam est Scyllæum, authore Strabone VIII. 373. *Glar. Syleum* Lov. 2. 3. et Harl. *Sylleum* Lov. 6. *Stileum* Voss. *Scileum* Lov. 1. *Scyleum* Gaertn. Sed vulgatum probum. De promontorio Scyllæo vide Cellar. Geogr. Antiq. II. 13. p. 779. Mox vox *Ephesi* deest in Gaertn. Hinc *terrestres navalesque copias parare* legunt Voss. et Gaertn. Tum *recederet* Lov. 3. Tandem *a quorum fortuna* idem codex: reliqui *ex quorum* servant. Vide ad XLIV. 27. § 7.

§ 7 *A Piræo A. Atilius, traditis, &c. Livius una et octoginta rostratis navibus*] Hæc sic Appian. Syriac. p. 99. Λίβιος δ' ὁ φύλαξ τῆς Ἰταλίας ἐπὶ τὴν ναυαρχίαν αἱρεθεὶς Ἀτιλίῳ διάδοχος, αὐτίκα ταῖς τε ἰδίαις ναυσὶν, αἷς τὴν Ἰταλίαν περιέπλει, καὶ παρὰ Καρχηδονίων αὐτῷ τισι δοθείσαις καὶ συμμαχίσιν ἄλλαις, ἐς Πειραιὰ κατήχθη, καὶ τὸν ὑπ' Ἀτιλίῳ στόλον παραλαβὼν, ἔπλει καταφράκτοις ὀγδοήκοντα καὶ μιᾷ, ἑπομένου μὲν Εὐμενοῦς πεντήκοντα ἰδίαις· καὶ ἦν κατάφρακτον καὶ τῶνδε τὸ ἥμισυ. *Sigon.* Atqui præter has unam et octoginta etiam aliæ rostratæ in classe Livii fuerunt. Apertum est, unam et octoginta has naves opponi minoribus, tamquam majores; verum discrimen inter illas non in eo poni, quod majores rostratæ, minores sine rostris, sed quod hæ ' apertæ,' illæ non apertæ, id est ' tectæ,' essent. Et hoc verum est. Nam Livius cum quinquaginta tectis navibus ab Italia profectus fuerat, eique Atilius quinque et viginti tectas tradiderat. His si sex Punicas auxiliares addas, quas itidem tectas fuisse probabile est, sunt naves tectæ una et octoginta. Hinc mihi suspicio oborta est, pro *una et octoginta rostratis navibus*, scribendum esse *u. et o. constratis navibus*. Tectæ naves et constratæ eædem sunt. Vide Scheff. de Milit. Nav. II. 2. p. 100. et II. 5. p. 130. quibus, quod majores erant, recte opponuntur ' apertæ,' et ' speculatoriæ,' utpote minores. Confirmat conjecturam Appianus, qui sine dubio hoc quoque, ut alia, ex Livio descripsit: nam in classe Livii non χαλκεμβόλους, *rostratas*, sed καταφράκτους, *constratas, tectas*, μίαν καὶ ὀγδοήκοντα naves fuisse dicit. *Duker. Multis minoribus* Lov. 6. *multis ergo minoribus* Gaertn. Tum in fine cap. *trajicit* Gaertn.

CAP. XLIII. § 1 *Eo fere tempore*] Pall. et vet. ed. *Eo tempore*, omisso *fere*. Gebh. Eadem vox deest in omnibus scriptis nostris, Hearnii L. 1. et edd. priscis, quam Aldus demum ex cod. Mog. recepit.

Livium deliberantem aliquot dies] Antiq. lectio, *Livium Deli per aliquot*. Gelen. *Livium deliberantem quot dies* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. et Mead. 1. *Livium deliberantem aliquot dies* Lov. 2. 5. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. et editi ante Frobenium, qui a. 1535. Gelenii emendationem adoptavit.

Et est ventosissima regio inter Cycladas, fretis alias majoribus, alias minoribus divisas] Vet. ed. ut et Pall. *Ethen vent. regio inter Cicladas fretis alias minoribus divisas*. Gebh. *Ethen ventosissima regio* Mead. 1. *Ethem vent. regio* Lov. 4. *etenim est vent. regio* Lov. 2. *ut est vent. regio* Lov. 5. et edd. antiqq. usque ad Frob. quæ a. 1535. vulgatum adscivit, accinentibus reliquis scriptis. Tum *fretis alias minoribus divisas* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Hearnii L. 1. dua-

bus vocibus mediis ob repetitionem τοῦ *alias* omissis. Vide ad IX. 11. § 11. *Fretis aliis minoribus divisis* Lov. 5. et cdd. vetustæ. Aldus vulgatum ex cod. Mog. admisit.

Adversi venti tenuerunt] *Retinuerunt* Voss. quod ex interpretis expositione primo margini adscriptum, mox in contextum receptum fuisse videtur. 'Tenere' enim hic est continere, retinere. Cap. seq. 'Aquilones namque per aliquot dies tenuerant.' Ovid. Her. II. 14. 'Nec tenuit cursus ille, vel ille tuos.' Her. V. 49. 'quum te vento querere teneri.' Her. XVIII. 213. 'Me pariter venti teneant, pariterque lacerti.' Vide ad XXXII. 9. § 1. ubi olim eodem modo peccabatur. Ejusdem erroris alia exempla habuimus II. 1. § 8. et V. 51. § 3. Adde Burm. ad Nason. Art. Am. I. 92.

§ 2 *Polyxenidas, certior*] *Polyxenides* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Sed Πολυξενίδας vocatur in loco App. quem Sigon. ad § 8. laudat. Πολυξενίδας Ῥόδιος, dux Antiochi in bello Parthico, memoratur apud Polyb. X. 26. Infra hoc et seq. lib. nomen ejus in Mss. varie corrumpitur.

§ 3 *Quantum adcelerare potuit, Ephesum rediit*] Vet. ed. et Pall. *quantum accelerare poterat*. Gebh. *Poterat* omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. vetustæ; pro quo Aldus *potuit* ex cod. Mog. adoptavit. Insuper *quam accelerare* Voss. et Gaertn. Vide ad XXXVII. 20. § 10. Deinde *Ephesum redit* Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et typis descripti. Aldus iterum *rediit*, quod est in reliquis apud me Mss. Vide hoc lib. ad c. 35. § 2. Mox *concilium habuit* Gaertn. et edd. Tarvis. utraque, Veneta a. 1495. et hinc variæ aliæ usque ad Frob. qui principum edd. lectionem *consilium* revocavit. Neque aliter præferunt reliqui codd. et recte. Intelliguntur enim consiliarii, quos Antiochus deliberationibus adhibebat. Eos autem non *concilium*, sed *consilium*, vocari, docet Gronov. ad XLIV. 2. § 5.

§ 4 *Et utique prius confligendum*] *Et prius utique* Voss. et Lov. 1. 3. ac 6. *sed prius utique* Gaertn. Vide ad XL. 58. § 1.

§ 5 *Ita numero ferme pares futuros, ipsum ceteris omnibus superiorem esse, celeritate*] Vetusta scriptura *ita numero non ferme impares futuros se, cæteris omnibus superiores*. Geleu. Alii (pro *numero ferme impares*) *pares* legunt, ut de utrisque intelligatur. Nam C. Livius, præfectus classis Romanæ, naves habuit unam et octoginta rostratas: Polyxenidas autem navibus septuaginta tectis, præter cæteras, Phocæam concessit. Quidam legunt, *ita numero non ferme impares:* et idem est sensus. *Glar.* Libri nostri omnes, *ita numero ferme impares futuros: ipsum cæteris superiorem esse*. Gebh. Gronovius edidit, *ita numero non ferme impares futuros; ipsum cæteris omnibus superiorem, et celeritate*. Quod alio sensu intelligi nequit, quam ita classes Romanorum et Antiochi numero non ferme impares futuras; Antiochum ceteris omnibus superiorem fore. Verum obscurius id dictum erit, et insuper ea lectio in nullo vel cod. vel typis ante eum excuso obcurrit, neque alibi rationem reddidit, cur ita legendum censuerit. *Ita* (*itaque* Lov. 6. et Victor. sed vide ad XXI. 53. § 7.) *numero ferme impares* (quinque *impares ferme*) *futuros; ipsum ceteris omnibus superiorem esse* (*etesse* Lov. 5. *esse, scilicet* quatuor alii) *celeritate* codd. nostri, tres Doujatii, Victor. Crevierii, et edd. principes. Primi Moguntini aliquid in posteriore parte verborum mutarunt. Testati enim, se in cod. suo invenisse *superiorem esse, et celeritate*, id in contextum receperunt. Postea Frob. 1531. servata Moguntinorum lectione, insuper in parte prima verborum dedit *ita numero ferme pares*. At idem quadriennio postea lectionem Gelenii admisit, quæ ad Gronovium

usque obtinnit. Post Gronovium Doujatius trium suorum codd. scripturam, jam supra datam, probavit, atque hunc verborum sensum esse monuit: 'ita Romanos numero navium fere impares, id est, inferiores potius, quam superiores, futuros: ipsum vero Antiochum ceteris omnibus rebus superiorem.' Verum id aperte adversatur numero navium, quas in utraque classe fuisse Livius testatur. Supra enim cap. præc. narravit Romanos contraxisse unam et octoginta naves rostratas, in quibus robur classis consistebat: mox autem hoc cap. dicet Antiochum tantum septuaginta naves tectas vel rostratas habuisse. Ad hoc in classe Romanorum erant multæ minores naves, quæ aut apertæ rostratæ, aut sine rostris speculatoriæ erant: at in classe Antiochi triginta naves apertæ, minoris omnes formæ. Potius itaque visum est, ut lectionem Gelenii, quam vetustam esse testatur, reciperem, quod et Crevier. fecit. Ita fatebitur Polyxenidas, se quidem ac suos multitudine navium a Romanis vinci, parum tamen abesse, quin numero ipsis pares sint: quod vero numero desit, compensari et celeritate navium, et varietate auxiliorum, quibus longe erant superiores.

§ 6 *Nam Romanas naves, quum ipsas inscite factas*] Pall. *cum ipsas in æstate factas.* Gebh. *Nam et Romanas naves* Lov. 5. et edd. ante Froben. qui a. 1535. *τὸ et* omisit, consentientibus reliquis codd. *Nam Romanis naves* Lov. 2. et 3. Vox *naves* deest in Gaertn. Deinde *tum ipsas inscite factas* Voss. Lov. 2. 3. 6. Mead. 1. et Gaertn. Vide ad VI. 23. § 3. *Quum ipsas in æstate factas* Lovel. 4. et Mead. 2.

Ut quæ in terram hostium veniant] Pall. *ut quæ hostium caussa venerant.* Gebh. Voss. *ut quæ hosti conveniant.* Forte *ut quæ in hosticum veniant.* J. F. Gron. Vulgatum in uno tantum inveni Lov. 5. qui semper edd. principibus adhæret: *ut quæ hostium caussa veniant* Lov. 4. et Mead. 2. *ut quæ hostis caussa veniant* Lov. 1. *ut quæ hosti conveniant* Lov. 3. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. *ut quæ hosticum veniat* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. quæ lectiones Gronovii conjecturam firmant; præsertim quum voce *hosticum* Livius sæpe utatur. Supra VI. 31. 'Romano contra etiam in hostico morandi erat caussa.' VIII. 34. 'Sine commeatu vagi milites in pacato, in hostico errent.' c. 38. 'Castra in hostico incuriose ita posita.' XXVIII. 24. 'In hostico laxius rapto suetis vivere artiores in pace res erant.' XXIX. 2. 'Hostico, tamquam pacato, clementer ductis militibus, ad sedem hostium pervenere.' l. XXXIII. c. 19. 'Timidius, quam in hostico, egredi castris miles:' et alibi. Eamdem vocem etiam XXIX. 6. § 3. Livio restituendam Gronov. conjecit, ubi tamen vulgatum præferri debere videbatur. 'Ager hosticus' vocatur XLIV. 13. 'Ne segnis sederet tantum in agro hostico.' Similiter 'hosticus locus' Ulpiano vindicavit Bynkersh. Obs. IV. 20. Id unum maxime me a vulgato mutando revocat, quod nihil ex cod. Mog. notatur; unde eum receptæ scripturæ adhæsisse verisimile fit.

§ 7 *Suas autem, ut pacata omnia circa se relinquentes*] Gronov. ad c. 14. § 12. *τὸ se* interpretis esse censet. Verum pronomen illud servant omnes, quos adhibui, libri, scripti et editi. Vide igitur quæ ad eum locum dicta sunt. Mox *adjuncturam,* pro *adjuturam,* Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Vide ad X. 14. § 11. et quæ notantur ad Silii V. 326.

Quæ omnia ignaros turbatura hostes essent] *Ignotos* Voss. Lov. 1. et Gaertn. quod probari posset, si *ignotus* active capiamus de hostibus, qui mare, terrasque, et ventos non noscebant. Eo sensu autem vocem illam usurpari, docuerunt docti interpretes ad Phædri I. 11. 2. Vide etiam quæ notavi

ad Silii II. 98. Tutius tamen est, ut reliquis nihil mutantibus accedamus. Vox *hostes* non adparet in Gaertn.

§ 8 *Biduum in adparatu morati*] *Ibi biduum* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. Sed, alibi etiam voculam hanc sæpe perperam a librariis additam fuisse, constat ex illis quæ dicta sunt ad XXIII. 43. § 6. Tum *in apparatum morati* iidem quatuor codd. in quibus *m* prima litera vocis *morati* male in fine vocis præced. repetita est. Alia exempla vide ad II. 44. § 9. c. 65. § 4. III. 52. § 7. c. 57. § 9. IV. 34. § 2. c. 49. § 8. c. 50. § 3. v. 19. § 3. c. 20. § 3. c. 21. § 1. c. 23. § 5. c. 31. § 9. VII. 2. § 9. VIII. 22. § 8. c. 32. § 11. IX. 31. § 9. XXI. 47. § 1. et innumeris aliis locis. Paullo ante *Movit etiam auctor* Voss. et Gaertn. Tum *qui consilium*, duabus mediis vocibus omissis, Lov. 2. *et qui re consilium* Mead. 1. *quia re consilium* Harl.

Tertio die centum navibus, quarum septuaginta] Vereor ne sit legendum *CC. navibus*, quia scribit Appian. Syriac. p. 99. ἀντενήγετο δὲ αὐτοῖς ὁ ναύαρχος τοῦ Ἀντιόχου Πολυξενίδας διακοσίαις ναυσὶ κουφοτέραις παρὰ πολύ. *Sigon.* Non semper sua ex Livio App. hausit, sed interdum alios qui a narratione Livii differunt, descripsit. Vide ad c. 44. § 7. Potius igitur et hic alios Appianum, alios annales Livium secutos, et utrique scriptori suum numerum integrum servandum arbitror. Certe *centum navibus* omnes manuscripti Liviani consensu defendunt; at, Sigonii emendatione recepta, Polyxenidas paullo ante § 5. dicere non potuisset ‘ numero non ferme inpares futuros,’ quocumque demum sensu hæc verba accipiantur.

Ceteræ apertæ, minores omnes ferme, erant] Lege *minoris formæ*. Gelen. Sic jussit legi Gelenius, non addito, conjecerit id, an scripto invenerit. Nec adnotarunt ex eodem Moguntini. Habet tamen et Vossianus. Priores *minores omnes ferme*. Fortasse, *quarum sept. tectæ, cæteræ ap., moneres omnes ferme erant*. J. F. Gron. *Monerem* memorat etiam Liv. XXXVIII. 38. ubi codd. et edd. ante Gelen. similiter ejus loco *minorem* dederunt. Priscam lectionem *minores omnes ferme* tuetur Lov. 5. et partim etiam Lov. 1. *ceteræ minoris omnes ferme erant* præferens. Et ita ‘ minores naves apertæ ’ etiam obcurrunt cap. præc. Verum *minoris omnes formæ* præter Voss. vindicant etiam Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Ut autem hic naves ‘ minoris formæ,’ ita naves ‘ majoris formæ ’ XXXVII. 23. ‘ Regia classis septem et triginta majoris formæ navium erat:’ et c. 30. ‘ Maximæ formæ naves tres hexeres habebat:’ quæ loca firmandæ Gelenii lectioni Jac. Perizon. ad marginem Livii adscripserat.

§ 9 *Rex, quia non interfuturus*] *Qui non interfuturus* Lov. 2. Vide ad c. 33. § 5. Tum *iter facturus* Voss. aperto librarii errore. *Iter*, sive *inter*, et *iter* confundi, vidimus ad V. 37. § 4. Similiter ‘ futurus ’ et ‘ facturus,’ ad XXXII. 8. § 15. Paullo ante *audivisset* Lov. 2.

§ 10 *Ad Cyssontem portum*] Lege *Cissuntem*, non *Cissontem*. Gelen. *Ad Cissinicem* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. *ad Cyssuntem* substituerunt edd. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et aliæ; quod etiam plerique codd. præferunt. Venetiis deinde errore operarum 1495. *Cyssontem* datum est, quod posteriores servarunt, et obvium fuit in Gaertn. In fine cap. similiter peccant editi plures, at scripti *Cyssuntem*, excepto Lov. 3. *Cysuntem* exhibente. Mox *exspectatura hostis, concedit* Lov. 1. reliquis adversantibus.

§ 11 *Aquilones duo (namque per aliquot dies ceciderant) tenuerunt*] Vide ne *denuo* potius sit legendum, etsi apud Livium non adeo usitatum. *Sabell.* Pall. *aquilones duo (namque per*

aliquot dies ceciderant) *tenuerant*. Gebhardus. Similiter Voss. Lov. 4. 6. Harl. Mead. uterque, Hearnii L. 1. et tantum non omnes edd. antiqq. Neque multum abeunt reliqui scripti, nisi quod *aquilones* (*cori namque* obferat Lov. 2. *namque* desit in Lov. 3. deinde *occiderant*) *tenuerant* legat Lov. 1. *ceciderant*) *tenuerunt* Lov. 3. et Gaertn. *tenuerant*) *ceciderunt* Lov. 5. et ed. Camp. Primi deinde Mediolanenses 1505. vulgarunt *aquilones ceciderunt* (*namque per dies aliquot tenuerant*) *ab Delo*, quod Ascens. 1513. secutus est; Mogunt. etiam, nisi quod *ceciderant* substituerint. Quæ nunc exstat lectio, primum adparuit in ed. Frob. 1535. ac vera videtur; nisi quis, ut propius Mstorum vestigiis insistat, *ceciderunt* malit, pro *cecidere*. Librarii plerique, pronomen *ii* esse notam numeri dualis existimantes, ejus loco *duo* scripserunt; qua fere ratione alibi sæpe lapsi sunt. Vide ad II. 53. § 3. VI. 22. § 1. IX. 17. § 11. XXIII. 5. § 1. XXVII. 11. § 8. XXX. 30. § 9. XXXIV. 43. § 1. et XXXVII. 4. § 1. Similiter *ii senos* mutatur in *bis senos*. Vide ad XXXVIII. 1. § 6. Contrario errore *III.* vel *tertio*, abiit in *ui* vel *vi*: vide ad XXXIV. 46. § 7. *II.* sive *duo millia*, in pronomen *ii*; vide ad VIII. 16. § 14.

Phanas, portum Chiorum] Phanas Livius ita in Ægæum mare versas ait, perinde atque ad occasum insulæ eum intelligi voluerit. Subjungit enim, 'Inde ad urbem circumegit naves.' Chios autem spectat boream. At Strabo XIV. 645. ubi Chium elegantissime describit, Phanas ad insulæ orientale latus posuisse videtur. *Glar.* Promontorium ait esse Stephanus: *Φάναι, ἀκρωτήριον τῆς Χίου. Sigonius.* Etiam Livius XLIV. 28. 'Phanas promontorium Chiorum petebant.' Hinc colligo, et promontorium Chiorum, et in promontorio portum *Phanas* vocatum fuisse. Portus Phanæ memoratur etiam apud Strab. XIV. 645. *Πρῶτον μὲν ἐστὶ τὸ Ποσείδιον, εἶτα Φάναι, λιμὴν βαθύς.* Non opus itaque, ut cum Casaub. ibidem legamus *Φάναι, καὶ λιμὴν βαθύς.*

Phocæam trajiciunt] *Φωκίδα* vocat App. Al. in Syriac. p. 99. Sed omnino scribendum est *Φωκαίαν*, vel, ut etiam vocata est, *Φακείαν*. Vide quæ Berkel. ad Stephan. voce *Φωκαία* ex codice Salmasii edidit: ubi observatur, voces *Φωκὶς* et *Φωκεία* sæpe confundi, eoque errore multos optimosque scriptores infectos esse.

§ 12 *Pluribus paullo, a Phocæa ad Romanos, parantes instruentesque se . . . rediit*] Pall. uterque, et vet. ed. *paullo, a Phocæa ad Rom. paratis instructisque se . . . rediit*. Gebh. Pancis ante verbis Eumenem Elæam ad suam classem profectum fuisse, hic eum a Phocæa ad Romanos, qui eo e Chiorum portu trajecerant, rediisse scribit. Si a Phocæa ad Romanos rediit, relinquitur intelligendum, eum primum ab Elæa Phocæam trajecisse, et, quum ibi classem Romanam non invenisset, eam cum suis navibus a Phocæa secutum fuisse. Sed mihi sermo, in quo hæc omnia supplenda sunt, nimis quam obscurus et perplexus esse videtur, et a simplicitate ac perspicuitate narrationis historicæ plane abhorrere. Si scriptum fuisset *Phocæam ad Romanos rediit*, nihil hic esset, quod quemquam morari posset. Nam *rediit* pro *venit*, ut sæpe, dictum accipi potest. *Duk.* Eamdem difficultatem in verbis Livii residere advertens Crevierius vel *ad Phocæam*, vel *Phocæam* scribendum conjicit. Quod adtinet ad priorem conjecturam, similiter etiam Jac. Perizon. in margine Livii legebat, idque præfert Lov. 3. et ed. Frob. a. 1531. Verum ter repetita præpositio *ad* haud multum placet, *ad Phocæam ad Romanos parantes instruentesque se ad navale certamen rediit*. Quod ad alteram, quæ etiam Dukero in mentem venit, eam firmat Lov. 6. a m. sec. Eadem au-

tem mihi quoque verisimillima visa est. Alio modo difficultatem tollere conatus est Ascensius, mutata distinctione legens *pluribus, paullo a Phocæa ad Romanos, &c. rediit.* Et hanc interpunctionem Frobenius, quam a. 1531. rejecerat, a. 1535. revocavit, et reliqui usque ad Gronov. servarunt. Is autem iterum edidit *pluribus paullo, a Phocæa;* neque aliter recentiores. Ceterum *apertis instructisque se* Lov. 1. 6. et Vossian. *paratis instructisque,* omisso pronomine *se,* Lovel. 3. 5. et ed. Camp. *apparatis instructisque se* Gaertn. *paratis instructisque se* Lov. 2. 4. Mead. ambo, et edd. Rom. a. 1472. ac Parm. *parantis instruentisque se* Harl.

§ 13 *Inde centum quinquaginta tectis*] Unde ista numerosa classis? Accurate omnes putavit Livius: nempe Roma secum duxit præfectus tectas naves L. circa Siciliam Punicas VI. ab A. Atilio decessore XXV. Ita factæ omnes LXXXI. His adjecit Eumenes naves XXIV. quæ simul comprehensæ expient numerum CV. Unde dubitare licet, an non Livius scripserit, *Inde centum quinque tectis.* Jac. Gron. Similiter Perizon. ad cap. seq. § 5. Contrario errore *quatuor* pro *quadraginta* in nonnullis codd. erat XXVII. 40. § 14.

Deinde, ut lenita paullum vis venti est] Pal. 1. *deinde ut lenita paullulum vis venti est.* Gebh. *Paullum* omnes nostri servant. Vide ad XXXVI. 9. § 8. Contra *dein* præfert Lov. 3. Vide ad III. 3. § 6.

Ad Corycum portum, qui super Cyssontem est] Sequente libro c. 12. Livius ait, Corycum Teiorum esse portum. Strabo loco jam dicto XIV. 644. Corycum montem facit, ac sub eo portum Casysten, pro qua hic Cyssontem legimus. Uter ex altero emendandus author, judicio lectoris committimus. Quidam libri *Cyssuntem* habent. *Glareanus.* Neuter ex altero emendandus videtur. Corycus erat mons in mare procurrens, sive promontorium, ad quod fuit portus eodem nomine dictus, ut modo *Phanas* promontorium et portum vidimus. Verum portus ille aliud proprium nomen habuit, ac *Casyste* secundum Strabonem dictus est. Inde diversus fuit Cyssus portus Erythræorum, quem forte eodem nomine, quo urbem, Erythras vocavit Strabo l. laud. De Cyssunte vide ad § 10.

CAP. XLIV. § 1 *Sinistrum ipse cornu in altum extendit*] Pall. *sinistro ipse cornu impetum ostendit.* Gebh. Similiter Lov. 4. et Mead. 2. *sinistro ipse cornu impetum extendit* Lov. 2. 3. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *sinistro ipse cornu præfectos,* reliquis omissis, Voss. et Lov. 1. cui errori caussa exstitit repetitio vocis *cornu.* Vide ad IX. 11. § 11. Mox vocula *et* deest in Lov. 2. et Harl. quam interceperunt ultimæ literæ vocis præced. Vide ad XXXV. 41. § 7. Hinc *ea qua,* pro *æqua,* Voss. Lovel. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo.

§ 2 *Operitur insequentes naves. Jam ferme triginta*] *Operitur insequentes. Jam naves* Voss. et Lovel. 1. ac 6. Tum *fere* Voss. Lovel. sex, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui *ferme* ex cod. Mog. restituit. Vide ad XXXVII. 38. § 5. *In frontem* Lovel. 5. et edd. princ. pro quo jam Venetiis 1495. *in fronte* datum vidi.

§ 3 *Dolonibus erectis altum petere intendit*] *Ereptis* Lov. 3. Vide ad III. 5. § 7. Hinc *saltum petere* Lov. 1. 2. 3. 6. Mead. 1. et Gaertn. litera sibilante ex fine vocis præced. in hujus initio repetita. Alia exempla vide ad II. 55. § 9. IV. 15. § 8. c. 52. § 2. V. 21. § 5. c. 46. § 9. VI. 4. § 5. c. 28. § 6. VII. 25. § 4. IX. 45. § 9. et alibi sæpe. Mox *jussi* Lov. 2. *jussitque* Lovel. 3. Tum *prope terras* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Tandem *derigere* Lov. 4. Vide ad XXII. 47. § 2.

§ 4 *Quanta maxima celeritate potest*]

Maxime Voss. Lov. sex, Harl. et edd. principes, usque ad Ascens. qui 1510. *maxima* recte substituit. Vide ad VII. 9. § 8. et IX. 10. § 10.

§ 5 *Jam omnibus in conspectu erant*] Ita receptum videtur ex codice Moguntino, cum antea legeretur, ut colligi potest ex illa ipsa ed. *omnes*, quod mea sententia multo melius. Noluit enim Romanorum prætor prœlium committere, antequam omnes, etiam ultimæ naves, in conspectu essent. Nec dubito *omnibus*, pro *omnes* vel *omnis*, a librario exaratum esse vulgari illo errore, de quo monuit vir summus ad XXI. 60. et l. XXII. capp. 24. ac 30. Sed et paulo ante, quum Romanus dicatur habuisse unam et octoginta rostratas seu potius tectas naves, quibus nullæ postea accesserunt, nisi Eumenis XXIV. tectæ, iisque conjunctis efficiantur solummodo 'centum quinque,' quis dubitet, eo loco reponendum esse *quinque* pro *quinquaginta?* sive is error ortus sit ex eo, quod proximo statim versu sequitur 'quinquaginta,' sive numero notis scripto *V* in *L* transierit. *Jac. Perizon.* Ex scriptis meis unus Lov. 5. cum edd. vett. *omnes* servat; reliqui codicis Mog. lectionem *omnibus*, quam Aldus adoptavit, probarunt. Paullo post *obviæ fuerunt tres regiæ* Lov. 3. et Gaertn.

§ 6 *Et primum ab utroque latere remos defringunt*] Lege *remos detergunt*, non *defringunt*. Gelen. Omnes *defringunt*. Perperam. l. XXXVII. c. 24. 'Aut proram lacerabat, aut remos detergebat.' l. XXXVIII. c. 5. 'Asseribus falcatis detergebat pinnas.' *Gebhard. Destringunt* Lov. 1. *distringunt* Voss. Lov. 3. et 6. *defringunt* Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. principes. Sed recte Frob. 1535. Gelenii emendationem *detergunt* recepit, quod in hac re verbum est sollemne. Vide quæ notavi ad Silii XIV. 382. et Duker. ad Flori II. 2. § 8. Supra XXVIII. 30. 'Unius prælata inpetu lateris alterius remos detersit.' XXXVII. 30. 'Tractum ancorale et inplicitum remis, latus alterum detersit.' Vide etiam ad XXXVII. 24. § 2.

§ 7 *Una, quæ pari Marte concurrerat*] Lege *compari Marte*, non *pari*. Gelen. Solus Lov. 5. priscarum edd. lectionem *quæ pari* retinet. Reliqui scripti eam repudiant: et quidem *Una cum pari* legunt Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *Una compari* Lov. 2. An legendum *Una, quum pari Marte concurreret?* Ita *compari*, pro *cum pari*, nonnulli codd. dederunt XXX. 2. § 4. Si tamen Gelenii lectio codicis Moguntini, aliorumve Mstorum auctoritate niteretur, eam præferrem: nam *compar* etiam alibi apud Livium obcurrit. I. 9. 'Id enim demum compar connubium fore.' XXIII. 6. 'Nimis compar Latinorum quondam postulatio erat.' Ceterum, non ubique Appianum Livio adsentiri, ex hoc etiam loco patet. In Syriac. enim p. 100. utramque navem Punicam captam refert; quarum alteram evasisse, Livius scribit. Vide etiam ad cap. præc. § 8.

§ 8 *Prætoria nave in hostes tendit*] Pall. *prætoriam navem*. Gebh. Similiter Lovel. 4. et Mead. 2. Mox *adversus quem* Lov. 1. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. princc. Ex edd. quæ ad manum sunt, prima Veneta 1495. *quam* exhibuit. Utrumque ferri potest. Insuper *Punicam navem*, neglecta media voce, Lov. 3. et Gaertn. Tum *dimittere remos in aquam* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn.

§ 9 *Ubi pugnam pedestri similem fecisset*] Sic jam Andreas. Sed legendum *fecissent*, nempe præfecti et propugnatores navium. *J. F. Gronov.* Gronovii conjecturam Crevierius probat. Contra Doujatius vulgatum *fecisset* ad Livium, cujus hoc inventum erat, refert; neque præfectos, sed remiges, Livii jussu, statariam hanc effecisse pugnam putat. Omnes etiam

codices nostri *fecisset*, nisi quod *fecisse* præferat Mead. 1. Certe Gronov. conjecturam in contextum, quod Clericus, contra fidem datam non monito lectore, fecit, minime reciperem. Mox *dicere*, pro *ducere*, Lov. 1. 3. et Voss. Vide ad XXXVIII. 43. § 1. Insuper vocem *unam* abjiciunt perperam Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn.

§ 10 *Et jam classes undequaque concurrerant*] Lege *classes quoque undique*, non *classes undequaque*. Gelen. Lectionem a Gelenio damnatam in solo reperi Lov. 5. *classes undique concurrerant* legunt Voss. Lov. 3. et Gaertn. *classes undique quoque concurrerant* Lov. 1. 2. 4. 6. Harleian. et Mead. ambo. Paullo post *passim mixtis navibus pugnabatur* Harl. *passim permixtis navibus obpugnabatur* Lov. 3.

§ 11 *Qui extremus . . . ut animadvertit*] Vox *extremus*, quam Aldus ex cod. Mog. recepit, exsulat ab omnibus scriptis nostris, Hearnii L. 1. et edd. antiquioribus. Tum *ut advertit* Lov. 5. et edd. principes; pro quo iterum Aldus ejusdem præstantissimi Moguntini fide vulgavit *animadvertit*, concinentibus reliquis nostris, quos sequor. Alibi hæ voces commutantur. Vide ad VI. 2. § 10. Mox τὸ *ipse* deest in Harl. *dextrum ubi ipse æqua* perperam legit Lov. 1. *dextrum ipse, ubique æqua* Lov. 2.

CAP. XLV. § 1 *Nec ita multo post primum ab lævo cornu fuga cœpit*] Pall. *ab lævo cornu fugam fecit*. Gebh. *Neque ita multo post* Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum *ab lævo cornu fugam fecit* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Vide mox ad § 4. An Livius dedit *ab lævo cornu fuga incepit?*

Sublatis dolonibus effuse fugere intendit] Varro 'dolonem' exponit 'ingens contus cum ferro brevissimo.' Beroaldus in comm. ad Sueton. in Claud. c. 13. 'Dolones,' inquit, 'auctore Donato, sunt tela quædam bellica a lædendo dicta, nam Græcis δόλος læsio dicitur.' Servius enarrans illud ex Æn. VII. 664. 'Pila manu, sævosque ferunt in bella dolones,' ait, dolonem flagellum esse, inter cujus virgam lateat pugio; dolones autem a fallendo dici, quod decipiant ferro, quum speciem primum referant ligni. Hac dictione usus est Alphenus JCtus l. 52. § 1. D. ad leg. Aquil. cujus hæc sunt verba: 'Tabernarius eum consecutus lucernam reposeebat, et fugientem retinebat: ille flagello, quod in manu habebat, in quo dolon inerat, verberare tabernarium cœpit.' Accursius legit *dolor*, sed peritiores *dolon* legendum statuunt, inter quos Budæus in Annot. ad eum locum. Suetonius loco citato scribit, 'Reperti et equestris ordinis duo cum dolone ac venatorio cultro.' Hesychius Δόλωνες, ait, ξιφίδια ἐν ξύλοις ἀποκείμενα. In hac significatione hoc in loco a Livio 'dolones' minime accipi posse, adeo manifestum est, ut nulla indigeat probatione, idque verborum series clarissime demonstrat, quod et Beroaldus confirmat, inquiens, apud Livium 'dolones' accipi pro armamentis navalibus: at genus describit, sed non speciem, aut specificam differentiam, sicuti si quis hominem diceret esse animal. Cogitabam ego, 'dolones' dictas a Livio antennas illas, quibus minora vela brevioribus funiculis alligantur, trochleisque in altum eriguntur, vel deprimuntur, et inferius relaxantur; appellatas vero 'dolones' a verbo 'dolo,' quod est dolabro cædere et lævigare: nam antennæ hujusmodi in rotundum dolantur, crassiores circa medium, et ad extremitates tenuiores, de quibus Virg. Æn. III. 549. 'Cornua velatarum obvertimus antennarum.' Nec obstat, quod Ovid. Epist. v. scripserit, 'Rigido pendentia lintea malo:' nam intelligendum est mediis antennis, quibus vela alligantur. Alias autem esse antennas a navis malo palam est, unde Lucan. l. II. 'Antennas, proram,

malos, tonsasque natantes.' Quod si hæc interpretatio non arriserit, aliam subjicimus ex Suida desumptam, δόλωνες qui interpretatur minuscula navium vela, vulgo *Trinchetto* dicunt, sicut majus velum ἀκάτιον vocant, tertium vero, quod retrorsum panditur in puppi, ἐπίδρομον, nostrates *mezana* nuncupant: δόλωνας autem appellatas puto a verbo δολόω, decipio: namque quum Livius, dux Romanæ classis, vela contraxisset, malosque inclinasset, armamenta composuisset, opperiens hostilem classem ad pugnam, tamen, ut æquaret lævum cornu, dolonibus erectis altum petere intendit; fefellitque hostes, qui nihil tale facturum eum existimaverant, sed solum in pugna paratum staturum crediderant: ita et Polyxenidas, quum virtute hostium superari se vidisset, sublatis dolonibus effuse fugere intendit, sicque hostiles conatus frustratus est: quia itaque majora vela, quibus præcipue præter remos naves agantur, ex utraque parte contracta erant, ut naves stabiles in pugna essent, Romanus, ut æquaret cornu lævum, dolonibus erectis in altum tendens decepit hostem, hoc est, minoribus velis; ita hostis, sublatis iisdem, fugam arripuit, fuga fallens hostes: a qua fallacia minora vela, in hunc usum parata, 'dolones' dicta verisimile est. *M. Donatus.* Pall. *sublatis dolonibus effugere intendit.* Gebh. Eadem lectio obvia fuit in Lov. 4. et Mead. 2. Tum mox *inde* Lov. 4. Voces *ĩde*, sive *inde*, et *idẽ*, sive *idem*, sæpe commutantur. Vide ad XXXI. 38. § 9.

§ 3 *Tandem abstiterunt*] Lege *tandem substiterunt*, non *abstiterunt*. Gelen. Gelenii emendationem Frob. a. 1535. recepit, et editores servarunt usque ad Gronov. qui priscam lectionem revocavit, et in pr. ed. nott. ad XXXVII. 17. Mstorum et ed. Andreanæ auctoritate defendit. 'Absistere' est desistere ab insequendo. Supra XXII. 18. 'Jugis ducebat, nec absistens, nec congrediens.' Silius, qui Livium imitari amavit, II. 281. 'Hand tamen absistam, mortem licet arma propinquent.' Virgil. Æneid. IX. 354. 'Absistamus, ait: nam lux inimica propinquat.'

§ 4 *In primo certamine ab duabus circumventa*] *In ipso certamine* Hearnii L. 1. Tum *circumvecta* Lov. 1. et 4. Vide ad X. 2. § 4. Mox *fugæ* deest in Lov. 1. *fugæ finem cepit* Lovel. 3. Similiter 'facta' et 'capta' commutantur II. 65. § 5. 'Fuga cœpit' et 'fugam fecit' hoc cap. § 1.

§ 5 *Romani eo die, unde egressa regia classis*] *Romani eadem, unde* Voss. et Gaertn. qui indicare videntur scribendum *ea die*. Sed similiter *eo die* et *eodem* commutabantur XXII. 13. § 8. Tum *classis regia* Lovel. 1. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. Crevierius suspicatur excidisse nomen loci, in quo manserunt Romani; legendum itaque forsan *Cyssunte*, *unde egressa:* supra enim c. 43. Livium narrare, ad hunc Erythræorum portum Polyxenidam contendisse. Præterea *prosequi* Voss. et Lovel. 1. Vide ad Epit. Liv. l. XCIX.

Quinque et viginti tectæ Rhodiæ naves, cum Pausistrato] Appianus VII. et XX. fuisse ait in Syriac. pag. 100. ἔνθα αὐτοῖς Ῥοδίων νῆες συμμαχίδες ἦλθον ἑπτὰ καὶ εἴκοσι. Idem *Pausistratum* vocat Παυσίμαχον. *Sigon. Paucisistrato* Vossian. Vide ad XXXVII. 9. § 5. Vox *tectæ* deerat in Lov. 3.

§ 6 *Hostem persecuti, ante ostium portus acie instructa*] *Hostes persecuti sunt* Harl. Vide ad V. 50. § 2. Tum *ante hostium portas* Voss. *ante hostium portus* Lov. 1. 2. 3. 5. 6. et Gaertn. Vide ad XXXVII. 13. § 8. *Instructa acie* Harl.

§ 7 *Phœnicuntem primum portum Erythrææ terræ*] Ita primus Frobenius 1535. edidit, quum priores dedissent *Penicunte primum portu Erythreo prætervecti:* et ita fere scripti nostri, at-

que Hearnii L. 1. nisi quod in apicibus nonnullis dissentiant. Sed verior est lectio Frobenii. *Prætervecti portum*, non *portu*, et c. 42. 'Messanam prætervectus.' XXII. 20. 'Nec continentis modo projectas oras prætervecta:' ubi alia vide. Vox *terræ* intercepta erat ab ultimis vocabuli proximi literis. *Terra Erythræa*, ut 'Thetidium Pharsaliæ terræ' XXXIII. 6. Et ita 'Triphylia terræ Elymiotidis' Livio vindicare conatus sum XXXII. 13. § 2. Alibi simpliciter *Erythræa* vocatur. Vide ad XXXVII. 12. § 10. Portum 'Phœnicuntem' memorat etiam Thucyd. l. VIII. c. 34. Ἄλλαι καταφεύγουσιν ἐς τὸν ὑπὸ τῷ Μίμαντι λιμένα, Φοινικοῦντα καλούμενον. Non confundendus est cum hoc 'Phœnicus portus' memoratus lib. XXXVII. cap. 16. si locus sanus est. Is enim in Lycia erat ad urbem Patara, hic in Ionia in terra Erythræa.

§ 8 *Ad Canas classis venit*] Stephanus Αἰγάτης, Αἰολίδος ἄκρα, ὡς Στράβων, ἡ νῦν Κανὴ, Καναὶ λέγεται. *Sigon.* Ita Moguntini ediderunt; eaque lectio in Lov. 2. et 6. unde nihil excerpta monent, fuisse videtur. Antea edebatur *ad Cannas*, quod superest in reliquis scriptis. Vide ad XXXVII. 8. § 6.

§ 9 *Comitia Romæ habita, quibus creati sunt*] Vocem *Romæ* omittit Hearnii L. 1. verbum *sunt* omnes codd. nostri, Victor. Crevierii, et edd. ante Moguntinos, qui ex Msto suo adscivernnt.

Et C. Lælius, intuentibus cunctis ad finiendum] Forte *intentis*. J. F. Gron. *Et ruentibus cunctis* Voss. et Gaertn. *imminentibus cunctis* Lov. 1. *annuentibus cunctis* Lovel. 6. Sed vulgatum nondum displicet: *intueri* hic adjunctam habet præpositionem *ad*, quemadmodum alibi sæpe verbum 'spectare;' de quo vide ad I. 47. § 1. Sibi etiam Gronovii conjecturam non plane satisfacere, Crevierius testatur, sed aliquid gravioris vitii latere existimat, quia codex Victor. legit *et C. Lælius. Africanus legitur annuentibus cunctis:* ad id vero eximendum emendatiore libro opus esse. Vocem *Africanus* agnoscunt etiam plerique meorum codd. et edd. principes. Nam *C. Lælius Africanus* legunt Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. 1. Gaertn. Hearnii L. 1. N. et typis excusi ante Moguntinos. *C. Lælius Africanus legatus* Lovel. 2. *C. Lælius. Africanum intuentibus* Mead. 2. quæ postrema lectio veri speciem habere posset, si aliunde constaret, ideo L. Scipionem consulem creatum esse, ut is ope et consilio fratris Africani bello cum Antiocho finem imponeret. Verum tum demum provincia belli cum Antiocho gerendi, et quidem non a populo, a quo consul creatus est, sed a senatu, data fuit, postquam Africanus promisisset, se, si fratri provinciam Græciam decrevissent, legatum iturum. Tantum autem abest, senatores antea Africanum intuitos fuisse, ut potius Læiius hoc consilio Scipioni persuaserit, ne, quam quisque provinciam obtineret, sorti, sed arbitrio Patrum, permitteret, quia multum in senatu poterat, et se ita voti compotem fore sperabat. Vide XXXVII. 1. Vocem itaque *Africanus*, vel quidquid aliud ejus loco in Mss. et edd. antiqq. reperitur, non Livio, sed scribis tribuo. Monet quidem Pighius in Annal. ad a. IDLXIII. p. 284. Lælium a Cassiod. et Mariano Scoto *Africanum* cognominari, idque fieri, quia Scipioni Africano bellum in Hispania et Africa gerenti individuus fuit comes; verum, indoctos librarios tantam rerum gestarum notitiam habuisse, mihi persuadere non audeo; et hinc potius insiticias voces ex glossa marginali admissas puto, quibus contra fidem historicam indicabatur, Scipionem consulem fuisse Africanum, vel, quod demum postea factum est, Africanum fratrem ei legatum additum fuisse.

Postero prætores creati] Vet. lib. *Postero die prætores creati*. Sigonius. Illud *die*, a Sigonio additum, in sola ed. Bas. anni 1554. sine dubio operarum culpa, omissum erat. Omnes enim et manu et typis exarati servant.

M. Fulvius, L. Aurunculeius, Cn. Fulvius, L. Æmilius, P. Junius, C. Antistius] Duo prætores depravate legebantur, *M. Fulvius* pro *M. Tuccius*, *C. Antistius* pro *C. Atinius*. Gelen. Primus prætor *M. Tullius* vocatur in Voss. Lov. 1. 4. Harl. Gaertn. et Mead. utroque. *M. Atilius* in Lov. 3. *M. Brutius* in Lov. 6. *M. Tulius* in Hearnii L. 1. *M. Tutius* in Lov. 2. Primi prætoris nomen, secundi prænomen omittunt Lov. 5. et edd. antiq. ante Mog. qui ex cod. suo interposuerunt *Fulvius*, *L.* Gelenius deinde *Fulvius* in *Tuccius* mutavit. In hoc nomine passim erratum est. Vide ad Epit. Liv. lib. xx. ad Livii xxxv. 41. § 9. xxxvii. 2. § 1. c. 50. § 13. xxxviii. 36. § 1. et xxxix. 23. § 4. Deinde quidam scripti et edd. vett. *Arunculeius*. Vide Torrent. ad Suet. Cæs. c. 25. Et secundi, et tertii prætoris nomina omiserunt Voss. Lov. 1. Hearnii L. 1. et Lov. 6. a m. pr. errore scribarum, quibus, quum *Fulvius* pro *Tuccius* dedissent, ejusdem nominis 'Fulvii' repetitio errori fuit. Quintus prætor alio prænomine 'D. Junius' vocatur Pighio in Ann. ad ıɔlxiii. p. 285. Vide ad xxxiv. 1. § 4. In ultimi nomine antiquioribus editis solus concinit Lov. 5. *C. Accius* dicitur in Lov. 6. *C. Attilius* in Lov. 2. *C. Atilius* in Lov. 3. 4. et Mead. utroque. *Tatilius*, prænomine et nomine coalescentibus, in Harl. *C. Attinius* in Voss. Gaertn. et cod. Mog. Sed *C. Atinius*, ut Gelenius restituit, in solo Lovel. 1. ex quo nihil in excerptis ejus notatum deprehendo, exstitisse videtur. In utraque gente, et 'Antistia,' et 'Atinia,' nota fuit 'Labeonum' familia. Verum, ut Gelenio adsentiar, tot codices partim aperte postulant, partim vestigiis eo ducentibus suadent; præsertim quum alterius C. Antistii circa hæc tempora nulla mentio obcurrat. Nonnihil quidem id moratur, quod quidam 'C. Atinius Labeo' paucis ante annis prætor memoretur xxxiii. 42. neque tamen hic eamdem dignitatem iterum obtinuisse dicatur. At vel Livius id addere neglexit, ut sæpe in consulibus eum neglexisse vidimus; vel, duos ejusdem nominis C. Atinios Labeones hoc tempore vixisse, dicendum est.

LIBER XXXVII.

Cap. I. § 1 *L. Cornelio Scipione et C. Lælio consulibus*] Pall. et vet. ed. *Cornelio Scipione, Caio Lælio cons.* reliquis amputatis. *Gebh.* Copula in principe ed. non est; propterea erasimus. *Jac. Gronov.* Prioris consulis prænomen *L.* omittunt Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. et omnes ante Moguntinam edd. sola Campani excepta. Sed excidisse videtur culpa scribarum, qui forte sponte omiserant, ut postea auro vel minio elegantius pingerent; quod deinde neglexerunt. Vide etiam ad Epit. Liv. l. XLIII. Tum copulativa inter duorum consulum nomina deest in omnibus scriptis nostris, excepto solo Gaertn. deest etiam in Hearnii L. 1. N. omnibusque editis ante Aldum. Vide ad II. 17. § 1.

Nulla prius secundum religiones acta in senatu res est] Vox *religiones* exsulat a Mead. 1. *secundum legationes* legunt Lov. 3. 5. 6. Gaertn. et Voss. a m. pr. *secundum legiones* Voss. a m. sec. Lov. 1. et Harl. Vide ad IX. 11. § 12. *Secundum religionem* Lov. 4. et Mead. 2. idque velle videntur edd. vett. *secundum legationem* exhibentes. Vulgatum demum adparuit in ed. Frob. 1535. Utrumque *religionem* et *religiones* ferri potest. Prius, ut XXII. 1. 'Consul de religione Patres consuluit.' Cic. post Redit. ad Quirit. cap. 5. 'Simulac de sollemni religione retulit, nihil humanarum rerum sibi prius,' &c. De altero vide ad V. 55. § 1. Voces ultimæ *res est* non adparent in Voss. sola ultima *est* deest a Lov. 5. et edd. antiqq. quam Aldus ex cod. Mog. addidit. Concinunt reliqui mei. Mox *insistere* codd. Mog. Voss. Lov. 6. et Gaertn.

§ 2 *Plus in misericordia senatus, quam in caussa*] Perperam Pal. alter *plus mis. senatus, quam si caussa spei esset.* Gebh. *Plus misericordia senatus* etiam Gaertn. Sed præpositio *in* elisa est a vocis seq. litera initiali *m.* Alia exempla hujus erroris notantur ad Præfat. § 8. I. 25. § 2. c. 31. § 1. III. 63. § 6. V. 31. § 7. VI. 6. § 18. c. 40. § 4. VII. 32. § 11. VIII. 31. § 7. c. 33. § 1. XXV. 24. § 1. XXVI. 25. § 6. XXX. 8. § 6. XXXI. 21. § 11. XXXVII. 28. § 6. c. 41. § 8. c. 53. § 6. XXXIX. 33. § 3. Adde Barth. ad Gratii Cyneg. 44. et Corte ad Plinii Ep. III. 10. § 2. Tum *quam si caussa* Lov. 4. Reliqui recte vulgatum servant. De repetitione præpositionis vide ad IV. 58. § 4.

Veteribus benefactis nova pensantes maleficia] *Benefactis* obponi *maleficia* librariis nonnullis displicuit. Hinc *malefacta* datum in Harl. *malefatia* in Lovel. 1. Contra *beneficiis* in Voss. Lov. 6. et Gaertn. Ita V. 3. 'Pariterque in illis beneficio et maleficio abstineri, æquum censens.' VII. 20. 'Ut sua vetera beneficia novis corrumperent maleficiis.' Eodem cap. 'Ut maleficii, quam beneficii, potius inmemores essent.' c. 30. 'Beneficio vestro occupate eam, quam illos habere per maleficium sinatis.' IX. 12. 'Beneficii et maleficii occasione omissa.' l. XXXVII. c. 49. 'Plurium maleficiorum gentis, quam beneficiorum memoria subiret animos.' Verum et alterum apud Livium obvium XXV. 31. 'Non plura per annos quin-

quaginta benefacta Hieronis, quam paucis his annis maleficia eorum erga populum Romanum esse:' ubi unus etiam codicum variat. Nihil itaque mutandum.

§ 3 *Et, excedere curia jussi*] Pall. *ut excedere curia jussi.* Gebh. Pariter Lov. 4. Harl. et Mead. 2. Sed vide ad XXI. 28. § 8.

§ 4 *Non ut hostibus modo, sed tamquam indomitæ et insociabili genti*] Pal. alter, extrito *tanquam*, exhibet *sed indomitæ et insociabili genti.* Gebhard. *Insaciabili* Lov. 3. et Gaertn. Male. XXVII. 39. 'Omni generi humano insociabiles erant.'

§ 5 *Liberum arbitrium de se permitterent; vel mille talentum darent*] *Permitteretur* Voss. et Gaertn. Vide ad XXXVIII. 40. § 1. Deinde *mille talenta* omnes scripti nostri, Hearnii L. 1. et excusi Aldo priores, qui recte *talentum* dedit ex cod. Mog. Supra XXXIII. 30. 'Mille talentum daret populo Romano.' XXXVII. 7. 'Neque, unde mille talentum daretur, erat.' XXXVIII. 8. 'Mille talentum argenti populo Romano dandum.' Ita 'mille passuum:' vide ad V. 26. § 5. 'mille jugerum' ad VII. 16. § 9. 'mille equitum' ad XXI. 61. § 1. 'mille hominum' XLIII. 23.

Eosdemque amicos atque inimicos haberent] Omnes *eosque amicos atque inimicos haberent.* Gebh. Pariter Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. principes: *eosque amicos haberent* Lov. 1. *eosque amicos vel inimicos haberent* edd. Mediol. a. 1480. Tarvis. utraque, et nonnullæ aliæ: *eosdemque amicos vel inimicos haberent* Asc. 1513. Id, quod nunc exstat, Frob. a. 1535. fide cod. Mog. recte recepit. Polyb. Exc. Leg. num. XVI. Ἔδοξε τῷ συνεδρίῳ δύω προτείνειν γνώμας τοῖς Αἰτωλοῖς· ἢ διδόναι τὴν ἐπιτροπὴν περὶ πάντων τῶν καθ' αὐτούς· ἢ χίλια τάλαντα παραχρῆμα δοῦναι, καὶ τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν καὶ φιλὸν νομίζειν Ῥωμαίοις.

§ 6 *Ita infecta pace dimissi*] *Incerta pace* cod. Mog. Male. Nam domum reversi Ætolorum 'legati ab Roma retulerunt, nullam spem pacis esse.' Vide infra c. 4. Quare 'incerta pace dimissi' dici nequeunt. Polyb. loc. laud. Τῶν δ' Αἰτωλῶν ἀξιούντων διασαφῆσαι ῥητῶς, ἐπὶ τίσι δεῖ διδόναι τὴν ἐπιτροπὴν, οὐ προσδέχεται τὴν διαστολὴν ἡ σύγκλητος· διὸ καὶ τούτοις γέγονε κατάμονος ὁ πόλεμος. 'Infecta pax' et alibi hoc sensu apud Livium obcurrit. Supra XXXII. 37. 'Sic infecta pace regii dimissi.' Alia vide ad IX. 23. § 11. Mox *eo die* Lov. 6. Sed ultima syllaba *τοῦ eodē* intercepta est a voce sequente *die* ob literarum similitudinem; quamvis tamen et alibi sæpe *is* et *idem* commutentur. Vide ad X. 10. § 6. Tum *intra XX^ti dies* Lov. 6. Pari modo *XV.* et *XX.* in eodem cod. confunduntur XXXV. 14. § 1. Vide ad XXXIX. 29. § 7.

§ 7 *De consulum provinciis cœptum est agi*] *Agi cœptum est* Lov. 6. *cœptum agi est* Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Mead. 2. Gaertn. et edd. principes: *inceptum agi est* edd. Mediol. a. 1480. Tarvis. utraque, et aliæ. Vulgatum Aldus ex cod. Mog. recepit, cui subscribunt Lovel. 2. Harl. et Mead. 1. Paullo post *sortiri aut computare* Lov. 4. *sortiri aut comparari inter se provincias jussisset* Harl.

Si judicio Patrum, quam si sorti, eam rem permisissent] *Quam sorti* Lovel. 5. et edd. antiqq. quasi voculam *si* semel poni sufficeret. Sed Aldo eam etiam posteriori loco ex Mog. recipienti consentiunt reliqui scripti. Deinde *commisissent* Harl. Male. 'Permittere' in eadem re Scipio Africanus, a fratre consultus, repetit. Vide ad XXXI. 17. § 4. Alibi etiam 'committere' et 'permittere' confunduntur. Vide ad IV. 49. § 8.

§ 8 *Cum fratre uno locutus*] Ita quidem sola vet. ed. At Pal. 1. excutit omnino *τὸ uno.* Alter vero *cum fratre suo locutus.* Gebh. Omnes nostri

vocem *uno* servant, nisi quod Gaertn. ejus loco legat *una*. Nihil mutandum. *Cum fratre uno* est cum solo fratre. Vide ad III. 69. § 3.

§ 9 *P. Scipio Africanus dixit*] Quatuor hæc vocabula deerant in Mead. 1. Scipionis prænomen *P.* in Lovel. 2. et Harl. cognomen *Africanus* in Lovel. 1. et 6. Tum *ait*, pro *dixit*, præferunt Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. et Hearnii L. 1. Neque aliter in Mog. Voss. et Thuan. fuisse, Jac. Gronov. testatur ad XXVI. 30. § 12. Sed male inter eos cod. Mog. memorari, illius Excerpta docent. Quin insuper, quum antea *ait* editum fuisset, ejus auctoritate postea Aldus *dixit* reposuit. Mox *si Scipioni fratri*, omisso prænomine *L.* Lov. 1. 3. 6. Tum *Græciam*, quam vocem omnes scripti et editi priores servant, omittitur in ed. Jac. Gronovii; quam operarum errore excidisse, insuper hinc colligo, quoniam ejus ejecti nullam in notis rationem reddidit, eamdemque in minori ed. quæ eodem tempore prodiit, servavit. Quoniam tamen hujus erroris in syllabo emendandorum nulla mentio facta est, eum etiam Clericus fideliter expressit. Neque etiam Crevier. emendavit; at recte Hearnius. Mox *se ei legatum iturum* scribendum conjecit Duker. ad Epit. Liv. hujus lib.

§ 10 *Experiri libebat, utrum plus*] *Experiri jubeat* Lov. 1. *Nec periri libebat* Voss. *Nec periri jubebat* Lov. 3. 4. Mead. ambo, et Gaertn. *Nec comparari jubebat* Lov. 2. et Harl. *Nec parvi jubebat* Lov. 6. a m. pr. *Nec parvi videbat* a m. sec.

CAP. II. § 1 *Prætores inde provincias sortiti, L. Aurunculeius*] *Sortiti sunt* Voss. Lovel. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertner. Hearnii L. 1. et edd. ante Frobenium, qui a. 1535. *τὸ sunt* expunxit. Probo, si ex mente Gelenii cod. Moguntinum secutus sit; ceteroquin servandum puto. Deinde Aurunculeio prænomen *M.* tribuunt Lov. 5. et edd. principes, quem errorem etiam commiserunt XXXVI. 45. § 9. Moguntini ex cod. suo substituerunt *L.* consentientibus reliquis scriptis nostris. Recte. Nam ita etiam vocatur c. 46. Mox voces *Cn. Fulvius peregrinam* desunt in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. utroque, Gaertn. Hearnii L. 1. N. et edd. antiqq. Moguntini deinde ex cod. suo vulgarunt *M. Fulvius peregrinam*. Fulvio vero prænomen *Cn.* reddidit Frob. a. 1535. Sæpe prænomen *Cn.* in *M.* abiisse, vidimus ad VII. 12. § 1. Insuper Æmilii prænomen *L.* omittitur in iisdem scriptis nostris. De prænomine Bruti *P.* in quod omnes et editi et scripti consentiunt, vide ad XXXIV. 1. § 4.

M. Tuccius Apuliam et Bruttios, C. Atinius Siciliam] Prior *M. Bruccius* vocatur in Voss. *M. Bructius* in Lov. 1. et 6. *M. Bruttius* in Lovel. 4. *M. Brutius* in Lov. 2. 3. et Mead. utroque. *M. Brutus* in Harl. et Gaertn. Edd. antiquæ, quæ *Cn. Fulvium* secundo loco antea memoratum vel omiserant, vel *M. Fulvium* vocarant, hic præferunt *Cn.* vel *Gn. Fulvius*, consentiente Lov. 5. Quum autem Moguntini se in cod. suo *M. Tutius* reperisse monuissent, Frob. tandem 1535. recte *M. Tuccius* emendavit ex sententia Gelenii. Vide ad XXXVI. 45. § 9. et mox ad § 6. Deinde *C. Atilius* Lov. 1. 3. 4. et Mead. ambo. *C. Attilius* Voss. Lov. 2. et Gaertn. *C. Accilius* Lov. 6. *C. Acilius* Harl. *C. Antistius* Lov. 5. et edd. antiqq. Frobenius deinde a. 1535. monente Gelen. loco laud. *C. Atinius* reposuit.

§ 2 *Addita peditum civium Romanorum tria millia*] *Additi peditum civium Rom. trecenti* cod. Mog. qui error ortus esse videtur ex notis numeralibus *III^m* et *III^ti*. Nec melius in sequentibus *et socium Latini nominis octoginta, equites ducenti* idem cod. Ex nostris *Romanûm*, pro *Romanorum*, legit

Mead. 1. totam illam vocem ignorat Lov. 3. Tum *XXIII. millia*, pro *tria millia*, idem Lov. 3. qui in præcedentibus etiam omittit vocem *provincia*.

§ 3 *Et adjectum, ut, ... videretur esse*] Primam voculam ignorant Lov. 2. et Harl. ultimam Lov. 3.

§ 4 *Quindecim millia peditum, equites sexcenti*] Pall. *equites ducenti*. Gebh. Similiter omnes nostri, et edd. vett. Aldus demum *sexcenti* ex cod. Mog. recepit; qui numerus altero aptior est, habita ratione equitum, qui ex civibus addebantur legionibus. Insuper *XX. millia peditum* Lov. 6. et Hearnii L. 1.

§ 5 *Q. Minucius*] *P. Minucius* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Sed nihil mutandum. Intelligitur enim Q. Minucius Thermus, qui ante triennium consul creatus Ligures provinciam sortitus est, et per proximum biennium prorogato imperio ibidem optime res gessit. Hunc Q. prænomine constanter adpellant non tantum Fasti Capitol. sed etiam Livius lib. XXXIV. capp. 54. et 55. XXXV. 20. XXXVI. 38. et XXXVII. 46. Mox *Ligurum omne genus* Harl. Hinc *deducere in Boios* cod. Mog. Id verbum huic rei convenire satis constat; potest tamen et alterum convenire, quod est de loco in locum ducere. XXV. 26. 'Marcellus, ut tanta vis ingrucbat mali, traduxerat in urbem suos.'

§ 6 *Quo victos bello multaverat Boios*] Non Minucius, qui in Liguribus rem gesserat, sed P. Cornelius Nasica, XXXVI. 39. Dubito an exciderit pronomen, et legendum sit, *quo hic victos b. m. Boios:* ne quis hoc de Minucio dici putet. *Duk.*

Deductæ urbanæ legiones, quæ priore anno conscriptæ erant] Pall. *deducendæ*. Gebh. Scripti *deducendæ*. J. F. Gron. Locus obscurus est; primum eo, quod priore anno, L. Quinctio, Cn. Domitio consulibus, urbanas legiones scriptas fuisse non dixit. Vide XXXV. 20. Deinde, quod non apparet, quando 'urbanæ legiones,' quas hic memorat, in Boios missæ fuerint. Lib. XXXVI. c. 1. ita scribit: 'Alter consul, cui Italia provincia evenisset,' (is fuit Cornelius Nasica) 'cum Boiis jussus bellum gerere, utro exercitu mallet ex duobus, quos superiores consules' (L. Quinctius et Cn. Domitius) 'habuissent: alterum ut mitteret Romam, eæque urbanæ legiones essent, paratæ quo senatus censuisset.' P. Nasica exercitum L. Quinctii sumsit: nam quum in provinciam venisset, Cn. Domitium proconsulem, dimisso exercitu, Romam decedere jussit, XXXVI. 37. Sunt ergo urbanæ legiones, quas hic dicit Livius, duæ illæ legiones, quas XXXV. 20. Cn. Domitium anno priore, non ut 'urbanæ legiones' essent, sed belli gerendi causa, scripsisse tradit, easque senatus hoc anno 'urbanas legiones' esse voluit. Sed si hoc ita est, ut sane videtur, quomodo eædem 'urbanæ legiones' hoc anno in Boiis esse potuerunt? Hoc ita expediri potest, ut dicamus, quum P. Nasica victis Boiis exercitum suum dimisisset, et Romæ ad diem triumphi adesse jussisset, eoque acto exauctorasset, lib. XXXVI. capp. 39. 40. duas has 'urbanas legiones,' quæ paratæ esse debebant, quo senatus censuisset, in Boios missas fuisse, quæ gentem modo subactam continerent, ne, si nullus ibi exercitus Romanus esset, aliquid rerum novarum moliretur. *Duk.* Ex omnibus nostris solus Lov. 5. cum edd. sentit, ac *deductæ* legit, quod Crevierio magis placebat. Reliqui cum Hearnii L. 1. et N. *deducendæ*, quod Clericus etiam in contextum admisit. Mox τὸ *erant* exsulat a Voss. et Gaertn.

M. Tuccio prætori datæ] *Cn. Fulvio* Lovel. 5. et edd. princc. *M. Rutilio* Lov. 6. *M. Brutio* inter versus. *M. Tutio* Lov. 2. Gaertn. et cod. Mog. pro quo Frob. 1535. ex sententia Ge-

lenii *M. Tuccio* dedit. Et ita reliqui nostri, nisi quod *M. Tucio* præferant Lov. 3. Harl. et Mead. 1. Vide ad § 1. Paullo post *et socium ac Latini nominis* omnes codd. nostri, Hearnii L. 1. et edd. princc. neque aliter iidem libri scripti et editi infra § 9. Utrobique copulativam *ac* delerunt Moguntini, et tamen nentro loco Mss. sui consensum memorarunt. Utraque formula 'socii nominis Latini' et 'socii ac nomen Latinum' Livius usus est. Vide Sigon. ad XXXIX. 20. § 7. Priscam igitur scripturam utroque loco revocavi. Alibi tamen duos pluresve genitivos concurrere, quorum alii ex aliis pendent, vidimus ad XXV. 15. § 11.

Peditum quindecim millia, equites sexcenti] Pall. *equites ducenti*, non *sexcenti*. Gebhard. Pariter scripti mei, Hearnii L. 1. et edd. vett. Aldo priores, qui *sexcenti* adoptans fidem cod. Mog. secutus est. Vide etiam ad § 4. Præterea, voce *peditum* omissa, *XX. millia* legit Lov. 6.

§ 7 *A. Cornelio superioris anni prætori*] *L. Cornelio* Lov. 2. et Harl. et ita mox § 8. *L. Cornelius*: et c. 4. § 1. *cum L. Cornelio proprætore* iidem ambo codd. Verum reliqui codd. omnibus illis locis, et omnes, etiam hi duo, scripti eum *A. Cornelium* vocant lib. XXXV. cap. 24. XXXVI. 2. et XXXVII. 48. In sequentibus *si ita videretur*, voce omissa, Lov. 1. Tum *ut* deest in Lov. 6. *is* in Lov. 1. *ibi manere* legit Gaertn.

§ 8. *Si Acilius redire Romam mallet*] Hæc verba desunt in Voss. et Lov. 1. ob præcedd. *si is manere ibi vellet*, ab eadem vocula *si* incipientia, et tantum non eadem voce *vellet* desinentia. Paullo post *in Ætolia maneret* Gaertn. *in Ætoliam remaneret* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. et edd. principes. Deinde similes ludos in voce 'Atinium' ediderunt librarii, quales hoc cap. § 1. et XXXVI. 45. § 9. vidimus. Insuper *a* vel *ab L. Æmilio* Mss. nostri, Hearnii L. 1. et edd. antiqq. pro quo recte Aldus *a M. Æmilio*. Id enim cognomen constanter ei tribuitur XXXV. 24. et XXXVI. 2.

§ 9 *Brutus in Tuscos exercitum novum, legionem unam*] *Brutus prætor exercitum novum* Mead. 1. *Brutus consul exercitum novum* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. *Brutus consulis exercitum novum* Lov. 2. 5. Harl. et edd. priscæ. Sed recte Aldus *in Tuscos* ex cod. Mog. probavit. Similiter in eadem voce errarunt librarii III. 13. § 8. IX. 32. § 9. et alibi. Vox *unam* non adparet in Voss. et Gaertn. Mox *et XX^ti millia* atque *et CCC. equites* Lov. 6. Sed numeri in vulgatis sani sunt.

§ 10 *A M. Junio prætore superioris anni accipere jussus*] Ms. *accipere est jussus*. Modius. Τὸ *est* in nullo meorum adparet. Paullo ante *cui maritima provincia erat* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum *decem naves longas* Harl.

Scribere ipse mille navales socios, duo millia peditum] *Ipse illa navales socios* Voss. Lov. 4. et Mead. ambo: *ipse navales illa socios* Lov. 1. *ipse in illa navales socios* Lov. 2. nec aliter Lov. 6. nisi quod vocem *socios* omittat: *ipse ipsos navales socios* Harl. *ipse ille navales socios* Gaertn. Deinde voces *duo millia* exsulant ab Harl. et Hearnii N. et L. 1. in duobus tamen prioribus relicta erat lacuna. Integer locus in Lov. 3. 5. et edd. vett. ita concipiebatur, *et scribere ipse navales socios mille peditum*. Aldus dedit *et scribere ipse navales socios, duo millia peditum*. Quod nunc vulgo circumfertur, propagatum est ex ed. Frob. 1535. quæ lectio reliquis præstat. Paullo post *cum his navibus, peditibusque, militibusque* Lov. 6. *cum his navalibus militibusque* Lov. 5. Tum *et classes* Lov. 2. et Harl.

§ 11 *Prorogatum in annum imperium est, et iidem exercitus decreti*] Τὰ *in annum* desunt in Lov. 3. Insuper *et*

exsulat ab Harl. Vide ad XXIV. 15. § 6. Tum *idem exercitus decreti* Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Gaertn. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XL. 22. § 14.

§ 12 *Binæ eo anno decimæ frumenti imperatæ*] Ms. *Siciliæ Sardiniæque binæ eæque proximæ decimæ imperatæ:* quod quid sit, videbunt alii. *Modius. Decimæ* Voss. Lov. 1. 2. 5. 6. Harl. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. vett. Gruteri ultima *decumæ* dedit, ut fuit in ceteris scriptis. De hac orthographia vide ad II. 59. § 11. et XXX. 8. § 9. Lectio vero, quam Modius ex cod. Mog. adfert, nata videtur ex interpolatione. Forte margini ad verba *eo anno* adscriptum fuit *æque proxime*, nempe duas decumas Siciliæ Sardiniæque imperatas fuisse, ut narrarat Liv. XXXVI. 2. Hinc inperitior scriba pro *eo anno* dedit *eæque proximæ*. Mox verba *in Ætoliam* posteriori loco Crevierio glossema sapiebant; quæ tamen in omnibus codd. supersunt.

CAP. III. § 1 *Consules in provincias proficiscerentur*] *In provinciam* Lov. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et edd. vett. Primus Aldus, cod. Moguntini auctoritatem secutus, recte edidit *in provincias;* neque aliter reliqui scripti.

Prodigia per pontifices procurari placuit] Prodigia ex decreto pontificum procurata scribit Livius XXIV. 44. lib. XXVII. capp. 4. 37. XXX. 2. XLI. 16. et quam plurimis aliis locis. Ea procuratio jussu senatus 'per consules' fieri solebat, rebus divinis faciendis, sacrificando, immolandoque, ut alicubi loquitur. XXV. 7. 'Prodigiorum causa, &c. per aliquot dies consules rebus divinis operam dederunt.' XXVIII. 11. 'Prodigia consules hostiis majoribus procurare jussi.' XXXIII. 26. 'Consules procurare, ut assolet, prodigia, quæ nunciabantur, jussi.' Sic XXXI. 12. XXXII. 1. XXXVI. 37. XLI. 9. XLIII. 13. Aliter accipiendum puto, quod hic dicitur *per pontifices:* nempe, senatum censuisse, ut pontifices curarent, omnia illa prodigiorum procurandorum causa fieri, quæ consules ex decreto pontificum ea procurantes facere solebant. Nam et decemviri Sibyllini, e quorum decreto itidem prodigia per consules procurabantur, nihilominus ipsi interdum eorum expiandorum causa sacra faciebant, ut hoc cap. 'Decemviri nocte lactentibus rem divinam fecerunt.' Et XXVII. 37. XLV. 16. *Duk.*

§ 2 *Junonis Lucinæ templum de cœlo tactum erat*] *Licinæ* Lov. 6. *Laciniæ* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Τὸ *erat* exsulat a Lov. 1. Mox *valvæque deferrentur* Voss. *valvæque deferentur* Lov. 1. Tum *duo homines examinati,* transpositis literis, Lov. 1. 2. Mead. 1. et Gaertn. Vide ad V. 39. § 8. ad Epit. Liv. l. VIII. et ad VIII. 7. § 20.

§ 3 *Satis constabat nimbum ortum: ibi quoque duos liberos*] *Satis constat* Mead. 2. invitis reliquis. Liv. XLI. 21. 'In agro Campano bovem locutum esse, satis constabat.' Vide etiam XXXVI. 35. et XLII. 15. Tum vocem *liberos* delet Lov. 1. Ea quid hic operetur, liquido dicere nequeo; non enim existimo, ubicumque hominum fulmine exanimatorum mentio obcurrit, non addita hac voce, servos intelligendos esse: non tamen eamdem delere audeo, partim quia id reliqui codd. prohibent; partim quia in referendis prodigiis sæpe adnotatum invenio, utrum circa ingenuos, an circa ancilla natos acciderint. Vide ad XXXIV. 45. § 7. Obseq. tamen de Prodig. c. 55. tantum non Livii verbis hujus anni prodigia narrans, vocem illam omisit.

Terram apud se pluisse] Ms. *Terra apud se pluisse.* Quæ scribendi ratio solens est optimæ cujusque notæ membranis. *Modius.* Plerumque Pall. scriptum habent *pluvisse.* Gebh. *Terram* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl.

Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. Et ita in libris antiqq. legi Gronov. testatur ad XXXV. 21. § 3. ubi plura hujus locutionis exempla laudat. Contra *Terra* primum edidit Aldus ex cod. Mog. quomodo et Lov. 6. legisse inde colligo, quia ex eo nihil in excerptis adfertur. Et ita Jul. Obseq. de Prodig. c. 55. in prodigiis hujus anni ' Tusculi terra pluit.' Utrumque dici posse, et Livium etiam dixisse, certum est. Vide ad III. 10. § 6. Non male igitur cod. Mog. lectio servata est. Deinde *pluvisse* Lov. 4. Mead. uterque, cod. Mog. et omnes ferme edd. vett. Primus Curio *pluisse* substituit, ex quo ad recentiores dimanavit. Vide ad I. 31. § 1.

§ 4 *Quod Laurentibus carnis, quæ dari deberet*] Vide an non *carnis* vetustus sit nominativus, pro *caro*. Neque enim *quod carnis* construendum est: est enim *quod* pro ' quia.' Hoc obiter admonemus, ne quis temere mutet, ut solent nimis facile, qui non intelligunt. *Glar.* Dubitat Glareanus, ne quid vitii sit in voce *carnis:* neque enim legit Priscianum, qui VI. 684. citatis his Livii verbis libro historiarum ab urbe condita XXXVII. ostendit *carnis* in recto casu etiam recte dici. Præterea idem habet, *quæ dari debet*, non *deberet*, quæ lectio est etiam vetustorum librorum. [' Hic rursus ait, Glareanum non legisse Priscianum, cum tamen Glareanus admoneat hoc loco lectores, ne quid mutetur, esse antiquum nominativum *carnis*, pro *caro*. Hic Glareanus justam causam invehendi haberet, si non majoribus curis animum dedisset.'] *Sigon.* Unus tantum Lov. 5. priscis edd. consentiens *deberet* legit; reliqui *debet*, nisi quod in Lov. 6. fuerit *carnis, quæ dari debēt, data non erāt.* Vide ad XXXIX. 52. § 6.

§ 5 *Quibus Diis decemviri ex libris fieret, ediderunt*] Hæc valde disjecta sunt. Plauius XXXVI. 37. ' Et consul P. Cornelius, quibus Diis quibusque hostiis edidissent decemviri, sacrificaret.' *Duk.* Lectio hæc primum in ed. postrema Gruteri obvia fuit, et inde ad recentiores profluxit. Edd. principes habuerunt *ex libris ut fieret:* et ita Voss. Lovel. sex, Mead. 2. Gaertn. et Hearnii L. 1. *ex libris ut sacra fierent* Harl. quod in edd. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et inde in aliis usque ad Frob. exstitit, qui iterum dedit *ex libris ut fieret.* Et recte. Vox enim *sacra* in contextum inrepsisse videtur ex margine, ubi adscripta fuerat, ut indicaretur, verbum *fieri* sensu sacrificandi accipiendum esse. Sane eo sensu id usurpari, docuerunt Taubm. ad Virg. Ecl. III. 77. Bosius de Pontific. Max. Rom. Vet. c. 1. et Tennul. ad Front. IV. 7. § 44. Qui tamen vocem margini adscripsit, videri potest sensum Livii non adsecutus esse: *fieri* enim referendum ad præcedens ' supplicatio,' hoc modo: supplicatio fuit Diis, quibus ut fieret supplicatio, decemviri ex libris ediderunt; sed tum, pro maxima distinctione, minima post τὸ *fuit* interpungendum est. Quod vero mox sequatur ' ad id sacrificium,' eo referendum est, quod nulla esset supplicatio sine sacrificio, unde Polyb. supplicationem habere exponit σχολάζειν πανδημεὶ, καὶ θύειν τοῖς Θεοῖς χαριστήρια τῶν εὐτυχημάτων, in Exc. Legat. num. XVI. Ceterum, confusiorem verborum conlocationem a Livio non esse, putabat Crevier. ideoque reponebat *quibus Diis fieret, decemviri ex libris ediderunt.* Paullo ante *eorum* deest in Lov. 5. et edd. vett. quod ex Mog. Aldus adoptavit. Concinunt omnes mei, nisi quod solus eorum Lov. 2. *Deorum* præferat. Insuper *Supplicatioque*, pro *Supplicatio quoque*, Harl. Vide ad V. 27. § 1.

§ 6 *Decemviri nocte lactentibus rem divinam fecerunt*] Ms. contra *lactantibus.* Modius. *Nocte latentes rem div. fecerunt* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl.

Mead. 1. Gaertn. et edd. Sed *lactantibus* præfert cod. Mog. pro quo *lactentibus* edidit Aldus, adstipulantibus reliquis Mss. Et recte 'lactans' enim est, quæ lac præbet; 'lactens,' cui lac præbetur. Vide ad XXVII. 4. § 11. Hic vero intelligi sacrificia ex animalibus, quæ nondum a matre erant abacta, quæ adhuc lacte materno alebantur, inde constat, quod 'hostiæ majores' et 'lactentes' opponantur. Vide ad XXII. 1. § 15. In præcedentibus perperam *paterni omnes maternique* Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. et Gaertn.

§ 7 *Duobus equis, et marmorea duo labra*] *Equis duobus* Mead. 1. *et equitibus duobus* Harl. *et duobus equis* Lov. 2. *et equis duobus* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. quod non displicet. Tum *et marmorea dolabra* Voss. Mead. 1. et Lov. 1. 2. 3. ac 6. quorum ultimus *et duo marmorea dolabra* legit a m. sec. *marmorea dolabra*, omisso τῷ *et*, Lov. 5. et edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm.

§ 8 *Principes Ætolorum tres et quadraginta, inter quos Damocritus*] *Quadraginta tres* Lov. 2. et Harl. Infra tamen c. 46. ubi M'. Acilii triumphus describitur, memorat 'captivos nobiles, Ætolos et regios duces sex et triginta.' Pighius in Annal. ad a. IDLXIII. p. 288. (ubi perperam hunc locum laudat, quasi *sex et quadraginta* legeretur) existimat, in numerorum notis altero locorum vitium latere: in quibus tamen neutro loco variant codd. Livius ibid. narrat Damocritum Ætolorum ducem, quem cum reliquis captivum Romam a M'. Acilio missum fuisse hic refert, paucos ante triumphum dies, quum e carcere nocte effugisset, in ripa Tiberis consecutis custodibus, priusquam comprehenderetur, gladio se transfixisse. Jam vero licet Livius unius tantum Damocriti, tamquam præcipui, meminerit, potuerunt tamen et alii cum eo evasisse, qui vel non retracti sunt, vel pariter se interemerunt. Potuerunt etiam quidam eorum, qui Romam deducti sunt, vel ex vulnere, vel ex morbo ante triumphum obiisse. Potuit etiam Livius, sui oblitus, alios annales hoc loco, alios cap. 46. secutus esse; quod ex eo etiam verisimile redditur, quod hic illos tres et quadraginta vocet 'principes Ætolorum;' at c. 46. sex et triginta 'captivos nobiles, Ætolos et regios duces.' Quia igitur in neutro loco codd. circa numerum variant, ex aliqua harum rationum potius evenisse censeo, alium numerum hic, alium infra edi, quam ut numerorum notas, invitis Mss. erroris suspectas habeam. Ceterum *Damotricus*, literis trajectis, Voss. *Damoclitus* Mead. 1. *Democritus* Lov. 3. 5. et edd. ante Frob. a. 1535. Vide ad XXXI. 32. § 1.

Et in Latomias conjecti sunt] Plerumque Pall. scriptum habent *Lautumias*. Gebhard. Scribe *Lautumias*. Sic in Digestis, Plauto, Cicerone optimos habere libros, dudum summi viri observarunt. Sic XXVI. 27. nos in sanctioribus invenimus. Et confirmat maxime jocus Sabini apud M. Senecam Controv. 27. quæ fuit lib. IX. quarta: 'Idem cum reus rogaret, ut in Lautumias transferretur, Ne, inquit, quemquam vestrum decipiat, nomen ipsum Lautumiæ inde, quod minime lauta res est.' Sic enim vexatissimum locum partim ex scriptis, partim ex conjectura restituo. Amolitur invidiam, et occurrit opinioni, quæ ignaris et iniquis nasci poterat, quia Lautumias rogat, hunc mitiorem carcerem esse. Sed hunc opportunum tempori suo sensum corrumpit inepto lusu, ex falsa origine et paribus sonis diversissimorum vocabulorum petito. Ne putetis parum squaloris in hoc carcere esse, ne vos decipiat et fallat nomen, quasi aliquid lauti præferens, scitote illud nomen ita ortum, ut sint 'Lautumiæ' dictæ, quasi 'lautæ minime.' Ita non po-

tuisset ludere, si Romani 'Latomiæ' pronunciassent. *J. F. Gron.* *Lautumias* Voss. Lov. 1. 3. 4. et Hearnii L. 1. *Laumias* Harl. *Lautumas* Mead. 2. *Latumias* Lov. 2. 5. 6. Mead. 1. et edd. vett. *Latomias* Gaertner. quod deinde expresserunt Moguntini, licet ex cod. suo nihil moneant. Eamdem scribendi rationem, quam hoc loco, probat etiam Gronov. ad XXXIX. 44. § 7. ubi in pr. ed. nott. multa habet, quæ deinde huc transtulit. Vide etiam Vossii Etymol. Ling. Lat. voce 'Lautumiæ,' et Dausq. Orthograph. part. sec. in voce 'Latomiæ.' Præterea *consecuti sunt* Voss. Lov. 1. 3. 6. Mead. 1. et Gaertn. *consepti sunt* Lovel. 2. *constricti sunt* Harl. Mox Cornelii consulis prænomen *L.* exsulat a Voss. et Gaertn.

§ 9 *Ab Ptolemæo et Cleopatra, regibus Ægypti*] Lib. XXXV. c. 13. atque adeo non longius biennio ante, Antiochus Ptolemæo Ægypti regi filiam in matrimonium dederat. Hic vero gener adversus socerum gratulatur Romanis. Porro Livius de Ptolemæis satis obscure loquitur. Libro enim l. XXXI. c. 14. de Philippo Macedoniæ rege ita ait: 'Sed animos ei faciebat, præter ferociam insitam, fœdus ictum cum Antiocho Syriæ rege, divisæque jam cum eo Ægypti opes, cui morte audita Ptolemæi regis ambo imminebant:' de Philopatore [Ptolemæo loquens, de eo, inquam, qui Antiochum memorabili pugna ad Rhaphias vicit, ut scribit Polybius lib. v. tametsi is quadriennio antea fuerat mortuus. Cum hæc autem inter Antiochum et Romanos gerebantur, jam Epiphanes regnabat in Ægypto, cum quo Antiochum in amicitiam regressum author est Eusebius, quam postea rupisse non est incredibile, ut sæpe fit inter principes. *Glar.* Sic quoque XXVII. 4. et alibi. Vide J. F. Gronovium ad I. 39. ubi regem Romanum et uxorem ejus 'reges' vocat. Sed in Ægypto hoc peculiariter receptum fuisse, ut reginæ, tamquam consortes supremi fastigii, in publicis sollemnibus, ac monumentis una cum maritis compellarentur et inscriberentur, docet Illustr. Spanhemius dissert. VII. de Præstant. et Us. Numism. p. 423. Adde Freinshem. ad Taciti Ann. II. 3. *Duk.*

§ 10 *Ut in Asiam exercitum traduceret*] Ita primus edidit Gronov. 1665. quod recentiores servarunt; quum Gruterus in postrema ed. vulgasset *traducerent:* omnes autem ea priores exhiberent *trajicerent;* quod firmant etiam, quoscumque consului codd. quare ut indubitatam Livii manum revocavi: 'trajicerent' nempe senatus. Vide ad IV. 58. § 4. De verbo 'trajicere' vide ad II. 11. § 2. Quemadmodum *traduceret* operarum errore in ed. Gronovii inrepsisse credo, ita concipere nequeo, cur Gruterus *traducerent* pro *trajicerent* dandum censuerit. Mox *omnia perculso metu* perperam Lov. 4. et Mead. 2. Deinde *sed in Syria*, omissa vocula *etiam*, Harl. *Sed* pro *sed etiam* haud raro usurpari, non inficior: vide ad II. 6. § 1. et XXXVIII. 32. § 4. duorum tamen illorum codd. auctoritas levior est, quam ut eorum fide vulgatum mutarem. Tum *ad omnia, quæ senatus* Lov. 1. et 6.

CAP. IV. § 1 *Ut hi omnes Idibus Quinctilibus Brundusium*] *Ut biduo omnes* Vossian. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. 2. et edd. vett. eamdemque lectionem in margine præfert Mead. 1. *ut biduo omnibus* Gaertn. *ut duo homines* Lov. 4. et Mead. 1. in contextu. Sed recte Aldus ex cod. Mog. recepit *ut hi omnes;* nisi quod forte legendum sit *ut ii omnes.* Pronomen *ii* scribarum errore in aliis Mss. in *duo*, in aliis in *biduo* abiisse videtur. Vide ad l. XXXVI. c. 43. § 11. Quum post voces 'ut milites,' antequam orationem absolveret, quædam interjecisset, perspicuitatis caussa eorum loco re-

petiit *ut ii*, vel *ut hi omnes*. Vide ad XXV. 27. § 1. Tum *Brundisium* hic et mox § seq. Lov. 4. Vide ad XLII. 17. § 2. Paullo ante *cum L. Cornelio proprætore* Lov. 2. et Harl. Vide ad cap. 2. § 7. Etiam *essent* deest in Harl.

§ 2 *C. Fabricium Lusinum*] Emendatius *Luscinum* scripsisset. *Sabell.* Ita scribunt etiam omnes edd. præterquam quod *Lusinum* præferat utraque Tarvis. Ex scriptis *Luscinium* est in Lov. 2. et Gaertn. *Luxinium* in Lovel. 3. Tota illa vox deest in Harl.

Et, omnibus jam paratis, paludatus ab urbe est profectus] Τὸ *et* non adparet in Lov. 3. interceptum ab ultimis literis vocabuli præced. *contraherēt*. Vide ad c. 59. § 1. *In omnibus* legit Lov. 2. *inde omnibus* Lov. 6. Tum *peractis* Lov. 3. 5. 6. Hearnii L. 1. et edd. principes, cujus loco *paratis* Aldus ex cod. Mog. emendavit: quod firmant reliqui mei. Vide ad XXXIV. 28. § 1. Hinc *ex urbe profectus* Lov. 3. Mox § seq. *enumerata stipendia* Lov. 5. et edd. vett. pro quo *emerita* jam vidi in ed. Ven. 1498.

§ 4 *Per eos dies, quibus est profectus ad bellum consul*] *Per eosdem dies* Voss. et Gaertn. Vide ad X. 10. § 6. Tum *profectus consul ad bellum* Lov. 1. 3. et Voss.

Ludis Apollinaribus, ad quintum Idus Quinctiles] Scribendum *ludis Apollin. a. d. II. Idus Quintiles, &c.* et ita supra corrigendum, ubi *III.* scriptum est pro *II.* nam in antiquo Kalendario est *PRID. ID.* quod veteres ponebant pro *ante diem secundum*. Ursin. *Qui ad quinto Idus* Voss. *qui ad quintum Idus* Gaertn. *ad quinto Idus* Harl. *ad quintum Idus* Lov. sex, et Mead. uterque. Sed passim voces *ante diem*, per literas singulares *a. d.* scribi solitæ, ab indoctis librariis in *ad* mutatæ sunt. Vide ad XXVII. 23. § 7. Minime tamen cum Ursino *a. d. II. Idus* legendum censeo. Inveni enim apud Livium XXVII. 23. ‘ P. Licinius Varus prætor urbis ludos Apollinares primus ita vovit, fecitque ante diem tertium Nonas Quinctiles. Is dies deinde sollemnis servatus.’ Hi ludi autem hoc tempore per plures dies edebantur, a tertio nempe Nonas Quinctiles in tertium Idus ejusdem mensis. Vide Noris. ad Cenotaph. Pis. diss. II. c. 6. p. 137. et Dodwell. de Cycl. Diss. IV. § 16. Recte ergo ludi Apollinares in ‘ ante diem quintum Idus Quinctiles ’ incidisse dicuntur. Nescio etiam, num alibi Livius *secundo Idus*, pro *pridie Idus*, dixerit. Alia quæstio est, utrum eclipsis illa solis, quæ mox memoratur, in ludos Apollinares, et quidem in quintum Idus Quinctiles hoc anno inciderit, de qua vide Ismaël. Bullialdi dissert. a Gronovio Livii ultimo tomo subjectam, quæ etiam nostræ huic editioni inseretur, et Dodwell. in App. ad Prælect. Cambd. p. 757. Mox *sub orbem solis subiisset* Lovel. 6. et Gaertn. cum edd. Rom. 1472. et Parm. Vide ad XXXVI. 20. § 3. *Sub solis orbem subisset* Lov. 2. *sub orbe solis subisset* Lovel. 5. *sub orbe solis subiisset* ed. Camp.

§ 5 *Triginta quinqueremes, viginti triremes*] Duæ ultimæ voces exsulant ab omnibus nostris, Hearnii L. 1. N. et primis edd. antequam Aldus ex Msto Mog. adderet. In initio hujus § prima vocula *Et* deest in Lov. 2. intercepta ab ultimis literis vocis præced. Vide ad XXXV. 41. § 7.

§ 6 *Ætoli, priusquam legati*] Editi priores, Voss. Thuan. *Ætoli postquam legati*. Nec video cur ipsi, in pace et Romanorum benevolentia unicam spem ponentes, primi hostilia inchoare constituerint, nisi postquam a Romanis se rejectos noverunt. *Jac. Gron.* Illud *priusquam* recentiores ex postrema Gruteri ed. adoptarunt, invitis non tantum omnibus prioribus edd. sed et omnibus Mss. nostris, et Oxonn. Hearnii. Recte igitur Cleri-

cus et Crevier. priorem lectionem revocarunt. Mox *retulerant* Harleian. Deinde vox *maritima* non adparet in Lov. 6. nec verbum *est* in Harl.

§ 7 *Coracem montem occupaverunt*] *Cor. occupavere montem* Lovel. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. *Cor. occupaverunt montem* Mss. reliqui, et edd. principes. *Cor. occupaverant montem* ed. Mog. sed verisimiliter operarum errore, quem tamen reliqui servarunt usque ad Frob. is autem anno 1535. *Cor. montem occupaverunt* substituit. Paullo ante *Romanis intercluderetur iter* Lov. 5. et edd. vett. Primus Aldus dedit *intercluderent*, concinentibus ceteris Mss. In fine § τὸ *esse* non agnoscit Harl.

§ 8 *Qui id exspectari sciebat, satius visum est, inopinatam*] *Quia id exspectari* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. Frobeniana a. 1535. priores. Utrumque ferri potest. Sæpe autem eodem modo variarunt codd. Vide ad XXXVI. 33. § 5. Deinde *satis visum est* Voss. et Lov. 6. Male: 'satius esse' est præstare. Supra V. 53. 'In casis ritu pastorum agrestiumque habitare est satius:' ubi etiam quædam vide. XXXIV. 49. 'Satius visum esse, tyrannum debilitatum relinqui.' XXXVII. 26. 'Quanto satius esse, socios obsidione eximere.' XXXIX. 10. 'Mori et sibi et illi satius esse.' Pro *satius* eodem errore *satis* etiam datum erat a librariis III. 70. § 4. Dein *opinatam* Lovel. 1. 2. et Voss.

§ 9 *Nam et a Philippo prope ad exscidium adductos esse, et tunc eo ipso*] Prius *et* non adparet in Lov. 1. et 6. Vide ad II. 44. § 3. *Exscidium* invitis libris omnibus inductum est a Clerico, quod Crevier. servavit. Sed priorem scripturam *excidium* revocavi. Vide ad V. 15. § 9. *Prope excidium* Lov. 5. quomodo etiam Sigonius edidit. Similiter et se in ed. principe reperisse, auctor est Crevier. Utroque modo Livium locutum esse, vidimus ad VI. 42. § 10. Verius itaque est, ut pluribus scriptis et editis adhæreamus. Deinde *ductos esse* Lov. 1. et Harl. *deductos esse* Gaertn. *adductos* nempe Ætolos, intelligit Doujatius; malo incolas Lamiæ. Vide ad XXXVIII. 29. § 9. Insuper *et nunc eo ipso* Voss. et Gaertn. quod non displicet: *nunc* nempe illo ipso tempore, quo consilium hoc Acilius capiebat. Vide ad III. 6. § 1. Sæpe hæ voculæ in membranis commutantur. Vide ad II. 54. § 5. III. 6. § 1. VIII. 5. § 3. XXI. 19. § 4. XXXIV. 38. § 1. XXXV. 10. § 8. et alibi. Adde Barth. ad Statii Theb. VI. 191. Nic. Heins. ad Nas. Met. V. 147. et Burm. ad Ovid. Her. XVIII. 95. Amor. II. 5. 23. Met. I. 321. II. 218.

§ 10 *Circa Sperchium amnem*] *Spertheum* Voss. *Sperchenum* Gaertn. Voluisse videntur *Spercheum*, quod præferunt Lovel. 1. 2. et 4. Vide ad XXXVI. 14. § 15.

CAP. V. § 1 *Constantius tamen, quam quis facturos crederet*] Pall. *constantius, quam quis fact. cred.* Gebh. Similiter Mead. 2. et Lov. 4. ac 6. Sed reliqui vocem *tamen* servant: *futuros* Lov. 3. Vide ad XXXII. 8. § 15. Paullo ante *ut re inprovisa* Lov. 1.

Multifariam scalis adpositis, urbem eo die defenderunt] Ms. *in muros gererent, jam mult. scalis appositis.* Modius. Lectionem, quam ex Mog. cod. profert Modius, recipiendam esse, ad marginem Livii monuit Perizon. cui morem gessi, licet nullus meorum Mstorum accedat. *Defendunt* Lov. 6. Vide ad X. 12. § 4.

§ 2 *Medio ferme diei reduxit*] Vet. lib. *medio ferme die.* Sigon. Similiter omnes nostri, et edd. vett. pro quo *medio ferme diei* Frob. 1535. adscivit. Eum autem ita ex mente Gelenii edidisse, et Gelenium lectionem hanc in cod. Mog. invenisse, suspicio est. Est autem locutio Liviana, ut vidimus ad XXVII. 2. § 9.

Et tunc cibo et quiete refectis corpo-

ribus] Pall. et vet. ed. *et quidem cibo et quiete refectis.* Gebhard. Similiter Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. vett. *et cibo*, omissa media voce, Lov. 2. Vulgati auctor exstitit Aldus, qui id ex cod. Mog. probavit. Præterea mox *in castra reducturum*, omissa particula *non*, Lov. 1. et 3. quasi præcedens *nisi* positum esset pro 'non nisi,' quo sensu eam interdum usurpari, nonnullis viris doctis visum est. Sed vide ad XXXVII. 16. § 1.

§ 3 *Quum oppidanos jam vires, jam tela, jam ante omnia animus deficeret*] *Oppidanis* Voss. et Lov. 6. Male. Vide ad XXII. 49. § 3. Deinde *deficerent* iterum Voss. quod genus loquendi Livio non insitatum esse, vidimus ad III. 30. § 1. Verum et alterum eidem non displicuit. Supra II. 1. 'Prinsquam pignora conjugum ac liberorum, caritasque ipsius soli animos eorum consociasset.' III. 7. 'Dii præsides ac Fortuna urbis tutata est.' c. 38. 'Non nuncii solum, sed per urbem agrestium fuga trepidationem injecit.' c. 66. 'Tribunis et plebe incitata in Patres.' v. 13. 'Adeo ut viæ clausæ, Tiberis innavigabilis fuerit.' VIII. 23. 'Nostra certamina arma et communis Mars belli decernet.' IX. 11. 'Samniti populo omnes, aut pro iis pax debetur.' XXV. 9. 'Quotidianaque funera et mors ob oculos esset.' XXX. 3. 'Magis pacis conditiones, quam spes ulla desciturum adferebatur.' XXXVI. 2. 'Ita ut in iis duæ partes socium Latini nominis, tertia civium Romanorum esset.' XXXVII. 9. 'Naves quoque et præsidium Romanorum excessit.' XLI. 11. 'Quo se principes Istrorum et regulus ipse Æpulo receperat.' XLII. 54. 'Vigiliæ et continens labor conficiebat.' Vide Burm. ad Nemes. Cyn. 202. et Corte ad Plinii I. 3. Quum igitur utraque locutione Livius usus sit, præstare nemo negabit, ut plures codd. quam ut unum sequamur. Paullo ante *multis locis* cod. Moguntinus. Mox vero *inter paucas horas* Lov. 3. Sed vide ad v. 27. § 3.

Partim divendita, partim divisa præda] *Dividendi tã*, pro *divendita*, Mead. 2. *dividendi cã* Lov. 2. *dividendi causa* Harl. et Mead. 1. *dividendi cã tam* Lov. 1. *dividendi caussa tam* Voss. *dividendi cã tũ* Lov. 6. et Gaertn. *dividendi capta* Lov. 3. *dividendi eam* Lov. 4. Vide ad I. 53. § 3.

§ 4 *Naupactum iri placuit*] Ms. *ire placuit*. Modius. Codd. nostri nihil mutant.

Obpugnare Acilius Amphissam statuit: ab Heraclea per Œtam] Notandum est hoc iter, nam ad locorum hic obscure positorum notitiam conducit. Inter Heracleam atque Naupactum Coraca ait interjectum: inter eandem autem et Amphissam, Œtam. Amphissa sane Locrorum Ozolarum oppidum est, authoribus Strabone ac Stephano. *Ab Heraclea* autem ait, pro *ab Lamia* propter propinquitatem urbium, nisi sit menda in codd. ut suspicor. *Glar. Aphisam* Harl. *Amphixam* Lov. 3. *Amphysã* Mead. 1. *Amphisam* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Gaertn. Hearnii L. 1. N. et edd. vett. Sed constanter Latinis *Amphissa*. Græcis Ἄμφισσα in optimis libris vocatur. Mox *eo deductus* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn.

§ 5 *Nihil adversus tale machinationis genus parare, aut comminisci*] Pall. uterque *eminisci*: vet. ed. *emenisci*. Sic scriptum XL. 8. in omnibus nostris codd. *Dicite palam, quidquid aut veri potestis, aut eminisci libet.* Gebh. Scripti *tale oppugnationis genus.* At mox ibidem 'qui circa opera et machinationes erant,' non *machinas*. Sane neque vulgatum incommodum valde, neque sic mutandi caussam idoneam habuisse videntur. Lib. XXIV. c. 19. 'Vineæ inde omniaque alia operum machinationumque ge-

nera quum admoverentur.' XXV. 11. 'Quum jam machinationum omni genere et operibus oppugnaretur.' Lib. XXVII. c. 15. 'Naves partim machinationibus onerat apparatuque mœnium oppugnandorum, partim tormentis et saxis, omnique missilium telorum genere instruit.' *J. F. Gron.* Hoc loco vocem *machinationis* servant omnes, quos vidi, ac consului, codd. et nihilominus mox § seq. *circa opera et machinationes* præferunt eorum plerique, nempe Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. Moguntini vero ex cod. suo nihil notarunt; unde verisimile fit, eum stetisse pro vulgato, a quo propterea discedere religioni fuit. Crevierius contra, qui de lectione cod. sui hoc loco nihil monet, sed mox etiam in Victor. *circa operas et machinationes* invenit, id, quod in scriptis esse Gronov. testatur, recepit. Cur tamen *tale machinationis genus*, etsi tolerari possit, nihilominus minus idoneum huic loco videri dicat, me ignorare profiteor. Dixerat Livius, Acilium pluribus locis arietem admovisse, oppidanos vero nihil parasse adversus tale genus *machinationis*, id est machinæ. Eo enim sensu vocem illam a Livio usurpari Gronovius docuit. Similiter Sall. Jug. c. 92. 'Turribus et aliis machinationibus locus importunus.' Et ita 'machinamenta' utitur Liv. XXIV. 34. 'Turres contabulatas machinamentaque alia quatiendis muris portabant.' Præterea *emenisci* Lovel. 5. et edd. Camp. ac Rom. 1472. *eminisci* Voss. Lov. 1. 4. et Mead. uterque. Per compendium scriptum fuerat *c̃minisci:* id prave intellectum librarii reddiderunt *eminisci.* Vide ad XXII. 40. § 8. Adde ad XXXIII. 4. § 5. XXXIV. 37. § 7.

§ 6 *Eruptionibusque crebris et stationes hostium, et eos ipsos*] Particulam *que* ignorant omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. usque ad eam, quam Curio vulgavit. Quum autem ea omissa sensus constet, etiam induxi. Præterea prius *et* male exsulat ab Harl. et Lov. 2. Vide ad II. 44. § 3. Paullo ante *omnium spes* Gaertn. Vide ad VI. 22. § 6.

CAP. VI. § 2 *Cum tribus millibus peditum et quingentis equitibus*] In priori numero vitium est. Dixit enim paulo ante cap. 2. consuli in supplementum data esse civium Romanorum peditum tria millia, equites centum, socium nominis Latini quinque millia, equites ducentos. Et post cap. 4. 'Ad quinque millia voluntariorum ex Romanis sociisque, qui emerita stipendia sub imperatore P. Africano habebant, præsto fuere exeunti consuli, et nomina dederunt.' Quo fit, ut non *tria*, sed *tredecim millia* secum duxerit. Equitum etiam numerus auctus est, quod edixit, ut milites, qui in Bruttiis cum A. Cornelio proprætore essent, adessent; (cap. 4.) XII. etiam millia secum adduxisse M'. Acilium, qui ante se rem gesserat, scripsit. (XXXVI. 14.) *Sigon. Cum XIII. millibus* est a conjectura Sigonii. Constanter Pall. et vet. ed. *cum tribus millibus.* Gebh. Non aliter etiam omnes nostri. Paullo ante § 1. *per Epirum et Thessaliam* Lov. 6. *per Epirum in Thessaliam* Harl.

Jam in sinum Maliacum venerat] Considerandum etiam atque etiam toto hoc loco, num aliquid omissum sit. Nam si Apolloniæ exercitus expositus erat, perque Epirum ac Thessaliam veniebat consul novus, oportuit certe prius Hypatam venire, quam in sinum Maliacum. Nisi quis tria hæc millia peditum et quingentos equites una cum consule mari venisse contendat, reliquum vero exercitum terra: quod equidem nescio quam probem. *Glarean.* Si L. Scipio exposito Apolloniæ exercitu per Epirum atque Thessaliam in Ætoliam venit, ut et superiore versu ait Livius, et paulo post cap. 7. cum inquit 'ab Amphissa Thessaliam repe-

tit,' videndum est quemadmodum in Maliacum sinum venerit, atque ante in sinum venerit, quam Hypatam: neque enim, mari venisse in sinum, ex verbis Livii intelligi potest, neque item ex Appiano, qui ita ait in Syriac. p. 100. Πούπλιος δὲ Σκιπίων ἀφικόμενος ἐς Αἰτωλίαν μετὰ τοῦ ὑπάτου καὶ τοῦ Μανίου στρατὸν παραλαβὼν, τὰς μὲν ἐν Αἰτωλίᾳ πολιορκίας ὑπερεῖδεν. Ex his autem locis, quæ hoc loco nominatæ sunt, sinus Maliacus est supra Eubœam insulam. Hypata est oppidum Thessaliæ, siquidem est in Perræbia Thessaliæ regione. Amphissa Locrorum Ozolorum non longe a Naupacto: cum ergo Scipio per Epirum et Thessaliam in Ætoliam veniret, nuncios Hypatam, ut se dederet, præmisit, et re infecta ducit Amphissam Ætolorum; inde ab ejus obsidione, inquit, Thessaliam repetit, ut per Macedoniam et Thraciam duceret exercitum in Asiam. Hæc cum ita sint, apparet non *in sinum Maliacum*, qui supra Eubœam est, Scipionem venisse, sed *in finem Maliacum*. Est autem Malœa oppidum in Perræbia Thessaliæ, Livio ipso auctore: itaque lib. XLII. c. 40. ait, 'Per Thessaliam et Maliensem agrum cum exercitu contra fœdus Delphos isti.' Stephanus illos Μαλιέας, hos Μηλιέας vocat. Sic enim scribit: Μαλιεὺς πόλις ἐπώνυμος τῶν Μαλιέων· ὁ πολίτης Μαλιεύς· ἔστι καὶ Μαλιακὸς κόλπος· λέγεται καὶ Μαλεάτης. Post autem: Μῆλος, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων· τὸ ἐθνικὸν οἱ Μήλιοι, οἱ δὲ ἐν Θετταλίᾳ Μηλιεῖς, καὶ διὰ τοῦ ἄλφα Δωρικῶς Μαλιεῖς· γίγνεται καὶ ἀπὸ τοῦ Μῆλος Μηλιεὺς καὶ Μηλιακὸς, καὶ Μῆλις ἡ χώρα. Ut autem hic dixit *finem Maliachum*, pro *fines*, sic XXXIV. 56. 'finem Pisanum.' Fecit autem illustris fama 'sinus Maliaci,' ut rudes librarii 'sinum Maliacum,' pro *finem*, scripserint. *Sigon.* Iterum Sigonius conjectaverat *in finem Maliacum*. Omnes nostri libri *Jam in sinu Maliaco venerat*. Gebhard. A mirante hic Glareano, quomodo ante in *Maliacum sinum* venerit consul, quam Hypatam, abreptus Sigonius corrigit *finem Maliacum*. Idem igitur faciendum illis fuerat libro præcedenti cap. 14. ubi Glabrionis iter describitur: 'Ducere tum porro in sinum Maliacum cœpit. Appropinquante faucibus, super quas siti Thaumaci sunt, &c. A Thaumacis altero die consul ad Sperchium amnem pervenit: inde Hypataeorum agros vastavit.' Heliod. II. 34. Οἱ μὲν Αἰνειῆνες Θετταλικῆς ἐστι μοίρας τὸ εὐγενέστατον, τὸ μὲν ἄλλο τῷ Μαλιακῷ κόλπῳ παρατεινόμενον· μητρόπολιν δὲ σεμνυνόμενον Ὑπάταν, ὡς μὲν αὐτοὶ βούλονται ἀπὸ τοῦ τῶν ἄλλων ὑπατεύειν καὶ ἄρχειν ὠνομασμένην· ὡς δὲ ἑτέροις δοκεῖ, διόπερ ὑπὸ τῇ Οἴτῃ τῷ ὄρει κατῴκισται. *J. F. Gron.* Idem Gronov. ad XXVIII. 5. § 15. docet *sinum Maliacum* hic poni pro terris circa illum sinum: similiter Dukerus. *Lirim* apud Flor. I. 18. § 28. accipit pro regione circa fluvium Lirim. Ceterum *in sinu Maliacu* Mead. 1. *in sinu Maliaco* Voss. Lov. sex, Mead. 2. et Gaertn. quod se etiam in scriptis suis reperisse, Doujatius testatur. Mox *juberentur* Mead. 2. Sed vide ad XXXIX. 12. § 8.

Præmiso fratre Africano, Amphissam ducit] Corrupte omnes nostri libri *amplissimum agmen ducit*. Gebh. *Amplissimum ducit agmen* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. *amplissimum agmen ducit* Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. vett. Primus Froben. 1531. vulgavit *ad Amphissam agmen ducit*; at quadriennio post, duabus vocibus expunctis, *Amphissam ducit*; quod verum est. Displicuit librariis τὸ 'ducere' sine casu positum; quod tamen Livio est familiare. Vide ad I. 23. § 5. et XXIII. 18. § 13.

§ 3 *Magna ex parte nudata mœnibus erat*] *Magna parte* Gaertn. Vide ad XXXVIII. 3. § 4. Paullo ante *Sub adventu eorum* Voss. et Gaertn. Vide ad II. 55. § 1.

§ 4 *Consul sex millia ferme passuum inde posuit castra*] Ms. *Consul ab sex millibus ferme passuum inde posuit castra.* Modius. Pall. *concessere: in sex millia ferme passuum inde p. c. eo legati inde Athenienses.* Gebh. Vox *Consul* in nulla exstat meorum codd. nec Hearnii L. 1. et vett. edd. Aldus demum eam ex cod. Mog. addidit. Præterea *in sex millia ferme passuum inde posuit castra* Voss. Lovel. 1. 2. 4. Mead. ambo, et Gaertn. *inde sex millia ferme passuum inde posuit castra* Lov. 6. *inde sex millia ferme passuum posuit castra* Harl. *ab sex millibus fere passuum inde* Mog. cod. Sed nihil muto. Vide ad IV. 9. § 13. Cum his conferenda sunt quæ ex reliquiis Polybianis exstant in Exc. Legat. num. XVII. ubi consul cum fratre castra posuisse dicuntur ἐν ξ' σταδίοις ἀπὸ τῆς Ἀμφίσσης, sive *sexaginta stadia ab Amphissa:* quod Casaubonus reddidit *octo ferme passuum millia ab Amphissa:* non male. Polybius enim pro mille passibus numerare solet octo stadia et duo jugera, sive tertiam stadii partem, teste Strabone VII. 322. Sexaginta igitur stadia efficiunt septem millia et ducentos passus, ac stadium continet centum viginti passus. Unde constat Livium potuisse dicere *septem millia ferme passuum*, id est, paullo plus quam septem millia; sed omnes codd. in *sex millia* consentiunt. At sex millia passuum efficiunt quinquaginta stadia: neque tamen dici potest, Livium apud Polyb. suo tempore scriptum invenisse ἐν ν' σταδίοις: ita enim non addidisset voculam *ferme*, quæ tum usurpatur, quum numerus vel paullo minor, vel, ut hic, paullo major sit, quam qui editur. Vide ad I. 40. § 3. Mox *eo legati in*, vel *iñ*, id est inde, *Athenienses* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Dein *ad P. Affri. Scipionem* Voss. *ad P. Affricanum Scipionem* Gaertn. Sed mediam vocem a Livio non profectam credo.

Sicut ante dictum est] Vox *ante* non comparet in Harl. quam recte reliqui servant; in hac enim formula Livio amata, et sæpissime adhibita est. Supra XXII. 28. 'Missis paucis ad capiendum, quem ante diximus, tumulum.' XXVI. 39. 'Classem viginti navium, sicut ante dictum est, effecit.' XXVIII. 7. 'Torone, sicut paullo ante dictum est, recepta profectus.' XXXVII. 8. 'Classis Romana, sicut ante dictum est, ad Canas hibernabat.' cap. 41. 'Quadrigas in prima acie, ut ante dictum est, locaverat rex.' Lib. XXXVIII. c. 6. 'Tribus locis, sicut ante dictum est, ad Pyrrheum opera Romana erant.' Mox *ad consulem devenerunt* perperam Gaertn.

§ 5 *Non Romanis solum, ut pacem bello præferrent, sed etiam Ætolis persuadere*] *Non solum, ut præferrent pacem belli, Romanis, sed etiam pers. Æt.* cod. Mog.

§ 6 *Frequens ab Hypata legatio Ætolorum venit*] *Ad Hypatam* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. Primus Aldus *ab Hypata*, fidem cod. Mog. secutus, probavit; cui consentire videtur Lov. 6. unde nihil notatum reperio. Verum insuper vox *Ætolorum* exsulat ab eodem Mog. Mox *spem pacis sermo etiam* Lovel. 6. *spem eis pacis sermo etiam* Lov. 1. *spem eis pacem etiam sermo* Gaertn. *spem eis pacem sermo etiam* Voss. *spem eis pacemque sermo etiam* Lov. 3. Tum *quem priorem audierunt* Lov. 1. 3. 6. Harl. et Mead. 1. sollemni scribarum errore. Vide ad X. 12. § 2. et mox hoc cap. § seq. *quem priorem adjicerant* Gaertn. cujus scriba voluisse videtur *adierant:* sed vulgatum recte superest in reliquis scriptis, omnibusque editis.

Auxit, commemorandis] Verius, quod reperi in Pal. posteriore, *auxit, commemorantis.* In Pal. 1. et vet. ed. *commemorantes.* Gebh. *Commemorandis* operarum errore inrepsit in solam ed. Gruteri a. 1608. quod aliæ sponte emendarunt. *Commemorantes* Lov. 3.

Multas gentes populosque in Hispania prius] Ms. *multas gentes pop. et in Hisp. prius.* Modius. *In Hisp. primo* Lov. 5. et edd. principes: *in Hisp. prius* primus Aldus recepit ex Msto Mog. Nec aliter reliqui nostri, nisi quod *in Hispanis prius* dederit Gaertn.

§ 7 *Aditus consul idem illud responsum retulit, quo fugati ab senatu fuerant*] Aliud Livio sane est 'responsum referre,' ut c. 28. 'Hoc tam triste responsum quum retulissent legati.' Aliud 'reddere responsum,' ut XXXVIII. 9. 'Adversus quæ legati, nullo reddito responso, domum regressi sunt.' Quod huc desiderari apparet. *Jac. Gronov.* Non contemnenda quidem, sed tamen non omnino necessaria esse videtur hæc emendatio. 'Referre' sæpe est repetere, renovare. III. 55. 'Relatis quibusdam ex magno intervallo cærimoniis.' XXVI. 19. 'Hic mos retulit famam in Alexandro Magno prius vulgatam.' Sueton. Cæs. c. 20. 'Antiquum retulit morem.' Vide Serv. ad Virg. Æn. v. 596. et VIII. 342. Unde 'referre aliquid' sæpe pro meminisse, repetere, recolere mente, dici adnotavit Heinsius ad Ovid. Epist. Œnon. vs. 113. Quin et 'referre' dicuntur respondentes. Virg. Æn. IV. 31. 'Anna refert:' et vs. 333. 'Tandem pauca refert.' Erunt fortassis, quibus hæc non placebunt. Sed non libenter moveo terminos veteres, id est, scripturam receptam, quæ probabili aliqua ratione defendi potest; præsertim si ipsa quoque libros scriptos auctores habet. Conjecturas in medium proferre liberum est. *Duk.* Vulgatum etiam defendit Crevierius, et 'referre' hic exponit iterum dare, iterare. Inlustrat autem loco Livii XXIV. 45. 'referre proditionem proditis:' et Cic. pro Cæc. c. 29. Nostri etiam constanter omnes *retulit.* Attamen integræ locutionis 'referre responsum,' pro idem responsum iterum dare, aliud exemplum me legere non memini: 'referre' autem et 'reddere' sæpius commutarunt librarii. Vide Burm. ad Nas. Met. III. 387. Tum *auditus consul* Lov. 5. et 6. Vide ad § præc. *fuerant* autem est ab Aldo. Priores *fugati ab senatu erant,* quod probant Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Hearnii L. 1.

Nihil enim nec leg. .... profectum videbant] Pall. continent *perfectum.* Gebh. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. Frobeniana a. 1535. antiquiores. Lapsus hic scribarum in Mss. frequens est: vide ad III. 43. § 6. IV. 9. § 8. c. 43. § 3. V. 49. § 1. VI. 36. § 4. XXXIV. 40. § 4. XXXVII. 51. § 7. De origine erroris vide ad IX. 10. § 7. Tum *videbatur* Harl. et Gaertn. Vide ad XXXVIII. 40. § 1. Insuper *nec enim nihil legatione* Voss. Lov. 1. et Gaertn. *etenim nihil legatione* Lov. 6. Vide ad IV. 7. § 5.

CAP. VII. § 1 *Permisso libero arbitrio, ne in corpora sua sæviretur, metuebant. Redire itaque*] Pall. *Venire itaque.* Gebh. *Libero arbitrio, metuebant redire, ne in corpora sua sæviretur. Itaque* cod. Mog. *metuebant venire. Itaque eosdem legatos ad consulem et Africanum miserunt petere* Voss. Lov. 6. et Gaertn. *metuebant. Venire ita* Lov. 1. *metuebant. Venire itaque* reliqui codd. et edd. vett. Frobenius postea a. 1535. τῷ *Venire* substituit *Redire,* et quidem, ut videtur, fide cod. Mog. licet tamen in eo vox illa non suo loco posita fuerit. Paullo ante *nec consilium expediebant: nam neque, unde mille talenta darentur, erat* Lov. 1. Sed 'mille talentum daretur' inlustravimus ad XXXVII. 1. § 3.

§ 2 *Aut ex summa pecuniæ demerent*] *Ederent* Voss. literis transpositis, quum forte *dĕerent* scriptum fuisset: *ederunt* Lovel. 1. *detraherent* Harl. ex glossa interpretis. Verbum 'demere' cum præpositione *ex* junctum inlustravimus ad XXXIV. 54. § 5. Mox § seq. *Et nihil impetratum* Voss. et Gaertn. Posses existimare, eos dare voluisse *At nihil.* Sæpe enim

et atque *at* commutantur. Vide ad XXXVI. 35. § 7. Verius tamen est, illud *Et* natum esse ex ultimis literis præcedentis *juberët*. Vide ad XXXIX. 18. § 8.

§ 4 *Princeps legationis eorum Echedemus*] *Euthidemus* Lov. 5. et edd. vett. pro quo Frob. a. 1535. præeunte cod. Mogunt. recte dedit *Echedemus*. Nam apud Polyb. Exc. Leg. num. XVII. pariter Ἐχέδημος vocatur. Nec multum abeunt reliqui codd. *Achidemus* est in Lov. 3. *Ethidemus* in Voss. *Echidemus* in Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. Vide etiam ad XXXIII. 16. § 4. Similiter fere variant codd. § 6.

§ 5 *Mala, quæ ultima essent, adjecturam: levari*] Pall. *quippe quæ ultima essent*. Gebh. Voss. *Dil. nihil ad præs. mala, quippe quæ ultima essent, adjecturam: et levari.* Τὸ *quippe* habent et veteres omnes ab Andrea ad Frobenium. Primus omisit Curio. *J. F. Gron.* Non primus Curio est, qui τὸ *quippe* omisit; id enim ante eum jam ejecerunt Frob. a. 1535. Basil. a. 1539. Vascos. et Gryph. Deest etiam in Lov. 6. Sed videtur haustum esse a sequenti *quæ*, idque tanto pronius erat, quum vel sine eo sensus constaret: contra enim *quæ*, sine quo tamen sensus integer non est, exsulat a Lov. 1. absorptum a præcedenti *quippe*. Verius enim puto, *quippe*, ab uno vel altero scriba male omissum, quam a tot aliis male additum esse. Locutio autem *quippe qui*, juncto vel indicativo vel subjunctivo, apud Livium frequens est: vide ad II. 37. § 5. Adde I. 9. 'Quippe quibus nec domi spes prolis, nec cum finitimis connubia essent.' VII. 5. 'Quippe qui ferrum ante oculos micare cerneret.' VIII. 26. 'Quippe qui inermes domos rediere.' XXVI. 41. 'Quippe cui pater et patruus intra triginta dierum spatium interfecti sunt.' cap. 43. 'Quippe qui mercenarios exercitus alunt.' Tum *et levari* etiam Gaertn. Mox *tempore inposito* Mead. 1. Sed vide ad XXXVIII. 57. § 6. Insuper § seq. *item*, pro *iidem*, Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Hinc *ab consule* Voss. Lov. 1. 2. 4. Mead. 1. et Gaertn. Idem se in Pall. invenisse, Gebhardus monuit.

§ 7 *Et consul ab Amphissa Thessaliam repetit*] Pall. uterque *et consul Amphissa Thess. repetit*. Gebh. Vocula *et* deest in Lov. 3. et 6. præpositio vero in Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. utroque, Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. Mox *exercitum duceret* Lov. 3. Sed vide ad eap. præc. § 2. *Per Thraciam Macedoniamque traduceret* Gaertn.

§ 8 *Tum Africanus fratri, Iter, quod insistis*] Vox *fratri* exsulat a Lov. 3. Tum *quo insistis* Voss. Lovel. 6. et Gaertn. ita *insistere vestigiis*, de quo vide ad XXV. 33. § 9. Sed *viam* servo. Plaut. Cist. IV. 2. 11. 'Utrum hac an illac iter institerit?' Præterea *quod jussistis* Lov. 2. et Harl. *quod misistis* Lov. 1. Mox *totum divertitur*, literis trajectis, idem Lov. 1. *totum vertitur* Lov. 6.

§ 9 *Qui, si imperio nostro fidus est*] Ms. *si imperio nostro fidelis est*. Modius. Omnes nostri *fidus est*. Solent autem hæ voces in Mss. confundi. Vide ad VI. 21. § 2. VIII. 21. § 4. et viros doctos ad Val. Max. III. 3. ext. 2. Si vera est differentia, quam inter illa vocabula statuunt grammatici, laudati ad XXXIII. 28. § 13. *fidus* præferendum foret. Verum Servius, cujus verba ibidem produxi, utrumque nomen idem significare monuit. Scripturam itaque cod. Mog. *fidelis est* præferenti non adversabor. Præterea prima vocula *Qui* non comparet in Voss. et Gaertn. Ejus loco *Quod* legunt Lov. 1. et 6. Sed vide ad III. 58. § 7. Mox *iter, commeatus, et omnia*, bis omissa vocula *et*, Lov. 3. Tum *probe suppeditabit*, pro *nobis*, Lov. 6.

Si is destituat] Cur non *destituit?*

ut paullo ante, 'si fidus est.' Sed etiam alibi, et hoc ipso libro, eadem est enallage modorum. *Duk.* Vide ad XXX. 44. § 10. Attamen *destituit* Lov. 1. 3. 6. et Gaertn.

§ 10 *Explorari placet: optime explorabitur*] *Explorari placeat: oportune explorabitur* Voss. et Gaertn. *explorari placet: oportune explorabitur* Lov. 1. 5. 6. Harl. et edd. antiqq. *explorari optime placet: explorabitur* cod. Mog. unde Frob. a. 1535. dedit id quod nunc vulgo circumfertur. Consentiunt Lov. 2. 3. 4. et Mead. ambo. Alibi etiam voces 'optime' et 'oportune' commutantur: vide ad VI. 36. § 1. XXI. 27. § 6. XXIV. 13. § 5. et alibi. Similiter 'optimus' et 'oportunus' VI. 1. § 7. Mox *qui mitteretur* cod. Mog. et Lov. 3. Vide ad II. 56. § 7.

§ 11 *Ti. Sempronius Gracchus longe tum acerrimus juvenum*] Alii codd. *T. Sempronius.* Unus Lov. 1. *C. Sempronius.* Sed indicatur ille *Ti. Sempronius Gracchus*, cujus in libris seqq. multiplex mentio erit, cujusque tribunatus plebis, prætura, ac consulatus memorabitur. Ejus cognomen deerat in Lov. 3. et Hearnii L. 1. Id scribitur *Gracus* in Lov. 6. *Graccus* in Lov. 1. 2. 4. Vide ad Epit. Liv. l. XLI. Deinde *longe tamen acerrimus* Mead. 1. Vide ad XXII. 17. § 5.

Ab Amphissa inde Elim est dimissus, die tertio Pellam] Apud neminem authorem hoc quidem tractu *Elim* invenio: quare videndum num vel *Lilæam* vel *Lamiam* legendum. Quidam pro *Elim* legunt *enim*, et in parenthesi hæc verba, (*inde enim est dimissus*) atque id placet. *Glar.* Froben. est, qui a. 1535. primus dedit *inde enim est dimissus:* quod et in Lov. 3. fuisse videtur. Certe ex cod. illo nihil notatum video: priores vulgarant *inde Elim est dimissus;* quod servant Voss. Lovel. 5. 6. Mead. 2. Gaertn. *inde Ellim dimissus* Lov. 6. a m. sec. *inde Elimẽ dimissus* Lovel. 1. *inde Elimẽ est dimissus* Lovel. 4. *indelidem est dimissus* Lovel. 2. *inde idem est dimissus* Harl. et Mead. 1. Vox *tertio* abest ab Hearnii L. 1. *die tertiu* legit Gaertn. Vide ad VIII. 11. § 15.

§ 13 *Vias, ubi transitu difficiles erant, munitas vidit*] *Transitus difficilis erat* Lov. 5. et ed. Camp. *transitus difficiles essent* Lov. 3. et Gaertn. *transitus difficiles erant* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et typis descripti usque ad Sigonium, qui *transitu* dedit. Quum tamen in Scholiis mutatæ lectionis nullam reddiderit caussam, immo se aliquid mutasse ne meminerit quidem, ita potius errore operarum, quam ex voluntate Sigonii editum puto. Præterea *videt* Lov. 5. et edd. antiqq. cujus loco *vidit* Moguntini ex cod. suo substituerunt, id probantibus reliquis Mss. meis. Paullo ante *commeatus exercitu paratos* Harl. *commeatus exercitũ paratos* Gaertn.

§ 14 *Eadem, qua ierat, celeritate Thaumacis obcurrit consuli*] *Qua venerat* Harl. quomodo ex conjectura emendabat Arntzen. ad Aurel. Vict. de Vir. Illustr. c. 48. ubi vide quæ pluribus de differentia τῶν *ire* et *venire* notavit. Quin et Burm. ad locum Lucani V. 487. 'venire Te Cæsar, non ire, jubet,' verbo 'venire' majorem celeritatem inesse monuit: quam etiam ob rationem hic *qua venerat* probandum erit. Deinde *Thamatis* Voss. et Lov. 1. *Teumacis* Lov. 2. *Taumatis* Lov. 3. et Mead. 2. *Thaumatis* Lov. 5. Gaertn. et edd. principes. *Thaumathis* Lov. 6. *Thaumastis* Harl. et edd. principibus proximæ. Vide ad lib. XXXVI. c. 14. § 12.

§ 15 *Regio adparatu accepit et prosecutus est*] Ms. *regio apparatu et accepit, et prosecutus est rex.* Modius. *Accepit et prosecutus* Lov. 5. et edd. principes. Quum autem Moguntini se in cod. suo *et accepit et prosecutus est* invenisse professi essent, mox Aldus *prosecutus est* ex eo probavit, quod et reliqui codd. testimonio suo firmant, nisi quod *profectus est* præferant Voss.

et Lov. 1. *et profatus est* Lov. 3. In priori autem parte ex eodem Mog. recepi *et accepit*, licet nullus meorum consentiat. Vide ad II. 44. § 3. *Excepit* obfert Lov. 3. Vide ad X. 18. § 9.

Virum sicut ad cetera regium] *Egregium* habent vetusti codd. *Gelenius.* Præpositionem *ad* a læva manu huc irrepsisse crediderim, et ipse auctor id demonstrat in illis quæ contuli ad XXI. 34. XXVII. 11. 'Ut pleraque faciliore ad duplicanda verba Græco sermone.' *Jac. Gron. Ad cetera egregium*, antequam Gelenius ita emendarat, receperunt edd. Ven. 1498. Mediol. 1505. et Ascens. 1513. et 1516. At postea *regium* iterum Moguntini ex Msto suo adoptarunt, et proxime sequutis verum esse persuaserunt; unde Gelenio *egregium* revocare necesse fuit, cum quo sentiunt omnes scripti. Quod autem ad Jac. Gronovii *τὸ ad* delentis conjecturam adtinet, eam veram crederem, si codicum fide niteretur. Ita enim Livium interdum locutum esse, certum est. Similiter, qui eum imitari solet, Silius IX. 436. 'dextra pares, sed cetera ductor Anteibat Latius, melior pietate fideque.' Ex aliis scriptoribus hanc formulam inlustrarunt Gronov. ad Senecæ Consol. ad Marciam c. 25. Nic. Heins. ad Silii I. 353. Nason. Met. IX. 99. Periz. ad Sanctii Min. II. 5. 185. Cort. ad Sall. Jugurth. c. 19. ad Plinii Ep. II. 11. § 10. et Arntzen. ad Aurel. Vict. Cæs. c. 9. Quum tamen omnes omnino Mss. *ad cetera* retineant, præpositionem expungere non audeo; quam Livius in similibus locutionibus adhibere non refugit. Ita XXVII. 15. 'In tumulum, a præsenti inpetu tutum, ad cetera inopem, se recepere.' XXXVIII. 14. 'Homine ad omnia infido atque inportuno.' Mela II. 1. in fin. 'Terræ nusquam non ad pabula fertiles: alicubi usque adeo steriles ad cetera, ut ignes ossibus alant.' Quo exemplo forte eadem locutio restituenda est eidem I. 19. circa fin. 'Fœcundos pabulo, ad alia steriles nudosque campos tenent Budini:' nunc editur *at alia steriles:* quod non tentarem, si Melam ita alibi locutum constaret.

A comitate, quæ sine luxuria esset, non aversum] *Sine luxuria est* Lov. 3. Tum *non adversum* Voss. Lov. 1. 4. et Harl. *non adversum sibi* Lov. 3. Sed vide ad II. 31. § 6.

§ 16 *Non per Macedoniam modo, sed etiam Thraciam*] *Sed etiam per Thraciam* Lov. 3. quod Livio non indignum probant, quæ notavi ad III. 6. § 8. Ita XXXIV. 61. 'Non extra noxam modo, sed etiam extra famam noxæ.' XLV. 10. 'Culpam non penes populum, sed penes paucos concitores vulgi esse.'

CAP. VIII. § 1 *Post navalem ad Caricum pugnam*] Sed *Coricum* legendum. Sic supra. *Sabell. Ad Corcyram* Gaertn. *ad Corucem* Lov. 6. *ad Coricem* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. Rom. 1472. ac Parm. *ad Coricen* Hearnii L. 1. et ed. Camp. Sed recte *ad Corycum* Sabell. Ita enim vocatur XXXVI. 43. ubi prœlium navale describitur. Mox *classi maxume parandæ* cod. Mog. de qua orthographia vide ad III. 17. § 5. Variis locis ita plures præferunt Livii codd. Vide ad IV. 2. § 2. VII. 38. § 9. VIII. 22. § 10. X. 39. § 9. XXI. 6. § 1. c. 32. § 12. c. 55. § 11.

§ 2 *Ut viribus et magnitudine classem hostium æquaret*] *Ut viribus, ut magnitudine* Vossian. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Gaertn. Vide ad XL. 39. § 8. Tum *classem hostium superaret* Gaertn. Paullo ante *ut iterum moraretur*, nempe classis, Lov. 3. et 6. At reliqui *morarentur*, nempe ipsi Rhodii.

§ 3 *Itaque et Hannibalem in Syriam miserat ad Phœnicum arcessendas naves, et Polyxenidam*] Appianus ita in Syr. 100. Ἀντίοχος δὲ περὶ τῆς ναυμαχίας πυθόμενος, Ἀννίβαν ἔστελλεν ἐπὶ Συρίας εἰς νεῶν ἄλλων ἔκ τε Φοινίκης καὶ Κιλικίας

παρασκευήν. *Sigonius.* Particulam *et* utroque loco omittunt Vossian. et Gaertn. solo posteriori Lov. sex, Harl. Mead. 2. et edd. ante Aldum, qui ex cod. Mog. adscivit. Præterea *Ita*, pro *Itaque*, Voss. Vide ad XXI. 53. § 7. Mox voces *eo enisius et eas, quæ erant* ignorat Lov. 2. ob repetitionem τῶν *erat* et *erant*. Vide ad IX. 11. § 11.

§ 4 *Ipse in Phrygia hibernavit*] Cum duæ sint Phrygiæ, altera in qua Troja, altera supra Pisidiam, conveniebat, ut adjiceret, in utra fuisset Antiochus: nam de utraque intelligi potest. *Glar.*

Bellicosiores ea tempestate erant Gallogræci] Non *Gallogræci*, sed *Gallicos*, lege. Nam ea vox cum sequentibus cohæret, ad hunc modum: *Gallicos, nondum exsoleta stirpe gentis, servantes animos.* Gelen. *Gallogræci adhuc* Lov. sex, Harl. et Mead. ambo. *Gallogræci et adhuc* Voss. et Gaertn. quod ita posset distingui: *Bell. ea temp. erant Gallogræci, et adhuc, nondum exs. stirpe, gentis serv. animos.* Potius tamen probo emendationem Gelenii, et puto *Gallogræci* natum esse ex interpolatione cujusdam nasuti, qui post præcedentia 'in Gallogræciam misit,' non recte inferri *bellicosiores erant* existimabat. Verum de hac syllepsi vide ad XXXVIII. 29. § 11.

§ 5 *In Æolide reliquerat*] Pall. *in Etholia dereliquerat.* Gebh. Præpositio *in*, quam, in Lov. 5. et edd. vett. omissam, Moguntini ex Msto suo addiderunt, superest etiam in reliquis codd. meis. Insuper *in Etholide reliquerat* Voss. Lov. 6. et Gaertn. *in Etholia dereliquerat* Lov. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. Hinc conjici posset, legendum *in Æolia dereliquerat.* 'Æolia' enim obcurrit apud Plin. H. N. V. 29. 'derelinquere' autem utitur Liv. XXXIX. 30. Vulgatum tamen præfero, et puto lectionem illorum codd. ex junctis duabus lectionibus *Æolia* et *Æolide* ortam esse. Apud Livium enim regio non *Æolia*, sed *Æolis*, vocatur. Vide XXXIII. 38. XXXVII. 11. lib. XVIII. capp. 25. 35. XXXVIII. 16. et alibi. Mox *qua illinc*, pro *quas*, Lov. 4. et Mead. uterque: *quia illinc* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Harl.

§ 6 *Ad Canas hibernabat*] *Ad Camas* Voss. *ad Charnas* Gaertn. *ad Cannas* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Hearnii N. et edd. ante Moguntinos, qui ex cod. suo *Canas* emendarunt. Similiter olim erratum fuerat XXXVI. 45. § 8. ubi vide Sigon. et hoc lib. c. 9. § 6. Adde Cellar. Geogr. Antiq. III. 3. p. 38.

Cum duobus millibus peditum, equitibus centum] *Cum X.* vel *cum decem millibus* Voss. et Gaertn. *cum XX.* vel *cum viginti millibus* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. N. et cod. Mog. Verum numerus, quem servant edd. cum Lov. 5. melius et viribus et consilio Eumenis prædas ex hostium agris, junctis Romanorum copiis, agendi convenit. Eumdem veriorem ostendunt 'centum' tantum 'equites' illis additi: *equitibus quingentis* tamen est in cod. Mog. Insuper, quum hæc 'media ferme hieme' gesta dicantur, etiam viæ transitu difficiles majorem numerum minus verum indicant. Idem ergo hic error commissus erat, quem notavimus ad XXXIII. 14. § 5. Vox *centum* deerat in Hearnii N.

§ 7 *Ex hostium agro, qui circa Thyatira esset, hortando perpulit*] Pall. *circa Hyratiram.* Gebh. *Biratiram* Lov. 6. *Hyrachyram* Vossian. *Hyracyram* Gaertn. *Hieratiram* Lov. 3. *Hiratiram* Lov. 1. 2. 4. *Hyratiram* Mead. ambo: *Hyratriam* Harl. *Hiatiram* Lov. 5. et edd. vett. *Thyatiram* Moguntini ex cod. suo, pro quo Frob. *Thyatira* 1535. substituit. Codd. igitur in id consentiunt, nomen hoc numero singulari, genere sequiori enunciatum esse. Verum de eo vide ad c. 44. § 4. Præterea *ex agro hostium* Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Deinde *orando* Gaertn. Vide ad XXX. 7. § 7. Vox *ingentem* deest in Lov. 1.

Cap. ix. § 1 *Phocææ seditio orta, quibusdam ad Antiochum . . . avocantibus*] *Seditio orta, quibusdam Phocææ* Lov. 6. Deinde *advocantibus* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Hearnii L. 1. Male. Supra iv. 61. 'Parte tribunorum exercitusque ad Volscum avocata bellum:' ubi vide. Ceterum pars Polybii, qua eadem, quæ hic, narrantur, servata est in Exc. Legat. num. xviii.

§ 3 *Gravis etiam inopia frumenti*] *Gravis et inopia* Lov. 6. et Harl. Vide ad xxii. 47. § 9.

§ 5 *Eumdem Pausistratum classis præfectum*] Duo priora vocabula ignorat Hearnii L. 1. *Passistratum* legunt Lov. 1. 3. 6. et Voss. *Pasistratum* Lov. 4. et Mead. ambo. Similiter Πασίστρατος vocatur apud Polyb. in Exc. de Virt. et Vit. p. 1434. Cujus fragmenti partem laudans Suid. voc. Διάληψις eum adpellat Πεισίστρατον, idem nomen ei etiam tribuens in voce Πυρφόρος. At vicissim Vales. posterius illud fragmentum Polybio vindicans, et Exc. de Virt. et Vit. subjiciens p. 209. edidit Πασίστρατος. Verum præferendam hic puto vulgatam scripturam. Alibi enim apud Livium vel omnes vel plerique codd. in eam consentiunt. Vide xxxv. 45. et hoc lib. capp. 10. 11. 12. Quin etiam vel idem vel alius Pausistratus Rhodiorum prætor memoratur xxxiii. 18. Et tandem Appianus, huic classis Rhodiæ præfecto aliud nomen tribuens, in prima syllaba tamen non dissentit, eum in Syriac. p. 101. vocans Παυσίμαχον. Paullo ante τὸ *erat* omittitur in Harl.

§ 6 *A Canis cum triginta*] *A Carnis* Voss. *a Charnis viginti navibus*, neglecta præpositione, Gaertn. *a Cannis* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et editi ante Moguntinos. Vide ad cap. præc. § 6. Mox *ut transitum*, omissa præpositione, Voss. et Gaertn. Tum *quem vecturum opinabatur* Lov. 2. Vide ad iii. 23. § 3. *Quem terra venturum arbitrabatur* Gaertn.

§ 7 *In portum, quem vocant Achæorum*] Sic Appianus Syr. 101. Καὶ Σεστὸς μὲν αὐτῷ, καὶ Ῥοίτιον, καὶ ὁ Ἀχαιῶν Λιμὴν, καί τινα ἄλλα προσέθετο. *Sigon. Achieorum* Mead. 1. et Gaertn. *Achicorum* Lov. 2. *Achiorum* edd. Mediol. 1480. et proximæ usque ad Mediol. 1505. quæ *Achirum* substituit. Aldus denique ex cod. Mog. *Achæorum* adscivit, quod servant reliqui mei, et edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm. Ejus meminit Mela i. 18. ubi vide Ciaccon. et Cellar. Geogr. Ant. iii. 3. 33.

Classem primum avertit] Lege *advertit*, non *avertit*. Gelen. 'Avertere classem' est eam a recto cursu deflectere, quod Livius hic non intendit. Recte ergo Gelenius emendat *advertit*, id est adpellit, quod præter Lov. 2. et 5. priscis edd. adsentientes, firmant omnes nostri. Ovid. Her. xii. 23. 'Jussus inexpertam Colchos advertere puppim.' Met. xv. 719. 'Huc ubi veliferam nautæ advertere carinam.' Mox forte *Ilium escendit*. Vide ad xxxv. 43. § 3.

Ab Eleunte, et Dardano, et Rhœteo] Strabo xiii. 595. de his locis: 'Dardanus,' inquit, 'prisca res est:' et mox subjicit, 'deinde Pteleus lacus et Rhytium.' Cæterum 'Elensam' et 'Eleam' in Phrygia reperio: tu boni consule. *Sabell. Elæunte.* Sic enim Græci. *Sigon.* Vide ad xxxi. 16. § 5. Pro *Rhœteo* male *Trochio* Voss. *Roctio* Lov. 2. *Roccio* Lov. 3. *Rhœcio* Harl. et Mead. 1. *Rhœt'o* Lov. 4. *Rohetio* Lov. 6. *Rhœtõ* Mead. 2. *Rhœtio* Lov. 1. et 5. Vide ad xxxviii. 39. § 10.

§ 8 *In Europam ad Seston obpugnandum trajecit*] Mog. *oppugnandam.* Recte. Ovidius Epist. Leandri vs. 127. 'Vel tua me Sestos, vel te mea sumat Abydos.' *J. F. Gron.* Similiter Voss. et Mead. ambo, nisi fallant excerpta. Ovid. Her. i. 47. 'Sed mihi quid prodest vestris disjecta lacertis Ilios?' Vide ad ix. 44. § 14.

Præterea *ad Sexton* Lov. 5. cum priscis edd. *ad Sextum* Lov. 3. 4. Harl. et Mead. ambo: *ad Festum* Lov. 1. 2. et Gaertn. *ad Sestum* Voss. et Lov. 6. quod recipiendum videtur, quia præcessit forma Latina *Abydum;* ubi tamen etiam variant scripti. Nam *Abydon* est in Lov. 3. et 6. *Abyde* in Voss. Lov. 1. et Gaertn. *ab hyde* in Lov. 4. et Mead. 1. *Abydem* in Harl. *Elidum* in Mead. 2. Sed Livius parcissime terminationes Græcas adhibet.

§ 9 *Jam subeuntibus armatis muros fanatici Galli, &c. ante portam obcurrunt*] Vocem *armatis* ignorant omnes nostri, Hearnii L. 1. et priscæ edd. quam Aldus demum, præeunte cod. Mog. adscivit: *subeunti* etiam Lov. 1. et *murum* Harl. Tum *fatigati Galli* Lov. 3. Male. Livius XXXVIII. 18. 'Galli Matris magnæ obcurrere, vaticinantes fanatico carmine.' XXXIX. 13. 'Cum jactatione fanatica corporis vaticinari.' Tum *ante portum* Lov. 2. et Harl. Vide ad l. IX. c. 34. § 2. Tandem *occurrerunt* Voss. Lov. 4. et Gaertn. Et ita mox sequitur 'processit.' Vide ad X. 12. § 4.

Jussu se matris Deum famulos Deæ venire] Pall. *Jussu sanctæ matris Deum Flori Deæ venire.* Gebb. *Jussu sanctæ matris Deum* Vossian. Lov. 1. 2. 3. 6. Mead. ambo, et Harl. *Jussu sanctæ matris Domini,* Mariam virginem cogitans, dedit librarius Lov. 4. Deinde *filius Deæ evenire* Lov. 3. *filios Deæ venire* Mead. 2. *falso se venire* Lov. 6. a m. sec. altera lectione penitus erasa: *flons Deæ venire* Lovel. 1. *floris Deæ venire* Voss. Lov. 4. et Gaertn. *flori Deæ venire* Harleian. Soli Lov. 5. et Mead. 1. vulgatum servant; quorum posterior tamen in margine *flondeæ venire,* consentiente Lov. 2. Sed vulgatum verum est. Galli enim, sacerdotes Matris Deum, qui ejus 'comites' vocantur Ovidio Fast. IV. 185. Festo voce 'Galli,' et aliis, etiam ejus 'famuli' dicuntur Ciceroni de LL. II. 9. 'Præter Idææ matris famulos, ne quis stipem cogito.' Mox *ad deprecandum Romanorum* Lovel. 2. Tum *urbique eorum,* addita voce, Gaertn. qui tamen eamdem vocem in principio § seq. omisit. Ibidem etiam *ad dedendum urbem* Voss. Lov. 3. 6. et Gaertn. Vide ad XL. 49. § 1.

§ 11 *Nihil pacati responderetur, ad obpugnationem sese expediebant*] *Responderet* et *expediebatur* Harl. Tum *ad expugnationem* Lov. 3. Vide ad XXI. 57. § 6. Insuper *se expediebant* Lov. 6. et Gaertn. Paullo ante *ubi contĕptatis* Mead. 1. simili erroris genere, quale vidimus ad IV. 24. § 7.

CAP. X. § 1 *Polyxenidas regius præfectus*] *Polysenda* Lov. 1. *Polyxenda* Lov. 3. *Polyxenida* Voss. Lov. 6. et Gaertn. Vide ad XXXVI. 43. § 2. Mox *profectum a beldomo* Voss. *proph'am a beldomo* Lov. 1. *profectam ab ejus domo* Lov. 6.

§ 2 *Præcipuo certamine animi adversus eum sumto*] Non placet τὸ *animi.* Forte *præc. cert. unum adv. eum sumpto, nihil aliud . . . animo.* J. F. Gron. Vir summus eo videtur offensus, quod paucis interjectis repetitur *animo.* Sed hoc in Livio et aliis non rarum esse, supra ostensum est. 'Certamen animi' dicit Liv. II. 59. 'Idem certamen animorum adversus Appium habiturum exercitum.' Et VI. 24. 'Nihil neque apud duces, neque apud milites remittitur a summo certamine animi.' Si quid tollendum esset, quod non puto, potius inducerem *animo:* nam *agitare* solum obvium est, pro 'agitare animo.' *Duk.* Posset etiam *animi* hoc loco induci, tamquam natum ex ultimis literis vocis præced. *certamine.* Verum neque ego quidquam, invitis libris, qui omnes nunc *animi* et mox *animo* defendunt, mutandum censeo. Earumdem enim vocum repetitionem Livio frequentissimam esse, vidimus ad I. 3. § 3. 'Certamen animi,' ut IV. 56. 'Magnoque certamine animorum rem actam.' XL. 17. 'Haud minore certa-

mine animorum res acta apud Romanos.' Ut autem nunc 'certamen animi,' ita contra 'certamen pugnæ' XXXVI. 19. § 13. ubi alia vide. Vulgatum contra Gronov. etiam Doujatius tueri conatur. Paullo ante *concionatum* profluxit ex ultima Gruteri ed. Omnes enim priores constanter *concionantem*, quod suffragio suo firmant Lovel. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. quorum fide revocavi. In sequentibus *quam verba magnifica ejus rebus confutare* Voss. Lov. 1. 4. 6. et Mead. 2. *quam verba magnifica ejus rebus confutaret* Lov. 3. et Mead. 1. *quam quomodo verba magnifica ejus rebus confutaret* Lov. 2. *quam verba magnifica ꝓ ejus rebus confutaret* Gaertn. *quam verba magnifica ejus rebus confutabat animo* Harl.

§ 3 *Magno usui, si liceat, fore*] Lege *si libeat*. T. Faber. Sæpius hæc verba commutantur. Vide ad XXV. 38. § 4. Hic tamen omnes codd. receptam scripturam tuentur. An *si liceat* accipi potest, pro si operam dare velit Pausistratus, ut merces petita concedatur? vel *si liceat*, nempe per Pausistratum, si sinat Pausistratus; ut Crevier. exponebat. Mox § seq. *aut agendæ silentio* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo: *aut agendo silentio* Lov. 6. et Gaertn.

§ 5 *Tum internuncius aperit, regiam classem aut totam, aut*] Omnes calamo exarati, amoto verbo *aperit*, servant *Tum internuncius: regiam classem aut totam, aut maj. ejus partem Pol. trad.* Et eodem aurigantur Andreas cum primis editis, in quibus *Tum internuncius, regiam classem, ait, totam.* Nulla sit igitur religio, verbum *aperit*, a semidoctis Mog. adjectum, et formatum ex illo sequentis cap. 'omnia aperit,' delere. Est enim ellipsis usitata veteribus, qualem reddidimus olim ex Mss. et veteribus edd. Statio in Propemptico Metii Celeris Silv. III. 2. 83. 'quis cuncta paventi Nuncius, an facili te prætermiserit unda Lucani rabida ora maris:' ubi supposuerant ex Aldina *quis cuncta paventi Nunciet*. Plinius Ep. I. 5. 'Evigilaveram. Nuncius a Spurinna: venio ad te.' Vide et ad XLI. 3. ubi similem locum ab Sigonio interpolatum vindicamus. *J. F. Gron.* Omnes etiam nostri, cum Hearnii L. 1. et N. exigunt τὸ *aperit*, ita tamen ut Lovel. 5. cum principibus editis faciens *ait*, pro *aut* priori loco, præferat. Eodem conatu II. 47. ubi recte editur, 'missis ad consules nunciis, quo loco res essent,' unus cod. legit *res esset, significabant*. Eodem modo 'ait,' 'inquit,' 'dicit,' et similia, quæ Livius omittere solet, a librariis addita fuisse, vidimus ad XXIII. 45. § 6. Adde etiam quæ notantur ad IV. 20. § 7. Præterea *classem regiam*, trajectis vocibus, Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. et Gaertn. cum edd. antiquis. Ordinem verborum ex cod. Mog. adscivit, et superiora mutavit Aldus. In sequentibus τὸ *ejus* deest in cod. Mog. et *traditurum, et pretium* Lov. 3. exhibet.

§ 6 *Panormum Samiæ terræ petit*] Strab. XIV. p. 639. hunc Panormum locat in littore Ephesiorum, quanquam Samiorum agro ex permutatione. Videntur itaque hæc in littore Ephesiorum gesta, sed Samiorum tamen terra: etiamsi Livius postea dicat, ad Samum oppressam classem. *Glar.* Vide etiam Crevier. *Pannhornum* Lov. 1. *Panhormium* Harl. *Pamphornum* Mead. 2. *Panphormum* Lov. 6. *Panhormum* Lov. 2. 4. 6. Mox *ibi quum ad explorandam rem* cod. Mog. *ibique ad aspernandam rem* Lov. 1. Tum *oblata est* Mead. 2. Insuper *substulit* Voss. *substitit* Lov. 1. 3. 4. 5. Gaertn. et edd. ante Vascos. qui primus *subsistit*. Alterum revocavi. Paullo ante *efficit* Lov. 1. 4. 5. Harl. Mead. 2. et ed. Camp.

§ 7 *Scripsit, se ea, quæ pollicitus esset, facturum*] *Interea, quæ pollicitus*

esset cod. Mog. Paullo post *signo suo impressas* Lov. 1. *signoque suo impensas* Mead. 2. Hinc *tabulas* Lovel. 6. et Harl.

§ 8 *Eo vero pignore velut auctoratum*] Ita Moguntini ex cod. suo vulgarunt, consentientibus, ut videtur, Harl. et Mead. utroque. Edd. antiquiores cum reliquis scriptis *Et vero pignore.* Deinde *authoraturum sibi proditorem* cod. Mog. *auctoritatum sibi proditorem* Gaertn. Mox *enim* non adparet in Lov. 1. et Gaertn.

§ 9 *Omnem se rerum adparatum oissurum*] Ita primum editum invenio Francofurti 1578. Priores servant *Omnium se rerum:* quod firmant Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. quare id revocavi. Præterea *dimissurum* Lov. 2. et Harl.

§ 10 *Ante portum Ephesi in salo*] *Ante prioratus Ephesi salo* Voss. a m. pr. *ante portus* pro varia lectione idem cod. Sane τοὺς λιμένας, sive portus Ephesiorum, quos Lysander mercatoribus frequentavit, memorat Plut. in ejus vit. p. 434. Contra vero Ephesi λιμένα numero singulari memorat Strabo XIV. p. 641. Similiter *portum* Ephesi Liv. capp. 14. et 15.

§ 11 *Partem Samum ad urbem misit: ut paratus esset*] Hæc parum cohærere videntur Crevierio. Quum enim ex sequentibus constet, Pausistratum Panormi mansisse, dici non posse existimat, eum partem navium Samum misisse, ut paratus sit: immo Livium observare, partem classis Pausistratum Halicarnassum, partem Samum ablegare, ut notet ejus neglegentiam. Suspicatur igitur membrum orationis intercidisse, quale esset, *misit: ipse Panormi substitit, ut paratus esset.*

CAP. XI. § 1 *Pro speculatore comprehensus*] Hæc lectio, quam omnes editi præferunt, in uno tantum Mstorum Lov. 5. inveni. Reliqui omnes cum cod. Mog. *deprehensus.* Supra II. 4. 'Ut literæ legatis darentur, quæ deprehensæ rem coarguere possent, exspectabat.' XXII. 33. 'Speculator Karthaginiensis Romæ deprehensus, præcisisque manibus dimissus.' Ter. Enn. v. 4. 38. 'Quis homo umquam pro mœcho vidit in domo meretricia Deprendi quemquam:' ubi tamen Faërnus ac Bentl. probant *Prendi.* 'Comprehendere' eodem sensu Terent. scen. seq. vs. 22. dixit: 'Hunc pro mœcho postea comprendere intus et constrinxere.' Codicibus obsecutus sum.

§ 2 *Classem instructam paratamque in portu stare*] *Paratam instructamque in portu* Voss. Lovel. 1. 3. 6. et Gaertn. Ita XXIV. 37. 'Parata instructaque omnia custodiis ac vigiliis erant.' XXXI. 42. 'Eques cum levi armatura paratus instructusque stetit.' XLII. 43. 'Quum Perseus omnia præparata atque instructa haberet.' XLIII. 3. 'Ubi ea (classis) parata instructaque esset.' XLV. 2. 'Naves, quæ in Tiberi paratæ instructæque stabant.' Sed et altero ordine frequenter hæc vocabula junguntur. III. 14. 'Instructi paratique tribunos adorti sunt.' VII. 23. 'Omnibus instructis comparatisque.' XXIV. 40. 'Cum classe instructa parataque Oricum pervenit.' XXIX. 24. 'Satis omnibus instructis paratisque.' XXXIV. 28. 'Instructos paratosque sub signis habebat mercenarios milites.' XXXVII. 26. 'Profectus ad classem, quæ per aliquot menses instructa ac parata fuerat, visendam.' XLII. 52. 'Omnia ut instructa parataque essent, effecerat.' cap. 66. 'Adversus instructos paratosque erant adventuri.' Similiter 'ordinatus et præparatus' h. lib. c. 20.

Magnesiam missum, ad Sipylum perpaucas naves] Quidam, quod adjicitur *Sipylum,* de Magnesia ad Sipylum montem intelligi putarunt: sed illa urbs plus æquo abest. Alii itaque de Magnesia ad Mæandrum intelligunt, et Sipylum oppidum non longe a Smyrna ex Strabone, et Plinio item

v. 29. Quamquam Plinius mediterraneum id facit, Livius maritimum. Hæc et similia nobis notantur, ne temere mutentur: neque enim commentarium scribimus. *Glar.* *Magnesiam ad Sipylum missum, perpaucas naves*, præter edd. principes, etiam omnes codd. nostri, nisi quod *paucas naves* legant Voss. et Gaertn. Primas secutæ edd. voces *missum perpaucas* omiserunt. Hinc Moguntini se *Magnesiam missum, ad Sipulum perpaucas naves* reperisse testati sunt in cod. suo, quod Aldus recepit: Frobenius deinde 1535. priscam lectionem revocavit, quam reliqui editores servarunt. Difficultate, quam Glarean. movit inductus Doujatius scribendum conjicit *remigium omne Magnesiam ac Sipylum missum, perpaucas naves*, intelligens Magnesiam ad Mæandrum, et Sipylum Smyrnæ vicinum oppidum. Contra Crevier. voces *ad Sipylun* pro glossemate habet, et insuper observat Livium bis in hac narratione Magnesiæ meminisse sine additamento. Si quid mutandum, ei potius adsentirer: *perpaucas* autem cum uno vel altero cod. non mutandum est in *paucas*. Est enim Livio familiare. IV. 52. 'Defuncta civitate plurimorum morbis, perpaucis funeribus.' V. 8. 'Desertis munitionibus, perpauci in majora castra pertenderunt.' IX. 31. 'Perpaucis effugium patuit.' Vide alia exempla XXII. 14. XXXI. 43. XXXVIII. 2. XLI. 8. XLII. 7. lib. XLIII. capp. 11. et 19. XLIV. 19. et bis c. 43. aliisque locis. Quum autem per compendium *ppaucas* scriptum fuisset, prior litera facile neglegi potuit.

Et navalia tegi] *Regi* Voss. Lov. 1. 4. Harl. 2. et Gaertn. Passim hæ voces ob similitudinem literarum *t* et *r* commutari solent. Vide ad I. 53. § 8. IV. 37. § 11. c. 39. § 3. XXI. 54. § 1. XXXVI. 32. § 6. XXXVIII. 22. § 3. Adde quæ notantur ad Silii II. 382. et Harduin. ad Plin. H. Nat. l. II. § 12. Eamdem ob caussam commutantur 'tectus' et 'rectus;' vide ad XXXIV. 60. § 5. 'tegimen' et 'regimen;' vide ad XXXVI. 32. § 6. 'tegula' et 'regula;' vide ad V. 55. § 3. Locum corruptum judicat Crevierius. An ex cap. præc. legendum *navalia refici?* Mox *nusquam intentius* Lov. 2. Sed vide ad XXXVI. 17. § 10. Dein *navalem* non agnoscit Gaertn.

§ 4 *Non tam in adparatu absumsisset*] *Non tam apparatu* omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. principes: *in apparatu* demum obcurrit in Mediol. 1505. hinc in Ascens. 1513. et postea in reliquis. An igitur præpositio nata est ex ultima litera vocis præced. ut sæpe alibi factum? Vide ad II. 34. § 1. c. 62. § 4. III. 47. § 5. c. 57. § 10. IV. 28. § 3. c. 47. § 6. V. 7. § 12. c. 10. § 7. c. 16. § 8. c. 23. § 5. c. 26. § 5. c. 32. § 3. VI. 16. § 4. VII. 6. § 11. X. 34. § 9. aliisque locis. Ex eodem fonte ortum, quod perperam interdum vocabulis ab initio additur syllaba *in*. Vide ad V. 52. § 2. Insuper *adsumsisset*, vel *assumsisset*, Lov. 1. 4. 6. et Voss. Sed alibi passim ita peccarunt librarii. Vide ad IX. 17. § 17. De locutione 'absumere diem,' 'tempus,' vide ad l. XXVII. c. 13. § 3. Paullo ante *remige Magnesia* sine præpositione Vossian. Lovel. 1. 3. 6. et Gaertn.

§ 5 *Pygela portum tenuit*] Stephanus Πύγελα πόλις Ἰωνίας. *Sigon.* Similiter vocatur apud Strab. XIV. p. 639. ubi quoque nominis caussam dedit, de qua vide etiam Harpocr. in voce Πύγελα, et quæ ibi viri docti notarunt. Alii scribunt *Phygela*, et inde nomen accepisse volunt, quod condita sit a fugitivis. Vide Plin. H. Nat. V. 29. et alios. In Mss. Livii priori modo scribitur, nisi quod duplici liquida *Pygella* sit in Vossian. Lov. 3. 6. et Gaertn.

Ubi quum interdiu ob eamdem caussam quievisset] Pall. *ibi cum interd. ob e. c. qui essent:* lege *quiesset*, ut vet.

ed. *Gebh.* Omnes ante Aldum *quiesset.* Vide ad XXVI. 22. et XXX. 13. *J. F. Gron. Ibi* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Gaertn. Vide ad XXVII. 5. § 2. Deinde *qui essent* Mead. 1. *quiessent* Lov. 4. et Mead. 2. *quiesset* Vossian. Lov. 1. 3. 5. Harl. et Hearnii L. 1. ac N. quæ in hoc verbo contractio Livio frequens est. Exempla vide apud J. F. Gron. ad XXVI. 22. § 8. Adde XLIV. 36. 'Quibus de caussis hodie quiesse melius sit.' Ita 'requiesse;' vide ad l. XXVI. c. 22. § 8. 'conquiesse;' vide ad XXX. 13. § 2. Aliorum verborum contractiones vide ad VI. 18. § 10.

§ 6 *Hinc Nicandro quodam archipirata cum quinque navibus tectis Palinurum*] Videndum quis locus hic: nam mihi plane suspectus, quippe quem apud nullum usquam invenerim authorem, quod equidem sciam. *Glar.* Neque mihi ulla ejus mentio alibi obcurrit. *Palamurum* legit Gaertn. *Palimurum* Lov. 1. et 6. *Pallimurum* Lov. 2. *Palimurium* Voss. *Palimium* Lov. 3. Ceterum *Hic Nicandro* cod. Mog. Vide ad XXVI. 13. § 13. Tum *quondam archipirata* obvio scribarum lapsu. Vide ad I. 41. § 3. VII. 3. § 3. XXVIII. 12. § 4. Adde viros doctos ad Suet. Cæs. c. 53. Tib. capp. 13. 61. et Burm. ad Phædri I. 24. 2. Deinde præpositio *cum* deest in omnibus scriptis nostris. Ita modo hoc cap. 'Profectus septuaginta navibus tectis Pygela portum tenuit.' l. XXVIII. c. 1. 'Decem navibus Romam rediit.' c. 46. 'Profectus in Siciliam est triginta navibus longis.' XXXVII. 17. 'Proficisci eo tota classe statuit.' Vide ad I. 14. § 7. at τὸ *cum* Aldus ex cod. Mog. recepit.

Classe divisa, ut ex utraque parte fauces portus teneret, Panormum petit] Pall. et vet. ed. *classe divisa ex utraque classe fauces portus tenere Panhormum petit.* Gebh. Quod nunc circumfertur, ex cod. Mog. ab Aldo editum est. Priscæ edd. præferunt *classe divisa ex utraque classe fauces portus tenere,* consentientibus Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. 2. neque aliter inde divertunt Voss. Mead. 1. et Gaertn. quam quod *ex utraque parte* exhibeant. Insuper τὸ *petit* exsulat a Voss. In præcedentibus *qua proximum iter esset per agros* legunt Lovel. 5. et edd. vett. ante Aldum, qui, quod nunc vulgo exstat, ex cod. Mog. admisit.

§ 7 *Ut in re necopinata*] *In re nec inopinata* Voss. duplici lectione *necoinata* et *inopinata* simul juncta, quod in hac eadem voce etiam factum vidimus ad I. 57. § 7. II. 22. § 2. I. 8. § 6. et alibi. In aliis vocibus id sæpe fieri, dictum est ad III. 44. § 4. De voce 'necopinatus' vide ad IV. 27. § 8.

§ 8 *Armatos duobus agminibus ad promontoria, &c. ducit*] *Armatis duobus agminibus* Mead. 1. Hinc *ducit* deest in Harl. cujus loco *subducit* servant Lov. 5. et edd. ante Frob. 1535.

Inde facile telis ancipitibus hostem] *Facile ex ancipitibus* omnes codd. nostri, et edd. vett. quod eo sensu defendi posset, ut per 'ancipitia' intelligantur fauces portus, in quas ex utroque cornu vel promontorio jacula emitti possunt: eo sensu 'ancipites ad ictum' elephantos Livius vocat XXX. 33. quos Gronov. exponit ab ambobus lateribus infestatos, anxios, et quo se verterent nescios, quem ibi pluribus vide. Ascensius demum *facile telis ancipitibus* a. 1513. substituit; quod, si ex Msto recepit, probandum videtur. Ita XXX. 33. 'Viam, qua inruerent in ancipitia tela, belluis darent.' Vide etiam Gron. ad XXVI. 46. § 1. ubi 'ancipites ictus' inlustrat. Insuper *submoturos* Lov. 1.

Inceptum ejus Nicander a terra missus quum turbasset] Pall. et vet. ed. *a terra visus.* Gebh. Unde acceperit Modius, ignoro: nam Curio quoque, non modo omnes priores, *visus.* Omnino rectius. *J. F. Gronov. A terra visus* Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead.

ambo, Hearnii L. 1. N. et Crevierii Victor. Neque multum hinc differt reliquorum codd. lectio. *A terra iussus* est in Lov. 3. et 6. in quorum tamen priore *visus* inter versus adscribitur. Vide ad IX. 24. § 4. *A terra nisus* Gaertn. Vide ad II. 39. § 11. IV. 39. § 2. IX. 39. § 2. et alibi. *Ad terram nisus* Voss. Non tamen primus Modius *a terra missus* substituit. Verum quum operarum errore in ed. Sigonii prima *a terra vissus* editum fuisset, in altera ejus ed., non consulta priori, calide id mutatum est in *missus;* quod ante Modium insuper servarunt Paris. a. 1573. et Francof. a. 1578. Priscam igitur scripturam revocavi. Insuper *inceptum ejus quum Nicander, &c. conturbasset* Voss. Lov. 6. et Gaertn. *Conturbatio*, pro *perturbatio*, in quibusdam libris erat l. XXXV. c. 33. § 2. Verum et ibi vulgatum retinui, et hic reliqui codd. id tuentur.

Naves conscendere omnes jubet] *Ascendere naves* Lovel. 5. et edd. vett. Ejus loco *naves conscendere* Aldus ex cod. Mog. substituit, cum quo faciunt reliqui codd. nostri, nisi quod *conscenderent* sit in Lov. 1. Et 'conscendere' in hac re proprium esse, vidimus ad XXIX. 25. § 5.

§ 9 *Et veluti fuga in naves fieri*] Ita primus Aldus: *velut* est in prioribus excusis, concinentibus Lovel. sex, Harl. et Mead. utroque. Mox *terra marique simul* Lov. 6. et Gaertn. Τὸ *simul* exsulat a Lov. 2. et Harl.

§ 10 *Unam viam salutis esse ratus, si viam facere*] Pall. *si vim facere per fauces portus.* Gebh. Et hoc a Modiana. Scripti cum prioribus, *si vim facere per fauces portus:* de quo minime dubitandum. Lib. III. c. 5. 'Metu substitit, ne qua, ex parte altera, in castris vis fieret.' XXXVIII. 56. 'Repulisse a corpore ejus viatorem, et tribunis retinentibus magis pie, quam civiliter, vim fecisse.' Sed imprimis, ubi eandem phrasin restituimus, lib. XXXII. c. 9. 'Utrum recto itinere per castra hostium vim facere conaretur.' XLIV. 35. 'Placebat quibusdam, et maxime majoribus natu, per Enipei ripam munitionesque vim facere.' At hoc ipso cap. videre est, ubi 'viam facere' rectius sit: 'terrore flammæ micantis via sibi inter confertas naves facta.' Et XXXVIII. 7. 'Jam subrutis muris facta in urbem via esset.' Quæ ideo addimus, quia non cuivis ita promptum hæc distinguere, et, quibus conveniant magis singula locis, dijudicare, nisi exemplis utrorumque non dubiis ob oculos positis. *J. F. Gron. Viam facere* ante Modium edd. Basil. 1554. variæ Sigonii, et omnes aliæ receperunt, quæ postea prodiere. De ea locutione vide Burm. ad Lucani I. 150. et quæ notantur ad XXII. 50. § 9. Verum illa lectio in nullo mihi cod. obvia fuit. Omnes nostri constanter *vim facere.* Neque aliter Hearnii L. 1. et N. Vide ad XXXII. 9. § 8. Insuper *viam saluti esse* Voss. Lovel. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. ac N. et edd. vett. Ita l. XXIII. c. 2. 'Viam saluti vestræ inveniam.' Et ita forte legendum XLI. 23. *Viam regiæ societati quæri*, pro *societatis.* Alia similia plura vide ad III. 46. § 2. Attamen *viam salutis* cod. Mog. ex quo id Aldus recepit. Et ita fuisse videtur in Mead. 1. nisi me fallant excerpta. Mox iterum *ascendisse* Lov. 6. Sed vide ad § 8. Tum *sequi ceteris jussit: princeps ipse* Voss. Lov. 1. 6. Harl. et Mead. 1. neque aliter Lov. 3. nisi quod vocem *princeps* ignoret. *Sequi ceteros jussit: princeps ipse* Lov. 2. 4. Mead. 2. et Gaertn. Insuper § seq. *circumstitit* Harleian. *circumstetit* Lov. 2.

§ 12 *Navium reliquarum ante portum aliæ, aliæ in portu deprehensæ*] *Et navium* Voss. et Gaertn. *Navium reliq. et ante portum* Lov. 3. Tum *reliquarum* deest in Gaertn. Mox vocem *aliæ* duplicare neglexerunt Vossian.

Lov. 1. 3. 4. Harl. et Mead. uterque. Vide ad XXXIII. 27. § 4. At eam alii transponunt. *Ante portum aliæ, in portu aliæ* legit Lov. 2. *ante portum aliæ, in portu deprehensæ aliæ* Lov. 6. a m. pr. *aliæ ante portum, aliæ in portu deprehensæ, aliæ quædam* a m. sec. Mox *dum moliuntur ad terram* Lov. 2. et Mead. 2. Vide ad XXVIII. 7. § 7.

§ 13 *Quinque tantum Rhodiæ naves, &c.*] *Septem*, non *quinque*, edit Appian. Syriac. 102. Καὶ τῶν ἑπτὰ μὲν, αἳ τὸ πῦρ ἔφερον, οὐδενὸς αὐτῶν διὰ τὴν φλόγα προσιόντος, ἔφευγον. *Sigon.* Idem numerus navium in Appiano est, qui in Livio; nec quicquam interest, nisi quod ille Coas non distinxit a Rhodiis. *Duk.* Similiter pugnam, quæ inter Livium et App. esse videtur, tolli posse, monuit Doujatius. Et recte. Si cuiquam id displiceat, addere potest alios annales Livium, alios Appianum in hac historia secutos esse. Nam secundum Livium classis Rhodiorum, duce Pausistrato hoc anno missa, fuit sex et triginta navium; (vid. c. 9.) at secundum Appian. loco laudato, septem et viginti, ex quibus septem effugerunt, viginti captæ sunt. Ceterum *quinque tamen* Lovel. 2. et Harl. Vide ad IX. 32. § 6.

Cum duabus Cypriis effugerunt] Vetus lectio *cum duabus Cois.* Gelenius. *Cum duabus Copiis* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *cum Cois duabus* cod. Mog. Mox *sibi* non adparet in Lov. 3.

Junctis enim binis a prora prominentibus] Legitur *contis enim binis.* Gelen. Plures etiam meorum codicum emendationem Gelenii probant. Eamdem etiam probant App. Al. in Syriac. p. 101. et Anonymus, quem Vales. Polybium esse putavit, apud Suid. voce Πυρφόρος: ubi machinam hanc describentes etiam κοντῶν meminerunt.

Trullis ferreis multum conceptum ignem præ se portabant] 'Trullam' antiquis fuisse vas ad recipiendas alvi dejectiones, seu corporis retrimenta, existimaverunt ex recentioribus nonnulli, inter quos Cœlius Rhodig. vir eximiæ doctrinæ, XXI. 35. et XXVII. 14. Horum sententiæ videtur suffragari Martialis scribens l. IX. epigr. 89. 'Clinicus Herodes trullam subduxerat ægro.' Pro vase potatorio trullam accipiendam esse, alii acriter contendunt; inter quos Alex. ab Alex. Gen. III. 10. exponens illud Juvenalis Sat. III. 'Laudare paratus, Si bene ructavit, si rectum minxit amicus, Si trulla inverso crepitum dedit aurea fundo.' Quæ mehercle sententia magis veritati consentanea videtur: nam et Horat. Sat. II. 3. in eundem sensum accipit: 'qui Veientanum festis potare diebus Campana solitus trulla, vappamque profestis.' Et Plautus in Amphitr. (in Supp. act. IV. sc. 3. 20.) 'Interea dum illi certant, in popinam divertendum est mihi: Lances detergam omnes, omnesque trullas hauriam.' Cic. in Verr. VI. [lib. IV. cap. 27.] 'Erat enim vas vinarium ex una gemma prægrandi trulla excavata cum manubrio aureo.' Plinius XXXVII. 2. 'T. Petronius consularis moriturus, invidia Neronis principis, ut ejus mensam exhæredaret, trullam myrrhinam trecentis sestertiis emptam fregit.' Et paulo infra: 'Alius hic furor, HS. CL. millia trullam unam non ante multos annos mercatam a matrefamilias, nec divite.' In eodem sensu 'trulla' accipitur apud JCtos. Paulus l. XIII. D. de Supell. Leg. 'Trulla,' inquit, 'quæ circa cœnam solet trajici.' Et Scævola in l. 36. D. de Aur. Arg. Leg. idem confirmat in hæc verba: 'Seiæ dulcissimæ poculum aureum, quod elegerit, fidei hæredum committo, ut darent. Quæro, quum in hæreditate non sint, nisi trullæ, scyphi, modioli, phialæ, an Seia de his speciebus eligere possit? Respondi, quum omnia potui parata pocula dicantur, posse.' Antonius Panormitatus de Dict. et

Fact. Alphonsi Regis Hisp. IV. 22. scribit illi a Genuensibus quotannis pro tributo trullam auream pensitatam; pro trulla autem poculum intelligendum, nulli dubium. Lib. IV. Regum in sacra Biblia cap. postremo legimus,' Mare æreum, quod erat in domo Domini, fregerunt Chaldæi, et transtulerunt æs omne in Babylonem; ollas quoque æreas, et trullas, et tridentes, et scyphos, et mortariola, et omnia vasa ærea, in quibus ministrabant.' Ex quibus omnibus trullam ex poculorum genere fuisse colligimus, sicque etiam interpretanda Martialis allegata dicta. Turnebus Advers. VII. 22. Varronem citat de Ling. Lat. IV. 30. scribentem, 'Trullæ, quæ in culinam in lavatrinam aquam fundunt,' ex quibus inquit, 'Trullæ de situlis aquam hauriunt et de ahenis aut labris.' Lib. tamen XXII. c. 9. et potatorium vas trullam esse dicit. Sed sive potatorium, sive excrementis alvi recipiendis paratum, vel in alium usum vas trullam esse dixerimus, illud sane pro comperto habere debemus, vas magnum et multæ capacitatis fuisse. Nam Varro loco citato tendit, 'Trulla a similitudine truæ: illa magna, hæc pusilla.' Hoc idem ex prædictis confirmare possumus: nec non et ex Catone de Re Rust. c. 10. ubi habet, 'Villicum habere oportere urnam quinquagenariam unam, et trullas tres:' et cap. 13. Torcularium usui esse opus 'Trullas æreas tres, amphoras oleareas duas:' et paulo post eodem cap. 'Urceos fictiles urnales duos, trullas ligneas duas.' Itaque, hoc in loco per 'trullas' Livium significare vasa magna, non dubito: nam si multæ capacitatis non fuissent, haud utique igne, quem continebant, incendii timorem hostilibus navibus incussissent. Nec illud reticendum in studiosorum gratiam, quamvis ad præsentis loci explicationem nihili faciat, Trullam a Vitruvio lib. VII. instrumentum illud appellari, quo liniendis et lævigandis muris arenato vel gypsato utuntur cementarii; vulgo 'cazzolam' vocant. *M. Donatus.*

§ 14 *Ad Romanos cursum averterunt*] *Adverterunt* Voss. sollemni scribarum peccato. Vide ad VI. 23. § 8. De ipsa locutione, verbum 'avertere' cum præpositione *ad* construi, vide ad XXXV. 31. § 1. *Advertunt* Lov. 3. *avertunt* Lov. 1. 4. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. De hoc etiam errore vide ad X. 12. § 4. Primus Aldus ex cod. Mog. *averterunt* vulgari curavit, quod superest in Lov. 2. et Harl. Paullo ante male Mog. Ms. *quum haud procul ab Rhodiis navibus.*

§ 15 *Et Cymæ Elæaque ejusdem oræ urbes*] Legitur *et Cymæ aliæque*, non *Elæaque*. Gelenius. Vet. lib. *Cyma.* Item Appianus in Syr. 102. Καὶ ἐπὶ τῇ νίκῃ Φώκαια αὖθις, καὶ Σάμος, καὶ Κύμη πρὸς Ἀντίοχον μετετίθετο. *Sigon.* Κύμη quoque est cum apud alios, tum in marmorea basi colossi Tiberio positi, ad quem Laur. Theod. Gronovius c. 19. scribit, patrem suum hic emendasse *Cyme.* Duk. *Cima* Lov. 2. 3. 4. Harleian. Mead. ambo. *Cyma* Voss. Lovel. 1. 5. 6. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. usque ad Frob. qui an. 1535. *Cymæ* recepit. At J. F. Gronov. 1665. *Cyme* edidit. Vide quæ notavi ad Silii VIII. 533. Tum *Eliamque* Gaertn. *Elyaque* Voss. et Lov. 1. *Elliaque* Lov. 3. *Eliaque* Lov. 2. 4. et Mead. uterque. *Heliaque* Lov. 5. 6. Harl. et primæ edd. *Eleaque* primus emendavit Ascens. quod proximæ servarunt usque ad Gelen. cujus lectionem *aliaque* Frob. 1535. admisit.

CAP. XII. § 1 *Dum hæc in Æolide geruntur*] Male *Quum hæc* Harl. Vide ad I. 40. § 7. Male etiam *in Ætholia geruntur* Lov. 2. et Harl. *in Ætholide* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. Vide ad c. 8. § 5. *In Ætholia degeruntur*, utraque lectione *Ætholia* et *Ætholide* juncta, Mead. 1. Vide

ad III. 44. § 4.

§ 2 *Præfecto præsidii permittente, magistratus eorum cum Livio, &c. agebant*] *Præfecto præsidi permittente* Lov. 4. et Mead. ambo. Sed vide ad XXXVIII. 27. § 8. Voces *cum Livio* desunt in Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. 1472. quas recte omnes reliqui libri agnoscunt. Hinc *agebat* Lov. 4. 6. et Mead. 2. Sed rectius *mag. agebant.* Vide ad XXXIV. 61. § 14. Mox *detinebat* Lov. 1. 6. *destinebat* Lov. 3. 4. *destinabat* Voss. et Gaertn. Eadem verba etiam alibi a librariis in codd. confunduntur. Vide ad V. 20. § 4. IX. 16. § 6. aliisque locis.

An inermes emitterentur regii, parum conveniebat] Ita Aldus recte ex cod. Mog. recepit: quod probant plerique meorum codd. quum reliquorum vestigia eodem nos ducant. Neque aliter edd. Rom. 1472. ac Parm. pro quo postea *mitterentur* suppositum est: *semitterentur* legunt Lov. 5. et ed. Camp. prima litera ex fine vocis proximæ repetita. Vide ad XXXVI. 44. § 3. *Emitterent* Lov. 3. Vide ad X. 10. § 1. *Emittentur* Vossian. Vide ad II. 56. § 7. Vox *regii* deerat in Lov. 6. Tum *parum conveniebant* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. 1. et Gaertn.

§ 3 *Emissa de manibus res est*] Libri nostri omnes *omissa de manibus.* Gebhardus. *ōmissa de manibus res est* Harl. *omissa de manibus res est* Lov. sex, Mead. ambo, et edd. antiqq. quomodo 'omittere e manibus' obcurrit XLIV. 7. § 7. At vulgatum *emissa de manibus,* quod in ed. Aldina primum adparuit, et, ut videtur, auctoritate Voss. et Gaertn. firmatur, magis obvium est. Vide ad XXII. 3. § 10.

§ 4 *Ne successu tantæ rei elatus Polyxenidas*] Non male sic quidem legitur: sed existimo non deterius conspici in Pall. et vet. ed. *successu tantæ rei inflatus.* Infra c. 26. 'Aliquid etiam inflabat animos classis Rhodia:' ubi tamen vet. ed. continet *inflammabat.* Gebh. Tolero jam, quia scio, quo fundo nitatur, codice scilicet Moguntino. Alioqui retinuissem prius editum, quod in multis videram membranis *ne successu tantæ rei inflatus.* Infra c. 26. 'Aliquid etiam inflabat animos classis Rhodia.' Cic. ad Attic. V. 20. 'Me ipse non noram, nec satis sciebam, quid in hoc genere facere possem: recte πεφυσίωμαι: nihil est præclarius.' Et Philipp. XIV. 6. 'Cum hoc triduo tristis a Mutina fama manaret, inflati lætitia atque insolentia impii cives.' Cæsar conjungit utrumque de Bell. Civ. II. 17. 'Hæc ad eum elatius atque inflatius Afranius perscribebat.' III. 79. 'De prœlio ad Dyrrhachium facto elatius inflatiusque multo, quam res erat gesta, fama percrebuerat.' Cicero pro Domo c. 36. 'Nihil unquam de me dixi sublatius adipiscendæ laudis causa.' Cornelius Nepos Pausan. c. 2. 'Elatius se gerere cœpit.' *J. F. Gron.* Utrumque ferri potest, et *inflatus,* quod etiam omnes codd. nostri, et edd. principes servant, et *elatus,* quod Aldus ex cod. Mog. adoptavit: utraque enim locutio Livio familiaris. 'Inflatus' VI. 11. 'His opinionibus inflato animo.' c. 18. 'His simul inflatus exacerbatusque.' XXIV. 6. 'Inflatus adsentationibus eorum.' c. 22. 'Inflata adhuc regiis animis.' XXXV. 42. 'Regis spem inflabat.' c. 49. 'Inflasse vana spe, atque inflatos esse.' XXXIX. 53. 'Haud dubie inflatior redierat.' XLV. 31. 'Inflavit ad intolerabilem superbiam animos.' Contra 'elatus' II. 51. 'Tuscos victoria elatos.' III. 62. 'Alterum nuper nova victoria elatum.' IV. 31. 'Veientes re secunda elati.' V. 31. 'Volsinienses superbia elati.' XXIII. 37. 'Elatum secunda re consulem.' XXVI. 19. 'Elato ab ingenti virtutum suarum fiduc a animo.' c. 51. 'Rei tam parvæ præmio elatum insolentem juvenem.' l. XXVIII. c. 6. 'Tam facili ad Oreum successu elatus.'

XXXI. 24. 'Non ira tantum, sed etiam gloria elatus.' XXXV. 27. 'Prospera elatus re.' c. 43. 'Demetriadis maxime defectione ab Romanis ad Ætolos elatus.' l. XXXIX. c. 26. 'Elatus deinde ira adjecit.' XLII. 59. 'Elatus felicitate.' cap. 66. 'Hostium adventum, elatus successu, mansit.' lib. XLV. c. 31. 'Secundis rebus elati.' Ut autem 'inflatus' et 'pressus' obponuntur apud Auctor. Dial. de Causs. Corr. Eloq. VIII. ita 'elatus' et 'pressus,' ut exemplis docuit Corte ad Plinii Ep. I. 8. 'Elatus' et 'inflatus' junxit Cic. Agr. II. 15. 'Quibus illi rebus elati et inflati fortasse non continuo, sed certe, si paullum adsumserint vetustatis ac roboris, non continebuntur.' Gronovius, quum primum Livium ederet, nondum visa ed. Mog. et codicis Mog. adjectis excerptis, priscam lectionem *inflatus* revocavit. At curis secundis testatur, se *elatum* tolerare, quod auctoritate Msti Mog. nitatur; alioqui fore, ut alterum retinuisset. Et tamen id retinuit. Quare nunc *elatus*, quod se fecisse dixit, iterum recepi. Mox *Canas* et paullo post *Canis* recte, pro *Cannas* et *Cannis*, dedit ed. Mog. Vide ad c. 8. § 6. Tum *extemplo* deest in Lov. 2. ac 3. Hinc *reduxit* dedit Lov. 3. *eduxit* Lov. 5. et ed. Camp. At alterum *deduxit* in hac re proprium est: cap. præc. 'Deductisque raptim, quæ subductæ erant, navibus.' Alia exempla vide ad VIII. 26. XXI. 17. XXIV. 11. XXVI. 41. XXXVI. 41. Adde Passer. ad Prop. I. 6. p. 170. Confunduntur autem 'deducere' et 'reducere:' vide ad VI. 26. § 8. Similiter 'deducere' et 'educere:' vide ad III. 62. § 5.

§ 5 *Et Eumenes Elæum venit*] Appian. Syr. pag. 102. Ὅθεν Εὐμενὴς ἐς Ἐλαίαν τὸ τῆς ἀρχῆς ἐπίνειον διέπλει. *Sigon.*

Nec procul Seleuci castra esse] *Seleucia castra* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harleian. Mead. ambo, et edd. usque ad Aldum, qui *Seleuci* substituit, ut c. 18. 'Haud procul Seleuci castris.' Paullo ante *duas triremes* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Hinc *valido regis præsidio* Lov. 6. Vide ad XXXI. 35. § 6. Vox *regio* deest in Lov. 2. 3.

§ 6 *Dum Eumenes cum classe adsequeretur*] *Adsequerentur* Voss. quod eodem modo dictum videri posset, quo 'dux cum principibus capiuntur;' de quo vide ad XXI. 60. § 7.

§ 8 *Secutis inter cetera auctoritatem Pausistrati*] Ita recte edidit Ascens. 1513. Priores dederunt *auctoritate*, quod et in Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. utroque, et Gaertner. inveni. Præterea *Philistrati* Gaertner. Sed vide ad c. 9. § 5. Mox *quod fraude capti a cive* perperam Gaertn. Vide ad V. 35. § 4.

§ 9 *Decem extemplo naves, et, &c. decem alias, præfecto omnium Eudamo*] App. Alex. in B. Syr. p. 102. Ῥόδιοί τε Ῥωμαίοις ναῦς ἕτερας εἴκοσιν ἔπεμπον. Præterea *Eudemo* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harleian. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. vett. pro quo Frob. 1535. *Eudamo* substituit. Et ita plerique codd. capp. 15. 22. et 23. exhibent, ac præsertim Moguntini se ibidem in cod. suo invenisse testati sunt. Certe Dores, quorum dialecto Rhodii usi sunt, η mutarunt in α longum, et δᾶμος dixerunt pro communi δῆμος. At præfectum hunc Polybius, quem Livius sequi solet, Εὔδημον, non Εὔδαμον, vocavit.

§ 10 *In Erythram primum*] *Erythras* legendum puto plurativo numero. *Glar.* Ita primi ediderunt Mediol. 1505. mox Ascens. 1513. et plures. At *in Erythrea* codd. scripti, et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. proximæ *in Erythream*, quod, vel potius *Erythræam*, Froben. an. 1535. revocavit. Recte. Infra XLIV. 28. 'Qui propiores continenti litori erant, in Erythræam enatarunt.' Similiter τὴν Ἐρυθραίαν memorat Strabo XIII. 644. Intelligitur autem 'regio' vel 'terra

Erythræa' XXXVI. 45. 'Phœnicuntem primum portum Erythrææ terræ prætervecti.'

Classem adplicaverunt] Mog. Voss. Thuan. *applicuerunt*. Jac. Gron. Ita etiam edidi, quia non tantum omnes Mss. nostri, Hearnii L. 1. et Crevierii Victor. id jubent, sed et edd. quas vidi, usque ad ultimam Gruteri, quæ demum *applicaverunt* admisit. Vide ad VI. 21. § 7.

Corycum Teiorum promontorium] *Corynthum* Lov. 1. *Pelicium* Harleian. *Corytium* Vossian. *Coryceum* Gaertn. quomodo etiam Plinio vocatur H. Nat. v. 29. 'Promontorium Coryceon, mons Mimas:' quo loco utrum *Corynæon* legendum sit, dubitat Salmasius in Exerc. Plin. p. 605. Verum Corycus mons hac regione apud geographos passim memoratur, qui in mare procurrens inde 'Coryceum promontorium' a Plinio, 'Corycum promontorium' a Livio vocatur, et infra cap. seq. iterum memoratur: ibidem etiam 'portum Corycum' memorat Liv. XXXVI. 43. § 13. ubi vide. Non longe hinc aberat mons Mimas, cujus in mare procurrentis promontorium 'Corynæum' apud Plin. dicitur l. laud. 'Nunc est Alcon fluvius, Corynæum, Mimantis promontorium, Clazomenæ.' Nihil itaque apud Plinium mutandum. Deinde pro *Teiorum* corrupte *Pellotum* Lov. 6. *Pollorum* Voss. *Pellorum* Lov. 1. et 3. *Pelorium* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. *Pelorum* Lov. 2. 4. Harleian. Mead. uterque, Gaertn. et edd. memoratis proximæ, usque ad Mediol. quæ a. 1505. *Teiorum* dedit, quod Ascens. an. 1513. et hinc reliquæ probarunt.

§ 11 *In incertam tempestatem miserunt*] Ita Mog. ex cod. suo ediderunt, quum antea legeretur *incertam tempestatem*, vel *in certam tempestatem;* quod etiam in codd. nostris est, nisi quod Lovel. 4. et Mead. 2. Moguntino Msto consentire videantur. Præpositio itaque partim intercepit primam syllabam proximæ vocis, partim ab ea intercepta est. Vide ad XXI. 54. § 5. et XXXIV. 28. § 3.

§ 12 *Medio in cursu, aquilone in septentrionem verso*] Lectori considerandum, quid faciat hæc ventorum commutatio ad impediendam navigationem in Samum. Neque vero septentrionis ac aquilonis ventorum distinctionem facile invenias, præter apud unum Ptolemæum, et ad hunc locum etiam non multum facientem. *Glarean.* Glareanus, lectori, monet, considerandum quid faciat hæc ventorum commutatio ad impediendam navigationem in Samum. Atqui docere nos potius debebat, quid non faceret ad impediendum cursum, si suspectum inconsiderantiæ Livium facere vellet. Hoc certe satis clare Livius, ea commutatione exasperatum fluctibus mare, et inde jactari naves cœpisse, ut cursum tenere non possent. Neque vero, pergit Loritus, 'septentrionis' atque 'aquilonis' ventorum distinctionem facile invenias, præterquam apud unum Ptolemæum, et ad hunc locum non multum facientem. Verum et venti 'septentriones' communiter, et ventus κατ' ἐξοχὴν 'septentrio' distinctus ab 'aquilone' satis memorati sunt antiquis. Cicero ad Attic. IX. 6. 'Conscendisse dicitur ante diem quartum nonas Martias: ex ea die fuere septentriones venti.' Hi sunt thrascias, aparctias, aquilo. At 'septentrio' ventus κατ' ἐξοχὴν est aparctias, interjectus inter Thrasciam et aquilonem, Gellio 'septentrionarius.' Vitruvius I. 6. 'Itaque sunt collocati inter solanum et africum ab oriente hiberno eurus, inter austrum et favonium ab occidente hiberno africus, inter favonium et septentrionem caurus, quem plures vocant corum, inter septentrionem et solanum aquilo.' Seneca Nat. Quæst. V. 16. 'A septentrionali latere summus est aquilo,

medius septentrio, imus thrascias.' Meminit et Plinius, etsi aliter collocet. Noster XXVI. 45. 'Acer etiam septentrio ortus inclinatum stagnum eodem, quo æstus, ferebat.' *J. F. Gron. Exaspera fluctibus mari* Lov. 1. et a m. pr. Lov. 6. *exasperatis fluctibus mari* a m. sec. *exaspera fluctibus maris* Voss. An igitur voluerunt *exasperati fluctibus maris?* Sed nec vulgatum, in quod reliqui conspirant, commodo sensu caret.

CAP. XIII. § 1 *Primo ad Myonnesum stetit: inde ad Macrin, quam vocant, insulam*] 'Myonnesus' insula est inter Teon ac Lebedum Ioniæ maritimas urbes, authore Strabone XIV. 643. quanquam Livius postea inter Teum ac Samum dicit cap. 27. Plinius *Macrin* insulam v. 31. primum non longe a Rhodo ponit, sed nihil ad hunc locum: deinde eodem cap. in Chio ponere videtur, aut ipsam Chium *Macrin* vocatam: quanquam is locus corruptus videtur. Livius postea cap. 28. ad Myonnesum ejus insulæ rursus facit mentionem, ante memorabilem illam pugnam navalem. *Glarean. Macrin* Eubœam dictam esse, auctores sunt Strabo, Stephanus, Dionysius τῆς περιηγήσεως. Esse præterea alteram insulam *Macrin* inter Cycladas, tradit Eustathius in Dionysium vs. 520. his verbis: Ἐλέγετο δὲ Μάκρις καὶ Κυκλάδων μία ἡ Ἴκαρος, ἀφ' ἧς νομίζουσί τινες εἰρῆσθαι καὶ τὸ Ἰκάριον πέλαγος. *Sigon.* Hæc ex Eustathio ad verbum translata sunt in Scholia Aristophanis Nub. vs. 212. A nauticis *Macrin* vocari, scribit Livius cap. 28. unde intelligitur, etiam aliud ei nomen proprium fuisse: puta 'Icariam,' ut Eustath. *Duk. Ad Myonnexo* Lovel. 2. *ad Nioneso* Mead. 1. Videntur igitur librarii dare voluisse *ad Myonneson.* Infra tamen cap. 27. et cap. 28. *Myonnesus* et *Myonnesum* terminatione Latina constanter est in Mss. Deinde *ad Matin* Gaertn. *ad Matim* Voss. *ad Macri* Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. 1.

Ut prætervehens, si quas aberrantes] Lege *ut prætervehentis classis, si quas aberrantes, &c.* Gelenius. *Ut prætervenientes quas aberrantes* Vossian. et Gaertn. *ut prætervehementes quas aberrantes* Lovel. 1. *ut prætervehentes quas aberrantes* Lovel. 2. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, et edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm. ex quibus Mead. 1. vocem *recipere*, post τὸ *posset* interjiciendam, margini adscriptam præfert: *ut prætervehens quas aberrantes* Harl. et reliquæ edd. ante Aldum, qui ex cod. Mog. *ut prætervehens si quas aberrantes* recepit. Froben. demum a. 1535. emendationem Gelenii recte admisit. Ordo verborum intricatior librariis errandi ansam dedisse videtur. Ita vero in ordinem sunt redigenda: ut prætervehentis classis aberrantes ex agmine naves, si quas posset, aut postremum agmen opportune adoriretur. Ceterum *adoreretur* Lov. 4. Vide ad XXIII. 16. § 7. Mox § seq. *audit*, pro *vidit*, Voss. Vide ad I. 56. § 7. et VIII. 5. § 7. Tum *volutante*, pro *volvente*, Lov. 6.

§ 3 *Ad Etaliam insulam trajecit*] Plin. in eodem loco ait, Ephorum dicere, Chium olim *Etaliam* dictam: quanquam codd. Plinii plerique falso, ut puto, *Italiam* habent. Ego sane de Etalia insula hoc in tractu apud authores nihil invenio. Nam quam Strabo memorat Æthaliam e regione Thusciæ v. 223. nihil huc pertinere certum est. *Glar.* Quod in celebri lege ἀξίωσις 9. D. de Leg. Rhod. de Jact. dicit Endæmon, se naufragio ἐν τῇ Ἰταλίᾳ facto direptum fuisse a publicanis, Cycladas insulas habitantibus, ex hoc loco emendandum, et Αἰθαλίᾳ, pro Ἰταλίᾳ, legendum esse, plus quam probabili conjectura censuerunt summi JCti. Præses Corn. van Bynkershoek. cap. 4. ad d. l. 9. et Antecessor Ger. Noodt Obs. I. 13. Horum observationibus quod addam,

non habeo, nisi hoc unum, si 'Macris,' auctore Eustathio, eadem est, quæ 'Icaria,' Eudæmonem a publicanis Cycladas habitantibus facile potuisse diripi. Nam 'Icariam' inter Cycladas idem Eustath. et Steph. ponunt, et 'Æthaliam' haud procul a 'Macri' abfuisse, ex hoc loco Livii constat. Neque tamen præterire possum, Noodtium mihi ad hanc conjecturam confirmandam non recte videri adhibuisse verba Plinii Hist. Nat. v. 31. 'Chios libera, quam Æthaliam Ephorus prisco nomine appellat.' Nam, quod hinc consequitur, eamdem esse 'Æthaliam' Livii et Ephori, id est 'Chion,' nullo modo probari potest. *Chium* Αἰθαλίαν dictam fuisse, etiam Stephanus scribit voce Αἰθάλη. Verum, hoc de priscis temporibus accipiendum esse, ex Plinio apertum est: ob quam caussam interpres Latinus Steph. de suo addidisse videtur *olim*, quasi in Græcis esset οὕτω γὰρ ἡ Χίος πάλαι ἐλέγετο. Jam cur vel Livius, vel, qui diu post eum vixit, Eudæmon in libello supplice ad Antoninum imp. uti voluissent prisco, et sua ætate obsoleto, ac sine dubio paucissimis noto nomine hujus insulæ? Livius, et, qui ante ac post eum scripserunt, Græci pariter Latinique, sæpissime Chium memorant; nec tamen quisquam eorum illam vetusto nomine 'Æthaliam' appellavit. Nec Chius in hoc bello Antiochi, ut in eam classis Romanæ observandæ causa trajicere potuerit Polyxenidas, sed Romanorum partis erat. Vide capp. 14. 27. 31. et XXXVIII. 39. Ne dicam plane verosimile esse, 'Æthaliam' Icariæ propinquam, sive hanc cum Stephano et Eustathio inter Cycladas, sive cum Mela et aliis inter Sporadas ponas, itidem his aut illis adnumeratam fuisse; inter neutras autem referri 'Chium.' Denique, quum Plinius ibidem tradat, 'Chion' etiam 'Macrin' vocatam fuisse, eadem ratione inde colligi posset, 'Macrin' quoque, in quam primum a Myonneso, ac deinde ex ea in 'Æthaliam' trajecisse dicitur Polyxenidas, apud Livium esse 'Chion.' Sed hoc idem foret, ac si dixisset, eum 'a Chio ad Chium' trajecisse: quo nihil absurdius dici aut fingi potest. Harduinus ad Plinium recte quidem vidit, Livium 'Æthaliam,' 'Chion,' et 'Macrin' pro tribus insulis habuisse; sed sine causa miratur, eum existimasse, illas ut nomine, ita re ipsa dispares fuisse. Quæ supra scripta sunt, adversus eum quoque valent. *Duker. Ad Eracleam* Lov. 3. *ad Ætholiam* Voss. et Lov. 6. *ad Ætoliam* Harl. et Gaertn. *ad Æthaleam* Mead. 2. Lovel. 1. 2. 4. 5. et Hearnii L. 1. *ad Ethaleam* edd. principes: *ad Etaleam* ætate proximæ: *ad Etaliam* ed. Mog. pro quo Froben. 1535. *ad Æthaliam* restituit. Similes lectionum varietates etiam infra hoc cap. in Mss. et edd. obviæ sunt. Mox *inde* exsulat ab Harl. Tum *et allo*, pro *ex alto*, legunt Lov. 4. et Mead. 2. Vide ad XXVI. 45. § 1.

§ 4 *Noctem totam in alto jactata, in eumdem portum decurrit*] Pall. et vet. ed. *nocte tota*. Gebh. *Nocte adacta* Voss. Lov. 3. 6. et Gaertn. *nocte adducta* Lovel. 1. *nocte*, omissa proxima voce, Lov. 2. et Hearnii L. 1. *nocte tota* Lovel. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. usque ad Frob. qui 1535. recte *noctem totam* dedit. Vide ad XXXV. 40. § 8. Tum *currit* scripti et typis excusi usque ad Aldum, qui *decurrit* ex cod. Mog. recepit. Paullo ante *portum desertum Samiæ* Voss. Lovel. sex, Harl. Mead. ambo, et edd. usque ad Aldum; nisi quod *Sami*, pro *Samiæ*, perperam dederit Moguntina.

§ 5 *Consilium habitum, utrum extemplo decernerent*] Barberinæ membranæ, *utrum extemplo cernerent, an Rhodiam exspectarent classem*. Nota sunt Plauti, 'cernit cum hostibus,' et 'certamen cernitur:' apud Lucre-

tium 'cernere bellum,' Virgilium 'cernere ferro.' Sed ne ab Livio tamen usum verbi alienum putes. Lib. XLIII. cap. 12. 'Priusquam id sors cerneret.' Et forte pluribus id verbum locis reperiremus, si libros per omnia satis fidos haberemus. *J. F. Gron.* De verbo 'cernere' hoc sensu adhibito vide ad Silii XVI. 532. Nostri tamen omnes stant hoc loco pro vulgata lectione: neque Gronov. *cerneret* in alio, quam in solo, quem laudat, Barberino, invenisse videtur. Potius itaque existimo, librarium ejus hoc loco *cernerent*, pro *decernerent*, scribentem in eumdem errorem incidisse, quem modo committebant plerique omnes, *currit* pro *decurrit* exhibentes. Sane eodem modo *cernere* pro *decernere* unus cod. cum edd. antiqq. exhibebat XXXV. 3. § 5. Exemplum vero, quod ex Livio laudat Gronovius, non per omnia simile esse, cuique patet. De verbo 'decernere' hoc sensu vide ad XL. 8. § 19. Insuper *concilium habitum* edidit Modius, ac servarunt Gruterus et D. Heinsius: pro quo Gronov. *consilium* revocavit, ac legendum docuit ad XLIV. 2. § 5. Neque aliter reliquæ edd. omnesque scripti, nisi quod *conscilium* sit in Lov. 4. *habitum* ignorat Lov. 3.

Corycum, unde venerant, trajecerunt] *Ad Corycum* Gaertn. *Corinthum* Voss. et Lov. 1. *Corithum* Lov. 6. *Idcycum* Harl. et Mead. 1. Tum *unde enim venerant* Lov. 3. An voluit *inde enim venerant?* Sed rectius reliqui stant pro vulgato. Deinde *aractaverunt*, pro *trajecerunt*, Voss.

§ 6 *Quum frustra stetisset, Ephesum rediit*] *Structa stetisset* Lov. 1. *frustra fecisset* Lov. 3. Tum *redit* Harl. et Mead. 1. Vide ad XXXVI. 35. § 2. Mox *ab hostilibus*, scilicet navibus, Lov. 1. Sed reliqui vulgatum tuentur.

§ 7 *Aut decernerent ... si detrectaret*] Prima vocula non adparet in Voss. et Lovel. 6. Tum *detractaret* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXXIV. 15. § 9. Paullo ante *post paucos dies* Lov. 3. 6. et Gaertn. Mox *civitatium* edd. Rom. 1472. ac Mediol. 1480. Vide ad XXXIII. 20. § 11.

§ 8 *Ad ostium portus in anchoris stetit*] *Ad hostium portus* Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. ante Aldum. Quæ lectio ut obtinere posset, constare deberet Ephesum plures portus habuisse. Livium tamen unius Ephesi portus semper meminisse, vidimus ad c. 10. § 10. Solent ita sæpe errare librarii. Vide ad X. 2. § 5. XXXV. 39. § 3. XXXVI. 45. § 6. cap. seq. § 7. et alibi. Pari modo alias voces, addita vel detracta adspiratione, confuderunt. Vide ad XXXV. 26. § 7.

§ 9 *Depopulato agro agentes, Andronicus Macedo, qui in præsidio*] *Depopulato ugentes agro* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. quorum posterior etiam *qui præsidio.* Sed præpositionem *in* vel intercepit litera finalis vocis præced. Vide ad XXXV. 8. § 9. Ceterum pro 'Andronico' 'Nicandrum' memorat Appian. in Syr. 102. Paullo ante *Inde eos jam* Harl. Solent passim voces *inde* sive *iñ* et *in* confundi. Vide ad X. 20. § 6.

Jam mœnibus adpropinquantes] Ita edidit Aldus ex cod. Mog. Priores ignorant τὸ *jam*, quod neque in Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. utroque, et Hearnii L. 1. adparet: *in mœnibus* legunt Voss. Lov. 3. 6. et Gaertn. Crevierius voculam *jam* hic servandam putat, quam libentius paullo ante in principio hujus § delebat. Mox *exutosque in magna parte* Gaertn. *exutosque in magnam partem* Voss. *exutosque magnam partem* Lov. 1. At similes Græcismos aut numquam, aut quam rarissime Livius captare solet. Insuper *redigit* Harl.

§ 10 *Inde, quum ea ipsa suspicio, ne quis exiret, deterruisset*] *Unde* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. antiqq. *inde quum ex ipsa suspicione ne quis* cod. Mog. ex

quo Aldus τὸ *inde* probavit. Tum *decrevisset* Voss. et Lov. 1. ac 6. Vide ad XXXVII. 51. § 6. *Detenuisset* Mead. 1. literis *rr* in *n* coalescentibus; unde etiam 'terrere' et 'tenere' alibi commutantur. Vide ad XXII. 42. § 7. *Detinuisset* Lov. 2. et Harl. Paullo ante *ad eliciundum* cod. Mog. et Lov. 2. ac 4. Tum *Macedonum* Voss. Lov. 1. 4. et Mead. ambo. *Macedones* Lov. 2. et 6.

§ 11 *Cum præfecto Epicrate Rhodiorum ad fretum Cephalleniæ tuendum*] Non iste Rhodiorum erat præfectus, sed Eudamus. Vide capp. 12. et 15. Sed duas Italicas, duasque Rhodias triremes ad fretum Cephalleniæ cum mitteret prætor, quatuor illis navibus præfecit hominem Rhodium. Quapropter legendum *Epicrate Rhodio.* Sic enim et cap. 15. 'Epicrates Rhodius:' quomodo c. 14. 'Timasicrates Rhodius.' *Jac. Perizonius. Epitrache* Vossian. *Epytrate* Lovel. 1. *Epitrote* Gaertn. Tum *Cephalaniæ* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Mead. uterque. *Cephaloniæ* Lov. 6. et Harleian. *Cephaleniæ* Gaertn. Lov. 5. et edd. antiqq. Similes varietates mox et passim Mss. Livii in hac voce obferunt. Sed *Cephalleniæ* legendum esse, monuit Sigonius. Vide ad XXXVIII. 28. § 5. Paullo ante *duas Rhodiorum triremes* Lov. 6.

§ 12 *Clausumque jam mare*] Vet. lib. *id mare.* Sigon. Similiter Lov. 2. et Harl. quorum posterior paullo ante ignorat vocem *latrocinio.* Insuper *Hybristus* Lov. 1. et 6. *Hybistras* Lov. 3.

CAP. XIV. § 1 *L. Æmilio Regillo*] Ultima vox exsulat ab Hearnii L. I. quemadmodum etiam mox § seq. voces *etiam apertæ* a Gaertn.

§ 3 *Ægeo mari trajecit. Eodem Timasicrates Rhodius*] Nihil præcedit, e quo intelligi possit quo Timasicrates venerit: nam, hoc ad remotius 'in Asiam' referre velle, admodum vagum foret. Suspicor excidisse nomen insulæ *Chii,* idque præcedentibus verbis addendum, ac legendum esse *Ægeo mari trajecit Chium.* Nam Æmilium Chium venisse ex eo liquet, quod paullo post scribit Livius 'trajicienti Æmilio a Chio Samum.' *Duk.* Simili conjectura Crevierius *Ægeo mari Chium trajecit* legendum opinatur. *Ægeo mare* est in Voss. et Lov. 1. Vide ad XXVIII. 6. § 2. *Ægeum mare* Lov. 6. Male. Vide ad XXXV. 48. § 3. Tum *Deinde Timasicrates* Lov. 6. *Dein Timasicrates* Lov. 2. *Dempti Masicrates* Lovel. 1. 3. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. *Dempti Masistrates* Voss. qui *Deprehensi,* pro *Dempti,* in margine ostentat. *Dein Ptimasicrates* Lov. 4. 5. et edd. vett. usque ad Aldum; qui vulgatum ex cod. Mog. admisit. Mox *nocte in tempestate* Voss. et Lov. 1. a m. pr. Male. 'Intempestæ noctis' meminit Livius etiam XXXVIII. 5. et XL. 9. De ea vide Varr. Ling. Lat. V. 45. et VI. 77. Censor. de Die Nat. cap. 24. et Macrob. Saturn. I. 3. Præterea *onerariæ regiæ naves* perperam Mead. 1.

§ 4 *Rhodiæ quadriremes missæ obviam a Livio*] Vet. lib. *ab Livio.* Sigon. Pariter plerique mei. Similiter mox § seq. *accepta ab Livio classe* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. 1.

§ 5 *Æmilius concilium advocavit*] Ita primus Vascos. mox reliqui ediderunt, quum priores *consilium* præferant, adcinentibus Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. et Gaertn. Neque aliter sibi legendum videri monuit Gron. ad XLIV. 2. § 5. cui demum Crevierius recte obtemperavit. Mox *Ibi cum Livius* Lov. 1. Vide ad IV. 52. § 4. *Ibi tum Livius* Voss. Hinc verbum *est* exsulat ab Harl. cujus loco *ut* ostentant Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Deinde τὸ *eum* deest in Lov. 6. Tandem *si eodem loco esset* Lov. 2. Supra VIII. 35. 'Ne parens quidem, si eodem loco fuisset, quo fuit L. Papirius, veniam dedisset.' Vide ad Liv. III. 68. § 3. et ad Silii I. 598. Sed nec vulgatum displicet; ut enim 'eodem statu' et 'in eodem statu esse,' ita etiam 'eodem loco' et 'in eodem

loco esse' in usu fuerunt. Vide ad VII. 35. § 7. Quin etiam in uno hoc cod. præpositio *in* vel ĩ elisa forte fuit ab ultima litera voculæ præced. *si*. Vide ad XXXVII. 41. § 8.

§ 6 *Et onerarias ducere multa saburra gravatas*] Ms. *et onerarias reducere m. s. g.* Modius. Librarius cod. Mog. *reducere* scribens aberravit, et forte *deducere* dare voluit. Innumeris enim locis hæc verba commutantur. Vide ad VI. 26. § 8. Omnes tamen nostri *ducere* tuentur. Mox *sub faucibus portus* Mead. 2.

§ 7 *Et eo minoris molimenti ea claustra esse, quod, in fluminis modum*] Prima vocula deest in Lov. 1. et 4. quorum prior præcedentem vocem *supprimeret*, pro *supprimere*, legit, unde origo erroris patet. Tum *molumenti* Lov. 3. 4. et Gaertn. *emolumenti* Lov. 6. Infra cap. seq. 'Minore molimento aperturi portum, quam obstruatur.' v. 22. 'Motam certe sede sua parvi molimenti adminiculis.' Hinc *quo in fluminis modum* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. Gaertn. et edd. antiqq. pro quo Moguntini ex cod. suo *quod* substituerunt, recte concinentibus reliquis scriptis. Vide ad XXXVI. 33. § 3. Deinde *vadosum hostium portus* Lov. sex, Harl. et Gaertn. Vide ad cap. præc. § 8. Insuper *usum* omittit Voss. *usus* ejus loco legit Harl.

CAP. XV. § 1 *Nulli ea placere sententia*] *Nulli eam placere sententiam* Lov. 1. 5. et Gaertn. Nec aliter Lov. 3. nisi quod vocem *sententiam* omittat. Mox *ibi demersis* Voss. et Gaertn. *si ibi demersis* Lov. 6. Tum *maris* exsulat a Lov. 1.

§ 2 *Sive enim abscedant*] Vet. lib. *Si enim*. Nam sequitur 'Sin autem.' *Sigon.* Pal. 1. *ascendant*. Gebh. *Si enim* etiam Hearnii L. 1. Insuper *abscendant* Lov. 1. et Mead. 1. Vide ad III. 8. § 8.

Quin hostes extracturi demersas moles sint] Libri nostri omnes *detracturi*. Gebh. Pariter omnes scripti nostri, Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui *extracturi* fide cod. Mog. probavit. Mox *minori molimento* Mead. 2. Tum *quam instruatur* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Asc. 1513. nisi quod ed. Camp. concinente Lov. 5. dederit *obstruatur*, ut recte illa Ascensii ed. revocavit. Lib. V. cap. 1. 'Frons in Etruriam spectans auxiliis obstruebatur.' Insuper *manendum ibi nihilominus*, omissa sequenti voce *sit*, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Denique *quid attinerèt claudi* male cod. Mog. Modo enim præcessit 'Sive enim abscedat, cui dubium esse, quin hostes,' &c. Vide ad I. 50. § 5.

§ 3 *Quin contra, illos, tutissimo portus opul. urbe fr.*] Quinque priora vocabula ob similitudinem præcedentis *portum* omittunt Voss. et Lov. 1. quartum et quintum Gaertn. Tum *Quid contra* Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Gaertn. et edd. principes. *Quid circa* Mead. 1. Vide mox ad § 7. Deinde *quieti æstiva acturos* Harl. *quiete æstiva acturos* Lov. 2. et Mead. 1.

§ 4 *Ne quid eorum, quæ agenda sint, possint agere*] *Quæ agenda sunt* Lov. 3. et 6. Deinde *possent agere* codex Mogunt. Mox § seq. *Eudemus* Lov. 5. Harl. et edd. ante Frob. 1535. Vide ad c. 12. § 9.

§ 6 *In Lyciam, censuit, et Patara, &c. adjungenda*] Pall. uterque *in Ciliciam censuit, et Pataxam*. Gebh. *Mittendum navium partem* Gaertner. Tum *in Ciliciam* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Vide ad c. 17. § 1. Deinde *Pyracham adjungendum* Lov. 1. *Piratham adjungendum* Voss. *Pataxam adjungendam* Lov. 4. Harl. et Mead. 2. *Pataram adjungendum* Lov. 6. et Gaertn. *Pataram*, vel *Patharam adjungendam* Lov. 2. 3. 5. Mead. 1. et edd. usque ad Frob. qui a. 1535. vitiose vulgavit *Patara adjungendam*, quod demum Gron. 1665. in *adjungenda* recte mutavit.

§ 7 *In duas res magnas id usui fore*] *In duas magnas res usui fore* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *in duas res magnas usui fore* Lov. 5. et edd. usque ad Frobenianam 1535. quæ pronomen addidit.

Pacatis contra insulam suam terris] *Circa insulam suam* Voss. Lov. 2. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. antiqq. Recte Frob. 1535. substitnit *contra insulam*, id est e regione insulæ, quomodo reliqui codd. habere videntur. Supra XXIV. 41. 'Contraque castra Romana trans fluvium omnes consedere:' ubi quædam vide. Hoc lib. c. 13. 'Contra fauces portus instructa in frontem navium acie stetere.' XXXVIII. 4. 'Castellum loco edito contra arcem objecit.' Virg. Æn. I. 13. 'Italiam contra Tiberinaque longe Ostia:' ubi vide German. Adde viros doctos ad Vell. Pat. II. 76. unde patebit passim voces *contra* et *circa* a librariis confundi. Exempla habuimus II. 56. § 2. IX. 4. § 7. c. 6. § 8. X. 7. § 2. XXI. 43. § 4. hoc cap. § 3. et alibi. Vide etiam Oudend. ad Front. I. 4. § 7.

§ 8 *Quæ in Lycia compararetur*] *In Cicilia* Gaertn. *in Cilicia* Lov. 3. 4. Harl. et Mead. ambo: *in Ciliciam* Lov. 1. 6. et Voss. *in Lyciam* Lov. 5. et edd. ante Aldum. Vide ad c. 17. § 1. Mox *Polyxenidi* Mead. 2. Deinde *conjungantur* Voss. Harl. Gaertn. et Lov. 1. 3. ac 4. a m. pr.

§ 9 *Hæc maxime movit sententia*] Uno consensu pronomen *Hæc* ignorant codd. nostri, Hearnii L. 1. et edd. principes, quod Moguntini ex cod. suo vindicarunt. Tum *sententiam* legunt Voss. et Lov. 1. Mox *classe tota* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

CAP. XVI. § 1 *C. Livius cum duabus quinqueremibus Romanis*] Prænomen omittit Lov. 3. *L. Livius* legunt Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertner. et edd. ante Moguntinos. *L. cum duabus quinq. Romanis Livius* Lov. 1. voce perperam transposita. Inde *Quinquaginta cum duabus quinq. Romanis Livius* corruptius Voss. Mox *cum duabus apertis* Lov. 5. et edd. antiqq. pro quo Moguntini ex cod. suo dederunt *et duabus*, consentientibus reliquis scriptis.

§ 2 *Civitates, quas prætervectus est*] *Prætergressus est* Harl. *præventus est* Voss. An voluit librarius *prærectus est?* At reliqui stant pro recepta scriptura. Mox voces *Halicarnassus, Cnidus, Cous*, quæ neque in scriptis nostris, neque in Hearnii L. 1. neque in edd. vetustis adparent, Aldus ex cod. Mog. adjecit.

§ 3 *Ut est ventum, simul et, ad quam rem missus esset, iis exposuit*] *Ut ventum est* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Tum *emissus esset* Lov. 5. et edd. principes, pro quo Moguntini dederunt *missus esset*, consentientibus reliquis nostris, nisi quod *missus est* sit in Voss. et Gaertn. Vox *iis* deest in Lov. 1.

Adsumtis tribus quadriremibus, navigat Patara] Libri omnes nostri *Pataram*. Sic c. 17. 'Tentatam frustra Pataram esse.' Gebh. Similiter omnes nostri, et edd. ante Frob. 1535. quæ *Patara* dedit. Vide ad c. 15. § 6. Præterea *ademptis tribus* Mead. 1. *adjunctis tribus* Harl.

§ 4 *Secundus ventus ad ipsam urbem ferebat eos*] Voces *ad ipsam urbem* desunt in Gaertn. sola *ipsam* in Harl. *ad urbem ipsam* legit Lov. 6. Hinc *offerebat* Voss. et Gaertn. *afferebat* Lov. 6. *efferebat* Lov. 1. et 3. quod non videtur spernendum. Liv. III. 5. 'Furium legatum longius extulit cursus.' c. 61. 'Perruptis ordinibus elati ad novissimam aciem.' IV. 29. 'Messium impetus extulit ad castra Volscorum.' XXXV. 11. 'Velut quos inpotentes regendi equi invitos efferrent.'

Circumagente se vento, fluctibus dubiis volvi] Libri omnes habent *circumagente vento*. Paullo ante Pal. 1. *spectabantque subito terrore*. Gebhard.

Pronomen *se*, quod nesciunt omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. priores, Moguntini ex cod. suo receperunt. Vide ad IV. 28. § 2.

§ 5 *Ante hostium portus in salo stare*] Ante unius urbis Patarorum portum stabat Romana classis, eaque urbs unico tantum portu instructa fuisse videtur: certe Patarorum 'portum' numero singulari memorat Liv. cap. seq. quomodo ergo Livius hic numero multitudinis *ante hostium portus* dixit? Codd. manu et typis descripti nihil mutant: suspicor tamen *ante ostium portus* scribendum esse. Voces 'ostium' et 'hostium' sæpius commutari, vidimus ad cap. 13. § 8.

§ 6 *Portum Phœnicum, minus duum millium spatio inde distantem, petiere*] Vide num *Phœnicunta* legendum; nam Græcos accusativos etiam Livius usurpat. Strabo XIV. 666. *Phœnicunta* montem facit ad Olympum Lyciæ urbem, *Phœnica* autem, a nominativo 'Phœnix,' et montem et oppidum in Rhodiorum regione p. 652. Ita etiam Ptolemæus. Ad Pataram non memini me legere hujusmodi portum, quanquam hic eleganter descriptus est. *Glarean. Portum petitum* Lov. 3. *portum Phœnichum* Voss. *portum Penicum* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo: *portum Phœnicum* Lovel. 1. 2. 5. 6. Gaertn. Hearnii L. 1. et priscæ edd. pro quo demum Aldus *portum Phœnicunta* ex cod. Mog. substituit. Jac. Gronovio in Diss. Epist. ad Livii Loc. Quædam Geogr. Ep. 5. p. 39. locus hic de menda suspectus est, tum quia Græcissante terminatione *Phœnicunta* editur, quum Livius XXXVI. 45. 'portum Phœnicuntem' more Romano dixerit; tum etiam propter dissensum codicum. Credit autem, hujus vocis architectos secutos esse Strabonem, qui XIV. 666. Olympo Lyciæ oppido adjacere scribit montem cognominem, qui et Φοινικοῦς vocatur. Verum distantiam ab urbe Pataris docere, a portu, in quem nunc classis Romana se recepit, diversum esse. Quæ argumenta non omnia ejusdem ponderis sunt. Non enim *Phœnicunta* ex conjectura, sed ex cod. Mog. fide receptum est: lib. XXXVI. nullus cod. in vulgatum *Phœnicuntem* consentit: librarii autem in nominibus propriis toties dissenserunt, ut inde vix argumentum desumi possit. Una locorum distantia, quam urguet, persuadet ne lectionem cod. Mog. probem. Satis itaque placet, quod substituendum censet, *portum Phellum*. Strabo quidem testatur XIV. 666. ἐν τῇ μεσογαίᾳ Φέλλος καὶ Ἀντίφελλος. Verum ex Ptolem. V. 3. constat, Phellum mediterraneam, Antiphellum maritimam urbem fuisse. Mox *minus dirum spatio inde* Vossian. *minus duum spatio inde* Lov. 1. *minus duum millium inde* Lov. 2. et Harl.

Ad maritima vix tutum] Legendum *a maritima vi tutum*. Gelen. *Ad maritima vix tutum* Voss. Lov. 3. 5. et Harl. *ab maritima vix tutum* Lov. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. Nisi igitur Gelenius cod. Mog. secutus sit, Mstorum vestigia docebunt *ab maritima vi tutum* legendum esse.

§ 7 *Sed altæ rupes insuper inminebant*] Ita Frob. a. 1535. edidit, quum antea vulgaretur *sed aliæ insuper eminebant rupes*; quod unus retinet Lov. 5. at *imminebant*, pro *eminebant*, probant omnes reliqui: *altæ*, pro *aliæ*, Mead. ambo. Solent autem hæ voces ubique commutari. Vide ad V. 12. § 6. X. 41. § 2. XXI. 2. § 4. c. 36. § 5. XXII. 14. § 11. XXIV. 24. § 2. Adde Barth. ad Statii Theb. V. 690. Gronov. ad Senec. Octav. 501. Heins. ad Val. Flacc. VIII. 281. 360. et Burm. ad Quinctil. Instit. X. 1. p. 890. Ordo vero verborum, qui est in antiqq. edd. superest etiam in omnibus Mss. Mox *regis militibus* plerique codd. Vide ad XXXII. 6. § 6.

§ 8 *Issæos auxiliares et Smyrnæos expeditos*] *Is cos auxiliares* Mead. 1.

in eos auxiliares Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. 2. Gaertn. et Mead. 1. in margine: *is in eos auxiliares*, duplici lectione juncta, Harl. Tum *Germineorum expeditos* Voss. *Cermineorum expeditos* Lov. 1.

§ 9 *Ii, dum missilibus primo et adversus paucos et levibus excursionibus lacessebatur magis, quam conserebatur, pugna*] Qui verba quædam huic loco adjecerunt, uno *et* abundant post verbum *paucos*. Legendum enim est, *Ii, dum miss. primo et adv. paucos levibus exc.* Glar. *Ii, dum miss. primo et adv. paucos levibus lacess. pugna*, reliquis omissis, Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. 1. et Hearnii L. 1. Neque aliter Lov. 1. 6. Mead. 2. et primæ edd. nisi quod insuper omittant voculam *et*. Salutare iterum huic loco fidus adparuit cod. Mog. exhibens, *Ii, dum miss. primo adv. paucos levibus et excursionibus lacess. magis, quam cons., pugna*. Eam lectionem Aldus recepturus edidit, ut in capite adnotationis Glareani exstat, simulque stellulam margini adposuit, ut locum mendosum sibi videri testaretur. Glareanus ei subcurrit, et alterum *et* post *paucos* delendum monuit. Verum ita jam ante eum Frobenius a. 1535. vulgarat. Mox § seq. perperam *ad urbem adfluebant* Voss.

§ 11 *Sed etiam navales socios, remigum turbam*] *Sed navales etiam socios* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et editi ante Aldum, qui verborum seriem ex fide cod. Mog. inmutavit. Deinde *navium remigum turbam* Lov. 1. 2. 4. Harl. et Mead. 1. *navalium remigum turbam* Lov. 5. et edd. eædem. Aldus deinde recte iterum vocem abundantem ejecit, quæ etiam deerat in Voss. et Lov. 1. 3. ac 6.

§ 12 *Non quod milites solum aliquot, sed quod L. Apustius*] Vetus lectio *neque milites solum aliquot, sed L. Ap.* Gelen. *Non quod milites solum aliquot, sed L. Ap.* Voss. et Lov. 1. 3. 4. ac 6. *non quidem milites solum aliquot, sed L. Ap.* Lov. 2. et Harl. *non milites solum aliquot, sed L. Ap.* Mead. ambo: *non quod milites solum aliquot, sed quod L. Ap.* Lov. 5. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. ante Frobenium, qui Gelenii emendationem a. 1535. recepit. Gronovius in pr. ed. nott. lectionem priscarum edd. probavit. Sed postea recte sententiam mutavit.

Postremo tamen fusi fugatique sunt Lycii, atque in urbem compulsi] Omnes nostri libri *et ad urbem compulsi*. Gebhardus. *Tum*, pro *tamen*, Harl. Vide ad XXII. 17. § 5. Tum verbum *sunt* omittit idem codex. Hinc *Cilicii ad urbem compulsi* Voss. et Lov. 6. *concilii ad urbem compulsi* Lov. 1. *Lycii ad urbem compulsi* Gaertn. *Cilicii et ad urbem compulsi* Lov. 3. *Lycii et ad urbem compulsi* Lov. 2. 4. 5. Harl. et edd. antiqq. ante Aldum, qui *atque in urbem* edidit ex fide Mog. cod. Ita III. 5. 'Quum compulsi in castra Romani rursus obsiderentur.' VII. 36. 'Paventem primum in castra compellunt:' ubi vide. Mox *incruentata victoria* Voss. Vide ad X. 37. § 2.

§ 13 *Inde in Telmessicum profecti sinum, qui latere uno Cariam, altero Lyciam contingit*] Τελμισσὸς legitur apud Strab. XIV. 665. per ι secunda syllaba, pro urbe Lyciæ. Cæterum quomodo hic sinus Cariam Lyciamque contingat, etiam atque etiam considerandum est. Quanquam Strabo XIV. 665. nomen Carum ac Lyciorum a poëtis, præcipue tragicis, confusum dicit, quemadmodum Troum, Mysorum, ac Lydorum: ab iis enim communiter Phrygas vocari. Et Plinius item V. 29. ait Telmessum finem esse Lyciæ. *Glar.* Vet. lib. *Telmissicum*: et Græci Τελμισσὸν oppidum vocant. *Sigon.* Quidam tres memorant urbes, quibus Telmessi nomen fuisse putant; unam Lyciæ, alteram Cariæ, tertiam Pisidiæ seu Pamphyliæ: in earum tamen nomine parvum agnoscunt discrimen, ut prima 'Telmissus,' secunda 'Telmisus,' tertia 'Termes-

sus' diceretur. Alii ex tribus tantum duas faciunt, Cariæ et Lyciæ urbem eamdem existimantes; sitam enim fuisse in confinio earum regionum, et hinc ab aliis Cariæ, ab aliis Lyciæ tribui: unde etiam Livius sinum, ex ejus nomine dictum, uno latere Cariam, altero Lyciam adtingere hic refert. Pro tribus urbibus, earumque varia orthographia vix aliud argumentum proferri posse confido, quam Suid. in voce Τελμισεῖς, et in voce Τερμισσεῖς. At pro duabus illud, quod Strabo, Ptolemæus, Stephanus Byz. aliique geographi, alteram Lyciæ, alteram Pisidiæ memorent. Plinii testimonium ambiguum est. Nam v. 27. memoratur 'Telmessus, quæ Lyciam finit:' cap. 29. recenset 'Cariæ' vel 'Halicarnasso contributam Telmessum.' Spanh. de Præst. et Usu Numism. Diss. IX. 563. semper, ubicumque hoc nomen obcurrit, *Termessus* scribendum contendit. Sane, Pisidiæ vel Pamphyliæ urbem ita dicendam esse, ex nummo, quem laudat, satis patet. Illam tamen, quæ in Caria vel Lycia fuit, potius *Telmissus* dictam fuisse censeo, et ita hic edi jussi, quum contra sententiam Sigonii in recentioribus edd. *Telmessicum* exstaret, in quibus iisdem c. 56. et XXXVIII. 39. *Telmissus* et *Telmissius*, et iterum posteriori loco in principio cap. *Telmessus* ederetur: quam inconstantiam imitari nolui. Ceterum *Tessalicum* Lov. 3. *Telleficum* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo. *Telificum* Lov. 2. *Tellesicum* Voss. et Lov. 6. *Tele sycum* Lov. 1. *Telesicum* Lov. 5. Gaertn. et edd. principes. *Telmesicum* Mediol. a. 1505. *Thelmessicum* Asc. a. 1516. *Telmessicum* Asc. a. 1513. et Mogunt.

Omissa Patara amplius tentandi spe] Omnes nostri libri *omisso Pataram amplius tentandi. Rhodii.* Gebh. De hoc loco egit Gronov. ad XXXV. 49. § 13. ac docuit omnes Mss. et edd. antiqq. *omisso Patara amplius tentandi*, sine voce *spe*, præferre, quod etiam in omnibus codd. meis inveni: ejus loco *omisso conatu Patara amplius tentandi* dedit Ascens. a. 1513. *omissa Patara amplius tentandi spe*, non primus Gryphius, aut Curio, sed ante eos Frob. a. 1535. Basil. a. 1539. et Vascos. Si quid mutandum, mallem *omissa spe Patara amplius tentandi*, ut ultima syllaba *τοῦ omisso* et prima *τοῦ Patara* caussæ exstiterint, cur vox *spe* media interciderit. Lectionem tamen Frobenii præferendam censeo. Eam etiam Gelenius ex cod. Mogunt. restituisse videtur. Codicum lectionem Gronov. ad XXXV. 49. probabat.

§ 14 *Transmisit, ut, conventis Scipionibus, qui tum circa Thessaliam erant*] *Tramisit* Lov. 4. *transit* Lov. 3. *transivit* Lovel. 6. Vide ad XXI. 20. § 9. Deinde *convectis Scipionibus* Vossian. Lov. 1. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. Vide ad III. 23. § 3. Hinc *qui nunc circa* Voss. quod accipi potest pro eo ipso tempore, quo Livius, omissa Lycia, ex Asia in Græciam trajiciebat.

CAP. XVII. § 1 *Omissas in Lycia res, et Livium*] *In Sicilia* Hearnii L. 1. *in Cicilia* Lov. 5. et Gaertn. *in Cilitia*, vel *in Cilicia*, Voss. Lov. 1. 3. 6. Harl. Mead. 1. in margine, et edd. ante Mediol. a. 1505. quæ *in Licia*, aliæ *in Lycia* dederunt; quod se etiam in cod. suo invenisse Moguntini testantur. Alibi voces 'Lycia' et 'Cilicia' commutantur. Vide cap. 15. § 6. 8. c. 45. § 2. Vocula *et* non adparet in Lov. 1. et 6. Mox *tempestate repulsus* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Deinde § seq. *tentatam frustra Pateram*, vel *Patharam*, vel *Pataram* Voss. omnesque nostri cum edd. usque ad Frob. a. 1535.

§ 3 *In Bargyllam et Icoson descensionem ad Jassum fecerunt*] Lege *in Bargylletico sinu excensionem*. Gelen. Quidam *Bargyllam*, quidam *Bargyliam* scribunt. Strabo plurativo numero Βαργυλία appellat. Porro, qui

pro duabus vocibus *Bargylia* et *Icoso, in Bargylletico sinu* legunt, placent. *Glar.* In vet. lib. est *in Bargyliam et Icoson.* Mendose illud quidem, verum ita tamen, ut appareat *Bargyliaco* esse legendum. Græci enim Βαργυλία et Βαργυλιακὸν κόλπον vocant. *Sigon.* Pall. *in Barcilliam et Icosam desc. ad Yacum fec.* Gebhard. Præclare ab Gelenio sic [*in Bargylletico sinu exscensionem*] restitutum, quum ederetur *in Bargyllam et Icoson descensionem.* Quod quasi ex vet. lib. refert Sigonius, corrigitque *Bargyliaco.* Sed et Βάργυλα hæc urbs Stephano, et Βαργυλία, et Βαργυλίαι. Incolæ vero Plutarcho et Βαργυλιῆται (in Flamin. 375.) Ἐξέπεμπεν ὁ Τίτος Λέντλον μὲν ἐς Ἀσίαν, Βαργυλιήτας ἐλευθερώσαντα. Sic igitur *Bargyliacus, Bargylieticus, Bargylleticus.* J. F. Gronov. Adde Berkelium ad Stephanum; a quo sine causa tentari puto loca Plutarchi et Plinii H. N. v. 29. Nec majorem rationem habet, quod se in Cic. Fam. XIII. 56. pro *Bargylletæ* confidenter reponere scribit *Bargyliatæ.* Si quid ibi mutandum esset, propius ad vulgatam scripturam accederet *Bargylietæ*, a Græco Βαργυλιήτης. *Duk. Bariciliam et Ycosem* Lov. 1. *Barciliam et Icosem* Voss. et Lov. 6. *Barciliam et Siconsum* Lov. 2. *Barciliam et Icoson* Lov. 5. et Harl. *Barciliam et Icosom* Lov. 3. *Barcylliam et Icosom* Lov. 4. et Mead. ambo. *Barciliam et Iersem* Gaertn. Quorum vestigia ostendunt, Gronov. recte edidisse *Bargylietico sinu.* Supersunt nummi, cum inscriptione ΒΑΡΓΥΛΙΗΤΩΝ et ΒΑΡΓΥΛΙΑΤΩΝ. Vide Harduin. Numm. Antiq. Popul. ea voce. Clericus tamen, non monito contra fidem datam lectore, a Gronovio discessit, et lectionem Gelenii adoptavit, quem Crevier. imitatur. Deinde *descensionem* omnes nostri, præter solum Harl. qui *dissensionem* præfert. Sed recte viri docti *exscensionem* substituerunt. Vide ad VIII. 17. § 9. XXVII. 5. § 8. et XXXI. 29. § 6. Præterea *ad Jacum* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. et Gaertn. *ad Hyacum* Harl. *ad Yacum* Lovel. 4. et Mead. ambo: *ad Lachum* Lovel. 5. *ad Jachum* Hearnii L. 1. et edd. ante Mediol. 1505. Vide ad XXXII. 33. § 6.

Agrum circa Romani hostiliter depopulati sunt] *Et agrum* Lov. 3. Insuper vox *hostiliter* exsulat ab Harl. Male. cap. seq. 'Agros hostiliter depopulatus ad Pergamum ducit oppugnandam.' Similiter 'hostiliter diripere' c. 21. Vide etiam ad Epit. l. LXXX. Mox § seq. *respondebant* cod. Mog.

§ 5 *Erant Jassensium exsules*] Perperam habetur in Pal. 1. *Jacentium exules:* alter *Jacensium.* Vet. ed. *Lachensium.* Gebhard. *Jacensium* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *Lachensium* Lov. 5. et ed. Camp. *Jachensium* reliquæ edd. principes, quas vidi, cum Hearnii L. 1. *Jassensium* ediderunt Mediolanenses a. 1505. quod etiam Moguntini ex cod. suo probarunt. Eadem varietas etiam mox § seq. in scriptis et editis obvia fuit.

Ii frequentes Rhodios orare institerunt] Vocem *ii* ignorant omnes nostri, Hearnii L. 1. et priscæ edd. quod illustrari potest illis quæ notantur ad I. 1. § 11. IV. 26. § 11. VII. 21. § 6. VIII. 3. § 5. et aliis locis. Eamdem lectionem probat etiam Gronov. ad XXXIV. 56. § 1. et in pr. ed. nott. ad hunc loc. *Ibi frequentes* exhibet cod. Mog. quod Aldus recepit, et Frob. 1535. in *ii frequentes* mutavit. Tum *rogare* Harl. quod ex glossa natum puto. Similiter variant codd. Sallust. in Jug. c. 24. ut Cortius ibid. monuit. Eodem modo commutantur 'oratio' et 'rogatio.' Vide ad XXXIV. 8. § 2. 'Orare' autem hic magis convenire, patet ex illis quæ notat Manut. ad Cic. ad Fam. V. 18. Præterea *insisterunt* Lov. 2. *instituerunt* Lov. 1. quod etiam Moguntini ex cod. suo

receperunt, sed a Frob. deinde repudiatum est, qui a. 1535. *institerunt* revocavit. Voces illas in Mss. confundi neglegentia scribarum, vidimus ad XXVIII. 46. § 11. Hic tamen *institerunt* magis convenire videtur.

Ne urbem, &c. innoxiam perire sinerent] Pall. et vet. ed. *ne urbem, et vicinam sibi, et cognatam, innoxiam perisse liceret.* Gebh. *Perisse liceret* cum Hearnii L. 1. et edd. vetustis omnes Mss. mei, nisi quod *perire* præferant Lov. 3. et Gaertn. Illud *ne perisse liceret* Gronov. pr. ed. nott. probavit, pluribusque inlustravit, docens id poni pro ut liceret, urbem non perisse; *perisse* autem pro perire. At sequor cod. Mog. ex quo Aldus edidit *perire sinerent.*

§ 6 *Ut servitutem regiam effugere vellent*] Omnes libri *effugerent.* Gebhard. Vereor ne hoc mala manu sit objectum codici Moguntino, et melius habeant prius editi cum scriptis nostris *effugerent.* Hujus enim eadem, quæ illius, sed doctius expressa, sententia. Sic XXIII. 19. 'Pugnandum autem esse, si palam frumentum importaret, videbat:' ut restituimus ex vett. libris; nam et hic fecerant *importare vellet.* Lib. XXV. c. 33. 'Simul ne metus quidem ab Romanis erat, (quippe tam paucis,) si vi retinerent:' id est, retinere vellent, aut conarentur. Ejusdem generis videntur XXXV. 45. 'Multa homines, ne bellarent, remittere:' ubi Mog. *ne bellare necesse sit.* Lib. XXXVIII. c. 11. 'Qui eorum, &c. in ditionem populi Romani concesserunt, ne quem eorum Ætoli recepissent.' Idem, *recepisse vellent.* Sed nostri omnes servabant antea vulgatum. Cicero pro Milone c. 4. 'Pudicitiam cum eriperet militi tribunus militaris in exercitu C. Marii.' Stuprum inferre conantem dicit Fabius. Noster IV. 35. 'Summa vi expugnatum esse, ut tribuni militum consulari potestate et ex plebe crearentur:' hoc est, creari possent, vel ut eos creari liceret. l. XXIV. c. 24. de conjuratione Andranodori: 'singula deinde, quæ per quosque agerentur, totamque viris armisque instructam conjurationem ante oculos posuisset:' id est, agi deberent, vel constitutum esset. Adde ad XXI. 36. *J. F. Gron. Effugere vellent* ex cod. Mog. primus recepit Aldus: sed alteram lectionem *effugerent* servant etiam omnes nostri, et Hearnii L. 1. et N. Eam vero inlustrare possunt, quæ notant Gronov. ad XXVII. 25. § 3. Duker. ad Flori I. 18. § 12. et, quos ibi plures laudavit, viri docti. Paullo ante *pulsi sint* primum adparuit in Frob. 1535. priores ediderunt *pulsi sunt,* quod superest in Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. et Gaertn. Tum *unam esse mentem* Harl.

§ 7 *Eumene etiam rege adsumto*] *Et Eumene etiam* Voss. Lovel. 1. 2. 5. 6. Harl. Gaertn. et typis descripti usque ad Frob. qui particulam *et* a. 1535. omisit. Vox *rege* abest a Lov. 3. Mead. 2. et ed. Frob. 1531. Sed vide ad XXXVIII. 48. § 5. Mox *suas necessitudines* Moguntini ex cod. suo probarunt. Antea edebatur *duas necessitudines,* concinentibus omnibus scriptis nostris.

Obsessæ, &c. urbis caussam miserando] Mog. Voss. Thuan. *casum miserando:* quod debet præplacere. l. XXXIX. c. 11. 'Lacrymæ mulieri obortæ, et miserari casum adolescentis cœpit.' Justinus XII. 5. 'Innoxii senis filiique casum miserantes.' *Jac. Gron.* Justin. XXVII. 1. 'Casum tam indignæ fortunæ miserantes, auxilia ei omnes misere.' Sall. in Jug. c. 23. 'Eos miserando casum suum confirmat:' ubi unus codicum Cortii perperam etiam *caussam* exhibet. Eumdem hanc locutionem inlustrantem vide ad Catil. c. 40. et Jug. c. 25. Solent autem voces 'casus' et 'caussa' sæpe commutari. Vide ad IV. 27. § 6. VIII. 31. § 3. XXXVIII. 53.

§ 10. et XXXIX. 7. § 7. Adde Gronov. ad Senec. de Prov. IV. Hic vero *casum* servant omnes nostri, Hearnii L. 1. Crevierii Victor. et edd. usque ad ultimam Gruteri, quæ perperam *causam* substituit.

Ut obpugnatione abstineretur] Omnes libri *absisteretur*. Gebh. *Abstineretur* Aldus ex cod. Mog. adsumsit, et reliqui servarunt usque ad Gronov. qui priorum edd. lectionem *absisteretur* revocavit, concinentibus omnibus scriptis nostris, nisi quod *obsisteretur* sit in Lov. 1. 2. *obsisteret* in Gaertn. Cur vero revocarit, in pr. ed. nott. caussam reddidit, eamque locutionem multis exemplis inlustravit. Vide quæ notavi ad XXXVI. 25. § 6. Similiter 'absistere bello;' vide ad XXI. 6. § 8. 'absistere spe;' vide ad XXIV. 20. § 15. Solent τὰ 'absistere' et 'abstinere' a scribis commutari. Vide ad XXXI. 17. § 10.

§ 8 *Profecti inde, pacatis ceteris, quum oram Asiæ legerent*] Ita Aldus recte ex cod. Mog. Priores typis descripti cum omnibus Mss. præferebant *Profecti inde pacati. Ceterum.* Deinde *oram Asiæ peterent* Lovel. 6. Male. Supra XXXIII. 41. 'Oram Asiæ legens pervenit in Lyciam.' XLIV. 10. 'Legentes oram Antigoneam perveniunt.' Ita 'litora legere' XXXV. 27. et XXXVI. 21. Vide Emmen. ad Virg. Ecl. VIII. 7. Tum *Lorymam* Harl. pluresque edd. Hunc portum describit Liv. XLV. 10. Insuper *primo* deest in Harl.

§ 9 *Ab Epheso, ab suo bello: ut a tergo*] Ms. *ab suo bello ad classem regiam, ut a tergo.* An scribendum? *ab suo bello, ab clusse regia, ut a tergo.* Modius. Verba *ad classem regiam,* quæ obfert cod. Mog. addita a librario, non ipsius Livii esse, videntur. Quis enim quater repetitam præpositionem *ub* ferre posset?

§ 10 *Movere ea Æmilium: vocatosque Rhodios*] Ita Aldus ex cod. Mog. emendavit. Antea edebatur *Movere Æmilium.* Neque aliter omnes scripti nostri, nisi quod, trajectis dictionibus, *Æmilium movere* sit in Vossian. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Pronomen itaque *ea* interceperunt ultima præced. et prima seq. vocis litera. Vide ad XXXIX. 6. § 2. Præterea *vocatos Rhodios* Harl.

§ 11 *Possetne Pataris universa classis in portu stare*] Libri omnes *utrumnam Pataris universa classis in portu stare posset?* Gebh. Non aliter Gronov. in pr. ed. nott. se in codd. Barber. Flor. Venet. Naudæi, Pet. et edd. Andreanis invenisse testatus est, eamque lectionem in contextum recepit. Eamdem servant etiam omnes Mss. nostri, et edd. ante Aldum, qui alteram lectionem ex fide cod. Mog. adscivit. Vide etiam Gronov. ad XXXIV. 32. § 16. *Possetne* potius, quam *utrumnum posset,* ex interpolatione librarii esse videtur. Mox *reduxit naves* Voss. Lovel. sex, Gaertn. Hearnii L. 1. et omnes typis descripti usque ad Modium, qui a. 1588. *reducit* substituit. Pristinam igitur scripturam reduxi.

CAP. XVIII. § 1 *Seleucus Antiochi filius*] Eleganti Hellenismo Pall. et vet. ed. *Seleucus Antiochi, cum per omne, &c.* Inferius c. 43. habetur in Pal. 1. 'Præerat castris M. Æmilius trib. militum, M. Lepidi, qui post annos paucos pontifex maximus factus est:' omisso τῷ *filius.* Gebh. Vocem *filius,* quam omiserunt edd. antiquiores, primus fide cod. Mog. addidit Aldus: cui ex nostris consentiunt Lovel. 6. et Harl. Reliqui Mss. eam ignorant. Non Græcos tantum, sed etiam Latinos, et inter illos Livium quoque, interdum eam omisisse, vidimus ad lib. XXVIII. c. 12. § 13. Hinc, quum vulgo edatur XXXVIII. 13. 'Seleucus Antiochi filius ad frumentum exercitui dandum venit,' duo vero codd. *Antiochi frater* præferant, utramque vocem *frater* et *filius* præter mentem Livii additam censerem, nisi reliqui Mss.

τὸ *filius* defenderent. Id certum est, librarios sæpe ex glossa marginali vel aliunde adscivisse quæ scriptores subintelligi malebant. Ex solo Livio quædam notabo exempla. Ita τοῖς 'Sic deinde, quicumque alius transiliet mœnia' addiderunt 'eat,' I. 7. § 2. τοῖς 'satin' salvæ' vocem 'res,' I. 58. § 7. et XL. 8. § 2. τοῖς 'pergere recta ad portam' vocem 'via,' III. 46. § 5. τοῖς 'ex alieno largitos' vocem 'ære,' IV. 60. § 4. τῷ 'qua' voces 'ea parte,' V. 37. § 7. τῷ 'fuit' vocem 'tempus,' VII. 32. § 13. τοῖς 'rempublicam eo nefario obstrinxeris' vocem 'crimine,' IX. 34. § 19. τοῖς 'semitamque ad Martis straverunt' vocem vel 'ædem,' vel 'templum,' X. 23. § 12. τοῖς 'crescit inopia omnium' vocem 'rerum,' XXI. 11. § 12. τοῖς 'in Antiati' vocem 'agro,' XXII. 1. § 10. τοῖς 'alternis imperitabant' vocem 'vicibus,' XXII. 41. § 3. τοῖς 'coronatus laurea' vocem 'corona,' XXIII. 11. § 5. Voces 'ait,' 'dicit,' 'inquit,' vel similes, XXIII. 45. § 6. τοῖς 'onerarias retro in Africam repetere' vocem 'naves,' XXV. 27. § 12. τοῖς 'sollemni Nemeorum peracto' vocem 'ludo,' XXVII. 31. § 9. τοῖς 'in unum se conligeret' vocem 'locum,' XXVIII. 3. § 9. Vocem 'caussa,' XXXI. 12. § 4. τοῖς 'tranquillo pervectus Chalcidem' vocem 'mari,' XXXI. 23. § 4. τοῖς 'hiberna,' 'æstiva,' 'stativa' vocem 'castra,' XXXIV. 13. § 2. τοῖς 'Latinæ inde fuerunt' vocem 'feriæ,' XXXVIII. 44. § 7. Credere itaque malo, hic vocem 'filius' similiter in paucis Mss. et optimo etiam Mog. a librariis additam, quam in aliis omissam esse: nam ita etiam alibi ab eadem manu profecta est. Vide ad l. land. XXVIII. 12. § 13. Pariter apud Suet. Cæs. cap. 21. pro *suamque Juliam*, cod. Cujacii præfert *filiamque Juliam*. Eodem modo et vocem 'uxor' a scribis interdum adjectam vidimus ad Epit. Liv. l. XXX. Nihilominus tamen vocem expungere nolui. Mox *ferendo auxilia* præferre Barber. et Pet. Gronovius in pr. ed. nott. monuit. Nostri nihil mutant.

§ 2 *Dum is procul ab domo, &c. maritima obpugnaret, statuit*] An legendum *dum obpugnat*, vel *quum obpugnaret?* Vide ad I. 40. § 7. Legunt quidem *dum oppugnare statuit* cod. Mog. et Lov. 3. verum, licet 'Seleucus transire' accipi posset pro 'transibat,' attamen ea lectio probari nequit. Si enim Seleucus eo tempore in fines regni Eumenis transisset, quo is Lyciæ maritima obpugnare statuerat, eum adventu suo ab incepto revocatum domi retinuisset. Vocula *is* exsulat ab Lov. 1. 2. et Harl. Tum *instituit* Gaertn.

§ 3 *Ad caput arcemque regni Pergamum ducit obpugnandum*] Vet. lib. *oppugnandam*. Sigon. Ms. *oppugnandum*. Modius. *Oppugnandum* præter Mog. cod. præferunt etiam Voss. Lov. 1. 5. 6. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Proximæ ediderunt *oppugnandum*, donec Aldus ex Mog. alterum revocaret, quod denuo a Sigonio mutatum est. Utraque lectio ferri potest. Vel enim jungendum cum præcedentibus *caput arcemque*, et ita aut ad remotius, aut ad propius referri potest; vel cum proximo *Pergamum*. Jam vero Polyb. quem Livius ubique imitatur, non tantum in Exc. Legat. num. XXI. dixit εἰς τὴν Πέργαμον ἐμβαλὼν, sed etiam IV. 48. Ἄτταλον εἰς αὐτὸ τὸ Πέργαμον συνέκλεισε. Optimum itaque codicem, aliosque, quos memoravi, scriptos et editos secutus *obpugnandum* restitui, quod et Crevier. auctoritate Victor. et ed. principis fecit. Voces *ad caput* desunt in Lov. 2.

§ 4 *Et excursionibus equitum*] Pall. *excursatione*. Gebh. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo: *excursione* Lov. 5. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. vett. pro quo Aldus ex cod. Mogunt. *excursionibus*. Voce 'excursatio' usus etiam est Val. Max. II. 3. 3. 'Quum equitatui Campanorum crebris excursationibus equites

nostri resistere non possent.' Verum ibi ex codd. Torrenii alii *excursionibus*, alii *excursitationibus* præferunt, Gronovius vero in pr. ed. nott. ad Liv. XXXVIII. 23. in membranis Andinis *excusatibus* invenit; unde *excursatibus* eum voluisse conjicit; quod apud me superest in cod. Traject. altero. Apud Livium vero codicis Mog. lectionem probo, quia 'excursatio' alibi apud eum non observavi, quum contra τῷ 'excursio' sæpe utatur. Vocula *et* deest in Lov. 2.

§ 5 *Nulla parte virium se parem esse*] *Nulla ex parte* Lov. 3. ut *aliqua ex parte, magna ex parte*, de quibus vide ad II. 48. § 1. Sed reliqui stant pro vulgato, quos sequor. Τὸ *se* deest in Gaertn. Mox *obsideri est cœpta* Lov. 6. τὸ *est* non adparet in Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Mead. 1. et Gaertn.

§ 6 *Eodem ferme tempore et Antiochus, ab Apamea*] *Eodem tempore ferme* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum præpositio *ab* non adparet in Lov. 3. Mox *primo* legunt Voss. et Gaertn. Deinde *mixto* exsulat a Lov. 2. et Mead. 1.

§ 7 *Plurimum terroris fecisset Gallis mercede conductis, quatuor millia erant*] Sincera lectio, *Plur. terroris in Gallorum mercede cond. quatuor millibus erat.* Gelen. Pariter Voss. Lov. sex, et Mead. ambo, nisi quod ignorent præpositionem *in*; Lov. 6. insuper legat *millia*; Lovel. 1. 3. 6. et Voss. *erant.* Priorem lectionem servat Harl. ita tamen ut *fecissent*, pro *fecisset*, præferat.

Hos, paucis admixtis, ad pervastandum passim Pergamenum agrum milites misit] *Milites* redundat. *Gelen.* Pall. *hos, paucis admixtos, ad pervast. passim Pergamenum* (alter continet *Pergameum*) *agrum milites emisit.* Gebh. *Paucis admixtos* Lovel. sex, Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Vox *passim* deest in Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Tum *Pergameum* Harleian. Deinde *milites emisit* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *milites misit* Lov. 3. 5. Hearnii L. 1. Sed recte vocem *milites* Gelenius expunxit.

§ 8 *Avocatus domestico bello, cum classe*] *Advocatus* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo, obvio librariorum errore. Vide ad I. 6. § 1. Dein præpositio *cum* deest in edd. antiqq. quam Aldus ex cod. Mog. addidit: consentiunt omnes nostri. Eam omitti posse, non diffiteor. Vide ad c. 11. § 6. Eamdem etiam recte addi posse, nemo negabit. In his igitur fide codicum standum est.

Inde, quum præsto fuissent equites peditumque expediti] Pall. *cum profectus equitum fuisset.* Gebh. Quæ vulgo exstat lectio, debetur cod. Mog. unde eam Aldus recepit. Antea edebatur *inde cum profectus fuisset equitum peditumque expeditis*: quod, paucis apicibus mutatis, mihi obvium fuit in scriptis meis. *Profectus expeditis*, pro *cum expeditis.* Vide ad XXII. 9. § 5. 'Expeditis equitum peditumque,' ut XXVIII. 14. 'Cum expeditis peditum equitumque prius pugnam conserent cum hoste.' Sed et lectio ex Mog. codice adscita probari potest. Alibi enim Liv. 'equites' ab 'expeditis peditum' distinguit. Vide ad XXII. 16. § 2. Optimo itaque codici adhæreo.

§ 9 *Eumene summæ rei discrimen haud dubie detrectante*] *Non dubie* Voss. et Gaertn. Dein *detractante* Mead. 2. *retrectante* Mead. 1. *retractante* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 5. Harleian. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. principes. Vide ad III. 49. § 2. et Arntzen. ad Aur. Victor. de Cæsar. c. 40. § 5. Inter 'retrecto' et 'retracto' distinguebat Bouhier. ad Cic. Tusc. c. 31. p. 297. et prius tantum sensu detrectandi usurpatum contendit. Quo tamen fundamento hæc distinctio nitatur, non intelligo. Paullo ante *is* pro *ibi* Gaertn. *inde* Lov. 2. Tum *fieri* deest in Harl. neglegentia scribæ.

Ut regi opem ferrent, Elæam ab Samo venerunt] Pall. *Elæam moverunt*. Gebh. Similiter omnes nostri, et edd. vett. nisi quod *venerunt* ex principe Andreæ laudet Hearnius. Vulgatum Aldus ex cod. Mog. recepit. Vox *regi* deest in Lov. 1. *rei* legit Gaertn.

§ 10 *Quos ubi exposuisse copias*] Cum his usque ad finem cap. seq. conferendus est Polyb. in Exc. Leg. num. XXI.

Consulem cum exercitu jam in Macedonia esse] Pall. quod toties inculco, *in Macedoniam esse*. Gebh. Similiter Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Sed vide ad II. 14. § 4.

Pararique, quæ ad transitum Hellesponti essent] *Opus essent* malim. Sic c. 9. 'Hellespontum petebat, ut ad transitum exercitus præpararet, quæ opus essent:' et c. 22. 'Præparare, quæ ad transitum Hellesponti opus essent.' *Sigon*. Hoc Sigonii Scholion demum adparuit in ed. quæ post mortem ejus prodiit Venet. 1592. Eo autem emendatur error operarum in solis prioribus Sigonii edd. commissus. Vocem enim *opus* servant omnes reliquæ, omnesque scripti. Ceterum *parari quæ ad transitum Hellesponti opus essent* Lov. 1. 3. 6. Voss. et Gaertn. *etiam opus essent* Lov. 2. et Harl.

§ 11 *Tempus venisse ratus, &c. agendi de pace*] *Tunc tempus venisse* Lov. 3. Dein *agendum de pace esse* Voss. Lov. 3. 6. et Gaertn. *agendi de pace esse* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. uterque, et edd. usque ad Moguntinos, qui τὸ *esse* ejecerunt.

§ 12 *Coëquitaverant autem sex M. equitum*] Quid istuc verbi est 'coëquitare?' Legendum *cum equitatu* (*erant autem sex millia equitum*). Gelen. Ms. *septem millia equitum*. Modius. *Coëquituverant autem* Vossian. Lov. 4. 5. Mead. uterque, et Gaertn. *coëquitaverunt* Harl. *coëquietaverunt* Lov. 2. *exequitaverat* Lov. 3. *ac equitaverant* Lov. 1. *adequituverant* Lov. 6. Deinde *rex millia* Lov. 4. *rex tria millia* Voss. et Mead. ambo: *rex et tria millia* Lov. 2. Harl. et Gaertn. Gelenii emendatio vera est. Utrum vero *sex millia*, an cum Mog. cod. *septem millia* legas, parum interest; siquidem Polyb. Exc. Leg. num. XXI. memoret ἱππεῖς πλείους ὄντας ἑξακισχιλίων.

CAP. XIX. § 1 *Adhibitis et Rhodiis, concilium habuit. Rhodii*] Ms. *adhibitisque Rhodiis*. Modius. Copula deest in Lov. 1. et edd. vetustis. Aldus deinde ex Msto Mog. dedit *adhibitisque*, pro quo Froben. 1535. substituit *adhibitis et Rhodiis*; quod in aliis omnibus meis superest. Deinde tria ultima vocabula desunt in omnibus scriptis meis, et edd. ante Aldum, qui ea ex Msto Mog. adoptavit: ex quo iterum præstantia et bonitas cod. Moguntini patet. Nam, his verbis omissis, Livius dicit Æmilium haud adspernatum esse pacem ab Antiocho oblatam; iis additis vero Rhodios fuisse, qui pacem non repudiandam censerent. Prius adversatur Polybio, quem Livius sequi solet; alterum pulchre ejus narrationi convenit. In Excerptis enim Legat. quæ diu demum post ed. Mog. et Ald. inventa et edita sunt, num. XXI. ita inquit: Οἱ μὲν οὖν περὶ τὸν Εὔδημον καὶ Παμφιλίδαν οὐκ ἀλλότριοι τῆς διαλύσεως ἦσαν. In reliquis igitur codd. tria illa vocabula propter *Rhodiis* et *Rhodii* similitudinem culpa scribarum exciderunt. Vide ad IX. 11. § 11. Eadem autem unici hujus cod. beneficio servata sunt. Vide ad XXXVI. 19. § 13. Ceterum in cod. Mog. erat *consilium habuit*, et ita Aldus eumque secuti plures ediderunt. Modius demum *concilium* vulgavit. Sed male. Quamvis enim Æmilius Eumenem et Rhodios, sive Rhodiorum duces Eudamum et Pamphilidam, adhibuerit, et conventum legatorum ab diversis populis sociis 'concilium' adpellatum Gron. doceat XLIV. 2. § 5. videtur tamen intelligi Æmilii ducis Romani 'con-

silium' militare, quod propter adhibitum unum vel alterum sociorum legatum non existimo 'concilium' vocandum esse. Priscam igitur lectionem revocavi; quod etiam Crevierium fecisse video.

§ 2 *Qui enim, inquit, aut honeste, inclusi mœnibus et obsessi, leges pacis accipiemus*] *Quid enim, inquit* Lov. 5. et edd. antiqq. cujus loco Aldus ex Mog. probavit *Qui enim,* concinentibus reliquis nostris. Et recte. Nam ita etiam Polyb. in Exc. Legat. num. XXI. Εὐσχήμονα γὰρ, ἔφη, πῶς οἰόντε γίνεσθαι τὴν σύμβασιν, ἐὰν τειχήρης ὄντες ποιώμεθα τὰς διαλύσεις; Dein *obsessi velut leges* omnes scripti mei, Hearnii L. 1. et editi usque ad Gronov. qui a. 1665. mediam vocem omisit, recentioribus silentibus, quam restitui. Æmilius enim consilium habuit Elææ, prope quam urbem cum exercitu adveniens Antiochus, 'tumulum quemdam adversus Elæam castris cepit: ibi peditum omnibus copiis relictis, cum equitatu in campos sub ipsa Elææ mœnia descendit,' ut Liv. cap. præc. narrat. Non ergo urbs erat obsessa; sed, Antiocho cum exercitu non procul adsidente, erat quasi obsessa.

Non ex auctoritate senatus, non jussu populi Romani peregerimus] 'Peragere pacem' an satis Latine dici possit, ut nequedum constitui, ita illud scio, elegantissimam et propriam hic esse lectionem scriptam, quæ habet *aut cui rata ista pax erit, quam, &c. non jussu pop. Rom. pepigerimus.* Notior res est, quam ut in ea probanda et negotioso meo hoc otio et lectoris patientia abuti debeam. *Modius.* Vulgatæ adstipulantur libri Ms. *Gebh. Non jussu pop. Rom.* a Mog. est: mihi vero perplacet, quod fuit prius, et in membranis ipse vidi, *injussu populi Romani.* J. F. Gron. Ita et Lov. 4. 5. 6. Harl. et Mead. 2. *jussu populi Romani* Voss. Lov. 1. 2. 3. et Mead. 1. in quibus prima syllaba *in* vel *i* evanuisse videri potest ob similitudinem literarum sequentium *jussu. Et jussu populi Romani* Gaertn. Fateor locutionem *injussu populi* apud Livium sæpe obcurrere. Exempla vide l. IX. capp. 5. 8. 9. XXII. 10. XXVI. 33. XXVIII. 18. et alibi. At magis placet, quod Aldus ex Mog. cod. adoptavit, *non ex auctoritate senatus, non jussu populi.* Sæpius enim Livium, nulla media copula, quasvis particulas repetiisse, vidimus ad V. 35. § 4. et ita repetiisse τὸ *non* dictum ad VIII. 34. § 10. et XL. 15. § 5. Codicis Mog. scripturam firmat etiam Livius simili loco XXI. 18. 'Quod Q. Lutatius consul primo nobiscum fœdus icit, quia neque auctoritate Patrum, neque populi jussu ictum erat, negastis vos eo teneri.' Præterea *peragamus* edd. vett. pro quo *pepigerimus* se in cod. suo invenisse testati sunt Moguntini. Ei adsentiuntur Lov. 1. 6. et Crevierii Victor. Aldus demum substituit *peregerimus:* quod licet in reliquis Mss. nostris supersit, cod. Mog. lectionem tamen cum Crevierio revocavi. Nam 'peragere pacem' alibi nondum notavi. Contra vero 'pangere pacem' aliquoties obcurrit. Supra XXIV. 29. 'Ita eos pacem pepigisse cum Romanis.' XXXVIII. 48. 'Præter Antiochum, cum quo pacem pepigerat Scipio.' Similiter 'pangere inducias' XXVII. 30. 'pangere amicitiam' XXXVIII. 9. 'pangere societatem' XLII. 40. Solent autem 'pangere' et 'peragere,' sive 'pāgere' et 'pagere,' in Mss. confundi. Vide ad VII. 2. § 7.

§ 3 *Classem exercitumque deducturus*] Ita Moguntini ex cod. suo, consentientibus omnibus meis, excepto uno Lov. 5. qui cum edd. vett. legit *reducturus.* Vide ad VI. 26. § 8. Mox § seq. *omisso ibi bello* Voss. Lov. 1. 5. 6. Harl. et edd. ante Froben. qui a. 1535. mediam vocem omisit, faventibus reliquis scriptis.

§ 5 *Si ex hoc impetu rerum nihil pro-*

latando] *Si ex inpetu* Voss. Dein *protelando* Lov. 2. et Harl. Vide ad VII. 21. § 2. *Nihil prolatandum* cod. Mog. Paullo ante *si ita visum iis sit* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo: *si ita visum est iis* Lov. 6.

§ 7 *Vastatis Elæensium primum, deinde Pergamenorum agris*] Ms. *evastandis Elæensium primum, &c.* Præsto verum esse *evastatis Elæensium primum.* Præsto, inquam: nam quod cusus Moguntinus Livius legendum suadet, *Ant., pace nequiquam tentata, vastandis Elæensium primum, deinde Pergamenorum agris, relicto ibi filio Seleuco, &c.* (tanquam non ipse Antiochus Elæensium, Pergamenorumque agros depopulatus esset, sed filio Seleuco id negotii mandasset) quærat cui persuadeat: nos scimus Seleucum relictum in Pergami obsidione, ut etiam ex præcedentibus Eumenis verbis, quibus negat inclusos mœnibus honeste posse de pace transigere, et sequenti narratione historica clarum est. *Modius. Vastatis* primum Aldus vulgavit; et ita in Voss. Lov. 6. ac Gaertn. fuisse, eorum excerpta persuadent: antea edebatur *vastandis;* quod superest in Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. utroque, et Hearnii L. 1. *evastandis* Mstum Mog. unde sequeretur, vastandis Elæensium et Pergamenorum agris Seleucum a patre relictum esse, quum tamen ipsum Antiochum id fecisse constet. De Elæensi agro id testatur Polyb. in Exc. Leg. num. XXI. Οἱ περὶ τὸν Ἀντίοχον παραυτίκα μὲν ἐδῄουν τὴν τῶν Ἐλαϊτῶν χώραν. De Pergameno cap. præc. Antiochus Gallos, 'paucis admixtis, ad pervastandum passim Pergamenum agrum misit.' Placet itaque, quod Modius conjecit, *evastatis.* Id enim gravioris est significationis, quam simplex *vastatis*, et animo Antiochi ob pacem frustra petitam admodum irritato magis convenit. Præterea verbo hoc Livius delectatur. XL. 22. 'Villas primum, dein quosdam vicos etiam evastarunt.' XLII. 40. 'Dolopes a te ipso evastati sunt.' XLIV. 46. 'Simul ut Sinticen evastaret.' Alia exempla vide ad XXVIII. 44. § 14. et XXXII. 33. § 14.

Agrum opulentum, quem vocant Thebes campum, carmine Homeri nobilitatum] Homerus Iliados B. vs. 691. Λαρνησσὸν διαπορθήσας καὶ τείχεα Θήβης· et A. vs. 366. Ὠιχόμεθ' ἐς Θήβην, ἱερὴν πόλιν Ἠετίωνος. Multos alios versus afferre possum, quibus Thebes Homerus ita meminit, ut vere Livius nobilitatam ab eo fuisse dixerit. *Sigon.* Scribo *nobilitatæ:* ut Theben respiciat, quam prædicat Homerus, non campum Thebes sic μετὰ ταῦτα κληθέντα, ut testatur Strabo XIII. 612. *J. F. Gron.* Aliter ac Vales. ad Exc. Peiresc. p. 13. quem hic laudat Hearnius, de hoc loco sentit, et Livium defendit Is. Vossius ad Melam I. 18. ubi videtur respicere ad notam Valesii. Sed non satisfecit, ut apparet, Gronovio, cujus conjectura si recipitur, Livius culpa vacat. *Duk.* Gronovii conjecturam probat Lov. 1. Alio modo Livio subcurrere conatus est Jac. Gronov. in Dissert. de voce ΜΕΓΑΣ, sæpe, præsertim apud Livium, usu venire, ut adjectivum huic substantivo conveniat, quod alteri convenire debuerat. Vide de eo ad IV. 8. § 6. Sed patris J. F. Gronov. conjecturam, codicis nunc auctoritate firmatam, præferendam censeo. Præterea vox *campum* deest in Lov. 5. et edd. vett. quam Aldus ex cod. Mog. sedi suæ restituit. Ei vero adstipulantur reliqui scripti nostri. Insuper *Thebes vocant* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. et Gaertn. In præcedentibus vulgo ita distinguebatur: *Adramytteum, hostiliter itinere facto, petit: agrum opulentum.* Sed ita, ut edidi, distinguendum docuit Crevierius.

§ 8 *Eodem Adramytteum, ut urbi præsidio essent*] Hearnius adnotat Sigonium omisisse *Adramytteum.* Non valde culpandus est, qui omiserit,

quod glossam olere sentiebat. Nihil peccasset, si lectorem monuisset, nec a contextu submovisset. *Duk.* Vocem illam omittendam esse, judicat etiam Crevierius: et hic, et infra ad XLII. 47. § 10. in omnibus tamen scriptis constanter superest. Deinde *ut urbi præsidium essent* Harl. Sed vide ad XXXIV. 11. § 2. Paullo ante *parata est præda*, pro *parta*, Voss. et Lov. 1. sollemni scribarum aberratione. Vide ad V. 6. § 1.

CAP. XX. § 1 *Elæam ex Achaia mille pedites cum centum equitibus*] Appian. in Syriac. 102. ita: Ἧκον δὲ καὶ παρὰ τῶν Ἀχαιῶν Εὐμενεῖ σύμμαχοι χίλιοι πεζοὶ καὶ ἱππεῖς ἐπίλεκτοι, ὧν Διοφάνης ὁ στρατηγός. *Sigonius.* Polyb. Exc. Leg. num. XX. Καὶ νεανίσκους ἐξαπέστειλαν, πεζοὺς μὲν χιλίους, ἱππεῖς δὲ ρ', ὧν ἡγεῖτο Διοφάνης ὁ Μεγαλοπολίτης.

Diaphane omnibus his copiis præposito, accesserunt] V. C. habet *Diophane.* Et ita Polybius in fragmento XX. in quo est ὧν ἡγεῖτο Διοφάνης ὁ Μεγαλοπολίτης. *Ursin.* Pal. alter *accerserunt.* Gebh. *Diophene* Lov. 4. *Diaphene* Lov. 1. 6. et Voss. *Dyaphane* Harl. *Diaphane* Lovel. 2. 3. 5. et Mead. 1. *Diophane* soli Mead. 2. et Gaertn. quomodo apud Livium scribendum esse, monuit etiam Ursin. ad Polyb. Exc. Leg. num. XX. pag. 260. Vide ad XXXVI. 31. § 6. Ejus laudes vide apud Polyb. in Exc. Peiresc. p. 1434.

§ 2 *Veterani omnes et periti belli erant*] Pal. alter exhibet *Veterani omnes reperti belli erant.* Gebh. *Veterani omnes experti belli erant* Lov. 4. et Harl.

Philopœmenis, summi omnium Græcorum] Lege *summi tum omnium.* Gelen. Vocilam *tum* agnoscunt omnes scripti et editi vett. nisi quod *tunc* sit in Lov. 3. Eam omiserat Frob. 1531. Vox *Græcorum* deest in Hearnii L. 1. Mox τὸ *et* in Lov. 1. Tum *ad visendum* Lov. 5. et edd. ante Aldum, qui *ad visendas* substituit ex cod. Mog. Adsentiuntur reliqui nostri.

Quibus locis temporibusque accederent] Pall. uterque *quibus locis stationibusque accederent.* Gebh. Similiter omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. antiqq. ante Moguntinos, qui recte *temporibusque* ex cod. suo substituerunt. Alterum datum est a librariis, quod eorum animo adhuc obversaretur vox *stationes* modo præcedens. Mox *sumserant* cod. Mog. *supersederunt* Lov. 2. et Harl.

§ 3 *Ad radices fere collis, in quo posita est urbs, regii succedebant*] *Ad radices cessere collis* male cod. Mog. *Ad radices forte collis* Lov. 3. altera lectione margini adscripta. *Ad radices pene collis* Mead. 2. Similiter 'ferme' et 'pene' commutantur XXX. 24. § 7. Tum *posita urbs est* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Gaertn. Hinc *regiis succedebant* Gaertn. Sed prioris vocis fini sibilus ex initio sequentis perperam adhæsit. Vide ad IV. 33. § 10. *Regiis incedebant* Harl. Mox *ne ut in stationes quidem procul jacularetur* Lov. 2. Pronomen *qui* deest etiam in Lov. 1. 3. 4. 6. Voss. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. Insuper *jacularentur* Voss. et Gaertn.

§ 4 *Postquam semel compulsi metu*] Uterque Pall. *Nequicquam semel compulsi.* Similiter omnes nostri, scripti et edd. antiqq. Veram lectionem Aldus ex Mog. cod. adscivit. Mox *contemtus, inde eorum negligentia* Lov. 1. *contemtus eorum, inde negligentia* Lov. 6. *neglegentia* Lov. 4. Vide ad II. 11. § 4.

Non stratos, non infrenatos] Supra *infrenatum* posuit pro eo qui careret freno, cum scripsit XXI. 44. 'Equites frenatos et infrenatos:' at hoc loco *infrenatos* pro 'frenatis' posuit, ut paullo post *infrenare* pro 'frenare:' 'Equos non sternere, non infrenare, aut conscendere facile poterant.' *Sigon.* Vide quæ notavi ad Silii IV. 315.

§ 5 *In juveniles lusus lasciviamque versi*] Ms. *in juvenales lusus* disertim præfert. *Modius.* Pall. *in juvenales lusus:* in quibus tamen non recte defit *versi.* Gebh. Eadem vox deest in Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. primis; quam Aldus ex cod. Mog. retraxit, consentiente Mead. 1. Tum *juvenales,* quod et mihi in Lov. 1. 4. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. obvium fuit, recepi. Similiter duo integerrimi codd. Flor. et Leid. 1. exhibent I. 57. § 11. Nec aliter Mss. v. 22. § 5. XL. 7. § 2. et c. 14. § 2. Vide Const. Fanens. ad Nas. Met. XIV. 314. Nic. Heins. ad Virg. Æn. II. 518. Burm. ad Ovid. ex Pont. III. 3. 29. et quæ notavi ad Silii II. 312. *Luxus,* pro *lusus,* perperam Lov. 1. 2. 6. et Gaertn. Vide ad I. 5. § 2. et adde Burm. ad Suet. Ner. cap. 29. Paullo ante *ad arma et ad ordines* Gaertn. Vide ad VI. 28. § 6. Reliqui tamen vulgatum servant. Tum *delapsi ceteri* Lov. 3. Vide ad XXIII. 45. § 3. *Dilapsi terrori* Voss. *dilapsi terreri* Lov. 1. Mox *somno strati,* omissa media voce, Gaertn. *somno etiam fracti* Lovel. 1. Vide ad XXXV. 46. § 3.

§ 6 *Ad portam præsto esse jubet: ipse Attalum adiit*] Ms. *ad jussa præsto esse jubet.* Eleganter sane. *Modius.* Cur lectioni Mog. codicis, quam vulgatæ, majorem elegantiam inesse Modius censuerit, non video. Moguntini tamen auctoritas reliquis Mss. prævalet, licet etiam omnes nostri editam scripturam defendant. Deinde *Attalum adit* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. vett. Id etiam voluit librarius Lov. 1. qui perperam *ad id* dedit. Moguntini ex cod. suo receperunt *adiit.* Vide ad XXXVI. 42. § 3. Mox *in animo esse dixit* Lov. 6. *in animo sibi dixit* Harl.

§ 7 *Ægre id permittente Attalo*] Quia ex Mog. receptum est, non omnino improbo. Nec tamen temere repudiandum *ægre id permittere Attalus,* quod prius erat. Frequentissime sic enim Livius. Nec abruptius ideo, quod sequitur, 'Porta egressus.' Qui enim licuit Cæsari Gall. I. 18. 'Quærit ex solo ea, quæ in conventu dixerat. Dicit liberius atque audacius. Eadem secreto ab aliis reperit esse vera.' *Quærit,* nimirum Cæsar: *dicit* Liscus: *reperit* iterum Cæsar. Hujusmodi orationes defectæ velut ad rei caput properantium, et multum ingenio lectoris confidentium mire decent historicos, et per sunt amatæ Livio. Quod qui non caperent, ingentem farraginem particularum, toties item relativa *is, qui,* et similia locis, quibus ista de industria spreverat, auctori nostro adleverunt. Ne Sigonius quidem ab hac culpa immunis est. Sic II. 47. 'Sustineri deinde vis nequiit. Consul mortifero vulnere ictus cadit:' ille *Demum consul.* Lib. III. c. 45. 'Placidum quoque ingenium tam atrox injuria accendisset:' ille *Quum placidum.* Lib. IV. c. 54. 'Quæsturamque eam non honoris ipsius fine æstimabant:' facit *quæsturam namque:* eodem lib. cap. seq. 'Consules ambo profecti:' auget, *Cæterum consules ambo profecti.* V. 25. 'Simul extrahi rem viderunt:' dat nobis *simul ut extrahi.* VI. 38. 'Et quoad usque ad memoriam nostram tribuniciis consularibusque certatum viribus est:' exhibet *quoad usque ad memoriam nostram, quoties tribuniciis.* Lib. VII. c. 17. 'Quia nec per dictatorem plebeium,' &c. abruptum ei videbatur, ni fieret *Et quia.* VIII. 30. 'Seu credere libet:' non placuit, sed *seu si credere libet.* X. 6. 'Non infimam plebem accenderent, sed ipsa capita plebis:' necessum fuit facere *non infimam modo plebem.* Quæ omnia sunt παρεμβεβλημένα, et pessimæ notæ illorum librorum, a quibus vir cætera tam doctus, quum meliorum copiam uberem illi sua Italia præberet, induci se passus est. Cæ-

terum ad hunc locum magis proprie pertinentia vide ad VII. 27. *J. F. Gron.* Venere sua non carere, quod vulgo edd. ante Aldum præferunt, *agre id permittere Attalus* consentio: sæpius etiam librarios orationem infinitivam, qua Livius aliique uti amarunt, inmutasse, vidimus ad I. 50. § 5. Hic tamen lectionem, quam Aldus ex Mog. cod. reposuit, præferendam duco. Vetustis enim edd. consentit solus Lov. 5. perpetuus eorum assecla; at codici Mog. concinunt Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harleian. Mead. ambo, Gaertn. et Doujatii Regius. Idem etiam in suis invenisse videntur Gronov. et Crevier. Hic enim *permittere Attalus* ex sola ed. Andreæ, ille vero in pr. ed. nott. ad Liv. VI. 27. ex sola ed. Mediol. profert. In Voss. erat *ægre id permittere Attalo;* quomodo forsan scriptum est, quod olim *permittēte* exaratum fuerat, et inposita τῷ *e* virgula evanuerat, vel non observata erat.

Centum equitibus adversus trecentos] Pall. *adversus sexcentos:* sicut statim 'considet.' *Gebh. Adversus trecentos* ex ed. Frob. an. 1535. ad recentiores promanavit: *adversus sexcentos* non tantum habent vetustiores, sed etiam omnes scripti nostri, et Hearnii L. 1. ac N. *adversus ducentos* cod. Mog. *considet* vero iterum scripti nostri, Hearnii L. 1. et edd. principes.

§ 8 *Ut nihil moveri viderunt, nec ipsi quidquam ex solita negligentia, &c. mutarunt*] Prima vocula deest in Voss. et Gaertn. Tum *movere viderunt* non tantum edd. vett. sed etiam scripti; nisi quod *viderunt movere* præferat Lov. 2. *movere crederent* Lov. 6. Tum *nequicquam* Lov. 2. 3. et 6. *nec quicquam* Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et edd. vett. Aldus ex cod. Mog. adoptavit *moveri* et *nec ipsi quidquam.* Deinde *ex soluta negligentia* Voss. quod eodem modo dictum videri potest, quo 'solutior libido' II. 3. 'soluta disciplina' XL. 1. quo etiam junguntur 'solutus et neglectus' XXV. 39. et XXXIV. 2. 'solute ac neglegenter' XXIII. 37. et XXXIX. 1. Verius tamen est, erranti librario hanc lectionem adscribendam: 'solitus' enim et 'solutus' etiam alibi commutantur. Vide ad XXXV. 34. § 10. *Ex solita neglegentia* Lov. 4. Vide ad II. 11. § 4. et mox § 13. Præterea *mutaverunt* Harl. et Gaertn. Sed reliqui vulgatum servant, et Livius in perfectis verborum primæ conjugationis contractionem hanc plurimum amavit. Vide ad XXI. 44. § 7. Paullo ante *Et Pergami amentiam* Lov. 1. Hinc *credidere esse* Voss. *crediderunt esse* Gaertn. Male. Vide ad I. 50. § 5.

§ 9 *Quietos aliquamdiu suos, &c. continuit*] *Quietus* Vossian. Lov. 1. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. Tum *aliquanto* Lov. 5. et edd. antiqq. pro quo Moguntini ex cod. suo dederunt *aliquamdiu;* quod superest etiam in reliquis scriptis. Dein *socios* Voss. et Gaertn. Sæpe ita variant librarii. Vide ad IV. 33. § 9. XXIII. 16. § 8. XXVIII. 14. § 9. XXXV. 30. § 3. c. 50. § 7. Adde Gelen. ad XXXVII. 43. § 2. et Cortium ad Sall. Jug. c. 23. Mox *adcelerare possint* Lov. 3. Præterea *peditibus sequi jussit,* pro *jussis,* Harl. Vide ad XXVII. 24. § 3.

§ 10 *Quam posset effusissimis habenis*] Cod. Mogunt. *quantum potuit.* Non est abeundum a recepta lectione. XXIV. 35. 'Quam maxime poterat intentus.' XXVI. 5. 'Cum delectis peditum equitumque quam poterat aptissimis ad maturandum iter.' Adde XXIII. 5. XXIV. 23. et Heins. ad Ovid. Art. Am. III. 262. et Rem. Am. 325. *Duk. Quantum posset* ex cod. Mog. admisit Aldus, et post eum omnes usque ad Gron. qui *quam posset* restituit, in prima nott. ed. testatus, ita scriptos præferre; quod mihi etiam in omnibus meis obviam fuit, nisi quod Lov. 5. præferat simul cum edd. ante Aldum *quam possent.* Su-

pra x. 14. 'Quam posset occultissime circumducere jubet.' xxvi. 25. 'Obtestationem quam sanctissimam potuerunt adversus hospites, composuerunt.' Sallust. Cat. c. 4. 'Quam verissime potero:' ubi vide Cort. Solent autem *quam* et *quantum* commutari. Exemplum habuimus ad xxxvi. 43. § 3. Paullo ante *ipse præceps*, pro *princeps*, Vossian. sollemni scribarum aberratione. Vide ad xxi. 18. § 3.

§ 12 *Aut adscendere facile poterant*] *Conscendere* Lov. 2. Harl. et edd. Sigonii. *escendere* Lov. 4. Mox *pavorem Achæis inferentibus*, pro *terrorem*, Lov. 3. et Hearnii L. 1.

§ 13 *Pedites vero ordinati et præparati*] Palatini *Pedites autem ordinati.* Gebh. *Pedites autem* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo. Tum *præparati et ordinati* Harl. Vide ad cap. 11. § 2. Mox *per neglegentiam* Lov. 4. Vide ad § 8.

Et semisomnes prope adorti sunt] Voss. Thuan. *semisomnos.* An credimus hac terminatione nunc uti Livium noluisse, voluisse autem xl. 15.? 'E convivio prope semisomnus raptus sum.' xxx. 5. 'In ipsis cubilibus semisomnos hausit flamma.' *Jac. Gron.* Similiter Lov. 1. et 4. Vide ad xxv. 39. § 3.

§ 14 *Quoad totum fuit*] Legendum *quoad tutum fuit.* Sic paulo post c. 24. 'Insequi, quoad putarent tutum, jussit.' *Sigon.* Scholion hoc demum adparuit in ed. Ven. 1592. post mortem Sigonii procurata, quo emendavit errorem operarum in ed. Ven. 1572. commissum. Omnes enim reliqui typis inpressi cum scriptis *tutum* præferunt. Ceterum *quod tutum* Voss. Vide ad vi. 38. § 13.

Magno Achæorum genti decore parto] Pall. *magno decore genti Ach. parto.* Gebh. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. nisi quod *pacto* perperam legat hic postremus, qui etiam mox τὸ *enim* omittit. Deinde *mœnibus*, pro *e mœnibus*, Voss. et Lov. 1. ac 3. Vox *Pergami* exsulat ab Harl. Hinc *redit* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Moguntinos, qui *rediit* ex cod. suo dederunt. Vide ad xxxvi. 35. § 2.

Cap. xxi. § 1 *Regiæ magis compositæ et ordinatæ stationes*] *Regii magis composite et ordinate quingentis passibus* Lov. 1. Vox *magis* non adparet in Voss. Mox *longius* exsulat a Lov. 5. et edd. antiqq. quod Aldus restituit ex cod. Mog. adsentientibus ceteris scriptis.

§ 2 *Per multas horas intenti utrimque*] Pall. *Permulti intenti utrimque.* Gebh. Similiter Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. antiqq. *Permultis intenti utrimque* Lov. 3. *Permultum intenti utrique* Lov. 1. *Permulti intenti utrique* Voss. *Permulti intenti utique* Gaertn. *Permulti intentis utrimque* Lov. 6. Quod vulgo exstat, Aldus ex cod. Mog. restituit. Mox *exspectaverant* idem cod. Mog.

§ 3 *Dum in conspectu erant*] *Quum in conspectu* Gaertn. *cum in conspectu* scripti alii omnes cum edd. vett. pro quo Aldus ex Mog. dedit *dum.* Vide ad i. 40. § 7.

Trepidantesque, et vix ordinem agminis servantes, in castra compulsi sunt] *In ea compulsi* Lov. 1. et 6. Ceterum possunt hæc verba quasi per se posita considerari, et a præcedentibus majori interpunctione distingui: tum vero 'trepidantesque et servantes' dictum erit eodem modo, ac vidimus alia ad x. 30. § 2. At si per particulam *que* cohæreant præcedentibus, legendum videtur *compulsi sint.* Paullo ante *nemo oppugnandi* cod. Mog. Sed perperam vocis proximæ litera finalis repetita, et ita *oppugnandi*, pro *pugnandi*, datum est.

§ 4 *Romanos et Eumenem ad tuendum Adramytteum venisse*] Voces *et Eumenem* desunt ab omnibus scriptis meis, Hearnii L. 1. et edd. Andrea-

na, Camp. Rom. 1472. ac Parm. Additas vero vidi in proximis. Ita cap. 19. 'Adramytteum, ut urbi præsidio essent, navibus circumvecti, Æmilius et Eumenes venerunt.' Neque video cur Eumenis mentio nunc omitteretur, præsertim in proprii regni defensione. Deinde *advenisse* Lov. 6.

§ 5 *Pheream inde, coloniam Mitylenæorum, expugnavit. Cotton, &c.*] Hæc nomina sunt oppidorum in Æolide inter Adramitium et Thyatira, ut ex his Livii verbis colligitur, quanquam ea non facile reperias apud authores, quod vel corrupta sint nomina, vel oppida concisa, vel denique alioqui obscura. *Glar. Peræam* edidit Frob. 1535. quod adhuc obtinet. Priores præferunt *Pheream*, quod inveni etiam in Lov. 5. Harl. Mead. utroque, et Hearnii L. 1. ac N. *Proheream* Lov. 2. *et Proheream* Lov. 3. *Feream* Lov. 4. *et Feream* Lov. 1. 6. et Gaertn. *et Ferream* Voss. quod parum differt ab cod. Thuan. lectione *et Peream*, unde Jac. Gronov. in Dissert. Epist. ad Livii Loca Quæd. Geogr. epist. 5. p. 39. *Eupatriam inde* scribendum conjecit. Nummum Vespasiani cum inscriptione ΕΥΠΑΤΡΙΔΩΝ passim viri docti laudarunt ex Goltzii Thes. pag. 214.

Cotton, et Corylenus, et Aphrodisias, et Priene] Vetus lectio habet *Aphrodisias crene*. Gelen. Pro *Priene*, quod Ioniæ oppidum est, *Pitane* libentius legerim: quanquam quidam *Aphrodisias crene* legant. Et Plin. v. 30. ubi Æolidos urbes numerat, *Aphrodisias* regionis nomen facit. *Glar. Coccon* Voss. et Gaertn. *Coyton* Lov. 2. *Croton* Lov. 3. Deinde *Conelius* Voss. *Cornelius* Lov. 1. *Corlenus* Lov. 3. *Coryleno* Lov. 6. *Corylerius* Gaertn. Hinc *Affidisias* Vossian. *Astodisias* Gaertn. *Aphrodisæ* Harl. *Aphrodosias* Lov. 3. Tum *Prime* Voss. Lov. 2. 6. Harl. Mead. 1. et Lov. 3. inter versus. *Prim̄* Lov. 1. *Prine* Gaertn. *Prinne* Lov. 3. in contextu, Lov. 4. et Mead. 2. *Prienne* Lov. 5. et edd. principes. Oppida fuerunt ignota, quæ, si Livius, ut solet, ordinem itineris, quo Antiochus cum exercitu profectus est, observavit, sita esse debuerunt inter Adramytteum et Thyatira. Quod si verum, inprovide Doujatius *Colonæ*, vel *Cotyæon* legendum conjecit pro *Cotton*, *Dorylæum* pro *Corylenus*, et *Priene* pro *Crene;* quum, ipso auctore, 'Colonæ' sit urbs Mysiæ minoris, 'Cotyæon' Phrygiæ majoris, 'Dorylæum' Phrygiæ magnæ ad fines Bithyniæ, et 'Priene' Ioniæ.

Per Thyatira Sardeis rediit] Ms. *per Thyatiras Sardeis rediit*. Modius. *Per Thyatirnanra* Lov. 1. *per Thyatiram* Vossian. et Lov. 2. *per Tiatiram* Harl. et Mead. 1. *per Chiatira* Lov. 3. *per Ciatira* Lovel. 4. *Partiatira* Mead. 2. Vide ad c. 44. § 4.

§ 6 *Inde retro, unde profecta erat, Elæam rediit*] *Retro unde profecta*, omissa prima voce, Lovel. 3. in contextu: *retro inde profecta* in margine. Tum *redit* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Vide ad XXXVI. 35. § 2. Paullo ante *in ora maritima* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. uterque. Tum *terrori erat, aliis præsidio* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. *terrore erat, aliis præsidio* Harl. τὸ *erat* non adparet in Mead. 1. Ceterum Harduinus ad Plinii v. 31. p. 287. 'Elæam' hic memoratam, insulam esse credidisse videtur, quæ, Plinio ibid. 'Elæussa' dicta, sita fuit juxta Smyrnam. At omnis narratio præcedens satis evincit indicari urbem maritimam regni Eumenis, quo Eumenes, Romanaque et Rhodia classis profecti erant, quum Seleucum Antiochi filium in agrum ejus irrupisse audirent, c. 18. unde postea Adramytteum adnavigarunt, quum Antiochum ei inminere intelligerent, c. 19. et quo nunc rediisse dicuntur.

§ 7 *Inde Phocæam petentes*] Ms. *Inde Phocæam petens*. Modius. Simili-

ter Lov. 6. et Harl. Reliqui *petentes* tuentur.

Ad insulam, quam Bacchium vocant] Plinius v. 31. juxta Smyrnam enumerans insulas Bacchinam ponit, de qua et hic loqui puto Livium. *Glar. Buthyum* Voss. et Gaertn. *Bcchium* Lovel. 5. et edd. princc. *Bacchium* Lov. 3. 4. Hearnii N. et edd. Mediol. 1505. pluresque postea. *Bachium* reliqui Mss. quod ed. Francofurtana a. 1578. et hinc reliquæ recentiores reeeperunt.

Inminet urbi Phocæensium) *adpulerunt*] *Phoccusium* eodex Mog. cum tantum non omnibus nostris, Hearnii L. 1. et edd. Frobeniana 1535. antiquioribus. Sed notum est Phocææ incolas 'Phoeæenses,' Phocidis in Græcia 'Phoceuses' adpellari. Vide ad v. 34. § 8. et viros doctos ad Justin. XXXVII. 1. § 1. et XLIII. 3. § 4. Deinde *adplicuerunt* Harl. Justin. II. 4. 'Quum Hercules ad litus Amazonum adplicuit.' Verum et alterum probum est. Vide ad VIII. 3. § 6. Turba igitur eodd. in vulgatum consentientium exigit ut id præferendum judicem.

§ 8 *Præsidium mille armatorum*] Vet. lib. *trium millium*. Sigon. Alibi *præsidium mille armatorum*, pro quo *trium millium* Sigonio emendare necesse fuit, editum esse non credo. Basileenses tamen a. 1554. operarum errore *præsidium millium armatorum* edidisse novi. Paullo ante *sine operibus, sine armis scalisque* Lov. 6. pessime. Sensus enim est, arma et scalas ad expugnandam urbem non suffecisse, sed operibus obpugnandam fuisse.

§ 9 *Depopulato circa urbem hostium agro*] *Depopulato circa hostium agro*, omissa voce *urbem*, Harl. quod non displiceret, si plurium codd. consensu firmaretur. Vide ad IX. 2. § 8. Sed nec alterum displicet. Vide ad XXXVI. 14. § 12. Paullo ante *amissa* Harl.. Deinde *recipit* Gaertn.

CAP. XXII. § 1 *Domum dimitti, et præparare consuli*] *Remitti* Lovel. 3. Tum *præparari* Lovel. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. antiqq. pro quo Frob. 1535. substituit *præparare*, quod servant reliqui scripti. Mox *redire statim Samum* Lov. 6.

§ 2 *Una quinqueremi ad terram Nidiarorum*] Hoc quoque advertat lector, ne *Gnidiorum* verior sit lectio: et enim res in medio est. *Sabell.* Antiq. lectio *una Coa quinqueremi, altera Cnidia Rhodum.* Quamquam nec vulgata quidem lectio absurda videtur. Verior habenda, in quam plures Mss. codd. consentiunt. *Gelen.* Pall. vitiose *ad terram Nidiarhorum.* Gebh. *Una Coa,* vel *Choa, quinqueremi* Lov. 4. 5. Mead. 2. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Vocem *Coa* omittunt reliqui Mss. et memoratis editis proximi usque ad Aldum, qui ex cod. Mog. loco pristino restituit. Deinde *adteramide in Dyarhorium* Lovel. 3. *ad tenrãne indiai h'* Lov. 1. *ad temane indiarchorum* Gaertn. *ad termane india archorum* Voss. *ad terram Hidiarhorum* Harl. et Mead. 1. *ad terram Indiareorum* Lovel. 6. *ad terram Nidiarhorum* Mead. 2. *ad terram Nidiarorum* Lov. 2. 4. 5. et edd. principes. Paullo ante *Romani ac Rhodii* Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertn. *Romani Rhodiique* Harl.

§ 3 *A Samo veniret, tredecim a Rhodo naves cum Pamphylida præfecto adversus eamdem Syriacam*] *Ab Samo* et *ab Rhodo* Vossian. Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. *ab Rhodo* etiam Lov. 1. Deinde *cum Phamychida* Vossian. *cum Panychida* Gaertn. *cum Panphida* Lov. 4. *cum Pamphida* Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. et Mead. ambo. Verum Παμφιλίδας ὁ τῶν Ῥοδίων ναύαρχος memoratur Polyb. in Exc. Peiresc. p. 1434. ubi ingenium ejus describit. Vox *eamdem* deest in Lovel. 2. et 6. Paullo ante *Biduo quam Eudamus*, omissa voce *ante*, Mead. 2.

Dædala et quædam alia parva castel-

la] *Alia per ea castella* Voss. Lov. 1. 3. 4. Mead. 2. Gaertner. et Crevierii Victorin. *alia perrea castella* Thuan. unde Jac. Gronov. in Dissert. Epist. ad Quæd. Livii Loca Geogr. epist. 5. pag. 40. scribendum existimat *alia Perææ castella.* Si quid mutandum, nihil hac conjectura verius videtur. ‘ Peræa ’ enim erat illa regio, quam Rhodii in continenti insulæ suæ obposita possidebant. Ἀρχὴ δὲ τὰ Δαίδαλα τῆς Ῥοδίας χωρίον, teste Strab. XIV. 651. quem etiam vide pag. 664. Verum reliqui codd. vulgatum tuentur, quod nec ipsum temere spernendum. *Parva castella*, ut lib. XXXI. c. 30. ‘ In parvis illis castellis vicisque consecrata. ’ Ita ‘ parvum tigillum ’ apud Phædr. I. 2. 14. ubi vide viros doctos : ‘ parvulus pusio ’ apud Arnob. VI. 210. et VII. 237. et ‘ parvulus puerulus ’ apud eumdem VII. 297.

§ 4 *Sex apertæ naves*] Ms. dimidio minus *tres apertæ naves.* Modius. Nihil frequentius est in Mss. quam notas numerales *V.* et *II.* commutari. Exempla vide ad III. 5. § 13. c. 8. § 10. c. 31. § 6. c. 33. § 8. c. 64. § 11. X. 37. § 2. c. 47. § 1. XXIII. 49. § 13. XXV. 9. § 3. XXXVI. 14. § 1. XXXVII. 30. § 1. c. 40. § 8. c. 44. § 1. e. 45. § 15. c. 50. § 3. XLIV. 5. § 12. c. 17. § 4. ad Epit. Liv. lib. XVIII. Scalig. ad Fest. voce ‘ Novæ curiæ :’ et Harduin. ad Plin. H. Nat. II. 16. Codd. nostri nihil mutant. Præferenda autem est vulgata lectio. Vide ad cap. seq. § 4.

§ 6 *Ad portum, quem Megiston vocant*] Archetypa *Megisten* habent. Et geographi ‘ Megistes ’ insulæ in hoc tractu meminerunt, quæ fortassis eum portum efficit. *Gelen. Megisten* omnes scriptores insulam faciunt, non portum ; quanquam insula haud dubie portum habuit. Ptolemæi interpres Latine hanc ‘ maximam ’ vocat, quod extulisse non erat necesse. *Glar. Megiston,* forte errore operarum, primo dederat Frob. 1531. Priores *Megisten,* nisi quod paucæ cum Lovel. 5. *Magisten* præferant. *Megistem* Lov. 4. *Megistin* Harleian. *Megistim* Mead. 1. Paullo ante *accelerare possent* Gaertn.

Consequitur: inde uno agmine Phaselidem quum venissent] Male *sequitur* Voss. *et sequitur* Lov. 3. Tum *Phaseliden* Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. 1472. *Phasilicum* Lov. 2. *Phasalidem* Lov. 3. Insuper *cum venisset* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. 2. et edd. antiqq. *convenisset* Mead. 1. Mox *ibi* deest in Voss. *hostem* in Lov. 2. *hostem ibi opperiri* legit Gaertn.

CAP. XXIII. § 1 *Prominet penitus in altum, conspiciturque*] *Prominens* codices nostri, et edd. pro quo Froben. an. 1535. *prominet* primus substituit. Præterea *conspicitur,* omissa copula, Lov. 3. Mox *conspectum* Lovel. 1. 3. et 6.

Uti obvii classi hostium essent] Archetypa *ut in obvio classi,* non *ut obvii.* Gelenius. Pall. et vet. ed. *uti obvii classi hostium essent.* Gebhard. *In obvio esse,* ut ‘ in facili,’ ‘ in tuto esse ;’ de quibus vide ad III. 8. § 9. Verum omnes nostri, cum Hearnii L. 1. et Regio Doujatii, lectionem a Gelenio ejectam servant, nisi quod vox *obvii* desit in Lov. 1.

§ 2 *Ad hoc insolito odore ingruere morbi*] *Ad hæc* Lov. 2. 4. 5. Mead. 2. Gaertn. et edd. ante Aldum, qui *ad hoc* præeunte cod. Mog. adoptavit. Nec aliter ceteri nostri. Vide ad XXI. 52. § 10. Tum *inter remiges* Lov. 3. Vide ad lib. XXXVIII. c. 57. § 6.

§ 3 *Audiunt ad Aspendum jam hostes esse*] In Mss. legitur *audiunt ab Aspendiis, ad Sidam jam hostes esse.* Gelen. Ita [*ad Aspendum*] quidam hunc locum emendarunt, cum in aliis legatur *ab Aspendiis.* Cæterum cum Aspendus mediterranea sit urbs, authore Ptolem. V. 5. et LX. stadiis ab ostiis Eurymedontis distet, ut fatetur Strabo lib. XIV. p. 667. denique

classis hostium non flumine, sed mari venisse videantur, quippe Hannibal antea in Phœniciam a rege Antiocho missus dicitur, non video quomodo ad Aspendum hostes navali certamine pugnaturi adesse potuerint. Quod ideo admonemus, ut exemplaria diligentius inspiciantur: quanquam excusationem accipit *ad Aspendum*, quasi dicat e regione Aspendi, sed tamen in mari. Quidam *ab Aspendiis ad Sidam* emendarunt, nihilo clariore sensu. *Glar.* Ms. *ad Sidam hostes esse:* quod manifeste verum est. Natum autem erat illud *jam* ex syllaba posteriore vocis proxime præcedentis *Sidam.* Modius. Pall. *audiunt ad Aspendusiam hostes esse.* Gebh. Manu exarati ignorant *τὸ jam*, ut apparet ex variis codicis Mog. lectionibus et Modii notis, quamvis Gelenius agnoscere videatur, nisi forte per incuriam retinuerit ex vulgatis edd. Ego certe ab editoribus interpositum reor ad sensum horum verborum illustrandum, quam ob causam majore etiam audacia iidem olim vulgarunt *ad Aspendum jam hostes esse.* Ne dubita, lector, unica modo mutata litera, servare veterem scripturam hoc modo: *ab Aspendiis ad Sidam hostes isse.* Infra c. 31. 'Rhodii ad trajiciendas copias consulis iere.' XXIV. 27. 'Legatos isse ad Ap. Claudium.' XXVIII. 38. 'Adversus quatuor exercitus in Hispaniam isse.' XXXIV. 48. 'Per Boiorum Ligurumque agros populantem isse.' XLII. 40. 'Cum exercitu Delphos isse.' XLII. 55. 'Quum effuso agmine issent.' *Jac. Perizon.* Non satis perspicio, ob quam caussam *esse* in *isse* mutandum sit. Classem regiam haud procul Sida fuisse, quum a Rhodiis conspecta est, ostendunt sequentia. *Duk. Audivit ad Spondiis jam hostes esse* Voss. *audivit a Daspendiis hostes jam esse* Gaertn. *audiunt adpendiis jam hostes esse* Lovel. 1. *audiunt adstipendiis jam hostes esse* Lov. 6. *audiunt Adaspendiis jam hostes esse* Mead. 1. *audiunt ad Aspendusiam hostes esse* Lovel. 4. et Mead. 2. *audiunt ab Aspendiis jam hostes esse* Lov. 3. *audiunt ad Aspendiis jam hostes esse* Lov. 2. 5. Harl. et edd. vett. Postea *ab Aspendiis* Ascensius, *ad Aspendum* Moguntini emendarunt. Lectio codicis Mog. eaque, quam ex Gelenii emendatione Frobenius 1535. et hinc recentiores omnes receperunt, in eo tantum differt, quod in priori desit *τὸ jam;* quod vel cum Perizonio per incuriam a Gelenio servatum credo ex vulgatis edd. vel, si in cod. ejus exstitit, cum Modio ex præcedenti voce *Sidam* natum suspicor. Ceterum, *esseet isse* in Mss. sæpius commutari, vidimus ad XXVII. 44. § 3. hic tamen omnes codd. in *esse* conspirant, idque præferendum videtur ob situm urbis Aspendi, qui efficit ut Aspendii potius audire potuerint, hostes ad Sidam adpulisse, quam eo navigationem instituisse. Nemo certe inceptum Clerici probare poterit, qui, ne monito quidem lectore, Perizonii conjecturam in contextum recepit.

§ 4 *Quod velut statum Favoniis ventis esset*] *Quod velut flatus Favonii venti essent* Harl. *quod velut statum Favonis ventis* Lov. 4. et Mead. 1. *quod velut statum Favonii venti esset* Mead. 2. *quo velut status Favonii venti essent* Lovel. 1. 6. et Gaertn. neque aliter differt Lov. 3. quam quod *esset* servet: *quo velut status Favoniis ventis esset* Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. a. 1472. *quo velut statum Favonii venti essent* Voss. Similiter Lovel. 2. nisi quod ignoret vocem ultimam. Legi posset *quo velut stati Favonii venti essent.* Sed omnino præferendum vulgatum, quod Aldus fide cod. Moguntini adscivit. 'Tempus statum Favoniis,' ut v. 46. 'Sacrificium erat statum in Quirinali colle genti Fabiæ.' XXIII. 35. 'Campanis omnibus statum sacrificium ad Hamas.' Plin. Hist. Nat. II. 107. 'Exit in Mutinensi

agro statis Vulcano diebus.'

Rhodiorum duæ et triginta quadriremes, quatuor triremes fuere] Ex cap. præcedenti colligitur summa duodequadraginta navium. Sed quia hic nulla quinqueremis in classe Rhodia memoratur, credi potest, ex ea duas quinqueremes, quarum alteram Coam, alteram Gnidam fuisse dicit Livius, detractas, et aliquo, incertum ob quam causam, missas fuisse. *Duk.* Hinc igitur patet, cap. præc. § 4. *sex apertæ naves*, non *tres*, legendum esse; ut ibi dictum est. Ceterum *et Rhodiorum* Lov. 4. Harl. et Mead. 1. Voces *et triginta* desunt in Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harleian. Mead. ambobus, Gaertn. et edd. antiqq. quas Aldus ex cod. Mog. addidit. Tum *et quatuor triremes* idem cod. Mog. unde recepi. Deinde *fuerunt* Harl. Voces *et triginta quadriremes, quatuor triremes fuere. Regia classis septem* non adparent in Voss. Lov. 1. et Hearnii L. 1. a librariis omissæ ob repetitionem *τῶν et triginta.* Vide ad IX. 11. § 11.

§ 5 *In quibus tres hepteres, et quatuor hexeres habebat: præter has decem triremes erant*] Quæ *ἐρεσία* Græcis, Latinis *remigatio* est: ideo procul dubio 'hepteris' navis fuit septem remorum ordinibus acta; sicuti 'hexeris,' quæ sex remorum acta ordinibus impellebatur: nam *ἕξ sex, ἑπτὰ septem* significat. Ita et 'biremes,' 'triremes,' 'quadriremes,' 'quinqueremes' eodem modo dicuntur, quod passim apud scriptores legimus. Plinius VII. 56. prænarratas non solum commemorat cum suis institutoribus, sed addit etiam 'decemremem,' 'duodecim ordinum,' 'quindecim,' 'triginta,' 'quadraginta,' et usque ad 'quinquaginta.' Livius XLV. 35. scribit, 'Paulus ipse post dies paucos regia navi ingentis magnitudinis, quam XXI. versus remorum agebant, ornata Macedonicis spoliis, non insignium tantum armorum, sed et regiorum textilium, adverso Tyberi ad urbem est subvectus:' qua in re semper dubitavi quales essent hujusmodi remorum ordines adeo multiplices. Nam si hinc inde recta linea, uti nostris temporibus fieri conspicimus, disponebantur, profecto, quæ tres, quatuor, quinqueve remorum ordines habebant, magna navigia dici non poterant, et vix ad pugnam capessendam apta fuissent, ut pote quæ octo vel decem remis ad summum agerentur, quatuor scilicet vel quinque utrimque sitis. Si vero remorum ordines plures in medio, superiori, et infimo navigii corpore repositos fuisse dixerimus, non utique commode et eodem tempore ad navim impellendam agi potuissent, quin invicem implicarentur, præsertim multiplicatis ordinibus, secundum Plinii dicta. Quamobrem in eam veniebam sententiam, non a numero remorum ordines plures paucioresve dictos, sed potius a numero remigantium, singulis remis appositorum; ita ut 'triremes' essent, quarum remos singulos tres homines, 'quinqueremis' cujus quinque impellerent. Quod si quis objecerit, ergo in quinquaginta remorum ordinibus constante navi, qualem habuit Tryphon, si Plinio credimus, remi fuissent immensæ magnitudinis, quum a quinquaginta hominibus impellendi essent, vel saltem a vigintiquinque, si per ordinem interpretemur binos remos, alterum dextrorsum, sinistrorsum alterum e directo positum; cui objectioni facile responderi posse existimamus, si animo conceperimus, immensam propemodum magnitudinem navium, quibus obelisci ex Ægypto Romam convecti sunt, quarum meminit Plinius lib. XVI. cap. 40. et XXXVI. 9. nec non etiam ingentem proceritatem quarundam arborum, quarum verba facit idem Plinius XVI. 40. nempe unius a Tiberio Cæsare expositæ; fuit autem trabs e larice

longa pedes cxx. bipedali crassitudine æqualis, quo intelligebatur vix credibilis reliqua altitudo, fastigium ad acumen æstimantibus, et alterius a M. Agrippa relictæ in porticibus septorum miraculi causa; fuit et abies admirationis præcipuæ in navi, quæ ex Ægypto Caii principis jussu obeliscum adduxit. *M. Donatus.* Vox *habebat* est earundem manuum, de quibus questi modo sumus, non Livii. Ovidius Met. XIII. 164. 'et deceperat omnes, In quibus Ajacem, sumtæ fallacia vestis.' *J. F. Gronov.* Plane nihil opus erat adsuto hoc panno. *In quibus* idem est, quod 'et inter has.' I. 56. 'Quum primores civitatis, in quibus fratrem suum, ab avunculo interfectum audisset.' Lib. VI. c. 20. et XXIX. 29. Sueton. Cæs. c. 50. Similiter *inter* et *ex* cum relativo dicuntur. Liv. XXIII. 33. 'In hanc dimicationem, &c. omnes reges gentesque animos intenderant; inter quos Philippus Macedonum rex.' Suet. Cæs. c. 52. 'Dilexit et reginas; inter quas Eunoën Mauram.' Et August. c. 29. 'Publica opera plurima exstruxit; ex quibus vel præcipua Forum.' Nec facile rejecerim conjecturam J. F. Gronovii in Liv. VI. 14. *Duk.* Vide tamen quæ notavi ad VI. 14. § 11. Hic etiam vulgatum *habebat* superest in omnibus nostris, nisi quod *habebant* sit in Lovel. 1. 5. et 6. Gronovio adsentitur etiam Crevierius. Vocula *et* deest in Lov. 1. 2. 3. 6. et Voss. Insuper *erant* deest in Lov. 3. quæ vox, si supra τὸ *habebat* servandum erit, hic omitti poterit. Paullo ante *formæ majores navium erant* Lov. 6. *majores ferme navium erant* Voss. et Gaertn. *majoris ferme navium erant* Lovel. 4. et Mead. ambo. Ita alibi 'ferme' et 'formæ' commutantur. Vide ad X. 40. § 6. et XXVI. 47. § 5. *Ferme,* ut XXXVI. 43. 'Ita numero non ferme inpares futuros se.'

Et alii adesse hostes, &c.] Nullo sensu ita legitur. Qui enim fuerunt isti *alii?* Rhodii quippe jam ante cognoverant ubi essent hostes. Recius itaque Mog. ed. *et ii adesse,* nempe regii: præcessit enim proxime de regia classe, quo hoc, sed cum respectu ad sensum, commode referri potest. Quod si τὸ *alii* ex Ms. codice hausere, legendum pro eo erit *illi,* quæ sæpe invicem mutantur. *Jac. Perizon.* *Alii* et *illi* in Mss. sæpius commutari, vidimus ad XXIII. 7. § 3. Hic tamen *alii* errore, ut videtur, operarum primum adparuit in ed. Paris. 1573. Nam *et ii adesse* præferunt, quas vidi, priores. Omnes etiam codd. *et ii,* vel *et hi,* vel *et hii* constanter præferunt.

§ 6 *Tamquam eo die pugnatura, e portu movit*] *Pugnatura portu movit* Lov. 2. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. *pugnatura portum movit* Voss. *pugnaturi portu movit* Lov. 3. *pugnature portu vovit* Mead. 1. *pugnature portu motum* Lov. 1. *pugnature portu movit* Lov. 4. 5. Harl. et Mead. 2. Et ita primæ edd. nisi quod præferant *pugnaturæ.* Recte dici potest *utraque classis pugnaturæ.* Vide ad XXIII. 46. § 5. Verum ita subjungendum foret verbum plurale. Forte igitur legi posset *tamquam eo die pugnaturæ, portu morunt;* eo enim ducunt vestigia Lov. 1. *motum* exhibentis. Ita Silius XIV. 141. 'Solaque, quod superest, secum certamina morunt.' Similibus autem contractionibus Livium admodum delectari, vidimus ad VI. 18. § 10. Quum tamen alibi hanc contractionem in verbo 'moveo' apud Liv. nondum observarim, nisi in uno cod. dicto illo loco, nunc potius præferendam puto lectionem vulgatam, quam Frob. 1535. primus exhibuit: ut tantum librarii vocabula, olim continua literarum serie scribi solita, male distinxerint, jungentes *pugnaturæ portu* pro *pugnatura e portu.* Paullo ante *luce prima,* trajectis vocabulis, Lov. 3.

Quod ab Sida prominet in altum]

Quod assidua Vossian. *quod ab Sidia* Harl. *quod Abscida* Lov. 3. *quod Absidia* Lov. 1. 2. 6. et Mead. 1. *quod Absida* Mead. 2. vocibus male coalescentibus. Hinc *preminet* Lovel. 1. *promitur* Harl. *permittitur* Lov. 2. Male. Supra hoc cap. 'In confinio Lyciæ et Pamphyliæ Phaselis est: prominet penitus in altum.' Mela I. 3. 'Ad fretum nunc vaste retracta, nunc prominens, tres maximos sinus efficit.' In præcedentibus copula *et* exsulat a Lov. 2.

§ 7 *Ab regio sinistro cornu, &c. præerat*] Ms. *ab regiis sinistro cornu.* Modius. Mognnt. *regis.* Lege *Ab regiis sinistro cornu.* J. F. Gron. Vulgatum nullo modo servari potest: quid enim est *præesse ab sinistro cornu?* Conjeceram olim *Apud regios sinistro.* Verum id longius a codd. lectione recedit. Recte igitur Gronovius ex cod. Mog. vestigiis emendat *Ab regiis*, quod Crevierii exemplo in contextum admisi. Passim 'regis' et 'regiis' commutari, vidimus ad XXXII. 6. § 6. *Ab regiis sinistro cornu* accipio pro 'regiorum sinistro cornu.' Ita XXII. 37. 'Ab Hierone classis Ostiam cum magno commeatu accessit.' XXXVIII. 21. 'Ante signa modico intervallo velites eunt, et ab Attalo Cretenses sagittarii.' Vide ad XXVII. 5. § 6. Posses etiam *Ab regiis* accipere pro a parte regiorum. Infra cap. 30. 'Ab Romanis octoginta naves pugnabant.'

§ 8 *Rhodii longo agmine veniebant*] *Regii* Voss. et Lov. 1. Vide ad c. 30. § 2. Mox *Cariclitus* Lov. 3. *Cariditus* Lov. 2. *Caridatus* Lov. 6. *Caridicus* Voss. *Charidius* Gaertn. *Chandrius* Lov. 1. *Eraclitus* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Vide etiam cap. seq. § 8. Vulgatum *Chariclitus* restituit Frob. 1535.

§ 9 *Et ipse in altum evehitur*] *Vehitur* Voss. Lov. 1. 2. 5. 6. Harl. Hearnii L. 1. et edd. vett. pro quo Frob. 1535. restituit *evehitur*, quod probant reliqui. Mox hoc cap. 'Nec sic in altum evectus erat.' cap. seq. 'In altum celeriter evectæ naves.' c. 15. 'Placuit tota classe evehi ad portum Ephesi.' XXI. 50. 'Ubi in altum evecti sunt.' XXV. 27. 'Duæ classes infestæ circa promontorium Pachinum stabant, ubi prima tranquillitas maris in altum evexisset, concursuræ.' XXVIII. 30. 'Freto in Oceanum evectus.' XXIX. 14. 'In salum nave evectus.' XXXVII. 29. 'Tantum lævo evecta cornu, ut amplecti et circumire dexterum Romanorum cornu posset.' Paullo ante vox *postquam* deest in Lov. 1. *hostium* in Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm.

Et deinceps servantes ordinem] Pall. *ferentis ordinis:* vet. ed. *ferentes ordinem.* Gebh. Similes lectionum varietates in plerisque meis, Hearnii L. 1. et edd. antiqq. exstant: *servantes* demum Ascens. 1513. substituit, quod erat in Voss. et Lov. 1. Mox *derigere* Lov. 4. hic et paullo post § seq. Vide ad XXII. 47. § 2.

§ 10 *Nam Eudamus in altum evectus erat*] In Mss. *Nam nec sic in altum.* Gelenius. Pall. *nam Eumenes in alto evectus erat:* vet. ed. *nam Eudemus in alto evectus erat.* Gebh. *Nam Eumenes in alto* Voss. Lov. 3. 4. et Mead. ambo: *nam Eumenes in altum* Lov. 2. et Gaertn. et ita Lov. 1. nisi quod vocem *altum* omittat: *nam Eudamus in alto* Harl. *nam Eudemus in alto* Lov. 5. et edd. antiqq. *nam Eudamus in altum* cod. Mog. consentiente Lov. 6. Mox *propere* Voss. et Lov. 1. ac 3. Ita peccarunt librarii II. 45. § 3. XXII. 3. § 5. c. 41. § 1. et alibi: corruptius *prope* Lov. 6. Vide ad XXXIX. 31. § 4. Tum *derigere* Lov. 4. Vide modo ad § 9. *erigere* Lov. 3. *redigere* Gaertn.

§ 11 *Extremo agmini loci nihil ad terram relicti erat*] *Extremo agmine* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. 2. Gaertn. et omnes, quas vidi, edd. usque ad Heinsii Elzevir. quæ *agmini*

emendavit. Mox *jam dextro cornu* Lov. 2. et Harl. Sed præpositio *in*, quæ in reliquis superest, elisa est ab ultima litera vocis præced. *jam*. Vide ad x. 13. § 3. Deinde *pugnabant* Lov. 5. et edd. principes. Aldus dedit *pugnabatur*, jubente cod. Mog. cui consentiunt reliqui nostri.

Cap. xxiv. § 1 *Et navium virtus, et usus rei maritimæ*] Clericus Art. Crit. part. iii. sect. 1. c. 12. § 8. putat hic e compendio scribendi vitium ortum, et pro *navium* scribendum esse *navalium*, nempe sociorum: eo, quod 'nemo navibus virtutem et usum rei maritimæ tributurus sit.' Hanc conj. merito rejecit Heumannus in Parerg. Critic. p. 153. cum quod nemo umquam simpliciter *navales* hoc sensu dixerit, tum quod ex sequentibus satis pateat Livium scripsisse *navium virtus*. Hæc recte habent. 'Nauticos' ἐλλειπτικῶς sæpe dici pro sociis navalibus, ostendit Gronov. ad Livii xxx. 25. 'navales' non addito substantivo eosdem appellari, non credo. Quæ Clericus argutatur, nullam rationem habent. 'Nemo,' ait, 'navibus tribuerit virtutem.' Cur minus 'navibus,' quam multis aliis rebus inanimis? Harum 'virtus' scriptoribus Latinis fere est omnis illa vis, omne illud, quo res hæ valent et aptæ sunt ad usum, ad quem vel natura vel arte factæ et comparatæ sunt. Ita, quod vel in vulgatis lexicis legere poterat, Cic. de Leg. i. 16. 'virtutem arboris' dixit, et Plaut. Mercat. iii. 1. 133. 'virtutem mercis;' cui ibidem opponit 'vitium mercis.' Cato quoque de Re Rust. cap. 1. 'Prædium,' inquit, 'solo bono, sua virtute valeat.' Et Justin. xi. 13. 'Quum victoria non armorum decore, sed ferri virtute quæratur.' Nec minus præter rem est, quod pergit addere, 'Nemo navibus tribuerit usum rei maritimæ.' Nemo certe, cui sanum est synciput. Sed Livium eum navibus tribuere, si retineatur *navium*, falsum est, nec quisquam qui locum inspicere modo volet, dixerit. Nam vel cæco apparet verba *et usus rei maritimæ* non ad naves, sed ad Rhodios pertinere, quibus duas res momento temporis omnem terrorem demsisse dicit Livius; alteram, 'virtutem navium,' alteram, 'usum rei maritimæ,' quem ipsi Rhodii scilicet, non naves eorum habebant. Æque infeliciter versatus est in Curtio ix. 7. § 16. ubi quum non potuisset ferre, pugili 'virtutem virum' tribui, et in judicio de Q. Curtio c. 8. § 12. hoc genus loquendi itidem, ut hic, improbasset, a Perizonio in Curtio vindicato p. 61. seqq. ita confutatus est, ut nemo dubitare possit, locum illum perperam ab eo sollicitatum esse. Quæ tomo iii. sect. 3. § 8. Biblioth. Select. Perizonio reposuit, ejusmodi sunt, ut facile appareat eum de defensione causæ desperasse. Nam quod sibi simile exemplum, id est, ut puto, eadem verba, ex aliis probatis scriptoribus proferri postulat, id eadem ratione de omnibus, quæ hic, et a Periz. l. d. prolata sunt, postulare potuisset. Sed hoc unum, quum copias suas in arctum coactas vidisset, supererat subsidium quo confugeret. *Duk.*

§ 2 *Locum post se quoque venienti*] In Mss. legitur *locum post se quæque venienti*, non *quoque*. Gelen. *Quoque* servant mei Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Ex Voss. nihil notatur, ut in eo *quæque* superfuisse videatur. Solent hæ voces commutari. Vide ad xl. 5. § 5.

Si qua concurrerat rostro cum hostium navi, aut proram lacerabat, aut remos detergebat] Omnes libri *concurrerat porro*. Gebh. *Si qua concurrerat porro* edd. principes. Neque aliter Mss. nisi quod *concurrebat* legat Lov. 2. *si quæ concurrerant rostro* cod. Mog. unde *rostro* adnptavit Aldus: *navi* etiam Aldus ex eodem cod. Mog. adscivit, quum antea ederetur *nave*, quod te-

nent Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Dein prius *aut* non adparet in Harl. Tum *remos detegebat* Harl. *remos defringebat* Lov. 2. Sed vide ad XXXVI. 44. § 6. Mox *impune impetum dabat* Harl. *in puni* Lov. 1.

§ 4 *Ceteris omnibus longe præstantem urguebat*] *Præstantius* Harl. *præstanter* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Mead. 1. et Gaertn. Similiter edd. ante Aldum, qui *præstantem* legit ex cod. Mog. quod etiam in reliquis fuisse meis videtur, ex quibus nihil notatur.

Quæ in dextro cornu vicerant, naves ad opem ferendam suis concurrissent] Pronomen *suis* omittunt Voss. et Lov. 1. 3. ac 6. Observat autem Perizon. in Animadv. Hist. c. 8. p. 336. Livium hic turbandis confundendisque cornibus peccasse. Narrare enim Livium, classis Antiochenæ dextro cornu propius terram præfuisse Apollonium; sinistro, quod ab alto objectum erat, Hannibalem: contra sinistro Rhodiorum, quod dextro regiorum oppositum erat, Chariclitum, Eudamum dextro: jam vero addere Livium 'dextro regiorum cornu in fugam inclinato' parum abfuisse, quin Hannibal Eudamum circumvenisset multitudine navium, nisi qui 'in dextro cornu vicerant,' ad opem ferendam suis concurrissent: quum tamen, si dextrum hostium cornu in fugam inclinavit, non Rhodii 'in dextro cornu,' sed in sinistro, quod dextro regiorum oppositum fuerat, vicisse dicendi forent. Si igitur a Livio amotam oscitantiæ culpam in librarios ejus derivari placet, *in altero cornu vicerant* legendum opinatur: ipse tamen lectionem vulgatam, quam constanter Mss. tuentur, temere sollicitare non audet, sed potius Livium cornua confudisse credit: quod et mihi verisimilius videtur. Vide ad VII. 15. § 6. Si tamen Livius hujus neglegentiæ absolvendus est, minori mutatione pro *in dextro cornu* legerem *dextrum cornu*. Possent etiam verba *in dextro cornu* ex margine in contextum invecta videri. Sed ut dixi, vulgato inhærendum censeo.

§ 5 *Tum et Hannibal, quæque circa eum erant naves*] *Tunc et Hannibal* Lov. 6. Vide ad II. 12. § 15. *Tum etiam Hannibal* Lov. 3. *tum Hannibal* Lov. 2. et Harl. Male. Vide ad XXIX. 12. § 5. Deinde *circa eum naves erant* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Mox *et magna parte ægris, et ob id* Gaertn. Vide ad XXIV. 34. § 14. At voculæ *et* atque *ex* sæpe commutantur; vide ad XXVI. 45. § 1. Interdum etiam præpositio in hac locutione addi solet; vide ad II. 48. § 1. Quum igitur reliqui codd. stent pro recepta scriptura, eam præferendam puto.

§ 6 *Claudas mutilasque naves*] Ita demum invenio in ed. Gruteri postrema. Priores omnes præferunt *mutilatasque;* neque aliter manu descripti codd. nostri, et Hearnii L. 1. nisi quod copulam omittat Voss. *et mutilatas* præferat Gaertn. Priscam igitur scripturam reduxi. Paullo ante *reficeventur vires* cod. Mog. sollemni scribarum aberratione. Vide ad XXXIX. 22. § 8. In seqq. *turri prætoriæ*, omissa præpositione *e*, Voss. et Lov. 3. ac 6. *turi prætoriæ* Lov. 1. *et viri prætoriæ* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. *et tum prætoriæ* Gaertn. Hinc *egregie spectaculum* Lov. 3. *egregium speculatum* Lov. 1.

§ 7 *Contemplatique trepidationem fugamque*] Libri omnes *contemplatique expugnationem*. Gebh. Hæc quidem non ludibundus moveo. Nam Mogunt. Voss. Thuan. pro media voce habent *expugnationem*. Certe inde propius ad fidem est, auctorem reliquisse *exsternationem*. Sic c. 42. jungit 'pavore et consternatione.' *Jac. Gron. Expugnationem* etiam omnes Mss. nostri, Hearnii L. 1. et edd. vett. Quamvis vero 'pavidus' et 'consternatus' etiam jungantur III. 15. et Livius 'consternari in fugam'

aliquoties dixerit, ut constat ex illis quæ Gebh. notavit ad VIII. 28. § 9. non tamen Jac. Gronovii conjecturam *exsternationem* probare possum. 'Exsternare' verbum probum esse, ultro confiteor. Vide Colvium ad Appul. Met. III. 52. et Nic. Heins. ad Nason. Met. I. 641. nondum tamen eo Livium alibi usum esse inveni. Et hæc caussa est, cur displicuerit emendatio Rhenani, qui hoc verbum Livio obtrudere conatus est IV. 59. § 3. Præterea licet a 'consternare' declinatum 'consternatio' in usu fuerit, antea tamen, probatæ Latinitatis scriptorem similiter ab 'exsternare' deductam vocem 'exsternatio' usurpasse, mihi monstrari velim, quam eam probam existimem. Sufficere enim nequit, vocabulum analogice deduci posse, nisi etiam analogice deductum et usurpatum fuisse constet. Insuper quod victi regii naves claudas mutilatasque apertis navibus remulco traxerint, 'exsternationis' signum habendum non est. Rectius 'exsternatio' diceretur, si integræ abscedentes male adfectas naves reliquissent, desernissentque. Nunc vero optime 'trepidatio' dicitur, et quidem eo sensu, quo vocem hanc sæpe a Livio usurpari dictum est ad XXVII. 1. § 8. Vulgatum itaque servandum puto, ab Aldo adoptatum auctoritate cod. Mog. qui unus hic Livio a scribis male habito opem tulit. Male enim Gronov. et eum *expugnationem* habere monuit, nisi per 'Mogunt.' non codicem, sed ed. Mogunt. intellexerit. Paullo ante *Cum surrexere* Lov. 1. De eo errore vide ad IV. 24. § 7. Corruptius *Tum surrexerunt* Vossian. *Tum surrexere* Lov. 6.

Prope una voce exclamavere omnes, ut sequerentur] Transpositis verbis Pall. *omnes, ut sequerentur, exclamaverunt.* Gebh. Similiter Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Neque aliter Voss. nisi quod legat *exclamavere.* At *prope omnes una voce, ut sequerentur, exclamaverunt* Gaertn. Præterea *ac prope una voce* cod. Mog.

§ 8 *Multis ictibus vulnerata navis erat*] *Ictibus vulnerata classis* Voss. et Lov. 1. *ictibus vulneribusque vulnerata navis* Lov. 6. Mox *Cariclitum* Lov. 2. et 4. *Cariditum* Gaertn. *Caridicum* Voss. *Candicum* Lov. 1. *Caridacum* Lov. 6. *Clariticum* Lov. 3. *Heraclitum* Lov. 5. et edd. princ. Vide ad cap. præc. § 8. Tum *quod putarent*, pro *quoad*, Lov. 5. Harl. et edd. antiqq. Vide ad VI. 38. § 13.

§ 9 *Ne intercluderentur vento*] In Mss. legitur *includerentur.* Gelen. Ita et in omnibus meis codd. inveni. Vide ad XXXIV. 30. § 2.

Ad Eudamum revecti] Pall. uterque *ad Eudemum reversi.* Gebh. *Reverti* Lov. 1. *reverterunt* Lov. 3. *reversi* Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et edd. antiquæ: *revecti* demum Frob. 1535. recepit, quod Moguntini se in cod. suo invenisse testati sunt. Solent hæc verba commutari. Vide ad VII. 41. § 3. Mox § seq. *conpotuissent* Mead. 1. *cum potuissent* Lov. sex, Harl. Mead. 2. et edd. usque ad Frob. 1535. qui *cum potuisset*, nempe classis omnis submergi vel capi, emendavit. Et ita videtur fuisse in Vossian. et Gaertn. unde nihil notatur.

§ 11 *Hannibal, ictus uno prœlio adverso*] Membranæ, *Hannibal, victus uno prœlio adverso.* Modius. *Victus*, quod habet cod. Mog. non a Livio, sed a librario, profectum videtur. Si enim Livius ea locutione nunc uti voluisset, non addidisset *τὸ adverso;* sed ipsi suffecisset 'victus uno prœlio,' ut IX. 19. 'uno prœlio victus Alexander, bello victus esset.' Præfero igitur vulgatum *ictus.* Quemadmodum autem 'ictus prœlio adverso,' ita 'nova re icti' XXVII. 9. 'rebellione Bergistanorum ictus' XXXIV. 17. 'duabus cladibus icti' XXVI. 20. Solent autem voces 'victus' et 'ictus' a librariis commutari. Vide Nic.

Heins. ad Nas. Trist. I. 10. 8. Burm. ad Val. Flacc. IV. 48. et viros doct. ad Suet. Claud. c. 33. Verba seqq. absurdum continere, monuit Crevierius: quasi vero clades accepta animos Hannibali facere debuisset ad peragendum inceptum. Putat autem vitium residere in verbo *audebat;* sed sine libris nihil conabatur. Codd. nostri etiam non subveniunt; sed id tantum mutat Lov. 3. quod *etsi conjungi*, pro *quum conjungi*, legat.

§ 12 *Et Megiston portum*] In Mss. legitur rursus *Megisten.* Gelen. Vide ad c. 22. § 5. Paullo ante *Et ne id ei facere* Lov. 1. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *Et ne id facere liberum* Lov. 3. *Et ne id facere ei liberum* Harl.

§ 13 *Redire ad Romanos jusserunt, ut quantum consilio, quantum auctoritate*] Ita Moguntini ex cod. suo vulgarunt. Priores edd. ignorant voculam *ut*, quæ neque exstabat in Mss. nostris, neque in Hearnii L. 1. Sed eam interceperunt ultimæ literæ vocis *jusserũt*, vel *jusserunt.* Alia exempla hujus erroris vide III. 44. § 8. c. 59. § 4. V. 45. § 4. XXIII. 18. § 1. XXVII. 20. § 12. XXVIII. 11. § 11. et alibi. Pari modo *et* excidit ob literas finales præcedentes *fecissẽt.* Vide ad III. 37. § 2. Contra literæ finales *nt* haustæ sunt a vocula sequente *ut* V. 24. § 9. Præterea *qua auctoritate* Voss. *quam auctoritate* Lov. 1. Male. Vide ad XXIX. 37. § 7.

Compelleret Romanos ad Patara obpugnanda] Vet. ed. et Pall. uterque *ad Pataram expugnandam.* Gebh. Similiter plerique meorum, cum edd. ante Frob. 1535. Verba 'expugnare' et 'obpugnare' innumeris locis commutantur. Vide ad XL. 33. § 9.

CAP. XXV. § 1 *Magnam lætitiam Romanis jam prius nuncius victoriæ*] Pall. et vet. ed. *Magnam Romanis lætitiam prius victoriæ nuncius.* Gebh. Similiter omnes scripti mei, et edd. vett. nisi quod *primus* præferat Lov. 3. Vide ad X. 41. § 14. In ea autem verborum serie facile *τὸ jam* elidi potuit ab ultimis literis præced. vocis *lætitiam.* Similiter *jã* excidit ob præcedentis literas finales *ia.* Vide ad V. 21. § 15. Contra *τὸ jam* interdum natum est ex præced. fine *iam.* Vide ad XXI. 63. § 15. Id, quod nunc vulgo editur, Aldus ex fide Mog. cod. in contextum admisit.

§ 2 *Tuta ejus regionis maria præstituros*] *Facturos* Lov. 1. *præstaturos* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. vett. Eadem forma obcurrit etiam IX. 24. XXVIII. 35. XXX. 15. XXXII. 34. XLII. 26. XLIII. 3. Similiter 'perstaturus' lib. VIII. c. 34. Utrumque autem 'præstaturus' et 'præstiturus' in usu fuisse, docuerunt Vossius Gramm. v. 20. et Morhof. in App. ad Dissert. p. 608. Nescio igitur quid Sigonium permoverit, ut hic et c. 35. *præstiturus* maluerit, at reliquis omnibus locis *præstaturus* servarit. Ego potius utrobique priscam lectionem revocavi. Paullo ante *si Rhodiis ea cura* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

Sed, profecto Antiocho ab Sardibus, &c. abscedere custodia, &c. prohibuerunt] Membranæ *sed profectio Antiochi ab Sardibus:* quomodo si legas, mox etiam *prohibuit*, pro *prohibuerunt*, legere necesse habebis. *Modius.* Pall. et vet. ed. adstipulantur lectioni Modianæ. *Gebhard.* Adstipulantur etiam Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. principes: *sed profecto Antiochi* Voss. Mead. 1. Crevierii Victor. et aliæ edd. Pro quo Mediol. 1505. hinc Ascens. 1513. et mox reliqui *sed profecto Antiocho* dederunt. Unus Lovel. 3. *sed profectio Antiochi, &c. prohibuit* exhibet; quomodo, recepta cod. Mog. lectione, scribendum Modius conjecerat. Eam lectionem præstare, etiam Crevierius judicavit. Mox § seq. *circa Phateram*, vel *circa Patheram*, vel *circa Pateram* codd. nostri et edd. ante Frob. 1535.

§ 4 *Non civitatum modo, quæ circa se*

erant] Pall. *quæ se circa erant*. Gebh. *Civitatium* ed. Mediol. 1480. Vide ad XXXIII. 20. § 11. Dein *quæ se circa erant* Lov. 4. et Mead. 2. *quæ circa erant* Nic. Heinsium maluisse, probabiliter colligit Dukerus ad Flori IV. 12. § 60. quem etiam vide ad Livii I. 4. § 6. Neque aliter suis ad me literis sibi emendandum videri monuit Heumann. Vide quæ dixi ad IX. 2. § 7. Nostri tamen pronomen constanter tuentur. Vide ad XXXVI. 14. § 12. Mox *transitus in Asiam* Harl. *transitum in Asia* Lov. 1.

§ 6 *Philippum et Nabin expugnatos*] Pall. sine copula *Philippum, Nabin expugnatos*. Gebh. Copula etiam deerat in Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. utroque. Mox *ut quisquam* Harl. Tum *proximus ad oppresso* Harl. et Mead. 1. *ad oppressos* Lov. 2. *oppresso*, omissa præpositione, Mead. 2. Sed nihil muto. Ovid. Art. Am. I. 139. 'Proximus a domina, nullo prohibente, sedeto:' qui similiter loquitur in Rem. Am. 404. Trist. V. 8. 38. et ex Pont. Ep. II. 8. 37. Præterea § seq. *qm̄ Eumenes*, id est *quoniam*, pro *quando*, Lov. 3. Vide ad Epit. Livii l. LVII.

§ 8 *Sed magis ejus fratris Africani, ab suspicione tali averterunt*] *Sed ejus fratris magis Afr.* Voss. et Lov. 1. 3. ac 6. *sed ejus fratris Afr. magis* Gaertn. *sed magis fratris ejus Afr.* Lovel. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Præterea *a suspicione tali adverterunt* Voss. *adverterunt* etiam Lov. 4. Sed præpositionem *ab* omittunt Harl. et Mead. 1. Ceterum cum his conferendus est Polyb. in Exc. Legat. num. XXII.

§ 9 *Regulos se acceptos in fidem Hispaniæ reges reliquisse*] In Mss. legitur *in Hispania reges*. Gelen. Polyb. in Leg. XXII. Ἐξ ἐλαφρῶν καὶ τῶν τυχόντων δυναστῶν πεποιηκέναι βασιλεῖς ὁμολογουμένως. *Dukerus. Hispaniæ reges* omnes nostri, et Hearnii L. 1. tuentur. Verum non erant 'reges Hispaniæ,' sed 'in Hispania.' Mox *in patrio modo reliquisse regno*, pro *locasse*, Lov. 3. Deinde § seq. *cujusvis regum, &c. parem* Lov. 3. 4. Harl. et Mead. ambo.

§ 11 *Hostes et bello superatos ab T. Quinctio, tamen in regno*] Perspicue apparet legendum esse *ut bello. Ut* autem pro 'quamvis' accipiendum, cum sequatur *tamen*. Sigon. Pall. *et bello*. Vet. ed. *bello sup.* Gebh. Vetus lectio, *Philippum et Nabin, hostes bello superatos, ab T. Q. tamen in regno relictos*. Hic Sigonius, 'Perspicue apparet legendum esse *ut bello: ut* autem pro 'quamvis' accipiendum, cum sequatur *tamen:*' quasi vero hæc particula nunquam ponatur intellecta altera. Cic. pro S. Roscio c. 53. 'Illam priorem proscriptionem, quæ facta est in eos, qui arma capere potuerunt, tamen senatus suscipere noluit:' an et hic corriget *quamvis*, vel *ut facta sit?* Sic et Liv. XXXIX. 4. *J. F. Gron. Hostes et bello superatos* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. Similiter edidit Frob. 1535. quum priores τὸ *et* ignorassent; quod abest etiam a reliquis scriptis. Sed recte Gronov. vulgatum defendit, et docuit sæpe particulas 'licet,' 'quamvis,' ac similes, quibus 'tamen' respondere solet, per ellipsin omitti. Ita VII. 33. 'Samnitibus ferociam augebant novæ res gestæ, Romanis contra quadringentorum annorum decora, utrisque tamen novus hostis curam addebat:' ubi nihil mutandum docui. XXII. 2. 'Primi, hausti pene limo inmergentesque se, tamen signa sequebantur.' XXVI. 17. 'Sed hostis detrectabat pugnam, levia tamen certamina fiebant.' Vide Cortium ad Sallust. Jug. cap. 55. Interdum non tantum illæ particulæ omittuntur, sed et tota periodus, cui vocula 'tamen' cum sua periodo respondet; vide Gron. ad XXIII. 19. § 12. et quæ notavi ad XXIX. 35. § 12. Adde Burm. ad Phædri III. 7. 17. etiam Serv. ad Virg. Æn. II. 244. Simili modo ante 'sed tamen' reticetur sæpe vocula

' quidem,' ad quam illæ referuntur : vide ad VII. 33. § 7. et virum doctiss. in Observ. Miscell. tom. III. p. 388.

§ 12 *Philippo quidem anno priore etiam stipendium remissum*] Philippum anno priore bis legatos ad senatum misisse, scribit Liv. l. XXXVI. capp. 4. et 35. Posteriore loco Demetrium patri redditum narrat; sed nentro stipendii Philippo remissi mentionem facit. De Demetrio idem habet Polybius Legat. XV. et præterea, senatum legatis regis promisisse, se ei stipendium remissurum, si in bellis, quæ instabant, fidem servasset. Deinde Legat. XXII. dicit, Romanos Philippo ἀπολελυκέναι τῶν φόρων, idque ex eo hic descripsit Livius. Hoc ibi Casaub. vertit *tributa ex parte aliqua remissa*. Ita expressit ex Appiano, qui de B. Syriac. p. 100. scribit, senatum Scipionibus mandasse, ut Philippo reliquam partem stipendii remitterent, si exercitum Romanum iis rebus adjuvisset, quæ ad transitum in Asiam opus essent; idque a Scipionibus, quum omnia a Philippo præparata, quod etiam c. 7. prodidit Livius, invenissent, factum fuisse. Si hæc ita se habent, Livius parum accurate dixit, Philippo *anno priore* stipendium remissum fuisse, quod hoc anno demum remissum est; quum priore non nisi sub conditione promissa fuisset illius remissio. Confirmat suspicionem levis erroris Livii, quod Polybius, e quo hoc retulit, nihil de *anno priore* dicit. *Duk.*

Et filium obsidem redditum] Prima vocula deest in Lov. 6. τὸ *obsidem* in Hearnii L. 1. Mox *faventibus Romanis imperatoribus* legit Lov. 1. qui etiam postea *accepisse eum* præfert. Pronomen *eum* non adparet in Lov. 3. 6. et Voss.

Nisi eum suus primo furor] Pall. et vet. ed. *nisi eum suum primum furor*. Gebh. Similiter Vossian. Lov. sex, Harl. Mead. 2. et edd. ante Frob. 1535. *primus furor* Gaertn. Paullo ante *et in eadem dignitate et Nabin* Voss. *et in eadem dignitate Nabin* Lov. 6.

§ 13 *Ad eum C. Livius, qui prætor ante classi præfuerat, legatus ab Roma venit*] *T. Livius* Voss. et Gaertn. *M. Livius* Lov. 6. *Gneus Livius* Lov. 2. Vide ad XXXV. 24. § 6. Tum *prætor ante classi fuerat* Harl. *ad eum venit Julius legatus*, reliquis omissis, cod. Mog. Mox § seq. *et docuit* scripti nostri, et edd. vett. Ejus loco Aldus ex eodem cod. Mog. recte dedit *et edocuit*. Vide ad III. 18. § 6. Supra XXV. 25. ' Edoctisque Karthaginiensibus, in quanto res Syracusana discrimine esset, redit.' c. 37. ' Omnes militiæ artes edoctus.' c. 40. ' Omnes belli artes edoctus.' Insuper *quanto spes*, sine media vocula, Lov. 3. Sed vide ad II. 44. § 3.

Cap. XXVI. § 2 *Magis quia terrestribus copiis*] Hæc obscuriora sunt, quam Polybiana Legat. XXII. quæ ita Latine vertit Casaub. ' Ephesum se contulit: qui quum ita judicaret, nullam esse aliam rationem impediendi, ne pedestres copiæ hostium trajicerent, atque omnino bellum ex Asia expellendi, quam si potentem maris firme se stabiliret, navale prœlium facere, et dimicatione maritima cum hoste cernere proposuit.' *Duk. Magisque terrestribus* Voss. et Lov. 1. ac 6. Vide ad V. 29. § 3. *Magis quam terrestribus* cod. Mog. et Lov. 3. Similis scribarum erroris exemplum habuimus VI. 27. § 6. Mox voculæ *quod* et *tunc* desunt in Lov. 1. Præterea *tentata sibi numquam* legit Harl. et *magnæ fiduciæ et certæ* Gaertn.

§ 3 *Quod et magnam partem Rhodiæ classis circa Patara esse*] *Quod etiam magnam* Gaertn. *et quod magnam* Lov. 5. et edd. ante Aldum. Tum *circa Phateras, circa Patharas, circa Pataras, circa Patharam, circa Pateram, circa Pataram* scripti et edd. ante Frob. a. 1535. Paullo ante *modicum in præsentia spei*, mox vero *cum omnibus suis obviam* Lov. 1.

§ 4 *Aliquid etiam inflabat animos*] *Aliud etiam* Lovel. 6. Vide ad XXV. 38. § 3. Tum *inflammabat animos* Lov. 5. et edd. vett. Ita IV. 56. 'Ad hæc quum inflammarentur animi.' Aldus ex cod. Mog. substituit *inflabat animos;* quod superest in reliquis meis, eorumque fide præferendum est. Vide ad hujus libri c. 12. § 4. Mox *per occasionem fraude absumta* Lov. 1. *per occasionem fraude absumta præparatam* Voss. et Lov. 6.

§ 5 *Ad tentandam omni modo certaminis fortunam*] *Ad tentandum, &c. fortunam* Lovel. 5. et edd. priscæ: *ad tentandam* emendavit Aldus, præeunte Msto Mog. cum quo sentiunt alii mei omnes. Vide ad XL. 49. § 1. Mox *ad Noctium* Hearnii L. 1. *ad Nothium* Lov. 5. et edd. principes. Sed Græcis Νότιον sine adspiratione dicitur. Recte igitur alii *ad Notium* adoptarunt.

Abest a vetere Colophone] Pall. et vet. ed. *abest vetere Colophone.* Gebh. Præpositio abest etiam a Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Mead. utroque, Gaertn. et edd. priscis; quam Moguntini ex cod. suo addiderunt, consentientibus Lov. 2. 6. et Harl. Et solet Livius præpositionem, cum qua verbum componitur, in regimine repetere. XXII. 24. 'Exiguum spatii vallum a vallo aberat.' XXV. 32. 'Quinque ferme dierum iter ab Romanis aberant.' XXX. 29. 'Quinque dierum iter a Karthagine abest.' XLII. 57. 'Mille passus abesset a castris.' Eodem cap. 'Minus quingentos passus ab castris aberant.' XLIV. 31. 'Quingentos ferme passus ab urbe abessent.' c. 45. 'Dum ne amplius duabus noctibus a castris abesset.' XLV. 10. 'Viginti paullo amplius millia ab Rhodo abest.' Similiter 'avertere a cura,' 'ab Lucretio,' III. 16. et XLIII. 4. 'abripere a sinu' III. 57. 'amovere ab urbe' V. 6. 'abscedere ab hoste,' 'a mœnibus,' 'ab ripa' XXII. 33. et lib. XLII. capp. 16. ac 62. 'avocari a bello' XXII. 33. 'abalienare ab se' l. XLV. c. 6. Pari modo 'inmigrare in civitatem;' vide ad Præfat. § 11. De Notio et Colophone vide Thucyd. III. 34. et quæ Wasse ad eum locum notavit.

§ 6 *Et ipsam urbem suæ esse potestatis volebat*] Nothii descriptionem ita ponit Livius, tamquam Antiochus ipsum oppugnare adornarit, cum tamen ipsam urbem Colophonem adoriturus videatur. Quam propinqua autem sit Epheso, ut omnia terra marive acta sub oculis ejus fuerint, non adparet ex Ptolemæi pictura. Sed hæc fallere possunt. *Glar. Suæ potestatis esse* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Voculam *et* neglegit Lov. 6.

Quod non subjectum oculis Colophoniorum] *Quod non sub oculis* Lov. 5. et edd. principes, cujus loco Moguntini dedere quod nunc vulgo legitur: neque aliter scripti reliqui, quibus usus sum. Ea autem est locutio Livio familiaris. III. 69. 'Fœdiora iis, quæ subjiciebantur oculis, nunciantes.' XXV. 24. 'Urbem, omnium ferme illa tempestate pulcherrimam, subjectam oculis vidit.' XXVII. 26. 'Subjecta res oculis nostris certius dabit consilium.' XXXV. 49. 'Utinam subjicere oculis vestris possem concursationem regis.' XL. 21. 'Subjecta oculis ea haud parvi sibi momenti futura.' XLIV. 3. 'Omnis regio ad Dium et Philam oculis subjicitur.' Similiter Valer. Max. III. 3. in princ. 'Egregiis operibus fortitudo se oculis hominum subjecit.'

§ 7 *Eam occasionem Polyxenidæ ad rem gerendam fore*] *Ea occasione Polyxenidem,* vel *Polyxenidam ad rem* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. et Gaertn. *ea occasione Polyxenidæ, ad rem* Lov. 1. et Mead. 1. Conjici possit Livium dedisse *ea occasione Polyxenidæ rem, gerendam fore.* Sed nihil mutari præstat. 'Occasio ad rem gerendam' locutio est Liviana. IV. 53. 'Occasionem aperuere ad invadendum.' Ita 'spatium ad vehicula comparanda,' 'ad claudendas portas,' 'ad objicien-

dum murum' II. 4. XXXI. 10. et XLII. 63. 'potestas ad consulendum' VIII. 13. ubi plura similia vide. Paullo ante *ad opem sociæ urbi ferendam* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 8 *Aggerem muro injunxit, et testudinibus arietes admovit*] *Muro junxit* Lov. 3. Male. Vide ad IV. 9. § 14. Prima syllaba *in* elisa est a literis seqq. *iu;* quale exemplum habuimus V. 46. § 11. Deinde *et cum testudinibus* Harleian. Intelliguntur testudines arietariæ, de quibus loca Vitruvii, Vegetii, aliorumque observavit Lipsius Poliorc. III. 1.

§ 9 *Colophonii oratores Samum, &c. miserunt*] Τὸ *oratores* deest in Harl. 'Mittere' simpliciter pro 'mittere legatos' et apud Livium, et apud alios obcurrit. Infra c. 31. 'In Cappadociam ad Ariarathen, qui auxilia arcesserent, misit.' Similiter quidam codd. exhibent c. 45. 'Et ab Trallibus, et ab Epheso ad dedendas urbes venerunt.' XXXIX. 35. 'In Macedoniam rediit, missis ad adcolas Istri fluminis barbaros, ut in Italiam irrumperent, sollicitandos:' vide viros doctos ad Phædri I. 2. 22. et quæ notavi ad VII. 31. § 3. Verum unius istius codicis auctoritate vulgatum mutandum non existimo. Quin etiam, si Livius simpliciter *miserunt* dixisset, librarii potius *legatos*, quam *oratores*, addidissent, quibus longe notior illa, quam hæc vox fuit: licet tamen posterior Livio satis etiam frequens fuerit. I. 15. 'Pacem petitum oratores Romam mittunt.' II. 13. 'Oratores Romam misit ad Clœliam obsidem deposcendam.' V. 15. 'Missi sciscitatum oratores ad Delphicum oraculum.' c. 16. 'Priusquam a Delphis oratores redirent.' XXXII. 17. XXXVII. capp. 28. 45. XXXVIII. 27. XL. 49. XLI. 19. lib. XLIV. capp. 31. 45. aliisque locis.

§ 10 *Æmilium et Sami segnis diu mora obfendebat*] Ms. *segnis diu mora detinebat*. Modius. Mog. cod. lectioni *detinebat* præferendum esse vulgatum *obfendebat*, quod tuentur omnes scripti nostri, sequentia probant. *Æmilium et semisegnis* perperam Lov. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. Mox *nihilominus* Lov. 5. Gaertn. et edd. antiqq. pro quo recte Moguntini ex cod. suo *nihil minus* dederunt. Et ita ceteri nostri.

§ 11 *Incertum finem habituro, adligari*] *Incertam fidem habituro* Lov. 2. 3. 4. et Mead. 2. 'finis' et 'fides' in Mss. confundi, vidimus ad VIII. 24. § 15. *Incertam finem* Lov. 5. et edd. principes; quod, deinde in *incertum finem* mutatum, primo Mediol. 1505. tum Ascens. 1513. in margine, postea Moguntini, et hinc recentiores omnes revocarunt usque ad Clericum, qui iterum *incertum* reposuit, probante Crevierio. Et ita reliqui codd. nostri. Utrumque in usu fuisse Livio, vidimus ad IV. 2. § 4. Perperam etiam edd. Mediol. a. 1480. Tarvis. utraque, et plures proximæ *allegari*, quod emendarunt Moguntini, ex membranis suis restituentes *alligari*, ut habuerunt priscæ edd. et Mss. nostri.

§ 12 *Eudamus Rhodius, qui et tenuerat eum Sami*] *Eudorum* hunc vocat Appianus in Syriac. 103. *Sigonius. Quiete innuerat eum* Voss. *quiete noverat eum* Lov. 1. *qui et renuerat eum* Mead. 1. *qui extenuerat eum* Gaertn.

§ 13 *Vel victam jam semel classem vincere iterum, totamque maris possessionem*] Vet. lib. *iterum vincere*. Sigon. Habetur in Pall. *vel victam jam semel iterum vincere, et totam maris poss. eripere*. Gebh. *Iterum vincere* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. Tum *et totam maris* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo: *et̃ totam maris* Lov. 6. Dein *possessionem excipere* Lov. 2. et 6. Aliud exemplum, ubi 'excipere' et 'eripere' confundebantur, habuimus II. 54. § 7. *Possessionem eripere* omnes reliqui scripti, et edd. usque

ad Frob. qui a. 1535. vocem *hosti* interposuit.

A sua parte belli] *Ab sua*, et item cap. seq. 'ab Samo' ex vet. lib. *Sigon.* Præpositionem ignorat Lov. 3. *a sua parte* legunt Voss. Lovel. 5. et Gaertn. Reliqui Sigonio favent.

Cap. xxvii. § 1 *Profecti ab Samo*] Sigonius ex vet. cod. reposuit, ut in fine cap. præc. monuit: nec aliter Voss. Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Antea edebatur *a Samo;* quod servant Lov. 3. 5. 6. et Gaertn. Præpositio omittitur in Lov. 1. Mox *derigebant* Lov. 4. Vide ad § 4. hujus cap.

§ 2 *Circumvecti ab urbe adversa insulæ, objecta aquiloni ad Chium et Erythras sunt, cum pararent trajicere*] *Ad aversa insulæ* legendum, quemadmodum habent Mss. codd. *Gelen.* Ex Samo navigantes Chium a dextris habuisse videntur, cum a sinistris facilius fuisset Chium venire. Ergo *aversa insulæ*, et deinde aquiloni (quantum ad Chium) objecta circumvecti, non venere Chium, sed Erythras trajicere in animo habebant. In medio itinere certior factus Æmilius de Teiorum defectione, primum Myonnesum, deinde Teium profectus est. Ibi vero, adversus Polyxenidam Antiochi præfectum pugnans, victor navali certamine evasit. Deinde rursus Chium, direptis ante Ephesi portum navibus, venit, navesque in prœlio quassatas refecit. Hæc paulo longioribus verbis egimus, quod hic locus mihi corruptus videatur in plerisque exemplaribus: distinguendum enim mihi videtur post *ad Chium*, et verbum *sunt* neutiquam post *Erythras* ponendum, sed legendum continuatim *et Erythras cum pararent trajicere.* Glar. Glareanus delet τὸ *sunt*, scribitque *ad Chium, et Erythras cum pararent.* Videntur enim illi Romani ex Samo navigantes Chium a dextris habuisse, quum a sinistris facilius fuisset eo venire. Unde, quæso, hoc? aut ubi dextræ lævæve apud Livium significatio? 'Ergo,' pergit, 'aversa insulæ, et deinde aquiloni (quantum ad Chium) objecta circumvecti non venere Chium, sed Erythras trajicere in animo habebant.' Hæ ambages longe absunt a mente Livii. Quid autem 'aversa insulæ,' et deinde 'objecta aquiloni?' quo illud, et deinde? quasi alia sint, quæ dicuntur aversa insulæ; alia quæ objecta aquiloni. Nec vero in animo habuerunt Erythras trajicere, sed Chium, quia ibi horreum erat. Immo accipimus urbem, certe stationem navium, in insula Samo fuisse ad partem versam in meridiem. Strabo xiv. 636. Βλέπει δὲ πρὸς νότον καὶ αὐτὴ καὶ ὁ λιμὴν ἔχων ναύσταθμον. Unde profecti, ut Chium tenderent, necessario circumibant insulam, et ad aversa ejus vel tergum (frontem enim imaginamur ubi urbs est) cursum habebant; quod tergum objectum erat aquiloni, et spectabat Chium et Erythras. Hoc est, quod de illis aversis insulæ ἐν παρενθέσει ait, *objecta aquiloni ad Chium et Erythras sunt:* τῇ *ad* ea vi qua 'contra.' Nempe illa aversa insulæ Samiæ objecta sunt aquiloni, spectantia Chium et Erythras. Et hæ enim et illa habent ab austro objectam Samum. *J. F. Gronov. Ab urbe adversa insulæ* perperam servant omnes nostri: pro eo recte *ad aversa* restituit Gelenius, quod Gronov. ratione urbis vel stationis navium in ea insula dictum docet, intelligendumque de parte insulæ opposita illi, in qua sita erat urbs vel statio, quæ quasi tergum insulæ respectu urbis vel stationis erat. Simili modo 'aversam aciem,' 'aversum hostem invadere' est eum a tergo invadere: vide ad iii. 70. § 4. 'Valles aversæ,' quæ sunt a tergo: vide Gronov. ad ii. 31. § 6. Deinde *quæ objecta aquiloni* cod. Mog. quæ lectio ferri potest. Præfero tamen vulgatam scripturam, cui optimam medicinam adtulit Sigonius, hæc verba *quæ objecta aquiloni ad Chium et*

Erythras sunt parentheseos notis includens. Vide ad XL. 57. § 3. Recte etiam maximam interpunctionem post illa verba sustulit, minima ei substituta. Insuper *quum pararet* Lov. 3. 6. Harl. et Mead. 1. scilicet 'prætor,' quæ vox sequitur. Perperam. Mox *literis fit certior* Lov. 2. 6. et Harl.

§ 3 *Teios regiæ classi benigne commeatus præbuisse*] *Tribuisse* Vossian. et Gaertn. Mox *pollicitos esse* codd. nostri, et edd. vett. Aldus ex cod. Mog. transpositis vocibus *esse pollicitos* dedit.

Teum ex medio cursu classem repente avertit] *Cheyum* Voss. *Cheum* Lov. 1. *Teium* Mead. 2. et Lov. 4. *Theium* Lov. 2. 3. 5. Harl. Mead. 1. et edd. antiqq. usque ad Sigon. qui ad hujus cap. § 7. docuit, urbem 'Teum,' incolas ejus 'Teios' vocari. Hinc τὸ *classem* non adparet in Lov. 1. Tum *advertit* Voss. et Lov. 3. Male. Vide ad XXXV. 31. § 1.

Volentibus iis usurus commeatu parato hostibus] Pall. *parato in hostibus*. Gebhard. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Mediol. a. 1480. Tarvis. et sequentes omnes usque ad Paris. a. 1529. quæ præpositionem expunxit. Tum *nolentibus* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm. Vide ad XXXIX. 15. § 11.

§ 4 *Quum direxissent ad terram proras*] *Duxissent* Gaertner. *derexissent* Lov. 4. Vide ad XXII. 47. § 2. Adde ad XXXVII. 23. § 9. c. 27. § 1. XXXIX. 25. § 9. Mox *instituit sequi* Lov. 6. At reliqui *institit* tuentur. Vide ad XXX. 12. § 18. Tum *adparuit deinde* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. sollemni scribarum lapsu. Vide ad XXXVI. 24. § 10. *Inde* hic ponitur pro 'deinde:' vide ad XLII. 55. § 6. Hinc *piraticos celoces* Lov. 4. et Mead. ambo: *piraticos celotes* Harl. *piraticos celones* Lovel. 2. et 3. *piraticas celones* Lov. 5. et edd. Camp. ac Parm. *per piraticos celoces* Gaertn. *piraticos Cilicenses* Lov. 6. sed *celoces* in marg. *pitrancos celocenses lembos esse* Lov. 1. *per piraticos celocenses lembos esse* Voss.

§ 5 *Revertentes, postquam videre ex alto classem, in fugam verterunt*] Voces *in fugam* desunt in Harl. et Lov. 2. *in fuga* legit Lov. 1. Deinde *reverterunt* Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. et Mead. 1. quod quum Doujatius etiam in Reg. et Colb. invenisset, pronunciare sustinuit, 'id forte melius, si forte inde prius profectæ piratæ.' Verum vellem professorum regiorum primicerius aperuisset quibus tandem exemplis inauditas optimis scriptoribus locutiones 'revertentes reverterunt,' et 'reverterunt in fugam' se lectoribus adprobaturum confideret. Librarii omnino errarunt, et, pro *reverterunt*, scribere voluisse videntur *se verterunt*, ut est in Lov. 4. et Mead. 2. licet neque eo ipso opus sit, sed vulgatum, quod in reliquis codd. omnibusque edd. superest, optime servari possit. 'Vertere' enim pro vertere se, vel verti, Livio frequens esse, vidimus ad II. 62. § 2.

Levioribus et ad id fabrefactis navigiis] *Et ob id fabrefactis navigiis* codd. nostri, (nisi quod *et* desit in Lov. 4. et Mead. 2.) et edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm. *et ob id fabrefactis navibus* edd. proximæ usque ad Moguntinos, qui, quum in cod. suo *et ad id fabrefactis navigiis* obfendissent, ejus fide *et ad id* receperunt, quemadmodum mox Aldus *navigiis*. Τὰ *ad id* ponuntur pro 'ideo,' 'propter id.' Similiter 'ad id ipsum' XXIII. 18. 'Cohortes duæ ad id ipsum instructæ intus erumpunt.' Solent autem præpositiones *ad* et *ob* confundi. Vide ad III. 43. § 1. IX. 7. § 7. XXI. 53. § 11. aliisque locis. Adde Bentl. ad Horat. Sat. I. 6. 87. Similiter etiam in compositis 'adjacere' et 'objacere;' vide ad II. 65. § 4. 'adcurrere' et 'obcurrere;' vide ad XXIII. 24. § 3. 'adjicere' et 'objicere;' vide ad XXXIV. 14. § 8. 'adferre' et 'obfer-

re;' vide ad XXXIV. 23. § 3. 'adire' et 'obire;' vide N. Heins. ad Ovid. Her. XVIII. 8. et viros doctos ad Suet. Cæs. c. 9. 'adhærere' et 'obhærere;' vide viros doctos ad Sueton. Tib. c. 2. et similia passim.

§ 6 *Unde se a portu ratus abstracturum naves*] Libri omnes *e portu*. Gebh. *Unde e portu* Voss. et Lov. 3. *unde se e portu* Lov. 2. 5. Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm. *unde se ex portu* Lov. 1. et 6. Vix in uno vel altero vulgatum superest. 'Abstrahere ex,' vel 'e portu' dictum foret, ut 'abstrahere ex oculis' XXXIX. 49. 'Raptim ex oculis hominum abstraxerunt.' Similiter et alia verba cum *ab* composita in regimine recipiunt præpositionem *ex*. Ita 'amovere e cœtu' III. 38. 'avectus e castris' IX. 4. 'abjicere ex equo' IX. 13. 'abscedere e foro' XXVII. 50. Contra verba cum *ex* composita admittunt in constructione *ab*. Ita 'exstare ab aqua' XXII. 2. § 10. ubi alia vide.

§ 7 *Myounesus promontorium inter Teium Samumque est*] Strabo XIV. 643. ait Myonnesum esse inter Teon ac Lebedum, quod verisimilius est: quapropter hoc in loco pro *Samum* fortassis *Lebedum* reponendum; alioqui enim vix intelligitur, quod hic ait Livius. *Glar. Teum* legendum est ex vet. lib. et Græcis. Stephanus ita Μυόννησος μεταξὺ Τέω καὶ Λεβέδου. Item Τέως πόλις Ἰωνίας, οἱ πολῖται Τεῖοι. *Sigon. Lebedumque* etiam mallet Doujatius, nulla Glareani facta mentione. Omnes codd. *Samumque* servant. *Cheum Samumque* Lov. 1. *Chium Samumque* Lov. 6.

In acutum acumen a fundo satis lato fastigiatus] Legendum *in acutum cacumen*, non *acumen*. Gelen. *Acumen* operarum errore dederat Frob. 1531. *auctum cacumen*, transpositis literis, Mead. 1. *acturum cacumen* Lovel. 1. *altum cacumen* Voss. Lov. 2. Harl. et Gaertn. Deinde *fatigatus* Voss. Lov. 1. 3. Harleian. Mead. 1. et Gaertn. Forte dare voluerunt *fastigatus*, ut habet ed. Rom. a. 1472. quam lectionem hic secutus sum, quum XLIV. 9. ex unico cod. ita editum etiam sit, pro quo alii postea *fastigiatam* dederunt. Vide quæ notavi ad Silii V. 50. et Duker. ad d. loc. Livii. Mox *habens* Voss. Harl. et Gaertn. Idem velle videntur Lov. 1. 3. 4. et Mead. ambo, in quibus est *habent*.

A mari rupes exesæ fluctibus superclaudunt] Hic versus vitiatus est. Restituimus *a mari exesæ fluctibus rupes claudunt*. Gelen. Vitiose Pall. *a mari rupes exesæ fluctibus superclaudiunt*. Gebhard. Ut ante Gelenium edebatur, servant omnes nostri. Verum illud *super* ex verbis seqq. hic perperam receptum videtur. Mox *quæ sunt in statione* Lov. 6.

§ 8 *Ne sub ictu superstantium in rupibus piratarum essent*] *Ne subjectæ* Lovel. 1. 3. 6. et Voss. Simili fere modo varians cod. Pal. *subjectus* pro *sub ictu* præfert in Lampr. Alex. Sev. c. 55. unde Salmasius *sub jactu* legendum conjicit. Male. De locutione 'esse sub ictu' vide ad XLIII. 10. § 5. Deinde *superstantium rupibus* Voss. Lovel. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. Crevierii Victor. et edd. antiqq. omissa præpositione, quam Aldus ex cod. Mog. addidit. Sed potius nata videtur ex litera ultima vocis præced. vide ad XXXVII. 11. § 4. Solet enim Livius in hac locutione præpositionem omittere. VII. 24. 'Stratis corporibus hostium superstratis.' X. 38. 'Essedis carrisque superstans armatus hostis.' XXII. 59. 'Superstantes cumulis cæsorum corporum.' XXVII. 18. 'In aciem altiori superstantem tumulo inpegere.' l. XXXVIII. c. 7. 'Armati ruinis superstantes instar munimenti erant.' XL. 2. 'Columnis, quibus superstabant, eversis.' Silius XIII. 300. 'Superstantem muro Milonem videbat:' ubi vide quæ notavi. Tum *diem te-*

nuere Voss. Vide ad IX. 38. § 7. *Detrivere* Lov. 1.

§ 9 *Teum postero die accessere; et, in portu, qui ab tergo urbis est*] Prima vox non comparet in Lov. 2. 4. Harl. et Mead. utroque: *eum* legit Lov. 1. *tn̄*, id est *tamen*, Lovel. 6. Tum *et in portum* Harl. *et a portu* Gaertn. Hinc *qua regio urbis est* Lov. 1. *qui a tergo urbis est* Voss. Lov. 3. 5. Gaertn. et edd. ante Gronov. Paullo ante *sub nocte* Lov. 1. et 2. Vide ad II. 55. § 1. Tum *incepto vano* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Hinc *astitissent* Lov. 1. 3. et Gaertn.

Ad depopulandum circa urbem agrum milites emisit] *Ad populandum* Harl. Eo verbo Livium interdum usum esse, verum est. Vide ad Epit. Liv. l. XLVI. Reliquis tamen vulgatum tuentibus, æquum est ne quid hic mutetur. Solent sæpissime hæc verba in Mss. commutari. Vide ad II. 61. § 2. et X. 12. § 7. Adde ad XXIV. 13. § 7. XXVIII. 5. § 4. c. 10. § 11. XXXI. 26. § 1. XXXVI. 20. § 3. XXXIX. 2. § 7. aliisque locis. Præterea *milites misit* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Vulgatum et hic malo. Supra II. 25. 'Militem avidum certaminis emittit.' Ita 'emittere equites' III. 26. 'Quinque equites inter stationes hostium emissi.' X. 5. 'Emissus eques libero cursu in hostem invehitur.'

CAP. XXVIII. § 1 *Teii, quum in oculis populatio esset*] *Hii* vel *Hi*, pro *Teii*, Voss. et Lov. 1. ac 6. Prima vox deest in Lov. 4. Tum *in agris populatio* cod. Mog. male. Modo dixerat prætorem milites emisisse ad depopulandum circa urbem agrum. Populatio igitur erat *in oculis* civium, id est, 'in conspectu.' III. 57. 'Virginem ingenuam in oculis populi Romani a complexu patris abreptam.' XXII. 12. 'Tentare animum movendo crebro castra, populandoque in oculis ejus agros sociorum cœpit.' l. XXVI. c. 12. 'Ne Capua in oculis ejus caperetur.' c. 35. 'Hæc in foro atque oculis ipsorum consulum ingens turba circumfusi fremebant.' c. 39. 'Frumenti spes, quæ in oculis fuerat, utrosque frustrata.' XXXV. 10. 'Decimum jam prope annum assiduus in oculis hominum fuerat.' Ovid. Her. XXI. 82. 'Inque meis oculis candida Delos erat.' Tacit. Hist. IV. 77. 'Donec universa clades in oculis fuit.' Similiter 'ante oculos' II. 6. 'Ne ante oculos suos perire sinerent.' IV. 14. 'Neve ante oculos suos trucidari sinerent.' Cic. ad Fam. IV. 5. 'Nunc prostrata et diruta ante oculos jacent.' Ovid. Her. IX. 121. 'Ante meos oculos adducitur advena pellex.' Alii etiam 'in ore' dixerunt: vide ad Silii III. 66. Mox *ad Romanum prætorem* Lov. 3. ex glossa interpretis. Vide ad IV. 10. § 6. ubi similiter perperam addita erat vox *consul*.

§ 2 *Et juvisse eos commeatu classem hostium*] Libri nostri omnes *et juvisse eos omni commeatu*. Gebh. Similiter Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. et edd. vett. Verum vox illa ex præcedenti periodo perperam adscita est, quam recte Frob. 1535. omisit. Neque exstat in Voss. et Lov. 1. Mox *eadem Romanæ classi* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertn. *Romanæ classi eadem* Harl. Hinc *si minus* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. omnesque edd. usque ad Modium, qui *sin* dedit. Vide ad IV. 5. § 6. Denique *pro hostibus habiturum eos* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. *pro hostibus habiturum* sine pronomine Lov. 4.

§ 3 *Hoc tam triste responsum*] *Hoc tamen triste* Lov. 1. et Harl. Vide ad XXII. 59. § 13. Mox *vocatur in concione* Voss. Sed vide ad XXIV. 28. § 1. *Vocantur in concionem a magistratibus populi* Lov. 3.

§ 4 *Eo forte Polyxenidas, &c. postquam movisse*] Polyxenidam non profectum esse *eo*, id est, versus eam regionem, in qua tum Romani erant;

neque a Colophone eo consilio movisse, ut Myonnesum aut Teum peteret, sed ut Romanos sequeretur, et cum iis prœlium committeret, existimat Crevier. et hinc malebat *Eo forte tempore.* Verum *Eo forte die* legunt Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Deinde ultima vox *movisse* neglegentia scribarum deest in Lov. 1. 6. et Voss. Mox *prosecutos* Voss. et Lov. 5. Vide ad Liv. Epit. lib. XCIX. Tum *Gerestrio* Voss. *Cerestio* Lov. 1. *Gerestio* Lov. 2. 3. 4. 6. Harleian. et Mead. ambo. *Geristio* Gaertn.

§ 5 *Ipse adversus Myonnesum in insula (Macrin nautici vocant)*] *In insula Macri (nautici ita vocant)* Harl. *in insula majori nautici vocant* Lov. 2. 4. et Mead. ambo: *insula major nautici vocant* Lov. 3. *in insula inatori nautici vocant* Lov. 6. Τὰ *in insula* desunt in Gaertn. at *stare ipse, &c. ancoras portu* in Voss. et Lov. 1. Repetitio vocis *portu* librariis occasio errandi fuit. Vide ad IX. 11. § 11.

§ 6 *Primo in magna spe fuit*] *Primo magna spe* Harl. quod similiter dictum videri posset, atque 'eodem statu esse;' de quo vide ad III. 68. § 3. Potius tamen est, ut credamus τὸ *in* interceptum esse a prima litera vocis seq. *magna.* Vide ad XXXVII. 1. § 2. Reliqui enim codd. præpositionem constanter agnoscunt; et 'in spe esse' sæpius apud Livium obcurrit. Ita VIII. 2. 'Haud in dubia spe erant mature urbis hostium potiundæ.' XXV. 15. 'Qui ante in exigua spe erant.' XXVI. 5. 'In ancipiti spe et periculo erat.' XXXV. 12. XXXVI. 45. Cic. ad Att. VIII. 2. post 11. 'In spe firmiore sumus.' Simili modo 'in terrore esse' XXVIII. 42. XLIV. 32. 'in tumultu esse' XXXI. 10. XLII. 44. 'in terrore et tumultu esse' XXXII. 21. 'in timore esse' XXXII. 26. 'in pavore esse' XXXV. 29. 'in exspectatione esse' lib. XLII. capp. 2. 19. 'in metu esse' Ter. in Andr. II. 2. 2. ἐν ἐλπίσιν εἶναι Thucyd. VII. 25. ἐν θαύματι εἶναι καὶ ἐκπλήξει VIII. 14. Vide Cortium ad Sallust. Fragm. lib. I. in orat. Philippi § 13. Mox *sic et Romanam classem* Lov. 3. addita ultima voce, quam, quia ex præced. facile intelligi potest, Livius omittere maluit.

§ 8 *Nocte occupare fauces*] Pall. *Inde nocte occupare fauces.* Statim, *et denis navibus ad promontoria astantibus* continent Pall. *Gebhard. Inde nocte* etiam omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. usque ad Frob. qui a. 1535. dictionem *Inde* omisit. Deinde *ad promontorium astantibus* Lov. 1. 3. 4. Harl. et Mead. uterque. Adparet librarios ea ratione duplicem lectionem *promontoria* et *promontorium* servasse *ad promontorium, a, stantibus:* vide ad III. 44. § 4. *Ad promontoria abstantibus* Vossian. *ad promontorium stantibus* Lov. 2.

Armatis in litora expositis] *A Romanis* mendose Voss. et Lov. 1. Lib. XLIV. c. 28. 'Sed propius urbem lembi accessuque commodiore quum exposuissent armatos.'

§ 9 *In eum portum, qui ante urbem est, classem transire*] Vet. lib. *classe.* Sigon. Τὸ *est* exsulat a Lov. 1. 3. 4. 6. et Mead. 1. id autem excidisse videtur, quod forte per compendium scriptum esset *ante urbē ē.* Doujatius, quum id neque in scriptis suis reperisset, satis per se intelligi posse credidit. De quo, utrum verius sit, quemadmodum non contendo, ita minime ipsi concedendum est, portum Geræsticum ab tergo Myonnesi fuisse, quum fuerit ab tergo Tei. Deinde *classe transire* Lov. 2. 5. Harl. et edd. ante Frob. a. 1535. quæ *classem* substituit, concinentibus reliquis Mss. meis, ut et codd. Doujatii, qui lectionem hanc magis sibi placere profitetur. Paullo ante *ad accipiendos conatus,* pro *commeatus,* Voss. et Lov. 1.

§ 10 *Eudamus Rhodius vitium, &c.*

ostendisse] *Eudamum Rhodium* Lov. 6. Quod dictum censeri posset, ut illa de quibus egi ad I. 31. § 8. At ceteri omnes vulgatum tuentur, nisi quod vox *Rhodius* desit in Lov. 3. Mox § seq. *ab tergo*, pro *ab terra*, Harl.

Cap. XXIX. § 2 *Quum medio forte diei agrestis quidam, ad prætorem adductus*] *Tum medio* Voss. et Gaertn. Vide ad Liv. Epit. l. XLVIII. circa fin. Deinde *medio forte die* Mead. 2. Sed nihil muto. Supra XXVI. 45. 'Medium ferme diei erat.' XXVII. 48. 'Et jam diei medium erat.' Similiter 'medium ædium' V. 41. 'Ea vestiti medio ædium eburneis sellis sedere.' Ejus generis plura alia vide ad XXVII. 2. § 9. Sæpius ita variare codd. in hac locutione, observat Burm. ad Nason. Art. Am. I. 113. Præterea *ad prætorem ductus* Gaertn. Sed vide ad II. 36. § 7. *Ad prætorem reductus* Lov. 6. Sed vide ad VI. 26. § 8. *Ad prætorem advectus* Voss. sollemni scribarum lapsu. Vide ad XXVII. 38. § 12.

Alteram jam diem classem stare ad insulam Macrin] *Alterum jam diem* omnes mei, Crevierii Victor. et editi ante Gronovium, qui, nescio utrum dedita opera, an errore typographorum, *alteram* substituit. Ita erat XXXI. 14. 'Altera die, quam a Brundisio solvit, in Macedoniam trajecit.' Sed 'alterum diem' dixit XXII. 19. 'Altero ab Tarracone die ad stationem, &c. perveuit.' XXIV. 40. 'Altero die Oricum pervenit.' XXXIV. 28. 'Altero die ad Sellasiam pervenit.' Vide ad VIII. 11. § 15. Priscam igitur lectionem recte Crevierius revocavit. Hinc *ante insulam* codd. nostri, Hearnii L. 1. et edd. antiqq. pro quo Aldus ex Msto Mog. dedit *ad insulam*. Alibi eædem voces commutantur. Vide ad IV. 31. § 9.

§ 4 *Naves cursu repetentibus*] *Cursum* Gaertn. *cursim* Lov. 2. 3. Harl. et Mead. 1. Sed vide ad II. 65. § 3. Paullo ante *trepidant*, pro *trepidatur*, Lov. 1. Vide ad II. 26. § 4. Præterea § præc. *tibicines* Lov. 3. 5. 6. et edd. principes. Vide ad I. 43. § 7.

§ 5 *Vix suam quisque noscere aut audire*] Restituimus *aut adire*. Gelen. Ita omnes nostri, excepto solo Lov. 5. qui *audire* cum vett. edd. perperam servat. Alibi hæc verba commutata fuerunt. Exempla vidimus ad X. 12. § 2. Præterea *Et vix suas quisque noscere* Voss. et Gaertn. *Vix suas quisque noscere* Lov. 1. 3. 4. 6. et ambo Mead. *Vix quisque suas noscere* Lov. 2. *Vix quisque suas cognoscere* Harl. Mox *præ tumulto* Lov. 1. qua forma *tumultos* in uno vel altero cod. erat V. 37. § 8. et IX. 29. § 2. Similiter 'tumulti' apud Ter. Plaut. et alios obcurrere, omnes novimus; non tamen ita Livius loqui solitus est, sed hoc et alia ejusdem generis errantibus librariis tribuo. Vide ad I. 15. § 7.

Cum prætoria nave primum portu in altum evectus] Minutius est *primus e portu*, non *primum portu*, sicut vulgatæ edd. habent. *Gelen.* Vulgatarum edd. lectio in solo Lov. 5. mihi obvia fuit. Alii omnes *primum se portu*: quod ex duarum lectionum, *primum e*, et *primus e*, conjunctione natum videtur pro *primum, s, e portu*. Vide ad III. 44. § 4. Præterea *cum prætoria navi* Lov. 6. Sed vide ad XXV. 30. § 7.

Insequentes, suo quamque ordine in frontem instruxisset] Ms. *in fronte instruxisset*. Modius. Similiter Gaertn. Alii omnes recte vulgatum defendunt. Supra cap. 13. 'Instructa in frontem navium acie stetere.' Similiter 'in frontem dirigere' cap. 23. 'Quæ sequebantur, servantes ordinem in frontem dirigere jubet;' et mox, 'Ceteri, quia in frontem dirigere jussi erant, non sequebantur.' In codd. qui *in fronte* exhibent, ultima litera *m* hausta erat ab initialibus *in* vocis seq. qui error in scriptis frequens est. Vide ad II. 36. § 5. c. 45.

§ 4. III. 10. § 9. c. 56. § 3. IV. 34. § 7. c. 46. § 10. V. 21. § 8. c. 34. § 9. VII. 21. § 2. VIII. 29. § 11. IX. 36. § 1. c. 38. § 4. X. 14. § 6. XXI. 33. § 2. XXII. 40. § 5. XXXIV. 21. § 8. et alibi. Insuper *insequenti suo* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harleian. Mead. ambo, et Gaertn. Videtur olim scriptum fuisse, ut solet, *insequentis*, et deinde litera sibilans finalis excidisse, quod vocabulum sequens a sibilo itidem incipiebat. Ejus erroris innumera exstant in Mss. Livii exempla, ex quibus pauca memorabo. Vide ad I. 32. § 8. II. 10. § 3. c. 30. § 9. III. 17. § 10. c. 63. § 10. IV. 28. § 8. c. 40. § 6. c. 57. § 3. V. 22. § 6. c. 41. § 8. VI. 20. § 4. c. 24. § 6. c. 42. § 8. VII. 2. § 11. c. 24. § 5. c. 39. § 1. c. 41. § 4. et alibi.

§ 6 *Eudamus Rhodiaque classis substitissent*] *Substitisset* cod. Mog. et Harl. Utrumque genus loquendi Livio in usu fuit. Duobus enim nominibus singularibus eum verbum plurale junxisse, vidimus ad I. 31. § 7. Alibi vero etiam verbum singulare jungere solet. I. 24. 'Tempus et locus convenit.' III. 14. 'Hoc judicium et promulgata lex exercuit civitatem.' c. 52. 'Nec pudicitia, nec libertas sancta esset.' V. 42. 'Quocumque clamor hostium, mulierum puerorumque ploratus, sonitus flammæ, et fragor ruentium tectorum avertisset.' VI. 34. 'Ubi plurimus labor periculumque erat.' c. 40. 'Stupor silentiumque ceteros Patrum defixisset.' VII. 39. 'Quam multitudinem consul alter Romæ prætorque retinebat.' VIII. 38. 'Fremitus æqualis tenorque idem pugnæ in defatigationem ultimam spectabat.' IX. 32. 'Ut ab adversariis clamor et pugna incideret.' XXI. 41. 'Qualis nostra vis virtusque fuerit.' XXV. 3. 'Metus pudorque versabat.' XXVIII. 15. 'Nox imberque vocabat:' et 'Metus et periculum cessandi non dabat tempus.' XXXVII. 34. 'Et magnitudo animi, et satietas gloriæ placabilem eum maxime faciebat.' Quisque igitur eligat, quid malit. Ego præferendam judico cod. Mog. lectionem. Mox *et ut sine trepidatione* Voss. et Gaertn. Non sequor. Præterea *conscenderet* cod. Mog. An librarius scribere voluit *conscenderet̃*, id est, *conscenderetur?* Vide ad X. 10. § 1.

§ 7 *Instructaque acies, velut cerneret regios*] *Velut cernerent* Voss. Lov. 3. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. ita *acies*, ut conlectivum, construetur cum verbo plurali: vide ad XXXV. 26. § 9. Certe ita mox *erant* recepere editores, quod etiam ex voce *acies* pendere videtur. Paullo ante *Ita explicuere* Voss. et Lov. 1. ac 6. Tum *primo conspectu prætoris* Lov. 3.

Corycum promontorium erant] *Est* Lov. 2. et Harl. *erat* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Gaertn. et edd. antiqq. pro quo Moguntini ex cod. suo *erant* substituerunt, consentiente, ut videtur, utroque Mead. unde in excerptis nihil notatur. Et, ita legendum esse, evincit sequens 'conspexere.'

§ 8 *Longo agmine veniens*] Pall. *eveniens*. Gebh. Pariter Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Male. Supra c. 23. 'Rhodii longo agmine veniebant.' In altera lectione ultima litera vocis præced. male in capite *τοῦ veniens* repetita est, quod in Mss. frequentissimum est. Vide ad II. 31. § 4. c. 35. § 2. III. 9. § 4. c. 18. § 7. c. 24. § 3. c. 25. § 5. c. 26. § 2. 9. IV. 6. § 9. c. 37. § 7. c. 46. § 4. c. 51. § 5. V. 52. § 1. VI. 8. § 10. c. 23. § 10. IX. 10. § 5. c. 43. § 16. X. 17. § 10. c. 40. § 4. XXI. 35. § 4. et innumeris aliis locis. Vide etiam Ciofan. ad Nas. Met. XIV. 484. et Bentl. ad Hor. Od. IV. 2. 6.

Et ipsa aciem adversam explicuit] *Et ipsam aciem* Gaertn. Sed vide ad VI. 3. § 8. Tum *explicavit* Lov. 5. et edd. vett. *explicuit* Aldus adscivit ex cod. Mog. quod servant ceteri omnes Mss. Recte. Præcesserat mox, 'Ita

et explicuere ordinem primæ:' vide ad VI. 21. § 7. et XXXII. 4. § 4. Adde Casaub. ad Suet. Cæs. c. 6. et Corte ad Plinii Ep. IV. 27. § 3. Mox *lævo tantum evecto cornu* Gaertn. ex eodem fonte, quo *ipsam aciem* idem cod. præfert: *lævo tandem evecta cornu* Lov. 3. Eædem voces 'tantum' et 'tandem' confundebantur etiam V. 52. § 13. *Lævo tantum evecta cornu* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, omnesque edd. usque ad Frob. qui a. 1535. ordinem dictionum mutavit. Tum voces *amplecti et* desunt in Lov. 2.

§ 9 *Non posse exæquare ordinem Romanos*] Libri omnes *æquare*. Gebh. Similiter apud me omnes codd. nec aliter Hearnii L. 1. Eadem etiam lectio superest in edd. usque ad Basil. 1539. quæ *exæquare*, nescio qua auctoritate, vulgavit. Priorem ergo lectionem revocavi. Ita mox, 'Concitat naves, æquatoque cornu, prætoriæ navi suam objecit.' l. III. c. 62. 'Quum æquassent aciem, duo extra ordinem millia tenuere.'

Et erant Rhodiæ naves] Pall. uterque *et erant Rhodiæ, longe omnium celerrimæ*, expuncto *naves*, quod modo præcessit. *Gebhard*. Thuan. ignorabat vocem postremam; neque videtur esse auctoris. *Jac. Gronov*. Eamdem omittunt etiam Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et Crevierii Victor. quorum fide expunxi.

CAP. XXX. § 1 *Ab Romanis octoginta naves pugnabant, ex quibus Rhodiæ duæ et viginti erant: hostium classis undenonaginta n. f.*] Appianus B. Syriac. p. 103. ἐς ναυμαχίαν συνῄεσαν, Πολυξενίδας μὲν ναυσὶν ἐννενήκοντα καταφράκτοις, Λεύκιος δὲ ὁ Ῥωμαίων ναύαρχος ὀγδοήκοντα καὶ τρισὶ, καὶ τούτων ἦσαν ἐκ Ῥόδου πέντε καὶ εἴκοσιν. Quibus ex verbis apparet apud Livium *quinque et viginti* legendum. Qui error ex nota numeri emanavit, *V.* et *II.* Sigon. Non quidem reprehendo Sigonium, *quinque et viginti* reponentem, et conjicientem errorem ex confusis notis numeralibus *V.* et *II.* ortum esse: eum enim facile committi posse, vidimus ad c. 22. § 4. Considerandum tamen existimo, an non potius, quum in vulgatum conspirent omnes libri manu et typis descripti, sua Livio scriptura servari, ac statui debeat, alios annales Livium, alios Appian. secutos fuisse; præsertim quum in pluribus aliis circa hanc historiam dissentiant. Classis enim Romana Appiano fuit octoginta trium, Livio octoginta navium; illi regia nonaginta, huic undenonaginta navium. Historico Græco præfectus Rhodiorum Εὔδωρος, Latino *Eudamus* vocatur. Neque convenit in numero navium, quas Antiochus hoc prœlio amisit. Appian. enim viginti novem, Livius quadraginta duas numerat. Quum igitur toties in hujus prœlii descriptione dissentiant, caussa non est cur, invitis libris omnibus, circa numerum navium Rhodiarum consentire cogendi sint. Quin immo, quum classis Romanorum tribus navibus auctior apud App. quam apud Livium sit, idemque plane discrimen in numero navium Rhodiarum inveniatur, admodum verisimile est, dissensum eorum inde ortum esse, quod auctores Appiani Rhodios tribus navibus auctiores statuerint, quam quos Livius secutus est. Tum *undenonaginta navium fuit* Aldus ex fide cod. Mog. emendavit: cui consentiunt Mead. 2. Lov. 4. et Gaertn. nisi quod Lov. 4. omittat τὸ *fuit*, Gaertn. ejus loco legat *erit*. Primæ edd. præferunt *tres et nonaginta navium fuit*. Ascensius a. 1513. *trium et nonaginta navium fuit* emendavit; sed neutra lectio codicum præsidio nititur. *Tres et XX. navium fuit* legit Lov. 5. *una et XX. navium fuit* Hearnii L. 1. *iñ XX. navium fuit* Voss. *inde nonaginta navium fuit* Harl. et Lov. 1. 2. ac 6. a m. pr. *unadenona-*

ginta navium fuit Mead. 1. et Lov. 3. ac 6. a m. sec. Paullo ante *totis simul classibus* omnes scripti nostri; nec aliter edd. ante Frob. 1535. quæ ordinem vocum mutavit.

§ 2 *Et maximæ formæ naves tres hexeres habebat*] Τὸ *naves* insiticium videtur. *J. F. Gron.* Eam tamen vocem servant omnes nostri: sed vocula *et* deest in Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. et Gaertn. *et maximæ* in Voss. et Lov. 1. *habebant* etiam legit Lov. 1.

Romani longe regios præstabant: regiæ naves] Hunc locum videtur aliquis data opera corrupisse. Legendum esse *Rhodios præstabant: Rhodiæ naves, &c.* satis declarant quæ sequuntur: nam ut donem agilitatem navium, artem gubernatorum, scientiam remigum non minus recte tribui regiis, quam Rhodiis, populo in re navali tum excellentissimo; certe ignes ad Panormum Rhodiis saluti fuerant, non regiis: attestantur et scripta volumina. *Gelen.* Varie hæc in membranis scripta esse videntur. Olim enim, antequam e Mog. codice hodiernam lectionem eruisset Gelenius, vulgabatur *Romani longe regios præstabant: regiæ naves.* Ad ea vero explodenda quæ ab illo adferuntur, nihil amplius probant, quam male in ultimo membro collocari *regias naves, Rhodiasque* reponi debere. Cæterum ego utramque lectionem æque ex parte rectam, ex parte corruptam affirmo. Quid enim attinet hic comparationem institui inter Romanos et Rhodios, qui neque inter se erant dimicaturi, neque ullo æmulationis studio accensi fuisse memorantur? Tum proxime ante et post hæc verba de hostibus seu regiis agitur; ut appareat etiam hic eorum habendam esse rationem. Et sane postquam Livius tradidisset, jam totis classibus simul ab omni parte pugnam esse consertam, extemplo pergit exponere, quo superiores in prœlio essent regii, quo Romani Rhodiique; et illos quidem multitudine navium adversarios suos facile superasse, cæteris vero omnibus longe fuisse inferiores; et ab Romanis quidem virtute militum, naviumque robore, ab Rhodiis agilitate navium, gubernatorum arte et scientia remigum fuisse victos, præcipuo tamen et maximo illis fuisse terrori eas Rhodiorum naves, quæ ignem præ se portabant, de quibus c. 11. Emendemus ergo partim ex antiquis edd. partim ex cod. Mog. *Robore navium et virtute militum Romani longe regios præstabant, Rhodiæ naves agilitate, &c.* Jac. Periz. Lectio, quam Gelenius damnavit, in nullo cod. obvia fuit; neque in edd. inveni ante Mediol. 1480. et Tarvis. utramque; nisi quod cum quibusdam aliis *regias præstabant* legant: priores autem præferunt *Rhodios præstabant: Rhodiæ naves.* Neque aliter legunt Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. et Mead. ambo. *Rhodias præstabant: Rhodiæ naves* Lov. 1. *Rhodiis præstabant: et Rhodiæ naves* Voss. *et Rhodiæ naves* etiam Gaertn. Nihilominus Perizonii conjecturam præfero: 'Rhodius' et 'regius' enim etiam alibi in Mss. confunduntur. Exempla vide hoc lib. c. 23. § 7. c. 54. § 2. XXXVIII. 58. § 10. et alibi. Ex vestigiis Voss. videri posset legendum *regiis præstabant.* Ita enim et Livius loquitur I. 57. 'Paucis id quidem horis posse sciri, quantum ceteris præstet Lucretia sua.' Potius tamen malo *regios præstabant.* Id enim jubent reliquorum codd. vestigia, eamque locutionem Livius etiam sæpius adhibuit. VII. 30. 'Ut vetustate et gradu honoris nos præstent:' ubi vide quæ notavi. XLII. 34. 'Ne quis me virtute in exercitu præstet, operam dabo.' XLIV. 38. 'Quantum numero nos præstet:' ubi etiam vide. Pari modo et alios locutos esse, docuerunt N. Heins. et Burm. ad Nas. Met. IV. 630.

§ 3 *Et, quod unum iis ad Panormum*

circumventis saluti fuerat, id tum maximum momentum ad victoriam fuit] Primam voculam expungit Voss. Tum *quod unus is ad Panormum* Voss. et Lov. 1. *quidem unus is*, vel *iis, modus ad Panormum* Lov. 5. et edd. ante Aldum. Hinc *circumvectis* Voss. Lov. 2. 4. Mead. 2. et Gaertn. Vide ad x. 2. § 4. et mox ad § 6. Deinde *id tamen maximum mom. tum ad vict. fuit* Lov. 6. *id tamen maxime mom. ad vict. fuit* Harl. *Tamen* et *tum* in Mss. sæpissime confundi, vidimus ad XXII. 17. § 5. *Maxime* etiam Lov. 2. et Gaertn. Vox *momentum* deest in Lov. 2. et Mead. 1. Paullo ante *terrori hostibus fuere* Lov. 2. et 4. Insuper *qua ignes præ se portabant* cod. Mog.

§ 4 *Nam metu ignis adversæ regiæ naves, ne prora concurrerent, quum declinassent*] Lege *ignis adversi*, non *adversæ*. Gelen. *Adversæ* ab Aldo acceperunt. Ante illum *adversi*. Sed videtur legendum *adversas:* nempe Rhodias, quæ ignem portabant. *J. F. Gron.* Verum est, primam editionum, quas vidi, Aldinam *adversæ* dedisse. Postea, jubente Gelenio, Froben. 1535. *adversi* revocavit, ut ante Aldum edebatur : id proximæ servarunt usque ad Paris. 1573. quæ, nescio qua auctoritate, quove consilio, *adversæ* restituit, cui Gronovianæ iterum *adversi* substituerunt, licet ipse Gronovius *adversas* malit. Sane *adversæ* in uno tantum exstat Voss. quod exponi forte posset ‘ obviæ,’ ‘ obcurrentes.’ Vel pro *adversæ* legendum erit *aversæ*, ut præferunt Lov. 6. et Gaertn. Solent autem hæ voces confundi. Vide ad II. 31. § 6. Ut naves regiæ dicantur ‘ aversæ,’ quoniam, ne prora concurrerent, declinarant. Reliqui tamen omnes codd. *adversi* servant, quibus cedendum arbitror. Neque necesse videtur, ut, omnibus invitis, *adversas* legamus. Deinde *prora concurrerent* Aldus recepit ex cod. Mog. Antea edebatur *prope concurrerent*, quod servant omnes nostri, et Victor. apud Crevierium, qui inde *proræ concurrerent* scribendum conjicit. Sed *prora concurrere*, quod in optimo cod. est, dictum puto, ut ‘ rostris concurrere ’ XXVI. 39. Mox *ferire postero* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *postero ferire* Lovel. 1. Tum *oblique se ipsas ad ictus* Lov. 1. *obliquas se ipsas ad ictus* Voss. Lov. 3. et Gaertn. *obliqua se ipsas ad ictus* Lov. 6. *obliquas se ad ictus* Harl.

§ 5 *Et, si qua concurrerat, obruebatur infuso igni*] Libri nostri omnes *et si quæ concurrerant, obruebantur*. Gebh. Similiter fere etiam nostri. Quod nunc vulgo exstat, Aldus ex cod. Mog. adoptavit, quem sequor.

§ 6 *Regiis sese objicere*] Ms. *regiis sese objecerunt*. Modius. *Objicere* dederat Paris. 1573. et paucæ eam secutæ : *obicere*, quod idem est atque *objicere*, Lov. 1. 5. et edd. Camp. ac Parm. Reliquæ edd. *objecere*, quod in aliis omnibus codd. obvium fuit. Paullo ante *aciem hostium Romani quum irrupissent* Gaertn. In seqq. *lævo cornu* omnes scripti, et edd. usque ad Ascens. qui a. 1513. primus præpositionem interposuit. Deinde *circumvectæ naves* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. Vide modo ad § 3. Similiter § seq. *alias circumvectas* Voss. Lov. 4. et Gaertn.

§ 7 *Sublatis raptim dolonibus (et erat secundus petentibus Ephesum ventus) capessunt fugam*] Pall. *sublatis raptim dolonibus Ephesum petunt fuga*. Gebh. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harleian. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. Gronovius etiam in pr. ed. nott. se similem lectionem in Barber. Pet. et Naud. reperisse testatus est, nisi quod *fugam* præferant, pro *fuga;* quibus consentit Lovel. 4. Lectionem, quæ vulgo exstat, contextui restituit Aldus ex Msto Mog. cujus præstantia hinc etiam patet. Vide ad XXXVI. 19. § 13.

Paullo ante *suo prœlio* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Gaertn. et edd. ante Aldum, qui ex iisdem membranis *suo periculo* recte recepit. Ita variant etiam codd. XXXIV. 16. § 9. Hinc *terrebantur* Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo: *pars terrebantur* defendi potest ex iis quæ notantur ad V. 38. § 5. Sequor tamen reliquos codd. a vulgato stantes.

Quadraginta duabus navibus, &c.] Hæc sic Appianus B. Syr. 104. Καὶ διεφθάρησαν Ἀντιόχου νῆες μιᾶς δέουσαι τριάκοντα, ὧν τρισκαίδεκα αὐτοῖς ἀνδράσιν ἐλήφθησαν· Ῥωμαίων δ' ἀπώλοντο μόναι δύο, καὶ ὁ Πολυξενίδας τὴν Ῥοδίαν ναῦν ἐπαγόμενος ἐς τὴν Ἔφεσον κατήχθη. *Sigon.*

§ 8 *Quarum tredecim captæ in potestatem hostium venerunt*] Pall. uterque *decem tris captæ.* Vet. ed. *decem et tres.* Gebh. *Quarum de centris,* omissa voce *captæ,* Voss. *quarum decentris captæ* Lov. 2. et Gaertn. *quarum decem tris captæ* Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et, ut Gronov. pr. ed. nott. monuit, Barber. Pet. et Naud. *quarum decem captæ* Lovel. 6. a m. sec. *quarum decem et tres captæ* Lovel. 5. omnesque edd. usque ad Moguntinos, qui *tredecim* ex cod. suo receperunt. Idem servarunt sequentes editores; Gronov. vero iterum ei substituit *decem et tres.* Similiter variant codd. XXVI. 49. § 3. XXIX. 2. § 17. Vide quæ notantur ad X. 21. § 6. et XXIX. 37. § 6. Præterea *in potestate* Voss. Harl. et Gaertn. Vide ad VIII. 20. § 6. c. 25. § 4. IX. 25. § 3. c. 38. § 1. et alibi. Tum *veniunt* Lov. 3. Mox *mersæ* Lov. 6. *dimersæ* Voss. *submersæ* Lov. 1. Hinc *vulneratæque* Lov. 5. et edd. ante Frob. 1535. quæ copulam omisit, omnibus aliis meis concinentibus.

§ 9 *Ancora, ictu ipso excussa e nave sua*] *In ancora* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. antiqq. usque ad Frob. a. 1531. quæ recte τὸ *in* expunxit. Dein *excussa nave sua* omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. usque ad Frob. a. 1535. quæ dedit *e nave sua.* Bene, si ex cod. Solet enim Livius præpositionem, cum qua verbum compositum est, in regimine repetere. Ita 'educere ex urbe' II. 32. 'egredi e curia,' 'e castris,' 'e finibus' II. 48. X. 35. XXXV. 4. 'extrahere ex anno' V. 25. 'evolvere ex præda' VI. 15. 'eripere e manibus' VI. 20. 'excire e castris' X. 19. 'efferre e conspectu,' 'e castris' VII. 26. X. 19. 'exigere e silva' X. 27. 'erumpere e castris' XXII. 60. 'evehi e portu' XXVIII. 30. 'excedere e templo' XXIX. 19. 'emittere ex carcere' XXX. 17. 'exoriri ex locis' XXXI. 40. 'effugere e carcere' XXXVII. 46. 'educere ex hibernis' XXXIX. 30. XL. 39. et similia passim. Vide ad Præfat. § 11. Paullo ante vox *una* deest in Lov. 3. Tum *Sidoniam navim* legit Lov. 6. Sed vide ad XXV. 30. § 7.

§ 10 *Injecto . . . inhiberent Rhodii*] *Invecto* Gaertn. de quo errore scribarum vide ad IX. 40. § 14. Tum *Rhodii inhiberent* Lov. 6. Locutionem exponit Gronov. Obs. IV. 26. p. 414.

Tracta ancora et inplicitum remis latus alterum detersit] Non erat cur *anchorale* in *anchoram* mutaretur, et *debilitatam* in *debilitate. Anchorale* dixit, quemadmodum dicitur 'hastile.' *Gelen.* Quidam codd. ita [*tractu anchoruli, et implicitum remis latus*] habebant. Alii mutarunt ad hunc modum: *tracta anchora et implicita remis latus alterum detersit.* Alii legunt *tractum anchorale et implicitum, &c.* Sed est locus meo judicio perquam obscurus. *Glar.* Qui loci hujus sententiam assecuti non sunt, quæ lectione vetere continebatur, ii, dum emendare conati sunt, penitus deformarunt. Alii autem *tractum anchorale,* alii *tracta anchora, et implicita remis* ex ingenio reposuerunt, cum sit in vet. libris omnibus *tractu anchorali, et implicitum remis latus,* hoc sensu: Rhodia navis,

inquit, una capta memorabili casu. Nam cum ipsa rostro percussisset Sidoniam navem, anchora, ictu ipso e nave sua Sidonia excussa, unco dente, velut manu ferrea, alligavit Rhodiæ proram, et cum inde divellere se tumultu injecto cupientes Rhodii inhiberent, tractu anchorali latus alterum Rhodiæ navis remis implicitum detersit. Ita debilitatam Rhodiam navem Sidonia, quæ antea a Rhodia percussa cohæserat, cepit. Est igitur hæc tota oratio referenda ad rectum illum casum *anchora*, quæ et alligavit proram Rhodiæ navis, et tractu anchorali latus ejus alterum remis implicitum detersit. Duo enim significat incommoda ab illa anchora esse illata, alterum ab unco dente, quo alligata Rhodiæ prora est, alterum a loris, quibus anchora tenetur, a quibus remi alterius lateris ejusdem navis detersi atque recisi sunt. Hunc etiam sensum expressit Appianus in B. Syr. 103. ita : *μέχρι Ῥοδίας νεὼς ἐς Σιδονίαν ἐμβαλούσης, καὶ τῆς πληγῆς εὐτόνου γενομένης ἐς τὴν Ῥοδίαν ἐπάγη τε, καὶ συνέδησεν ἄμφω πρὸς ἀλλήλας. Sigon.* Lectio, agitata admodum a commentatoribus, ita concepta est in Pall. *nam cum rostro perc. Sid. nav., in anch. ipso ictu. exc. nave sua, unco dente, velut manu ferrea inj., allegavit alt. proram: inde tum. inj., cum div. se ab hoste cup. inhibere Rh. tractu ancorali et impl. remis latus alterum detersit deb. ea ipsa, quæ icta coh. navis, cepit.* Quibus consentit vet. ed. nisi quod *cup. inhiberent Rh.* Dein *navim cepit.* Gebh. *Tractu ancorali et implicitum remis* a Sigonio, qui loci hujus sententiam adsecuti non sint, eos, dum emendare conantur, penitus eum deformasse, præfato. Ipse totam orationem referendam censet ad vocem *ancora*, quæ et alligaverit proram Rhodiæ navis, et tractu ancorali latus ejus alterum implicitum remis deterserit; duo incommoda ab illa ancora esse illata; alterum ab unco dente, quo alligata Rhodiæ prora est, alterum a loris, quibus ancora tenetur, a quibus remi alterius lateris ejusdem navis detersi atque recisi sunt. Vir doctissimus facundus est in eo, de quo dubitabat nemo, qui modo lectionem a Gelenio ex Mog. prolatam intellexisset: id, quod proprie ad ipsum pertinebat, quomodo nempe istum sensum e scriptura ab se probata educeret, neglexit. Quis enim iste 'tractus ancoralis?' si quod motus vel admotus, ut loquitur Plinius, scilicet voluerit Livius, *ancora motu remos perfregit:* sin idem quod funis, ut videtur velle, quum lora dicit, quem dabit auctorem, 'tractum' esse funem? Nisi forte, quia Itali dicunt *un tratto di fune*, *tractus* est funis Latinis. At vero quam belle *ancora tractu ancorali?* cur non potius *suo?* Porro quid 'latus remis implicitum?' Itane 'remis' dicitur 'implicari' navis, quæ remis agitur? Et, quia unius modo lateris remis impliciti mentio, an ab altero remigium non erat? Nihil pejus utique hac lectione: etsi nostri quoque scripti fere non aliter. Verissime igitur et Latine Gelenius *tractum ancorale et implicitum remis latus alterum detersit. Ancorale*, pro substantivo positum, est ipse funis ancoralis. Gelenius ait dictum ut 'hastile:' recte: nam ut 'hastile' intelligit 'lignum,' ita *ancorale* subaudit 'retinaculum.' Sic 'vorsoria' vel 'versoria' absolute funis, quo velum et inde cursus navigii vertitur, a quo 'versoriam capere' apud Plautum: adjectivum revera, sed in quo intelligitur 'funis,' ambigui generis antiquis: quemadmodum et in 'rudens,' quum ait Comicus Plaut. Rud. IV. 3. 1. 'dum hanc tibi, quam trahis, rudentem complico.' Id igitur ancorale, excussa ancora in navem hosticam Sidoniam, quum in puppem remigarent Rhodii, tractum ab ancora inde religata, et, dum præpropere et tumultuose evolvitur,

magna parte delapsum in mare ab latere uno navis, atque ita implicitum remis ejusdem id ipsum detersit, claudamque navem fecit. Hic verus sensus hujus loci, atque ista unica vera lectio. *J. F. Gron.* *Tractatu ancorali* Voss. et Gaertn. *tractu in anchorali* Harl. *tracta vi ancorali* Lov. 1. *tractum ancorali* Lovel. 3. *tractu ancorali* Lov. 2. 4. 5. 6. Mead. uterque, Hearnii L. 1. N. et edd. principes: *tracta ancora* demum vulgavit Frob. 1531. pro quo quadriennio postea recte Gelenii emendationem *tractum ancorale* recepit; quam lectionem optime Gronov. adversus Sigonium adsernit, et exposuit. *Ancorale* pro fune ancoræ est XXII. 19. 'Alii, resolutis oris, in ancoras evehuntur; alii, ne quid teneat, ancoralia incidunt.' Ammian. Marc. XIV. 2. 'Per ancoralia quadrupedo gradu repentes eisdem nihil opinantibus adsistebant:' ubi vide Vales. *Tractum ancorale*, ut 'tracta ancora' apud Ovid. Trist. III. 9. 14. 'Dum sequitur celeres ancora tracta manus.' *Decerpsit* pro *detersit* perperam Lov. 6. De locutione 'detergere remos' vide ad XXVIII. 30. § 11.

Et debilitatam ea ipsa, quæ icta cohæserat, navim cepit] Vocula prima *et* non tantum in nullo cod. adparuit; sed eamdem ignorant etiam omnes edd. ante Elzevirianam Heinsii. Nulla igitur auctoritate receptam iterum expunxi. Deinde *debilitate ea ipsa, quæ icta cohæserat, navis cepit* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harleian. Mead. 1. et Gaertn. *debilitate ea, ipsa, quæ icta cohæserat, navim cepit* Lov. 5. et edd. ante Frob. 1535. neque aliter Mead. 2. nisi quod vocem *icta* ignoret. *Debilitate ea ipsa, quæ ictu suo cohæserat, navis capitur* Lov. 2. in margine: *debilitate ipsa, quæ ictu suo coërcerat, navis capitur* Lov. 6. Sed recte *debilitatam, &c. navim cepit* Gelen. emendavit.

CAP. XXXI. § 1 *Quo territus Antiochus, quia, possessione maris pulsus*] *Quo deterritus* Gaertn. Tum *qui possessione* Lov. 3. Vide ad XXXVI. 33. § 5. *Qui a possessione* Lov. 6. Contrarium exemplum, ubi voculæ *qui a* in *quia* coaluerunt, vidimus ad VI. 18. § 8.

§ 2 *Obsidionem etiam per totam hiemem tolerare*] Pall. et vet. ed. *tota hieme tolerare*. Gebh. Recepta lectio debetur cod. Mog. ex quo Aldus adoptavit. Antea edebatur *tota hieme tolerare;* quod servant omnes nostri, Hearnii L. 1. et scripti Gronovii, ut in pr. ed. nott. monuit. Posses etiam sine præpositione *totam hiemem tolerare:* vide ad X. 21. § 6. et XXXV. 40. § 7. Mox *ad ultimam inopiam deducere* Lov. 5. et edd. ante Aldum, qui *adducere* ex Mog. eodem adscivit, adprobantibus ceteris Mss. Tum *terendo tempus* Gaertn. Sed 'extrahere tempus' adstruximus ad XXII. 18. § 9. *Extrahendo tempore* Lov. 1. Vide ad I. 53. § 3. Sed reliqui vulgatum tuentur.

Spem pacis per occasiones tentare] *Per occasionem* Voss. Lov. 1. 6. Mead. 1. et Gaertn. quod se etiam in suo L. 1. et in ed. Aler. prima invenisse, Hearnius testatur. Utrumque Livio in usu fuit. Vide ad l. II. c. 11. § 2. et XXXI. 48. § 2. Non est igitur, cur vulgatum mutetur. Plures enim oriri poterant occasiones, quæ paci tentandæ utiles essent.

§ 3 *Nec Lysimachiam tantum hostibus tradidit*] Libri omnes *Non Lys. tantum*. Gebhard. *Non Lysimachiam* codd. nostri, et edd. principes, pro quo *Nec Lysimachiam* Aldus ex cod. Mog. dedit. Tum *tradiderat* Lov. 1. Paullo post *recipit se* Mead. 1.

§ 4 *Inde in Cappadociam ad Ariaraten, qui auxilia arcesserent*] *Ariarathen.* Græci enim Ἀριαράθην. *Sigon.* *Inde Cappadociam* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. quod defendi posset ex illis quæ notantur ad XXXIII. 41. § 6. At Mo-

guntini *inde in Cappadociam* ex cod. suo dederunt: quod præferendum. Vox enim *inde*, per compendium *iñ* scripta, eliserat præpositionem proximam *in*. Vide ad III. 25. § 6. VIII. 15. § 6. XXVI. 25. § 6. XXVIII. 6. § 4. XXXV. 31. § 3. Eumdem errorem etiam vulgo commissum in Justin. videbimus ad XXXVIII. 3. § 4. Similiter *τὸ in* haustum est a præcedenti 'dein,' sive 'deinde.' Vide ad VI. 17. § 1. ad VIII. 22. § 6. et ad XXVIII. 25. § 4. a præcedenti *quin*. Vide ad IV. 4. § 4. Contra *iñ*, vel *inde*, intercipitur a sequenti *in*; vide ad XXXVII. 52. § 2. Tum *et ad Ariarathen* Voss. Lov. 5. et edd. ante Moguntinos, qui *τὸ et* fide cod. sui delerunt. In regis illius nomine adspirationem primus omisit Frob. 1535. quam recte Sigonius iterum addidit, et plerique codd. servant, præsertim vero optimus Mog. Nummos ejus cum inscriptione ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΑΡΑΘΟΥ ΕΥΣΕΒΟΥ profert Spanhem. de Præst. et Us. Num. diss. VIII. p. 468. Præterea *arcesseret* vel *accerseret*, ut eo tempore scribebatur, Voss. Lov. 3. 4. 5. 6. et Mead. sec. neque aliter edd. vett. nisi quod *accerserat* sit in Rom. 1472. ac Parm. Pro eo Moguntini demum ex cod. suo *accerserent* substituerunt. Utrum Antiochus unum, an plures legatos auxilii caussa miserit ad Ariarathen, aliunde non constat: sequimur tamen præstantissimi cod. Mog. scripturam, cui reliqui nostri consentiunt. Mox *in unum jamjam consilium* Vossian. et Gaertn.

§ 5 *Direptis ante portum navibus, quum confessionem concessi maris ultimam hosti expressisset*] Lege *directis*: ea enim et veterum librorum lectio, et is fuit mos, ut victores in conspectu eorum, qui victi essent, instruerentur, et ea re confessionem victoriæ ab hoste elicerent. Itaque lib. priore c. 45. ait, 'Iis adjunctis Ephesum hostem persecuti, ante ostium portus acie instructa steterunt. Postea quam confessionem victis satis expresserunt,' &c. *Sigon. Direptis* servant Lov. 5. et Mead. 2. *dircetis* Voss. *diceretis* Lov. 2. *decretis* Mead. 1. *directis*, ut Sigonius legendum vidit, reliqui mei. Pariter 'naves in pugnam dirigere' XXII. 19. Interdum 'directus' et 'direptus' a librariis commutata fuere. Vide ad IV. 47. § 5. VI. 29. § 5. X. 17. § 8. XXI. 19. § 1. et XXXIV. 28. § 6. Similiter 'directio' et 'direptio' V. 20. § 6. 'subrectus' et 'subreptus' VII. 10. § 10. Deinde *hostes* Mead. 1. *hostis* Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. 2. et Gaertn. An scribendum *hostibus?* ut est in Lov. 1. Hujusmodi enim errores in Mss. frequentes esse, vidimus ad XXI. 60. § 7. Si quis tamen vulgatum malit, non adversabor. Vide ad V. 50. § 2.

Cursum a Samo intenderat] *Cursu ab Samo* Lov. 4. Mead. ambo, et Harl. *cursu a Samo* Lov. 1. 5. et edd. principes, pro quo Moguntini ex cod. suo *cursum a Samo;* ut tantum non omnes ceteri codd. præferunt. Recte. Nam 'intendere cursum' de classe, ut 'intendere iter' de exercitu. Vide ad X. 43. § 13.

§ 6 *Rhodias, parte prædæ et spoliis navalibus decoratas*] Vet. lib. *Rhodios* et *decoratos*. Sigon. *Rhodios p. p. et s. n. decoratos* Pall. *Gebh.* Similiter Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et Doujatii Regius. Mox § seq. *ad trajiciendas copias*, extrita copula *que*, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 8 *In sinu maris intimo posita hæc urbs est*] Ita recte Aldus ex cod. Mog. nec aliter nostri Mss. et ed. Camp. nisi quod *est* desit in Voss. et Gaertn. *infimo* male reliquæ edd. Liv. I. 1. 'Venisse in intimum maris Hadriatici sinum.' In Mss. etiam hæ voces commutantur. Vide ad Liv. XXIX. 30. § 2. et quæ notantur ad Silii VIII. 251. Τὸ *est* non adparet in Voss. et Gaertn. qui iidem codd. eti-

am mox omittunt vocem *murus*.

Totidem ex utraque parte in artiorem velut cuneum] Antiqua scriptura *coit deinde ex utraque parte*. Gelen. Illud *totidem* quid referat, fateor me non intelligere: sicut nec quæ sequuntur verba proximo versu, 'Ibi latitudo patet.' Pro *totidem* quidam legunt *coit deinde*, sed nihilo clariore sensu, quod ad posteriora attinet. Vehementer suspicor in hac descriptione aliquid corruptum: quod ideo admonemus, (ut in aliis jam sæpe,) ut diligentius vetustiores inspiciantur codd. *Glar.* Pall. uterque *toti deinde ex utraque parte*. Vet. ed. *totidem ex utraque*. Gebh. *Toti deinde* Voss. Lov. 1. 3. 4. Mead. 2. et Gaertn. *tot deinde* Lov. 6. *totidem ex utraque* Lovel. 5. *deinde ex utraque*, prima voce omissa, Lov. 2. et Harl. Ex Mead. 1. nihil in excerptis adnotatur. Quid vel in his, vel in sequentibus verbis, obscuri Glareanus invenerit, nondum video. Ceterum mox *Latera* Voss. *Laptera* Lov. 2. et Harl.

§ 9 *Mille et ducentos passus ibi latitudo patet*] *Ibi*, nempe ubi coit in artiorem velut cuneum. *Mille et ducentorum passuum* Lov. 2. et Harl. Sed vide ad XXXVIII. 4. § 4. Mox *lingua in altum mille passuum* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *longa in altum mille passuum* Voss. Hinc *medium ferme sinum* Lov. 5. et edd. vett. pro quo Aldus *fere* ex cod. Mog. consentientibus ceteris nostris. Vide ad c. 38. § 5.

Urbs cohæret faucibus angustis] *Ubi cohæret* in antiq. scriptura legitur, non *urbs*. Gelen. *Urbs cohæret* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. et Harleian. *urb' cohæret* Lov. 4. *urbi cohæret* Gaertn. Ex utroque Mead. nihil in excerptis notatur, ut Gelenio favere videantur. Mox *duos utramque regionem versus portus* Lov. 1. Præpositio *in* deest etiam in Voss. Sed vide ad XXXVI. 15. § 7.

§ 10 *Qui in meridiem vergit, Nausathemon ab re adpellatur*] Melius *Naustathmon*; nam et portum, et navium turbam significat. *Sabell.* Ms. *ab re appellant Naustathmon*. Modius. Pall. *Naustathmon ab re appellant*. Vet. ed. *Nausathemon*. Gebh. Non memoro monstra lectionum in Mss. et edd. antiqq. hoc loco obvia. In id consentiunt, ultimam syllabam esse *mon*. Primus Ascens. 1513. *Naustathmos* in margine ostentavit, quod Frob. 1531. in contextum recepit, invitis omnibus Mss. Crediderunt forte *Naustathmon* non convenire τῷ *adpellatur*. Verum Græci non tantum formarunt Ναύσταθμος, sed etiam Ναύσταθμον. Vide Duker. ad Thucyd. III. 6. Contra *appellant* Lov. 1. 3. 4. 6. et Mead. 2. unde cod. Mog. lectio, a Modio memorata, firmatur, quam propterea recepi. Per ellipsin omittitur pronomen demonstrativum, pro *eum, qui in meridiem vergit, ab re adpellant Naustathmon*. Ea ansa fuisse videtur loco interpolando, ut sæpe alibi. Vide ad IV. 4. § 5. et XXIII. 15. § 4.

CAP. XXXII. § 1 *Principum magistratuumque animos*] *Principium magistratum animos* Lovel. 1. *magistratuum principum animos* Gaertn. Mox § seq. *aliquantulum tenebant loci* Lov. 6. Tum *muros et turres* Harl.

§ 3 *Altera quoque parte admotus aries: et jam utrimque*] Pal. alter *altera quoque ex parte*. Gebh. *Altera parte quoque admotus* Voss. Lov. 2. 6. et Gaertn. *altera parte admotus quoque* Lovel. 6. Hinc *etiam utrimque* Lov. 1. et Gaertn. Vide ad XXXIX. 10. § 6. Τὰ *et jam* desunt in Lov. 3. et 6. Paullo ante *dein quum eo multitudo* Lov. 1. Vide ad III. 3. § 6. *Dein quum multitudo eo* Lov. 6.

§ 5 *Adeo obstinate restiterunt oppidani*] Pall. *restitere*. Gebh. Pariter Voss. Lov. 1. 2. 3. et Mead. ambo: *obstitere* Lov. 6. *resistere* Harl. Insuper *obstinati* Lov. 3. Vide ad XXII. 12. § 7. Alii tamen vulgatum tuentur. Mox *facile* deest in Lov. 5. et edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm.

Hiuc *in animis et virtute* Gaertn. Vide ad XXII. 5. § 8. *In annis et virtute* Lov. 4. Vide ad VI. 38. § 1.

§ 7 *Dirempto prœlio, ne tum quidem ad quietem versi*] *Dirempto prœlio* Lov. 2. *Direpto prœlio* Voss. Lovel. 3. et Gaertn. passim obvio scribarum lapsu. Vide ad VII. 14. § 5. IX. 8. § 12. XXIV. 49. § 6. XXV. 18. § 9. XXXI. 17. § 10. XXXII. 10. § 8. aliisque locis. Tum *necdum quidem ad quietem* Lov. 6. Voces *ad quietem* non agnoscit Voss. Mox *et emolienda* Lov. 1. et 6. Deinde *quæ muris fracta erant* Lov. 2. *quæ ruinis fracta erant* Lov. 1. et 6. Vide ad XXXV. 46. § 3. Denique *concurrunt* Lov. 3. et 6. Vide ad X. 12. § 4. et mox § 12.

§ 9 *Potestatem iis dare eadem conditione, qua prius C. Livii in fidem*] De hoc nihil diserte scriptum est lib. XXXVI. nisi quod eos anno superiore Romanorum partis fuise e cap. 45. liquet. *Duk.* *Dari* legendum ad marginem Livii conjecit Jac. Perizonius. Deinde *C. Livio in fidem* Lov. 1. *C. Livius in fidem* Lov. 4. et Gaertn. *C. Livius, si in fidem* Lov. 2. et 3.

§ 10 *Spatio ad deliberandum assumto*] In antiqua scriptura legitur *ad deliberandum sumpto*, non *assumpto*. Gelen. *Assumto* Lov. 5. *capto* Gaertn. Reliqui consentiunt Gelenio.

Legati missi ad regem, nihil in eo esse præsidii, retulerunt] Pall. *missi ab rege nihil in eo esse præsidii retulerant.* Proximis verbis Pall. et vet. ed. *pacti ne quid hostiliter paterentur.* Gebh. *Missi ab rege* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *missi a rege* Lov. 3. Tum *nihil in eo præsidii esse* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Deinde *retulerant* iidem codd. cum Lov. 5. et edd. antiqq. pro quo Gruteri ultima demum *retulerunt* exhibuit. Priscam igitur lectionem revocavi. In verbis seqq. *hostiliter* Lov. sex, Harleian. Gaertn. et edd. vett. Aldus *hostile* ex cod. Mog. recepit, quod etiam in Voss. et Gaertn. superfuisse videtur.

§ 11 *Parci se deditis velle*] *Parci edidit his velle* Voss. *parci his velle* Lov. 1. 3. 6. *parci deditis velle* Lovel. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Mox *Phocenses* Voss. Lovel. sex, Harl. et Gaertn. Male. Vide ad XXXVIII. 39. § 12. Insuper *deludere* Lov. 1.

§ 12 *Ad diripiendam urbem passim discurrerunt*] Pall. *passim discurrunt.* Gebh. Similiter Lovel. 1. 2. 4. 6. et Mead. 2. idemque voluisse videtur librarius Gaertn. qui per errorem *discurrant* scripsit. Vide ad § 7. Τὸ *passim* deest in Lov. 4. Præterea ad *diripiendum urbem* Vossian. et Gaertn. Vide ad XL. 49. § 1. Mox *sed in his tantum* Lov. 2. 6. et Gaertn. *sed in his tamen* Vossian. Lov. 3. 4. 5. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Frob. anni 1531. Voculæ *et* atque *sed* passim confunduntur; et quidem, ut hoc loco, si vox præcedens litera *s* finiatur; vide ad XXI. 26. § 6. similiter etiam 'tamen' et 'tantum;' vide ad IX. 12. § 6. Præterea *imperatoris, non militis, arbitrium esse* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. vett. *imperatoris non arbitrium esse*, una voce deficiente, Mead. 1. Voces in eum, qui nunc obtinet, ordinem digestæ demum obcurrunt in ed. Frob. 1535.

§ 13 *Ira et avaritia imperio potentiora erant*] *Imperio opulentiora erant* librarii aberratione cod. Mogunt. Mox *ad se venire* Vossian. Lovel. 1. 3. 6. et Gaertn. Tum *et omnibus*, sine præpositione, Vossian. Lovel. 1. 3. 6. et Gaertn. Hinc *ipsius prætoris potestatis fuerunt* Lov. 6. *ipsius potestatis erant* Gaertn.

§ 14 *Quia jam hiems adpetebat*] *Quia hiems jam* Lovel. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Tum *adparebat* Lov. 3. 6. et Harl. Solent hæc verba confundi errore scribarum. Vide ad V. 19. § 1. IX. 46. § 2. X. 21. § 13. C. 42. § 1. XXII. 1. § 1. XXVII. 41. § 5. XXXVII. 47. § 1. XXXVIII. 40. § 15. et alibi. De verbo 'adpetere' vide ad VIII.

38. § 3. et x. 20. § 9.

Cap. xxxiii. § 1 *Relictamque a præsidio Lysimachiam esse*] Omnes libri *relictamque præsidio*. Gebh. Præpositionem, quæ etiam deest in Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harleian. Mead. 2. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. recte ex cod. Mog. addidit Aldus, consentiente etiam Lov. 4. et Mead. 1. Non videtur eam omisisse Livius, ne sensus nimis ambiguus evaderet.

§ 2 *Id multo, quam de navali victoria, lætius fuit*] Supplet Donjatius, *quam* nuncius *de navali victoria:* quam ellipsin duriorem putat Crevier. quam ut Livius ea uti voluisse videatur. Suspicatur igitur hic aliquid esse corrupti. Verum quum præcesserit 'nunciatur, victam regiam classem,' facile inde hic intelligi potest, *quam* nunciatum *de navali victoria*. Codd. certe nihil mutant, nisi quod *victori* sit corrupte in Lov. 1. Mox *utique postquam convenerunt* facili errore Voss. Mead. 1. et Gaertn. *utique postquam eo convenerunt*, juncta utraque lectione, Harl. *utique postquam eo venerint* Lovel. 4. At quatuor illa vocabula desunt in Lov. 3. Deinde *referta urbs* Lov. 1. *refectaque urbs* Vossian. Lov. 3. 6. et Harl. Ita librarios variasse, constat ex illis quæ notantur ad v. 41. § 5. xxxv. 1. § 12. aliisque locis.

Ubi inopiam ultimam laboremque in obsidenda urbe sibi proposuerant] *Inopiam multam* Lov. 3. Vox *ultimam* exsulat a Lovel. 1. quemadmodum etiam pronomen *sibi* ab omnibus Mss. nostris, Hearnii L. 1. et edd. antiqq. Frob. id a. 1535. primus adposuit. *In obsidenda urbe proposuerant sibi*, omissa voce sequenti *ibi*, exhibet Harl. in margine: *ibi* non adparet etiam in Lov. 1. Præterea *proposuerunt* Lov. 3.

§ 3 *Ut inpedimenta ægrique consequerentur*] Pall. et vet. ed. *impedimenta ægrique ut consequerentur*. Gebh. Similiter Lovel. 1. 4. 5. 6. Mead. uterque, Gaertn. et edd. antiqq. *impedimenta ægrique ut sequerentur* Voss. *impedimenta ægrique et consequerentur* Lov. 3. *impedimenta ægri ut consequerentur* Harl. Quod nunc exstat, Aldus ex cod. Mog. adscivit, cui adsentitur Lov. 2.

Per omnia Thraciæ castella] *Threciæ* Lov. 4. et Mead. 1. Ita passim in Mss. more Græcorum 'Threces,' 'Threcia,' 'Threcius' obcurrunt. Vide ad xxxii. 25. § 10. xxxvii. 48. § 4. c. 60. § 7. xxxviii. 16. § 2. c. 21. § 2. c. 40. § 4. xxxix. 23. § 13. c. 24. § 13. c. 27. § 1. 3. c. 46. § 9. c. 53. § 11. Ita optimus Mediceus apud Tacit. Ann. xii. 63. codex Memm. apud Suet. in Domit. c. 10. Vide Gulielm. Veris. i. c. 19. viros doct. ad Suet. Calig. c. 35. Nic. Heins. ad Ovid. Her. xix. 26. et Burm. ad Petron. c. 45. Ita Vossius ad Melæ ii. 2. in versu Ennii apud Varr. de Ling. Lat. iv. 8. scribebat *o terra Threca:* in quo Popma ad d. l. Varr. quum in vet. lib. *terra treca* invenisset, legendum suspicatur *terra Thræcia*. Excipi posset, si Livio forma Græca placuisset, eum dicere debuisse *Threces castella;* regionem enim Græce Θρᾴκην, vel Θρήκην dici, Θρᾴκια esse possessivum genere sequiori, a masculino Θρᾴκιος. Verum similiter ex. thraecia. et. geteis est in Fast. Capitol. Triumph. ad a. ıɔccxxvi. Vox *omnia* deest in Gaertn.

Fessi morbis ac longitudine viæ] Ms. Thuan. *morbo*, quod utique Livii est. xxxvii. 46. 'Aliis belli casibus, aliis morbo absumptis.' xli. 21. 'Qui superabant, longinquo, maxime quartanæ, implicabantur morbo.' xliv. 20. 'Ad classem se ex castris profectos; sociorum navalium partem morbo audisse absumptam.' *Jac. Gronov.* Sic etiam unus liber Hearnii. Non video quid inter hæc magnopere intersit, aut cur hic minus locum habere possit *morbis*, quam iii. 6. 'Ministeria invicem ac contagio ipsa vulgabant morbos:' quos ibidem etiam numero singulari dicit, 'Urbem Romanam subita Deum ira morbo popu-

lari.' IV. 30. 'Vulgatique contactu in homines morbi.' et XXV. 26. 'Ut primum videre ex gravitate loci vulgari morbos.' *Duk.* *Morbo* etiam Voss. Lovel. 1. 3. 6. Crevierii Victor. et Hearnii L. 1. quod haud magis Livii agnosco, quam vulgatum *morbis.* III. 8. 'Defuncta morbis corpora salubriora esse incipere.' IV. 52. 'Defuncta civitate plurimorum morbis.' VII. 3. 'Corpora morbis levavit;' et mox, 'Corpora morbi adficerent.' l. XXVII. c. 23. 'Pestilentia magis in longos morbos, quam in perniciales evasit.' XXXVII. 23. 'Insolito odore ingruere morbi cœpere.' l. XLI. c. 21. 'Pestilentia, quæ priore anno in boves ingruerat, eo verterat in hominum morbos.'

§ 4 *Ingressi rursus iter*] Pal. 1. *ingressi sursum iter.* Gebhard. *Ingressi sursus iter* Lov. 4. Mead. 2. et Gaertn. Mox *pervenerunt* Lov. 2. 3. Harl. et Gaertn.

Præparatis, velut in pacata litora, &c. aliis alio delatis navibus, &c. trajicere] Pal. 1. *velut pacato litore.* Alter, et vet. ed. *velut in pacato litore.* Gebh. *Præparatis velut in pacato litore* omnes nostri, Hearnii L. 1. omnesque edd. usque ad Frob. qui a. 1535. *in pucata litora* restituit. Tum *alii alio delatis* Lov. 5. Gaertn. et edd. principes: *ab alio delutis* Vossian. et Lov. 1. Vox *aliis* deest in Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. utroque. Vulgatum primum obcurrit in edd. Mediol. 1505. hinc in Ascens. 1513. inde in reliquis.

§ 5 *Concessum sibi transitum cernentibus in Asiam*] Pall. *concessum tibi transire cernentibus.* Gebh. Sic [*concessum sibi transitum*] jam Andreas. Cur igitur scripti consensu *concessum sibi transire cernentibus in Asiam.* Sic I. 54. 'Patuit quibusdam volentibus fugere, aut in exilium acti sunt:' duo meliores Pall. et Voss. ubi vulgo *fuga.* Sic 'dare bibere.' Cicero in Tuscul. I. 26. 'Ut Jovi bibere ministraret.' Silius I. 14. 'Queis superare datum.' *J. F. Gronov.* *Concessum sibi transire cernentibus tum* (Lov. 1. *cum*) *in Asiam* omnes etiam nostri: *transire* similiter Hearnii L. 1. et N. Infra XL. 47. 'Nihil prius petiernnt a prætore, quam ut bibere sibi juberet dari:' ubi vide, et ad I. 54. § 9.

§ 7 *Iidem dies P. Scipionem, &c. quia Salius erat, disjunxerant ab exercitu*] Nam non licebat Saliis per eos dies e loco, in quo erant, discedere. P. Africanus autem adhuc in Europa erat, quum dies illi incidissent. Polyb. Legat. XXIII. e quo sumta sunt, quæ deinde hic usque ad cap. 37. leguntur. *Duker.* *Idem dies deviserat* Lov. 1. et 3. *idem dies devinxerat* Lov. 4. et Gaertn. *idem dies dejunxerat* Lov. 2. 6. et Voss. *idem dies dejunxerant* Lov. 5. Harl. et ed. Camp. *iidem dies dejunxerant* Mead. ambo, et reliquæ edd. usque ad Aldum, qui *disjunxerant* dedit ex cod. Mog. *dijunxerant* scribendum conjiciunt Gebhard. ad XXXII. 21. § 7. et Gron. pr. ed. nott. ad h. loc. Mox *caussaque et his ipse moræ erat* Lovel. 1. 2. 3. 5. Neque aliter Lov. 6. et Voss. nisi quod prior vocem *et*, alter verbum *erat*, insuper omittunt.

CAP. XXXIV. § 1 *Legatus ab Antiocho in castra venerat*] *In castru intraverat* Voss. et Lov. 1. ac 6. *castra intraverat* Lovel. 5. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui *in castra venerat* ex cod. Mog. admisit. Consentiunt reliqui meorum. Paullo ante *Per eos fere dies* Lov. 3. Vide ad XXXIV. 47. § 4. In sequentibus *de pace offerens mandata* Gaertn. Vide ad XXXIV. 23. § 3. *De pace afferens mandatum* Hearnii L. 1.

§ 2 *Quam impetrabilem fore*] Libri nostri omnes *quam præstabilem fore.* Gebh. *Præstabilem* etiam omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. Aldina priores. Illa enim recte ex auctoritate Msti Mog. *impetrabilem* restituit. Ea voce Livius sæpius usus est. Ita XXV. 29. 'Omnia et impetrabilia et tuta e-

rant apud Romanos.' XXX. 16. 'Quo impetrabilior pax esset.' XXXVI. 33. 'Spem impetrabilis veniæ ostendebant.' XXXIX. 29. 'Triumphum rerum gestarum magnitudo impetrabilem faciebat.' XLII. 29. 'Veniam per sororem impetrabilem fore.' Mox *simul ut Asiam* Lov. 2. Male. Vide ad VI. 1. § 6.

§ 3 *Satietas gloriæ placabilem eum maxime faciebat*] *Sanectas* Mead. 1. sed *sanctitas* in margine: *societas* Harl. Ita etiam variabant libri VII. 40. § 3. Tum *faciebant* Lov. 1. et 3. Sed vide ad c. 29. § 6. Paullo ante *non prius consulem adire* Voss. Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *ni prius consulem adiret* Lov. 1.

§ 5 *Alii principio belli*] Pal. alter *a principio*: vet. ed. *in principio*. Gebh. *In principio* Lovel. 5. et edd. ante Froben. qui a. 1535. dedit *principio*, consentientibus aliis codd. meis, nisi quod voces *principio belli* desint in Lovel. 1. In præcedentibus *Is ubi, quando, et quo casu* Harleian. *Is ubi, et quo casu, et quando* Lov. 6.

A Chalcide Oreum petentem] 'Oreos' urbs in Eubœa insula, de qua et lib. XXVIII. [c. 5. 6. et aliis locis] mentio est. Quidam codd. falso legunt *Oricum*. Cæterum cum ab omnibus, quos ego sciam, authoribus hic Scipionis filius vocetur 'Publius,' in Valerio tamen Max. IV. 5. 'Cneius' (si codd. non fallunt, quod suspicor) dicitur. *Glarean.* Appian. B. Syr. 105. a Chalcide Demetriadem habet: *ἐς Δημητριάδα ἐκ Χαλκίδος διαπλέοντα.* *Sigon.* Pall. et vet. ed. *a Chalcide Oricum petentem.* Gebh. *Oripetentem* Lov. 1. *Oricum petentem* reliqui mei, et edd. ante Frob. 1531. quod recte Glareanus inprobavit. Ceterum viri docti vulgo statuunt, duos Africano filios fuisse, alterum degenerem, de quo Valer. Max. III. 5. 1. et IV. 5. 3. alterum inbecillem, qui Æmilii Paulli filium, postea Scipionem Africanum minorem dictum, adoptavit, et 'Publii' prænomen habuit. De eo agit Cic. de Senect. c. 11. et in Bruto c. 19. Priorem Valer. Max. lib. IV. 'Cnæum,' Livius XLI. 27. 'Lucium' adpellavit. Utro vero prænomine dictus fuerit, incertum est. 'Cnæi' prænomen Scipionum familiæ usitatum fuisse, patet ex Cn. Scipione, qui cum fratre P. Scipione in Hispania tempore belli Punici secundi periit: 'Lucii' prænomen, ex exemplo patrui, L. Cornelii Scipionis, Asiatici dicti; et ex exemplo proavi. Nam pater ejus in Fastis Capit. Consul. ad a. IOXLVIII. P. CORNELIVS. P. F. L. N. SCIPIO. vocatur. Vide Sigon. ad Livii XL. 42. § 13. Pighium in Ann. ad an. IOLXXIX. p. 357. et Torren. ad d. l. Val. Max.

§ 6 *In eo tumultu delapso equo cum duobus equitibus obpressum*] Ms. *in eo tumultu delapsum ex equo.* Modius. Conjeceram *delapsum equo:* quod nunc video fuisse in Moguntino, etsi spreverint. Justinus XXXIII. 2. 'Cato dum inter confertissimos hostes insigniter dimicat, equo delapsus, pedestre prœlium aggreditur.' *J. F. Gron.* Hanc opinionem reor fuisse Polybii, quam exposuit in libris deperditis; quod colligo ex fragmento hoc per Suidam servato: *Ὁ δὲ ἵππος τοῦ Σκηπίωνος ἐδυσχρήστησε μὲν ἀπὸ τῆς πληγῆς· οὐ μὲν ὁλοσχερῶς ἐσφάλμησε. Διόπερ ὀρθὸς ἀπέπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν ὁ Σκηπίων.* Nisi tamen ad alterum Scipionem verba hæc pertineant, qui provocatione apud Intercatiam in Hispania pugnavit, de quo Velleius I. 12. Liviana Epit. lib. XLVIII. et Florus, præsertim quum alias quoque Polybii voces ex ea historia referat Suidas in verbo *Ἐνεπέσε.* *Jac. Gron.* *Delapso equo* omnes nostri, nisi quod in uno vel altero sit *dilapso.* *Delapsu equo* Hearnii N. qui inde Gronovii *delapsum equo* firmari monuit. Eam lectionem non damno. Ita enim Val. Max. VII. 3. ext. 2. 'Candidati continuo equis delapsi.' At Moguntini

se in cod. suo *in eo delapsum tumultu ex equo* invenisse monnerunt; quod cur spernendum foret, caussam non video. 'Labi ex equo' sæpius apud Nostrum obcurrit. Exempla vide II. 6. XXI. 46. XXV. 34. XXXV. 11. et alibi. Neque displicere debet, verbo 'delabi,' cum præpositione *de* composito, in regimine addi præpositionem *ex*. Similiter enim 'descendere ex equo' II. 20. IX. 16. 'desilire ex equo,' de quo vide ad XXXV. 34. § 10. Ejusdem generis sunt 'exstare ab aqua,' de quo vide ad XXII. 2. § 10. 'abstrahere e portu,' de quo dixi ad XXXVII. 27. § 6. Ceterum Jac. Perizon. ad marginem Livii sui notavit, fragmentum Polybii, quod Gronov. ex Suida voce Ἀποσφαλμήσας laudavit, huc non pertinere, quum Polybius potius alteri adhæreat opinioni, Scipionis filium principio belli captum esse, sive ἐν ἀρχαῖς τοῦ πολέμου γεγονέναι τοῖς περὶ Ἀντίοχον ὑποχείριον. Vide Polyb. Exc. Legat. num. XXIII. Ipse vero verba fragmenti Polybiani referenda censet ad Scipionis Africani patrem, qui equo insidebat, quum vulneratus est prœlio ad Ticinum; vide ad XXI. 46. equo etiam insidebat, quum in Hispania pugnans interfectus est. Vide Liv. XXV. 34. Ad neutram tamen historiam, quod pace viri docti dictum velim, fragmentum pertinere videtur. Prioris descriptio exstat apud Polybium l. III. c. 65. ubi verba hæc non reperiuntur; quin etiam vulnerati Scipionis ne meminit quidem, nisi obiter c. 66. quod, qua ratione juvenis Scipio patrem servarit, latius postea exsecuturus esset: nempe in Excerpt. X. 3. Verum neque ibi verba fragmenti obcurrunt. Illa quidem pars operis Polybiani, ubi altera historia memorata est, hodie intercidit; ex Livio tamen constat, non equum Scipionis, ut in fragmento dicitur, vulneratum fuisse, sed potius ipsum ducem, dextero latere lancea trajecto, exanimem ex equo delapsum fuisse. Neque prœlio ad Ticinum Scipionis equum vulneratum fuisse constat. Verisimilius igitur est, fragmentum Polybii pertinere ad Scipionem, qui in Hispania provocatus singulari certamine pugnavit; quæ altera erat Gronovii conjectura. Præterea *comprehensum* edd. Ven. 1498. Mediolan. 1505. Ascens. 1513. et deinde aliæ, pro quo Aldus ex cod. Mog. *oppressum* adoptavit, quod non tantum in omnibus scriptis meis, sed etiam in edd. principibus constanter superest. Paullo ante *cum turba Fregellana* Voss. Vide ad XXV. 16. § 15.

§ 7 *Illud satis constat*] *Constabat* Lov. 5. et edd. vett. pro quo *constat* dederunt edd. Mediol. 1505. et hinc Ascens. 1513. neque aliter omnes scripti reliqui. Mox *hospitiumque privatum* Lov. 1. 6. et Gaertn.

§ 8 *Ob hæc quum adventum P. Scipionis*] *Ob hoc* Lov. 3. et Harl. Præterea Scipionis prænomen deest in Voss. Mox *ubi is convenit* Lov. 6. Tum *consulem adiit* Gaertn. Vide ad XXXVI. 42. § 3. Sed sequitur *petitque*, non *petiitque*.

CAP. XXXV. § 1 *Advocato frequenti consilio*] Omnes edd. usque ad Gronovianam 1665. præferunt *concilio*. Neque aliter est in Lov. 2. 5. et Gaertn. *conscilio* in Lov. 4. sed recte ed. memorata dedit *consilio*, itaque legendum esse Gronovius monuit ad XLIV. 2. § 5. Ea vero lectio superest in reliquis Mss., quam se etiam in cod. suo invenisse Moguntini testati sunt.

§ 2 *Smyrnam enim, et Lampsacum, et Alexandriam Troadem*] Appianus B. Syr. 105. τὴν Ἀλεξανδρίαν τὴν ἐπὶ Γρανίκῳ vocat. *Sigon.* Antiochum has tres urbes neque vi expugnare, neque conditionibus in amicitiam perliccre potuisse, dixit XXXV. 42. a. IDLXI. Adde XXXIII. 38. Duæ posteriores tamen deinde in potestatem illius

venisse videntur eo, quod Antiocho victo solos Smyrnæorum, non etiam Lampsacenorum et Alexandrinorum, legatos Romam venisse, et egregie a senatu collaudatos fuisse, 'quod omnia ultima pati, quam se regi tradere, maluissent,' c. 54. et apud Polyb. Legat. XXV. scriptum est: unde colligi potest duas has civitates non eadem constantia, qua Smyrnæos, in fide erga Romanos mansisse. *Duk.* De Alexandria Troade vide ad XXXV. 42. § 2. Ea autem ad Granicum sita non est. Ἀλεξανδρείαν τὴν ἐπὶ Τρωάδος vocat auctor Chron. Alex. p. 171.

§ 3 *Jam cessisse regem, ne quid in Europa habere*] Τὸ *jam* non comparet in nostris libris. Transposite etiam Pall. *ne quid habere eum in Europa dicerent.* Gebh. Vocula *jam* exsulat etiam ab omnibus nostris, Hearnii L. 1. et edd. antiqq. quam prima recepit Frob. 1535. Ea autem elisa esse potuit ab ultimis literis vocis præced., præsertim si per epitomen *iā* scripta fuerit. Vide ad V. 21. § 15. Deinde *habere eum in Europa*, vel *in Europam*, Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo: *eum in Europa habere* Lov. 3. Mox *quæ in Asia sunt* Voss. et Gaertn. *quæ sunt in Asia* ed. Parm. multæque aliæ usque ad Frob. qui a. 1535. reposuit vulgatum: *quæ sint in Asia* Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. 1472.

Et si quas alias Romani, quod suarum partium fuerint, vindicare] Ut latere hic aliquid suspicer, facit lectio Longobardica, quæ habet, *et si quas alias Romani, quas suarum partium ediderant, vindicare, &c.* cogitent docti. *Modius.* Nostri nihil fere mutant, nisi quod Voss. Lov. 1. 3. et Gaertn. legant *quæ suarum partium.* Sæpe particula *quod* et pronomen *quæ* commutantur. Vide ad III. 2. § 10. c. 7. § 1. IX. 30. § 2. X. 9. § 4. et aliis locis. Similiter 'quod' et 'qui.' Vide ad II. 35. § 8. III. 50. § 15. c. 58. § 7. c. 64. § 8. IV. 29. § 5. c. 53. § 5. VI. 6. § 14. VII. 41. § 8. X. 3. § 7. c. 9. § 6. c. 35. § 10. XXII. 14. § 13. et passim. Vide etiam Cort. ad Plinii Ep. V. 6. § 1. Posset autem placere lectio cod. Mog. a Modio producta. 'Edere' enim eo sensu sæpius apud Livium obcurrit. XXXIV. 40. 'His conditionibus, quæ ex scripto paucis ante diebus editæ erant, induciæ fierent.' XLIV. 37. 'Edita hora luna quum defecisset.' Vide ad I. 18. § 2. Præfero tamen vulgatam scripturam. Reddit Livius illa Polyb. Exc. Leg. num. XXIII. Φάσκων, τῆς τε τῶν Λαμψακηνῶν καὶ Σμυρναίων, ἔτι δὲ τῆς τῶν Ἀλεξανδρέων πόλεως ἐκχωρεῖν τὸν Ἀντίοχον· ὁμοίως δὲ καὶ τῶν κατὰ τὴν Αἰολίδα καὶ τὴν Ἰωνίαν, ὅσαι τυγχάνουσιν ῥρημέναι τὰ Ῥωμαίων.

§ 4 *Inpensæ quoque, in bellum factæ, partem dimidiam regem præstiturum*] Libri omnes *regem præstaturum.* Gebh. Similiter Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. N. et edd. Sigonio priores. Vide ad c. 25. § 2. Præterea *in bello factæ* Lovel. 6. et Harl. Male. Similiter enim mox hoc cap. 'Inpensam, quæ in bellum facta esset, omnem præstare regem, æquum censebat.' XLIII. 23. 'Inpensam in rem maximi ad omnia momenti faceret.' Vulgatum etiam defendit Polyb. in Exc. Leg. num. XXIII. Πρὸς δὲ τούτοις τὴν ἡμισείαν ἀναδέχεσθαι τῆς γεγενημένης αὐτοῖς δαπανῆς εἰς τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον.

§ 5 *Et aliam ne urguerent*] Pal. 1. *et aliena ne urg.* alter, et vet. ed. *et alienam.* Gebh. Culpa recentissimarum. Repone *alienam.* J. F. Gron. Patientius, quam debuerant, viri docti huic lectioni locum in contextu Liviano concesserunt, præsertim quum Gronovius jam deprehendisset, errorem esse recentissimarum editionum. Certe omnes Grutero priores constanter servant *alienam*: neque aliter est in Voss. Lov. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. *aliena* in Lov. 1. et 2. Recte igitur Crevier.

priscam lectionem revocavit.

§ 6 *Parari singula adquirendo facilius potuisse, quam universa teneri*] Et hic Gruteri, sed postrema, ed. vim intulit, eliminando voculam, quæ in omnibus prioribus, et in Mss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. et utroque Mead. exstat: præferunt enim *Et parari:* quod revocavi. *Impetrari* habet solus Voss. Tum *universa tueri* Lov. 2. et 3. inter versus. Vide ad XXXIII. 15. § 12. *Universa tenuisse et teneri* Gaertn. Paullo ante *Finirent Europæ imperium* male Voss. Lov. 1. 5. 6. et Gaertn. *Finire Europæ imperium* pejus Lov. 3.

§ 7 *Partem aliquam abstrahere velint*] Secundam vocem omittunt Lov. 2. et Harl. Tum *extrahere* Lov. 1. 6. et Voss. Mox *duabus regionibus finiant* Lov. 5. et ed. Camp. *dubiis religionibus finiant* Lov. 1. Vide ad VII. 29. § 1. *Dubiis finiant*, omissa media voce, Lov. 6. et Gaertn.

§ 8 *Parva Romanis visa. Nam, et inpensam*] *Romanis parva visa sunt* Lov. 6. Dein τὸ *Nam*, quod omittunt omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. antiqq. primus Aldus ex cod. Mog. adscivit. Mox *regem præstare omnem* Lov. 6. τὸ *omnem* omittit Gaertn.

§ 9 *Deduci debere præsidia regia*] Verbum *debere* non comparet in Harl. ut omnis oratio pendeat ex præcedenti 'æquum censebant.' Quamvis autem reliquorum id servantium consensus indicare videatur, id in uno cod. culpa librarii omissum esse; adtentione tamen haud indignum est, simili modo apud Polyb. in Exc. Leg. num. XXIII. quem locum hic Livius Latine vertit, omnem orationem referri ad δίκαιον ἐστίν. Verba hæc sunt: Ἔδοξε τῷ συνεδρίῳ, τὸν στρατηγὸν ἀποκριθῆναι, διότι τῆς μὲν δαπάνης οὐ τὴν ἡμισείαν, ἀλλὰ πᾶσαν, δίκαιον ἐστὶν Ἀντίοχον ἀποδοῦναι· φῦναι γὰρ τὸν πόλεμον ἐξ ἀρχῆς, οὐ δι' αὐτοὺς, ἀλλὰ δι' ἐκεῖνον· τῶν δὲ πόλεων, μὴ τὰς κατὰ τὴν Αἰολίδα καὶ τὴν Ἰωνίαν μόνον ἐλευθεροῦν, ἀλλὰ πάσης τῆς ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου δυναστείας ἐκχωρεῖν. Tum *regia præsidia* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Mox *ita in Asia sint liberatæ omnes urbes* Lov. 6.

CAP. XXXVI. § 1 *P. Scipionis tentare animum conatus*] Male hic iterum rem gessit postrema Gruteri ed., omittendo verbum *est:* quod, quum constanter servent omnes scripti mei, Hearnii L. 1. et edd. antiquiores, eorum omnium auctoritate Livio reddidi. Id tamen si Gruterus omnino ejiciendum censuisset, etiam interpunctionem mutare, atque efficere debuisset, ut oratio ita cohæreret, *legatus, &c. Scip. tent. an. conatus, primum omnium, &c. dixit,* ut lectionem ejus secutus fecit Crevierius. Verum, quum vulgatam distinctionem servarit, τὸ *est* non de industria, sed casu, vel operarum neglegentia intercidisse existimo. Paullo ante *in concilium* Gaertn. *in concilio* Lov. 5. et editi usque ad Gronov. qui a. 1665. recte *in consilio* dedit: ita enim legunt omnes reliqui codd. eamque lectionem genuinam esse, patet ex illis quæ Gronov. notavit ad XLIV. 2. § 5. Præterea *impetrari se censebat* Lov. 3. *impetrasse censebat* Lov. 6.

§ 2 *Deinde, &c. auri pondus ingens est pollicitus*] Omnes nostri libri respuunt *est*. Gebh. Exsulat et a Mss. nostris, ac primis edd. Adjecit deinde Aldus. Præterea *inde*, pro *deinde*, Lov. 1. Vide ad XXXVI. 24. § 10. Mox *tantum* non adparet in Harl.

§ 4 *Si pacem tamquam ab sollicitis de belli*] Pall. *si pacem ab sollicitis.* Gebh. Similiter Lov. 4. Harl. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. *si pacem a sollicitis* Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Gaertn. et edd. principes: *si pacem et sollicitis* Voss. *si pacem tamquam a sollicitis* Aldus ex cod. Mog. admisit; Gronov. demum *ab sollicitis* dedit. Paullo ante *aut Hellespontum obsistendum* Vossian. et Gaertn. cum

edd. Rom. 1472. et Parm. *aut ad Hellespontum obsidendum* Lov. 6. a m. pr. *aut Hellespontum obsidendum* a m. sec. Et ita Lov. 3.

§ 5 *Et non solum frenis, sed etiam jugo accepto*] Plutarchus aliter in Apophth. p. 196. *non solum freno, sed etiam sessore:* allusit autem ad apologum equi, de quo Aristoteles Rhetor. II. 20. Plutarchus autem sic: ἔδει πρότερον, εἶπεν, ἀλλὰ μὴ νῦν· ὁπότε καὶ τὸν χαλινὸν, καὶ τὸν ἀναβάτην προσδέδεξαι. *Sigon.* Conon Narrat. 42. auctor est Stesichorum hanc fabulam narrasse Himeræis adversus Gelonem; Aristoteles Rhetor. II. 20. adversus Phalaridem. Vide interpretes Phædri Fab. IV. 3. *Duk.* Polyb. quem Plut. imitatus videtur, in Exc. Leg. num. XXIII. Προσδεξάμενος οὐ μόνον τὸν χαλινὸν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀναβάτην. Voculam *et* neglexerunt Voss. Lov. 6. et Gaertn. Mox § seq. *Ego munificentia regia,* omissa præpositione, Voss. et Lov. 4. Deinde *filium habeo* Voss. Lov. 6. et Gaertn. quomodo quum etiam Tarvis. utraque, Venetæ, pluresque aliæ edd. exhibuissent, Aldus ex cod. Mog. principum excusorum lectionem *habebo,* quæ etiam in reliquis scriptis superest, revocavit.

§ 7 *Desiderabit: publice nec habebo quidquam ab illo*] Libri omnes *sed publice nec habebo quidquam ab illo.* Gebh. *Desiderat: sed publici* Lov. 2. Harl. Mead. 1. *desiderat: sed publice* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. 2. Gaertn. et edd. primæ, donec Aldus *desiderabit: sed publice* ex cod. Mog. reciperet. Frob. demum a. 1535. *desiderabit: publice* dedit. Insuper *habeo* Voss. Lov. 1. 5. 6. et edd. ante Aldum. Tum *ab illo* exsulat a Mead. 2. Paullo ante *Pro tanto munere,* mediis omissis, Mead. 1. Præterea *gratum me in se esse* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo: *gratum in se me esse* Gaertn. *gratum in se esse* Lov. 3.

§ 8 *Dare possim, fidele consilium est. Abi, nuncia meis verbis*] *Dare possum* Lov. 2. Harl. et Gaertn. Tum *Abnuncia meis verbis* Vossian. *Annuncia meis verbis* Lov. 6. *Annuat meis verbis* Mead. 2. *Abnuat meis verbis* Lov. 1.

§ 9 *Tutam fore bellis Asiam ratum*] Syncera lectio *tutam fore belli aleam ratum.* Gelen. Præclare ita emendavit Gelen. Monstrose vet. ed. *curam fore bellis Asiam tatum.* Pall. *tutam fore bellis Asiam ratum.* Gebh. *Curam fore bellis Asiam tatum,* ut Gebh. in ed. Camp. invenit, apud me superest in perpetuo ejus adsecla Lov. 5. *tutum fore bellis ratum* Harl. *tutam fore belli Asyam ratum* Lov. 1. 3. et Voss. *tutam fore bellis Asiam ratum* Lov. 2. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertn. Veram lectionem restituit Gelenius. Supra I. 23. 'In dubiam imperii servitiique aleam imus.' XXXI. 35. 'Tam celerem aleam universi certaminis timens.' XL. 21. 'Duos simul filios non commissurum in aleam ejus casus.' XLII. 50. 'In aleam tanti casus se regnumque daret.' c. 59. 'Summam rerum temere in non necessariam aleam daret.' Vide Casaub. ad Suet. Cæs. c. 32. Mox *peridem,* pro *perinde,* Voss. Sed *idē,* sive *idem,* et *īde,* sive *inde,* sæpissime a librariis commutata fuisse in Mss. vidimus ad I. 19. § 7. et XXXI. 38. § 9. Mox *in belli adparatum tendit* Lov. 1. Sed primam syllabam verbi *intendit* elisit litera ultima vocis præced. Vide ad V. 27. § 6.

CAP. XXXVII. § 1 *Deinde Rhœteum, utraque civitate obviam effusa, venit*] Pall. *deinde Drœtheum utramque civitatem obviam effusam venit.* Superius iidem Pall. *e stativis.* Gebh. *Dein Drœtheum* Voss. et Lov. 4. *deinde Drœtheum* Mead. 2. *deinde Drotheum* Lov. 2. et Harl. *deinde Doroteum* Lov. 3. *deinde Dorocheum* Lov. 6. *deinde Dorheum* Mead. 1. *deindidetheum* Lov. 1. Vide ad XXXVIII. 39. § 10. Insuper *utraque civitate obviam effusam* Voss. *utramque civitatem obviam effusam* Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harleian. Mead. uterque, et Gaertn. Paullo

ante τὸ *primum* exsulat a Gaertn.

§ 2 *In urbem arcemque quum ascendisset*] Omnes mei in vulgatum consentiunt, excepto tamen Lov. 4. in quo *escendisset* inveni. Vide ad XXXV. 43. § 3.

§ 3 *In omni rerum verborumque honore*] Alibi præpositionem omittit. XXV. 17. 'Ipso Annibale omni rerum verborumque honore exsequias celebrante.' Et l. XXVIII. c. 4. 'Quum, quanto poterat verborum honore, Carthagini ab se captæ captam ab eo Oringin æquasset.' *Duk.* Elegantius fore, si τὸ *in* abesset, judicat Crevierius. Sed omnes nostri præpositionem servant: Livium autem interdum præpositionem hanc addidisse, ubi plerumque omitti solet, vidimus ad I. 52. § 2. et c. 57. § 1. Præterea *in novo r. v. honore* Voss. Harl. et Gaertn. *in novum r. v. honorem* Lov. 1. et 6. *in omnium rerum v. honore* Lov. 3. Mox *profectus, &c. pervenerunt* Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *profectus, &c. pervenit* Lov. 6. *profectis, &c. pervenit* Lov. 1.

§ 4 *Eo et Eumenes rex, conatus primo ab Hellesponto reducere classem*] Pall. et vet. ed. *Eo omnes et Eum. rex primo conatur, &c. adv. deinde ventis cum al. deinde diebus superare recto in promontorium non potuisset.* Gebh. *Eo omnes et Eumenes rex* Lov. 4. 6. Harl. et Mead. 2. *Eo et omnes Eumenes rex* Lov. 2. Mead. 1. *Eo omnem et rex Eumenes* Lov. 1. *Eo omnis et rex Eumenes* Gaertn. *Eo et omnes rex Eumenes* Lov. 3. *Eo et omnis rex Eumenes* Voss. *Eo et omnes et rex Eumenes* Lov. 5. et edd. principes. *Eo et rex Eumenes* Frob. a. 1531. *Eo et Eumenes rex* Frob. 1535. Si ex Mogunt. cod. non adversor: sin, vide num vestigia codicum exigant, ut legamus *Eo et, omissis rebus, Eumenes conatus.* Ita III. 46. 'Omissis rebus aliis præ unius cura:' ubi quædam dixi. XXVIII. 7. 'Omissis rebus atque Ætolico bello, in Asiam trajecit:' ubi vide Gronov. XLV. 28. 'Omnibus aliis omissis, Apolloniam ad eos pergit.' Front. I. 4. § 13. 'Ut sequeretur omnibus omissis:' ubi vide Tennul. Similiter 'relictis rebus' XXXVII. 53. 'Relictis rebus meis, tota classe ad Hellespontum L. Scipioni consuli vestro obcurri.' Etiam 'omnibus relictis rebus' Plaut. Cistell. I. 1. 6. Ter. in Eun. I. 2. 86. et Cæs. B. Civ. III. 102. Deinde *primo conatus* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Tum *retinere classem* Mead. 1.

Adversis deinde ventis quum aliquot diebus superare Lecton promontorium] *Adv. Dei ventis quum aliquot deinde diebus* Voss. *adv. inde ventis quum aliquot deinde diebus* Harl. *adv. dein ventis quum aliquot deinde diebus* Lov. 1. *adv. deinde ventis quum aliquot deinde diebus* Lov. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *adv. ventis quum aliquot deinde diebus* Lov. 5. et edd. vett. Quum autem Moguntini se in cod. suo *adv. deinde ventis* invenisse monuissent, nihilque de voce *deinde*, quæ verbis proximis obcurrebat, addidissent, ea tamen expuncta Aldus inde effinxit, quod nunc vulgo editur. Dein *superare vento in prom.* Lov. 5. Harl. et priscæ edd. *superare recto in prom.* Voss. Lov. 1. 3. 4. et Mead. ambo: *superare Rhenteum prom.* Mead. 1. in margine: *superare Retheum prom.* Lov. 2. et Gaertn. *superare recteum prom.* Lov. 6. Lectionem, quæ nunc circumfertur, Aldus ex cod. Mog. recepit. Et recte. *Lecton* enim notissimum hujus oræ promontorium est, quod ab Hellesponto Elæam navigantibus superandum erat. Vide Cellarii Geogr. Ant. III. 3. 34. Mox *quia proximum fuit* Voss. Vide ad XL. 29. § 8. *Qua proxima fuit* Harl. Tria vocabula *in castra Romana* desunt in Lov. 3. tria sequentia *cum parva manu* in Lov. 1.

§ 5 *Inde, plurium dierum præparatis cibariis*] Pall. alter *inde præparatis plurimorum dierum cibariis.* Gebhard. *Plurimum dierum* Lov. 1. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Ita etiam libros va-

riasse, vidimus ad IV. 35. § 2. et c. 38. § 4.

§ 6 *Ibi quum audisset Antiochus, &c. legatos, qui filium ad eum reducerent, misit*] Habent libri *ubi cum audisset Ant. legatos, qui fil. red. misit.* Gebh. *Ubi quum audisset* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et cod. Mog. Passim has voculas in Mss. commutari, dictum est ad XXVII. 5. § 2. Hinc voces *ad eum* desunt in Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambobus: *ducerent* legit Lov. 6. Paullo ante *circa Thyatiram* Voss. Lov. 2. 3. et Mead. 1. *Tyadiram* Lov. 1. *Tradiram* Lov. 6. *Tiaridam* Mead. 2. Vide ad c. 44. § 4.

§ 7 *Non solum animo patrio gratum munus*] *Non animo solum patrio* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Mox *amplexu* Lov. 2. et Harl.

§ 8 *Ne ante in aciem descendat*] Pall. *non ante in aciem descendat.* Gebhard. Similiter Lov. 2. 4. et Harl. Τὸ *ne* deest in Lov. 1. et 3. *in aciem ante non descendat* Gaertn. *ante in aciem non descendat* Voss. Lov. 5. 6. et edd. ante Aldum, qui vulgatum ex cod. Mog. recepit.

Quam ut in castra me redisse audierit] Superfluum *ut* tollendum existimo. *J. F. Gronov.* Est sane superfluum. Forsitan tamen eodem modo dici potest, quo 'prius,' 'citius,' et 'potius quam ut.' XXVI. 26. 'Non passurum quidquam prius agi, quam ut Siculi in senatum introducantur.' XXXV. 31. 'In corpora sua citius per furorem sævituros, quam ut Romanam amicitiam violarent.' IX. 4. 'Potius, quæcumque casus ferat, passuros, quam ut sprevisse pacis auctores Tarentinos videantur.' Sic VI. 28. XXXIII. 13. et sæpe alibi. In his enim æque superfluum videri potest *ut;* eoque magis, quod non raro in iisdem omittitur. V. 24. 'Ut morituros se citius dicerent in conspectu populi Romani, quam quidquam earum rerum rogaretur.' XXIV. 3. 'Morituros se affirmabant citius, &c. quam verterentur.' IV. 2. 'Quamlibet dimicationem subituros fuisse potius, quam eas leges sibi imponi paterentur.' Et VII. 18. *Duk.* Gronovii emendationem probarunt Oudend. ad Front. I. 1. § 4. et Crevier. h. l. cui τὸ *ut* natum videtur ex proxime præcedenti *quam ut suadeam.* Attamen voculam *ut* consensu tuentur omnes scripti; quam etiam servari posse existimat Jac. Perizon. in margine Livii, modo pro *ubi*, vel *postquam* positum accipiamus.

§ 9 *Septuaginta millia peditum, plus duodecim millia equitum*] Ms. *sexaginta duo milia peditum.* Modius. Quæ vulgo exstitit lectio, in nullo obvia fuit vel scripto, vel edito antiquiore; sed demum adparuit in ed. Paris. 1573. Priores, cum omnibus scriptis meis, et Hearnii L. 1. ac N. præferunt *sexaginta millia.* An, qui scripturam priscam mutavit, ad id inductus est loco App. in B. Syr. 107? Ἀντιόχῳ δ' ἦν ὁ στρατὸς ἅπας ἑπτακισμύριοι. Verum sub eo numero App. equites comprehendit, unde ὁ στρατὸς ἅπας dicit: at Livius equites singulatim numerat. Codicis igitur Mog. lectionem recepi; quam, aut certe quæ exstat in reliquis codd. veriorem puto. Mox voces *animos interdum* desunt in Harl. quas librarii culpa omissas puto; licet, iis omissis, *ad spem certaminis faciebant* eodem sensu accipi posse videatur, quo 'facere ad aliquid,' vel 'alicui,' pro alicui favere, vel convenire, sæpius Ovidius dixit. Vide Nic. Heins. ad Ovid. Her. II. 39.

Omnia fortunæ posuerat subsidia] Syncera lectio *omnis fortunæ.* Gelen. Consentiunt multi meorum, et vett. edd. *omnia* primum obcurrit in Mediol. 1505. hinc in Asc. 1513. tum in reliquis: at *omnis fortuna* perperam præferunt Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. *potuerat* haud melius Lov. sex, Harl. et Mead. ambo.

Recepit se, transgressus Phrygium amnem, circaque Magnesiam, &c.] Appianus B. Syr. 106. ita: μετεστρατοπέδευσεν ἀμφὶ τὸ ὄρος τὸ Σίπυλον τεῖχός τε κρατερὸν τῷ στρατοπέδῳ περιετείχιζε, καὶ τὸν Φρύγιον ποταμὸν ἐν προβολῇ τοῖς πολεμίοις ἐτίθετο. *Sigon.* Satis opinor Livio fuit *trans Phrygium amnem.* J. F. Gron. *Recepit transgressus* Mead. 2. *recepisse se transgressus* Mead. 1. *recepisse transgressus* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. in margine, et edd. principes. Gronovii conjecturam probat Crevierius: sed vulgatum *transgressus Phrygium* tuentur omnes scripti. Tum *circa Magnesiam* Lov. 2. Hinc *quæ in Sylipum est* Voss. Vide ad c. 44. § 4.

§ 10 *Et ne, dum extrahere tempus vellet*] Syncera lectio *si extrahere tempus*, non *dum extrahere.* Gelen. *Et ne distrahere tempus* Lov. 1. *et ne dum distrahere tempus* Voss. Lovel. 6. et Gaertn. *et ne dum extrahere tempus* reliqui codd. Gelenii emendationem recepit Frob. ed. 1535. et eam secutæ aliæ servarunt usque ad Gronov. qui, nescio qua de caussa, priorem scripturam revocavit. Verum ita committitur stribligo, qua librariorum incuria toties commissa ipse passim Livium liberavit. Vide ad I. 40. § 7. Restitui igitur Gelenii conjecturam, quam firmat cod. Mogunt. præferens *et nisi extrahere tempus.* Præterea *τὸ vellet* abest ab Harl. unde legendum videri posset *et ne, si extraheret tempus*, ultima litera *τοῦ extraheret* repetita ex initio vocis seq. Vide ad XXIII. 8. § 9. Quum tamen *vellet* in reliquis codd. exstet, nihil mutari præstabit.

Fossam sex cubitis altam, duodecim latam] Pall. *sex cubita altam.* Gebh. Malim *cubitos.* J. F. Gron. Jam ante [ad XXI. 8. § 11.] monuimus ex Thuan. legendum *cubita*: ut c. 40. 'longos quaterna cubita.' *Jac. Gron.* *Sex cubitorum altam* Lov. 2. et 6. *sex cubitos*, ut J. F. Gronov. conjecit, solus Harl. sed *sex cubita* Lov. 1. 4. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. ac N. quod tot cod. fide recepi. Infra c. 41. 'Cuspides circa temonem, ab jugo decem cubita exstantes, velut cornua habebant.' Voces *duodecim latam* desunt in Lov. 1. Mox *et duplex vallum*, pro *extra duplex*, Gaertn.

CAP. XXXVIII. § 1 *Quinto die ad Hyrcanum campum descendit*] Vet. ed. *Hyrcamum.* Pall. *Hyrcaneum.* Gebh. *Ad Irthanum campum* Voss. *ad Rhetanum campum* Gaertn. *ad Hyrcamum campum* Lov. 5. *ad Hyrcaneum campum* Lov. 4. et Mead. 2. An forte legendum *ad Hyrcanium campum?* Certe Ὑρκάνιον πεδίον vocatur Straboni XIII. 629. et Steph. Byz. voce Ὑρκανία. *Hyrcanum campum* alio nomine *Hieran comen* vocari, conjicit Doujatius. Verum ex hoc loco, juncto cap. præcedenti, patet Hyrcanum campum inter Caici amnis caput et Thyatira esse: at Hieran comen ad sinistram ripam Mæandri fuisse, colligitur ex Liv. XXXVIII. 12. 'Transgressi Mæandrum ad Hieran comen venerunt.' Sat magnum igitur locorum spatium pluresque fluvii, et in his celeberrimi Hermus, in Hermum incidens Pactolus, Caystrus, et Mæander inter Hyrcanum campum et Hieran comen medii fuerunt. Paullo ante *circa Tradiram* Lov. 6. *circa Tiaridam* Mead. 2. *circa Tyacuram* Lov. 1. *circa Ciatiram* Lov. 4. *circa Thyatiram* Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. Mead. 1. Gaertn. et edd. vett. Vide ad c. 44. § 4.

§ 3 *Maxima pars Gallogræci erant, et Dacæ quidam*] *Daæ* legendum puto absque *c.* Sunt autem Medis vicini ad mare Caspium, ut XXXV. 48. annotavimus. Ceterum 'Thyatira' apud Strab. XIV. 646. plurali numero profertur, hic singulariter, si codex non errat. 'Campi' vero 'Hyrcani' idem Strabo meminit lib. XIII. ad finem, aitque a Persis ita nominatum.

'Phrygium' denique 'amnem' olim Hyllum dictum, et Hermum influere, ut Pactolum, idem author est. Hylli meminit etiam Homerus Iliados xx. 392. et Herodotus lib. I. quanquam in Herodoto menda est, etiam in Græcis codd. Ἕλλος pro Ὕλλος. Hæc ad authorum codd. emendandos obiter diximus, non enim scribimus commentarium. *Glar.* *Dachi* Lov. 2. et Harl. *Dacæ* Mead. 1. *Dachæ* idem in margine, cum Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. et Mead. 2. *Dahæ* Lov. 5. et ed. Camp. *Dacæ* Gaertn. et reliquæ pleræque edd. ante Frob. 1535. Vide ad xxxv. 48. § 5.

Aliarumque gentium sagittarii equiti intermixti] Non *sagittarii equiti intermisti* legendum, sed *sagittarii equites.* Gelen. Consentiunt tantum non omnes nostri. Mox *amni trajecto* Lov. 4. et 6. Vide ad xxxii. 10. § 8. Ceteri tamen vulgatum tuentur.

§ 4 *Romanorum ex propinquo castris facile subsidio*] Non legendum *ex propinquo castris facile*, sed *ex propinquis castris facili subsidio.* Gelen. Ego adjicerem ad *Romanorum* conjunctionem *que* propter verbum *cresceret*, quod sequitur, meliusque constabit Latinitas. Sed hoc minutum. Potest tamen et ἀσύνδετον esse, ut sæpius apud hunc authorem. *Glar.* Si displicet ἀσύνδετον, commode ex conjectura legi posset *et Romanorum*, ut copula intercepta sit a verbi præced. literis ultimis: vide ad xxxix. 18. § 8. Similiter conjecit Dukerus, quem ἀσύνδετον minus obfenderet, si tria periodi membra essent. Attamen *Romanorumque*, ut Glareanus conjecit, Lov. 3. Ceterum *ex propinquo castris facile subsidio*, quod recte Gelenius hinc expulit, superest in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. utroque Mead. et Gaertn. *ex propinquis castris facile subsidio* in Lov. 5. et 6. Mox *plures non subsistentes* Lov. 2. Vide ad ix. 31. § 6. Similiter variant librarii xxvii. 7. § 3. Vocula *non* deest in Harl.

Ab instantibus tergo aliquot interfecti sunt] Pall. *aliqui interfecti.* Gebhard. Vide ad xxxii. 10. § 12. Sed meorum nullus concinit. Paullo ante *circa ripam fluminis priusquam amnem ingrederentur* Gaertn.

§ 5 *Tertio post die Romani simul omnes transgressi sunt, et duo millia ferme*] *Tertio die prius Romani* Lov. 2. *tertio die post Romani* Harl. et Mead. 1. Sed nihil interest. 'Paucis post diebus' est xlii. 37. et xliv. 1. 'diebus post paucis,' xxxvii. 12. contra 'post paucis diebus:' vide ad l. ii. c. 31. § 4. Tum *omnes simul sunt transgressi* Gaertner. Hinc τὸ *ferme* neglegit Harl. *fere* legunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. 2. codex Mog. et Hearnii L. 1. quod, quamvis tantumdem sit, ob codicum tamen auctoritatem prætuli. Passim *fere*, sive *ferme*, et *fere* commutantur. Exempla vide i. 3. § 4. c. 24. § 1. viii. 19. § 9. c. 24. § 6. x. 13. § 14. c. 25. § 1. c. 27. § 1. c. 29. § 12. xxii. 44. § 1. xxiii. 38. § 5. xxv. 9. § 2. xxvi. 46. § 8. xxix. 34. § 15. xxxi. 36. § 6. xxxiv. 25. § 4. et passim.

§ 7 *Aliquanto pauciores in statione erant: duo tamen millia per se*] Legendum *et tamen per se*, non *duo tamen millia per se.* Gelen. Si *tantum* pro *tamen* legeretur, explicatior mihi videretur sensus. Et facilis est error in abbreviationibus 'tantum' et 'tamen,' quæ utinam non essent, aut non pejores his, ut 'prius' pro *primus* ac *patrius*, quem non decepit? Quidam *duo millia* sustulerunt, et locum sic legunt, *et tamen per se, &c.* Glar. Hæc omnia sunt alienarum manuum, non Livii. Ex Mog. et Vossian. pro illis *et tamen* video enotatum *duo millia.* Thuanæus vero *pauciores quam in statione erant duo tamen millia per se, &c.* Unde videtur sequi *aliquanto pauciores, qui in statione erant, duo tantum millia per se, &c.* Jac. Gron. Quod priscæ præferunt edd. et Gelenii emendationem secutus Frob. 1535. ex contex-

tu Livii ejecit, præferunt Lov. 2. 4. 5. Harl. et Mead. ambo: *aliquanto pauciores, qui in stationē erant, duum tamen mille per se* Lovel. 6. *aliquanto pauciores, qui in statione erant, duo tamen millia, per se* Voss. Lov. 1. 3. et Hearnii L. 1. Neque aliter Victor. Crevierii, qui Gronovii conjecturam non tantum probavit, verum et in contextum recepit. Sane *tñ* et *tm̃*, sive *tamen* et *tantum*, innumeris locis in Mss. commutari, vidimus ad IX. 12. § 6. Nulla tamen priorum edd. hic *tantum* exhibuit, neque id Gelenius dixit. Crevierio enim, qui id adfirmavit, inposuerunt typographii, qui in edd. Modiana, et Gruterianis aberrantes ita vulgarunt. Gelenii adnotationem ex prioribus edd. hic emendatiorem edidi. Neque etiam ex Mog. cod. ad hæc verba aliquid notatur. Gronovius autem, qui id credidit, cum his confudit, quæ § 5. obcurrunt *duo millia fere*.

Nullo a munimento castrorum milite avocato] Præpositio *a* exsulat a Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. uterque Mead. et Gaertn. Sed, præpositionem hanc in regimine verbi cum ea compositi repeti, vidimus ad c. 26. § 5. Præterea *advocato* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. *advocato a munimento* autem, nempe ad opem ferendam, eodem exemplo dictum videri posset, quo illa de quibus egi ad l. XXXVI. c. 40. § 3. Quum tamen reliqui nihil mutent, *advocato* tribuere malo errori scribarum, qui ita sæpissime lapsi sunt, ut monui ad I. 6. § 1.

§ 8 *Processere in medium campi*] Ms. *processere in medium campum*. Modius. Malo vulgatum *in medium campi*, quam cod. Mog. lectionem *in medium campum:* similiter enim mox cap. seq. 'Signa in medium campi prolata:' vide ad XXVII. 2. § 9. Tum *processerunt* Lov. 2. et Harl. Mox § seq. *minus mille passus* Lov. 6. Præterea *ab vallo abessent* Voss. et Gaertn.

CAP. XXXIX. § 1 *Detrectari certamen vidit*] *Detractari* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Similiter mox § 6. Vide ad XXXIV. 15. § 9. Mox § seq. *contendere in hiberna* Lov. 3. et 6. Alibi hæc verba confuderunt librarii. Vide ad II. 22. § 1. VIII. 3. § 1. XXXI. 24. § 2. XXXVII. 44. § 5. Tum *vellet* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. 2. Gaertn. et eædem edd.

§ 3 *Conclamatum undique est, duceret extemplo, et uteretur*] Τὸ *est* non adparet in Harl. Tum *ut uteretur* Lov. 1. 2. 3. 6. et Voss. Deinde § seq. *par numerus pecudum* Harl. Eædem voces commutantur etiam II. 64. § 3. IX. 31. § 16. XXIX. 31. § 9. et alibi. Hinc *per foveas, per vallum* Lov. 2. et Harl. Insuper *hostes non exirent* Lov. 3. Vide ad V. 50. § 2.

§ 5 *Cn. Domitius, ad explorandum iter*] Γάϊον Δομίτιον hunc adpellat Plutarchus in Apophthegmatis pag. 197. Sic enim inquit: Γάϊος Δομίτιος, ὃν Σκιπίων ὁ μέγας ἀνθ' ἑαυτοῦ τῷ ἀδελφῷ Λευκίῳ προκατέστησεν ἐν τῷ πρὸς Ἀντίοχον πολέμῳ. *Sigon.* Hoc errori scribarum tribui potest. Xylander ibi in interpretatione Latina recte habet *Cn. Domitius*, quod deinde alii quoque secuti sunt, etsi in Græcis retinuerunt Γάϊος. *Dukerus. Domitius M.* Voss. *Domitius tam̃* Lov. 1. *C. Domitius* Lov. 3. 6. et Hearnii L. 1. Solent hæc prænomina a scribis commisceri. Vide ad VII. 3. § 3. Hic vero vulgatum, quod constanter reliqui codd. servant, præferendum est. Rationem dedi ad X. 9. § 12. Et *Cnæus* etiam vocatur Appiano in B. Syr. p. 106. Ὁ μὲν δὴ Πούπλιος, ταῦτα εἰπὼν ἐς Ἐλαίαν νοσηλευόμενος ὑπεχώρει, σύμβουλον τῷ ἀδελφῷ Γναῖον Δομίτιον καταλιπών. Et quidem intelligi videtur Cn. Domitius Ahenobarbus, qui biennio ante consul creatus Boios ad deditionem adegit; (vide lib. XXXV. capp. 10. et 40.) anno autem proximo, dimisso exercitu, ex provin-

cia Romam decessit; (vide XXXVI. 37.) unde eum verisimiliter Scipio hoc anno in Asiam adduxit. Certe consularem, non minoris dignitatis fuisse, puto, quem P. Scipio ægrotans fratri consuli *σύμβουλον* dedit, sive, ut Plut. loco, quem Sigon. laudavit, inquit, *ἀνθ' ἑαυτοῦ τῷ ἀδελφῷ Λευκίῳ προκατέστησεν.* Mox *adire vallum* Gaertn. *adoriri vallum* Lov. 3. Tum *potuisset* Vossian. Lovel. 1. 3. 6. et Gaertn.

§ 6 *Tantum progressus e castris, ut dimicaturum adpareret*] Ita ed. major Jac. Gronovii, sed, ut puto, per errorem operarum: *a castris* enim, ut edd. priores, omnesque scripti habuerunt, exhibet ed. ejus minor. Clericus, qui se ante omnia operam daturum promiserat, ut Livius ad J. F. Gronovii mentem quam adcuratissime ederetur, hic non tantum eum, nihil monito lectore, deseruit; sed etiam errorem, qui ed. Jac. Gronovii obsedit, religiose expressit. Præterea *ubi dimicaturus appareret* Lov. 1. *ut dimicaturus appareret* Lov. 3. *ut et dimicaturum appareret* Lov. 5. et edd. vett. Sed voculam *et*, quam Ascens. 1510. omiserat, sed triennio post restituerat, Moguntini fide cod. sui iterum sustulerunt. Paullo ante *ultro tergiversandum* Gaertn. Vide ad XXX. 16. § 3. *Ultra tergiversari* Lovel. 3. Tum *detractando certamen* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad § 1.

§ 7 *Duæ legiones Romanæ, duæ socium ac Latini nominis erant*] Aliarum gentium, quam Romanorum, 'legiones' memorari, dudum viri docti monuerunt. Vide ad X. 15. § 2. et Ciaccon. ad Duilii columnam rostratam. Nondum tamen notavi, 'sociorum nominis Latini,' qui exercitui Romano jungebantur, 'legiones' memorari. Adsentior itaque Crevierio *duæ alæ socium* legenti.

Quina millia et quadragenos singulæ habebant] *Quadringenos* legendum puto: quamquam non me fugit, legiones non semper æqualem militum habuisse numerum, ut in VII. 25. § 8. diximus. Id tamen certum est; nusquam tam parvum numerum milliaribus legionum adjectum. Aut enim 'ducentos,' aut 'trecentos,' aut 'quadringentos,' aut plures reperias: 'quadragenos' non reperias, certum habeo. *Glar.* Dispositio aciei et loca, quæ pedites equitesque in ea tenuerunt, satis ostendunt, hoc de peditibus eorumque numero in legione accipiendum esse, ac dici singulas legiones 'quinum millium et quadringenorum peditum' fuisse. Sed hoc sine exemplo esse credo. Livius XLII. 31. scribit, veteris instituti fuisse, ut 'quina millia et duceni pedites' (ita recte emendarunt viri docti pro *equites*) in singulas legiones darentur. Et hic numerus est lib. XL. capp. 1. 18. et aliis locis, a Perizonio ad XLII. 31. adnotatis: quibus adde XL. 36. et quæ ad XXII. 36. dicta sunt. Itaque vix dubito, quin hic locus laboret vitio, ex notis numerorum orto, et *ducenos* pro *quadringenos* scribendum sit. Hoc quoque dubitationem aliquam habere potest, quid sit, quod parem Romanorum et sociorum peditum numerum memorat; quum certum sit, et hoc tempore, et antea longe majorem sociorum, quam Romanorum, militum numerum in exercitibus Romanorum fuisse. Nam vel ipsi Scipioni tria millia peditum Romanorum, quinque millia sociorum, in supplementum decreta fuerant, cap. 2. Credibile est partem aliquam sociorum in præsidiis quarumdam urbium relictam esse. *Dukerus.* *Quadrigenos singuli* Lov. 1. *quadrigenas singuli* Voss. et Gaertn. *quadrigenos singulæ* Lovel. 2. 4. 6. et Mead. ambo: *quadringentos singulæ* Lov. 3. Harl. et cod. Mog. *quadragenos singulæ* Lov. 5. Adsentior Dukero, *ducenos*, pro *quadringenos*, legendum, numerumque de solis peditibus intelligendum esse; præterea partem

sociorum quacumque de caussa ab exercitu abfuisse. Mox § seq. *dein principum erant* Lovel. 4. et Mead. ambo. Vide ad III. 3. § 6. *Deinde principium erant* Voss. Vide ad XXI. 2. § 4.

§ 9 *Consul Achæorum cætratis inmixtos auxiliares Eumenis, &c.*] Quid sibi hoc *cetratis immixtos* velit, etiam atque etiam consideret lector. Achæi Eumenis erant auxiliares, mille pedites, ac centum equites, ut c. 20. habitum est. Cetrati igitur Pergamenses erant, qui numerum trium millium explebant. Sed omnino verborum contextus claudicat, meo quidem judicatu. *Glar.* Glareanus hunc locum ut obscurum notavit, idemque Achæos auxiliares et cetratos Pergamenos interpretatur, quo sensu nullus fœdior esse potest: cum cetratos Achæos, Pergamenos Eumenis auxiliares accipere debeamus, interprete Appiano B. Syr. 106. ἐπὶ δὲ τοῖς Ἰταλοῖς, ὁ Εὐμενοῦς στρατὸς ἐτάσσετο, καὶ Ἀχαιῶν πελτασταὶ περὶ τρισχιλίους. *Sigon.* Recte: *Auxiliares Eumenis* sunt Pergameni, quos Eumenes Romanis adversus Antiochum auxilio adtulit; non vero Achæi, qui Eumeni opem tulerunt. Vide Sigon. ad XXXVIII. 26. § 4. Paullo ante *velut justam* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo.

Equitum minus tria millia obposuit] Τὸ *millia* deest in Voss. quasi in præcedenti positum sufficiat, et inde hic repetendum sit, ut sæpe fieri solet. Vide ad XXXI. 34. § 7. Quum tamen reliqui codd. in vulgatum conspirent, nihil mutari placet. Neque a voce illa repetenda, ubi commode omitti poterat, abstinuit semper Livius. Infra XLI. 28. 'Decem millia pondo argenti, quinque millia auri in ærarium tulit.' XLIII. 18. 'Cum decem millibus peditum, et duobus millibus levium armatorum.' Vide etiam XXVII. 19. § 2. XXXI. 21. § 17. XXXIV. 41. § 10. quibus locis, itidem ut hic, pauci codd. vocem semel omittunt.

§ 10 *Extremos Trallos et Cretenses*] *Triballos* legendum puto: etenim et XXVII. 32. eo modo codd. errabant. Et hoc loco error inde etiam adparet, quod hic secunda declinatione *Trallos* codd. habent, paulo post autem *Tralles* tertia declinatione. Sed ita res habet: 'Triballi' gens Illyrica est, quæ hoc tempore cum Romanis erat, nempe antea cum Philippo. 'Tralles' autem gens et oppidum ad Mæandrum fluvium, penitus sub Antiochi ditione. Nec obstant Cretenses etiam in acie Antiochi: hi enim sæpe, etiam apud hunc authorem, in diversis erant exercitibus, ut l. XXXV. capp. 28. 29. et pro Nabide Lacedæmoniorum tyranno, et pro Achæis illius hostibus: quod idem eodem etiam loco de Tarentinis scribit Livius, et de Germanis Cæsar. Quoniam autem, quæ oculis subjiciuntur, picturæ magis juvant memoriam, explicantque nonnunquam, quod implicatum videtur, operæ precium existimavi me facturum, si hujus pugnæ typum, saltem rudi Minerva, depingerem, neque alia de causa, quam ut lector uno nosceret intuitu hujus descriptionis errores; quos injuria temporum accidisse, nemo inficias ire poterit. Eos tamen locos paulo post singillatim recensebimus: nunc ipsam picturam intuebimur, qua haud sum nescius non omnibus satis me facturum, quippe qui mihi ipsi non satisfacio: dabimus tamen aliis cogitandi occasionem ac velut ansam ad intentius ea perquirenda, quæ nos fortassis latuere, id quod non uno duntaxat loco jam fecimus. In Romanorum quidem acie non tantum negotii est, atque in altera: erat enim ea simplex, et unius prope formæ, ut Livius inquit, et hominum et armorum genere. Id vero maximopere hic mirandum, cum Romani tertiam jam orbis partem invaderent, ac in alterum velut mundum concederent, adversus potentissimum regem bellaturi, non tamen habuisse eos ultra quatuor legiones:

ANTIOCHI REGIS ACIES.

Cyrtæi funditores
Elymæi sagittarii
4000.

Tarentini
Gallogræci equites
2500.
Neocretes
1000.
Cares et Cilices
1500.
Tralles 1500.
Cetrati { Pisidæ, Pamphylii, Lycii } 3000.
Elephanti XVI.

Selencus,
Antiochi fil.
Antipater,
Fratris fil.

Arabes in camelis.
Falcatæ quadrigæ.
Gallogræci pedites
1500.
Cappadoces 2000.
Auxiliares mixti
2700.
Cataphracti equites
3000.
Equites alii, quam regiam alam vocare videtur, 1000.

Phalangitæ XVI. mill.
Decem partes binis elephantis distinctæ.

MYNIO.
ZEUSIS.
Philippus magister elephantorum.

Gallogræci pedites
1500.
Loricati pedites
3000.
*
*
Cataphracti equites
*
Ala equitum, Genea
1000.

REX
ANTIO-
CHUS.

Argyraspides
Dæ equites
*
Sagittarii
1200.
Cretenses et
Tralles 3000.
Mysi Sagittarii
2500.
Elephanti XVI.

Cyrtæi funditores
* Elymei Sagittarii 4000.

Equitatus Romanus minus 3000.
Achæi cetrati et Eumenis 3000.
Triballi et Cretenses 500.

ROMANA ACIES.

LATINI — Hastati. Principes. Triarii. Elephanti XVI. — LATINI

IV. turmæ equitum.

Castra Romana, quibus præerat M. Æmylius, cum duobus millibus Thracum ac Macedonum.

Amnis Phrygius.

ut verisimile videatur, quod Vegetius II. 4. in hæc ait verba: 'In omnibus authoribus invenitur, singulos consules adversus hostes copiosissimos non amplius quam binas duxisse legiones, additis auxiliis sociorum. Tanta in illis erat exercitatio, tanta fiducia, ut cuivis bello duæ legiones crederentur posse sufficere.' Hæc ille. Sociorum auxilia vel æquabant, vel plura erant. *Glar.* Vet. libri habent *Tralles et Cretenses.* Appianus B. Syr. 107. Κρῆτας καὶ Τραλλιανούς. Glareanus tamen et hoc libro, et XXVII. 32. pro *Trallos* et *Tralles* utrobique *Triballos* reponit: scilicet, quia ignorat, Stephanum ita scribere: Τραλλία μοῖρα τῆς Ἰλλυρίας· λέγονται καὶ Τράλλοι, καὶ Τράλλες παρὰ Θεοπόμπῳ. Puto autem apud Appianum esse mendose Τραλλιανοὺς pro Τράλλους. Siquidem 'Tralliani' sunt a Trallibus oppido Lydiæ, eodem Stephano auctore. Ergo et hic et paulo post vetus lectio retinenda est, et *Tralles* legendum invito Glareano. ['Glareanus in acie *Tralles* legit, at in interpretamento dubitat, ut solet.'] *Sigon. Thrallios* Lov. 5. et edd. Camp. ac quædam aliæ. *Trullios* edd. Rom. a. 1472. ac Parm. *Trallos* edd. Mog. eamque secutæ recentiores nonnullæ. *Tralis, Trallis, Trales, Tralles,* vel *Trulleis* reliqui codd. quod posterius Froben. a. 1535. ex cod. Mog. recepit pro *Trallos,* ut ejus ætate edebatur. Vide ad XXXI. 35. § 1. Utrum vero Appianus medicina, quam obfert Sigonius, egeat, dubito. Sed vide cap. seq. ad § 8. Paullo ante *Eumenis DCCCC.* Voss. Lov. 1. et Hearnii L. 1. *Eumenes novingenta* Gaertner. *Eumenis trecenti* Lov. 6. Deinde *omnis Romanus equitatus* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 11 *Lævum cornu non videbatur egere talibus auxiliis*] Libri omnes *non verebatur objectis talibus auxiliis.* Gebhard. [Vide Lectt. Var.] *Lævo cornu non videbatur egere talibus auxiliis* se in cod. suo invenisse, Moguntini testati sunt. Inde Aldus formavit, quod vulgo nunc exstat. *Lævum cornu non verebatur objectis talibus auxiliis,* ut ante Aldum edebatur, servant Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. et Mead. uterque. *Lævum cornu non verebatur* Hearnii L. 1. et N. *In lævum cornu non verebatur objectis talibus auxiliis* Lov. 6. *Lævum cornu non utebatur objectis talibus auxiliis* Voss. *Lævum cornu non tuebatur objectis talibus auxiliis* Gaertn. Si conjecturis indulgendum foret, pressius cod. Moguntini vestigiis insisteus legerem *non rebantur egere talibus auxiliis:* de verbo autem 'rebantur' videri juberem quæ notantur ad XXVII. 25. § 11. Sed cui bono? Probam puto lectionem, quam ex integerrimo cod. Mog. Aldus adscivit.

Quia flumen ab ea parte ripæque deruptæ claudebant] *Diruptæ* Voss. Lov. 2. 3. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. et omnes edd. ante Gronov. qui recte *deruptæ* dedit, id est, præcipites, prærruptæ. XXI. 33. 'Quum præcipites deruptæque utrimque angustiæ essent.' XXXVIII. 2. 'In altiorem deruptioremque undique tumulum concessere.' Eodem cap. 'Multi pavore in deruptа præcipitati.' XXXIX. 2. 'Per invia et rupes deruptas præcipitantes fugerunt:' quibus locis etiam quidam librarii turbas dederunt. Mox *quatuor tantum,* pro *tamen,* Lov. 2. Vide ad IX. 12. § 6.

§ 12 *Et duo millia mixtorum Mucedonum Thracumque*] Pall. *et milliu tria mixtorum Maced.* Gebh. Prima vocula non adparet in Lov. 2. *et mille mistorum* legit Hearnii L. 1. *et mistorum,* relicta lacuna inter duo hæc vocabula, ejusdem N. *et mille inde mixtorum* Lov. 2. et 6. *et millia tria mixtorum* Lov. 4. et Mead. 2. *et duo millia inde mixtorum* Lovel. 3. Voces *mixtorum* et paullo ante *copiarum* exsulant ab Harl. Insuper *Mucedum Thracumque* Mead. 2. unde proclive foret refingere *Macetum,* de quo vide ad Silii

XVII. 633. Verum ea voce Livius alibi usus non est, neque etiam apud historicos obviam existimo.

Secuti erant. Hi præsidio relicti sunt castris] Pall. *secuti erant, præsidio castris relicti sunt.* Gebh. Τὸ *hi* additum est Moguntiaci. Scripti et prius editi ignorant. Scribe, distinctione mutata, *et duo millia mist. Mac. Thr., qui vol. secuti erant, præsidio relicti sunt castris.* Clarum est illud genus compositionis, *duo millia relicti*, offendisse sarcinatores. Quasi non sequenti cap. sit, 'Similiter his armati duo millia Cappadocum, ab Ariarathe missi rege.' *J. F. Gronov.* Certum est, genus locutionis *duo millia relicti*, quod Gronov. restituit, Livio in deliciis fuisse. X. 46. 'Cæsa ibi hostium duo millia quadringenti; minus duo millia capti.' XXVII. 16. 'Millia triginta servilium capitum dicuntur capti.' XXXVII. 40. 'Decem et sex millia peditum more Macedonum armati fuere.' XL. 41. 'Ad septem millia hominum in naves inpositos.' XLIV. 42. 'Ad sex millia, qui Pydnam ex acie perfugerant, vivi in potestatem venerunt: et vagi e fuga quinque millia hominum capta.' Variis etiam locis eamdem locutionem partim codd. partim edd. Livio vindicare conantur, quibus tamen ob aliorum dissensum obedire ausus non sum. Vide ad I. 44. § 2. VII. 27. § 8. IX. 31. § 16. XXV. 32. § 3. XXVII. 40. § 14. XXVIII. 2. § 4. Auctor Epit. Liv. lib. LXVII. et alibi. Ejusdem generis sunt 'servitia armati;' vide ad IV. 45. § 1. 'capita conjurationis virgis cæsi;' vide ad X. 1. § 3. 'auxilia irati;' vide ad XXIX. 12. § 4. Fateor etiam, emendationem Gronovii firmari auctoritate omnium codd. meorum, Hearnii L. 1. N. et editionum ante Aldum, qui pronomen *hi* ignorant. Nihilominus tamen displicet, et Livio indigna videtur compositio orationis *Hæc summa copiarum erat: et duo millia præsidio relicti sunt.* Ea autem melior evadet, si, vel ejecta voce legamus, *qui, voluntate secuti, præsidio relicti sunt castris;* vel, quod ob auctoritatem cod. Mog. præfero, cum Aldo addita voce *qui voluntate secuti erant. Hi præsidio relicti sunt castris.* Ceterum omnes etiam codd. et edd. principes alio ordine *castris relicti sunt.* Aldus, præeunte eodem Msto Mog. *relicti sunt castris* recepit.

§ 13 *Sedecim elephantos post triarios in subsidio locaverunt*] Vet. lib. *XV.* Appianus B. Syr. 107. certum numerum non apponit; paucos tamen fuisse ait: Τῶν δ' ἐλεφάντων, οὓς εἶχεν ἐκ Λιβύης, οὐδένα νομίζων ἔσεσθαι χρήσιμον, ὀλιγοτέρων τε ὄντων καὶ βραχυτέρων οἷα Λιβύων, ἔστησαν ὀπίσω ἅπαντας. *Sigonius.* Pall. *XV. elephantos.* Gebh. *Quindecim,* vel *XV. elephantos* etiam Lovel. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. *XVI. elephantes* Lov. 1. 2. 3. et 6. Sed vide ad XXXI. 36. § 4.

Nam præterquam quod multitudinem] *Ne præterquam* Gaertn. *nec præterquam* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. et edd. ante Moguntinos, qui ex cod. suo *nam præterquam* adscivernnt, consentientibus reliquis nostris. Tum *multitudinem quod regiorum* Voss. Lov. 1. 3. et Gaertn. *quod* exsulat a Lov. 6. sed interceptum est a præcedenti *quam.* Vide ad XXXVII. 54. § 4. Mox *quatuor et quadraginta* Harl. Deinde *Indicis Afri resistunt* Lov. 3. invitis reliquis, qui vulgatum tuentur. Sed 'elephanti Africi,' ut 'præsidia Africa,' 'ora Africa:' vide ad XXI. 22. § 2. et XXVIII. 23. § 7. Insuper *illi* deest in Lovel. 3. *animorum* in Lov. 1.

CAP. XL. § 1 *Regia acies varia magis multis gentibus*] Elegantissime ordinata hæc videtur fuisse acies. Primum quidem ut robur phalangis, qua olim Macedones usi orbem terrarum brevi tempore subegere, in medio locaretur, extrema autem cornua clauderent et funditores Cyrtæi et Elymæi sagittarii. Proxime phalangem

auxiliaria ex utroque latere duplicia, non multo dissimili modo ornata, elephanti senideni in subsidiis, et præter elephantos phalangitis intermixtos, camelorum ac falcatarum quadrigarum terriculamentum ante aciem ingens positum. Hæc ita breviter a nobis recitata, si quis memoria habebit, comparationemque laterum inter se fecerit, facile videbit insignes hic esse codicum omnium errores. Nam qui fieri possit, ut non altero loco sit error, cum *cataphracti equitatus* in dextro Antiochi cornu fiat mentio, quando ipse rex quatuor illas turmas sinistri Romanorum cornu a ripa Phrygii amnis deturbat, cujus hic, cum idem hoc dextrum Antiochi cornu diligenter describeret Livius, prorsus non meminit? 'Pedites' quidem 'loricatos,' 'cataphractos' ab Asiaticis vocatos, ponit, sed id ego corruptum puto. Quis enim unquam 'pedites cataphractos' legit? Item in fuga lævi Antiochi cornu enumerat postea 'equites phalangitas,' quorum antea in descriptione ejusdem cornu non meminit. De numero idem dicimus. Si enim in unum, qui hic ponuntur, numeri et equitum et peditum coacerventur, non explent 'sexaginta,' superant autem 'quinquaginta millia,' cum Livius paullo ante c. 37. solius peditatus 'sexaginta millia' in Antiochi exercitu fuisse scribat, equitum autem 'plus XII. millia.' Hos igitur errores, si exemplariorum fides nobis defuerit, non ulla alia ex re melius deprehendere licebit, quam ex laterum collatione. Verisimile est enim, Antiochum utrumque cornu æque firmum instituisse. Ita cum proxime phalangitas utrinque sint Gallogræci pedites milleni quingenteni, propius vero est, in reliquis eorundem ordinum auxiliis æqualem fuisse numerum, aut saltem non minorem, ubi rex stabat. At in sinistro quidem latere post pedites Gallogræcos ponuntur et Cappadoces et alii auxiliares, deinde vero sequuntur cataphracti et alii equites mille. In dextro vero, ubi rex erat, continuo peditibus Gallogræcis subjiciuntur cataphracti sive loricati equites, et ala equitum, 'Gemea,' sive, ut alii legunt, 'agema' vocata. Duo igitur populi aut potius ordines in ea parte omissi videntur, et numerus etiam plus quatuor millibus deficit. Idem de continuo sequentibus utroque in latere ordinibus dico, si argyraspidas Tarentinis comparabis (quibus neutra in parte adest numerus, quod equidem miror) ac deinde Gallogræcos equites Dais equitibus conferes, reliquorum deinde sequentium comparatio eadem erit, quæ in prioribus fuit, clauda. Quanquam fieri potuit, ut adversus dextrum Romanorum cornu, in quo et Eumenes fuisse videtur, majores copias opposuerit Antiochus: at id hæc vulnera non sanat. Si quis igitur, facta comparatione, hæc singula perpenderit, inveniet nos haud temere dubitasse. Sed nunc ipsa descriptionis loca singillatim prosequemur. *Glarean.* Vox *magis* deest in Lov. 6.

Decem et sex millia peditum, &c.] Appianus B. Syr. p. 107. *Ἀντιόχῳ δ' οὖν ὁ στρατὸς ἅπας ἑπτακισμύριοι, καὶ τούτων τὸ κράτιστον ἦν ἡ φάλαγξ ἡ Μακεδόνων ἄνδρες ἑξακισχίλιοι καὶ μύριοι, ἵστη δ' αὐτοὺς ἐν μέσῳ διελὼν ἀνὰ χιλίους καὶ ἑξακοσίους ἐς δέκα μέρη. Sigonius.*

§ 2 *Partes eas interpositis binis elephantis distinguebat*] Quia non satis adparet, quo verbum *distinguebat* referri debeat, orationem melius processuram existimat Crevierius, si legamus *interpositi bini elephanti distinguebant.* Mox *inter duos et tres ordines* corruptissime cod. Mog. *in duos et XL. ordines* Lov. 6. Tum § seq. *perinde alia specie* Lov. 3. *perinde tum alia specie* Voss. et Gaertn. Vide ad VI. 23. § 3.

§ 5 *Ad latus dexterum phalangita-*

rum mille et quingentos pediles Gallogræcorum obposuit, &c.] Satis constat, si sententiam sequi auctoris volumus, *quingentos equites*, et *tria millia equitum* esse legendum. Quin etiam, equitibus ab utraque parte Gallogræcis phalangem clausam atque munitam fuisse, tradit Appianus B. Syr. p. 107. his verbis: Τοιοῦτον μὲν ἦν τὸ πεζὸν Ἀντιόχῳ· ἱππεῖς δ' ἑκατέρωθεν αὐτοῦ παρατετάχατο, Γαλαταί τε κατάφρακτοι, καὶ τὸ λεγόμενον ἄγημα τῶν Μακεδόνων· εἰσὶ δὲ καὶ οἱ δε ἱππεῖς ἐπίλεκτοι, καὶ παρ' αὐτὸ ἄγημα λέγεται· τάδε μὲν ἐξ ἴσου τῆς φάλαγγος ἦν ἑκατέρωθεν. Quæ eadem verba, et quid sit 'agema,' docent, et nihil huic loco deesse, contra quam censet Glareanus, probant. De 'agemate' Arrianus et Curtius, qui de rebus Alexandri scripserunt. Item Suidas ita: Αγημα τὸ προϊὸν τοῦ βασιλέως τάγμα ἐλεφάντων, καὶ ἵππων, καὶ πεζῶν· οἱ δὲ τὸ ἄριστον τῆς Μακεδονικῆς συντάξεως κραταιὸν ὁπλίσει καὶ σωμάτων εὐεξίᾳ. Livius XLII. 51. 'Delecta et viribus et robore ætatis ex omni cetratorum numero duo erant agemata, hanc ipsi legionem vocabant.' *Sigonius.* Libri omnes nostri *quingentos Gallogræcorum pedites.* Gebh. *CC. et quingentos* Voss. et Lov. 1. Vide ad XXXV. 35. § 4. *Duo millia et quingentos* Lov. 3. *tres et quingentos* Gaertn. Tum *quingentos pedites Gallogræcorum opposuit* Lov. 5. *quingentos Gallos Græcorum opposuit* Mead. 1. *quingentos Gallos Græcorum pedites opposuit* Lovel. 1. *quingentos Gallorum Græcorum pedites opposuit* Lov. 6. *quingentos Gallogræcorum pedites opposuit* Voss. Lov. 2. 4. Harl. Mead. 1. et Gaertn. quorum ultimus tamen *apposuit* exhibet. Mox *tria millia peditum* omnes Mss. Verum utroque loco *equites peditibus* substituendos esse Sigonius ex App. docuit. Solent autem hæ voces a librariis confundi. Vide hoc cap. § 10. XXI. 23. § 4. XXXVIII. 41. § 13. et XLII. 31. § 2. 'Equites Galli' memorantur etiam XLII. 58.

His tria millia peditum loricatorum (cataphractos ipsi adpellant) adjunxit] Hic plane videntur quædam omissa. Nam in altero cornu post Gallogræcos pedites ponuntur Cappadoces et auxiliares, tertio autem loco cataphracti equites: ita hoc in loco post Gallogræcos pedites non continuo cataphracti sequentur, ut puto, sed alii quos omisit: et suspicionem dat verbum 'cataphractus,' quod pediti loricato attribuerunt, quicunque hæc corruperunt, cum tertio deinde ordini tribuendum erat. Idem suspicor de numero 3000. ut ex comparatione laterum intelligitur. *Glar. Appellabant* Voss. Vide ad § 12. Ita supra 'Phalangitæ adpellabantur.' Mox, 'Agema eam vocabant.' Et inferius 'Argyraspides a genere armorum adpellabantur.' Sed reliqui codd. vulgatum tuentur: *equitum* autem pro *peditum* legendum, conjecit Sigon. ad verba præcedd.

Mille ferme equitum: hanc Gemeam vocabant] Vetus scriptura, *agema eam vocabant.* Gelen. *Mille ferme militum equitum* Voss. et Gaertn. Tum *hanc gemeam* Lov. 5. *hoc gnemeam* Voss. et Gaertn. *hæc gemena* Lov. 2. *hæc gemeam* Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo: *ageam eam* cod. Mog. unde transpositis literis recte Gelenius *agema eam vocabant.* De agemate vide Leopard. Emend. I. 23.

§ 6 *Medi erant lecti viri, et ejusdem regionis mixti multarum gentium equites*] Vel post *regionis* verbum distinguendum, vel per diversas gentes intelligit Medorum diversos populos. Et vide quod de elephantis continuo subjungit, ut cum alterius cornu ordine conveniat. *Glar. Medii erunt* Lov. 4. Mead. 2. edd. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et plures, usque ad Frob. qui a. 1535. *Medi erant* substituit. Consentiunt reliqui codd. nisi quod *et Medi* legant Voss. et Gaertn.

Continens his grex sedecim elephan-

torum est obpositus] *Continentes his grex* Voss. Lov. 3. 6. Harl. et Gaertn. neque aliter Lov. 1. nisi quod vocem *grex* omittat: *continentes grex* Lov. 2. 4. et Mead. 1. *continentis grex* Mead. 2. Hinc patet eos distinxisse *multarum gentium equites continentes: his grex, &c.* Sed male: 'Continens oppositus' est nullis interpositis ab altero divisus. Ita 'continens agmen' I. 29. et II. 50. 'continens prœlium die ac nocte' IV. 22. 'imber per noctem totam continens' XXIII. 44. 'continentia itinera' lib. XXXVIII. capp. 15. et 18. aliisque locis. Præterea *τὸ sedecim* exsulat ab Hearnii L. 1. *sedecim elephantorum grex* præfert Lov. 6.

§ 7 *Paullulum producto cornu*] Pall. *prorupto.* Gebh. *Paullulum producto cornu* Aldus adoptavit ex cod. Mog. quum olim ederetur *paulum prorupto cornu,* quod servant Lovel. 1. 2. 3. 4. 5. et Mead. 1. *paulo prorupto cornu* Gaertn. *paululum prorupto cornu* Voss. Harl. et Mead. 2. *paulum prompto cornu* Lov. 6. 'Paullum' et 'paullulum' sæpius in Mss. confundi, vidimus ad XXXVI. 9. § 8. 'Producere,' ut apud Cæs. B. Civ. III. 100. 'Elicuit naves Lælianas: atque ex his longius productam unam quinqueremem cepit.' Ei obponitur 'reducere.' Frontin. II. 3. § 7. 'Reductis cornibus, productaque media acie, copias hostium cinxit.'

Argyraspides a genere armorum adpellabantur] Appianus item B. Syr. p. 107. ἱππεῖς Ἀργυράσπιδες. Diodorus tamen in Alexandro non equites, sed pedites nominat XVII. 592. Τὸ τῶν Ἀργυρασπίδων τάγμα διαφέρον τῇ τε τῶν ὅπλων λαμπρότητι, καὶ τῇ τῶν ἀνδρῶν ἀρετῇ. *Sigon.* In loco Diod. editur Ἀργυρασπίδων πεζῶν τάγμα: sed in marg. Ἀργυρασπίδων ἄγημα. Ceterum *agraspides* legunt Voss. Lov. 1. et 6. Tota vox deest in Lov. 3.

§ 8 *Dacæ deinde equites sagittariorum mille et ducenti*] *Dacæ* lego, non *Dacæ,* quod jam sæpe admonuimus. Totus autem hic locus mutilus est et incertæ distinctionis. Nescias enim Daasne equites etiam sagittarios faciat, an seorsum sagittarii intelligendi. Ita continuo post, levisne armaturæ trium millium seorsum accipienda, ac deinde Tralles ac Cretenses pari numero, hoc est etiam trium millium: an Tralles ac Cretenses fuerint ea tria millia, pari numero, hoc est milleni quingenteni. Et illud *duo millia* ad Mysos referendum legendumque *sagittarii,* ut vetustiores habent codd. in nominandi casu, non dandi; ut Mysos sagittarios intelligamus. *Glarean.* Vet lib. *Dacæ.* Appianus item B. Syriac. p. 107. ἱπποτοξόται τε ἐπὶ τούτοις ἕτεροι Δάκαι. *Sigon.* Primam vocem omittunt Voss. Lovel. 1. 3. et 6. Sed *Dach'* legit Lovel. 2. *Dachæ* Lov. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et ed. Parm. *Dacæ* edd. Mediol. a. 1480. Tarv. utraque, et aliæ, pro quo Frob. 1535. dedit *Dahæ,* consentientibus Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. 1472. Vide ad XXXV. 48. § 5. Tum *sagittariorum* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. pro quo Frob. eodem tempore dedit *sagittarii.*

Pars Cretenses, pars Tralles] In hanc lectionem tantum non omnes codices conspirant. Appianus tamen in Bell. Syr. pag. 107. omissis Trallibus vel Trallis, inter levem armaturam Antiochi memorat auxiliares Κρητῶν τε καὶ Τραλλιανῶν. 'Tralles' autem vel 'Tralli' erant Thraciæ populus, 'Tralliani' incolæ Trallium, urbis Lydiæ, quæ Antiocho parebat. Quare hic etiam *Tralliani* scribendum videri posset. Potius tamen existimo hic nihil mutandum, ac statuendum esse vel alios annales Livium, alios Appianum secutos esse, præsertim quum plura in hac parte historiæ sint, de quibus inter eos non conveniat: vel apud App. legendum esse Τράλλων, partim quod et hoc loco et cap. præc. Livius 'Cretenses' et 'Tralles' junxerit, quemadmodum

App. 'Cretenses' et Τραλλιανοὺς: partim quod reliquorum Appiano memoratorum Φρυγῶν τε καὶ Λυδίων, καὶ Παμφύλων, καὶ Πισιδῶν, Κρητῶν τε καὶ Κιλίκων nomina sint gentium, quibus nomen incolarum unius urbis Trallium sive Τραλλιανῶν non recte interponi videtur. Neque obstat Tralles vel Trallos etiam cap. præc. inter auxiliares Romanorum memorari. Inter eos enim numerantur etiam Cretenses, quos hic Antiochus quoque in aciem eduxit. Stipendio igitur conducti in utrisque castris militasse existimandi sunt.

Duo millia et quingenti Mysi sagittariis adjuncti erant] Vet. lib. *sagittarii:* recte. App. enim B. Syr. pag. 107. Mysos 'sagittarios' vocat æque atque Dacas: ἱπποτοξόται τε ἐπὶ τούτοις ἕτεροι Δάκαι καὶ Μυσοὶ καὶ Ἐλυμαῖοι. At Elymæos etiam 'sagittarios' vocat Livius. *Sigon. Duo millia et ducenti* Voss. Lovel. 1. 3. 6. et Gaertn. qui error ex nota numerali minus recte perscripta natus videtur. Vide ad XXXV. 2. § 4. et hoc lib. cap. 22. § 4. Præterea *missi* Lov. sex, Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. *missis* Harl. *Mysi* Frob. a. 1531. emendavit. Error inde ortus erat, quod gentis nomen librariis minus notum fuerit, cui vocabulum notius substituerunt. Denique Sigonio *sagittarii* emendanti, nullus codicum, quibus usus sum, favet, nisi solus Lov. 6. a m. sec.

§ 9 *Claudebant quatuor millia mixti Cyrtæi funditores, et Elymæi sagittarii*] 'Cirtios' invenio apud Strabonem, populos Persidis, vicinos Medis: sicut 'Elymæos' Mediæ populum, vicinum Babyloniis, utramque gentem latrociniis assuetam, ut non uno in loco scribit idem Strabo. *Glar. Claudebant et quatuor* omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. ante Moguntinam, quæ voculam *et* omisit. Notant tamen, qui huic editioni præfuerunt, se in cod. suo invenisse *claudebant mille octoginta misti funditores*, omissa etiam voce *Cyrtæi*, pro qua *Citi* exhibet Gaertn. *Cithæi* Voss. *Cirthei* Harl. *Cyrthei* Hearnii N. et edd. antiqq. *Cinthei* Hearnii L. 1.

§ 10 *Phalangitis adjuncti erant Gallogræci pedites*] *Equites* legendum, ut supra. *Sigon. Pedites* servant omnes nostri. Sed vide ad § 5.

Cappadocum ab Ariarathe missi erant regii] Vetus scriptura *ab Ariarathe missi rege.* Gelen. Appianus p. 107. Καὶ Καππαδόκαι τινὲς, οὓς ἔπεμψεν Ἀριαράθης. *Sigonius.* Pall. et vet. ed. *ab Ariarathe missi erant regi.* Gebhard. Voces *duo millia* non comparent in Hearnii N. Tum *ab Anathathe* Voss. *ab Arariathe* Lov. 1. Hinc *missi sunt regi* Harl. *missa regi* Gaertn. *missi erant regi* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 5. Mead. ambo, et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. *missi erant; regii inde auxiliares* Lov. 6. et edd. reliquæ usque ad Froben. qui an. 1535. Gelenii emendationem expressit. Eam, si fide codd. et præsertim Moguntini, nititur, probandam puto; sin, legam *Cappadocum; (ab Ariarathe missi erant regi) inde auxiliares.* Se etiam *regi*, pro *rege*, in Oxoniensi L. 1. invenisse, testatur Hearnius. Paullo ante voculam *et* omittunt omnes codd. et edd. ante Froben. 1535.

§ 11 *Inde auxiliares mixti omnium generum duo millia et septingenti*] Appianus p. 107. Καὶ μιγάδες ἄλλοι ξένοι. *Sigon. Omnium genere* Gaertn. *omnium gentium* Lov. 6. Vide ad XXXIV. 17. § 6. Hinc *duo millia septingenti* Lov. 2. 3. 6. Harl. et Mead. ambo: *duo millia et ducenti* Voss. *duo millia et CC.* Hearnii L. 1. *duo millia CC.* Lov. 1. Scriptum per notas fuerat ↀ ↀ IↃCC. vel *et* IↃCC. At numeri quingenarii nota librariis incognita et ideo omissa fuit, ut sæpius factum observavi. Vide ad I. 36. § 7. XXIII. 16. § 15. cap. 17. § 8. cap. 26. § 2. XXIV. 19. § 1. cap. 35. § 8. XXVI. 38. § 11. XXVII. 42. § 7. XXVIII. 5. § 12. cap. 13. § 5. XXIX. 28. § 10. XXX. 6. § 7. cap. 29. § 7. XXXV. 5. § 13. et XL. 1. § 5. Mox *et mille alii*

equites, &c. Ante hunc equitatum desunt in Hearnii N.

Regia ala levioribus tegumentis suis equorumque] Quæ sit illa *regia ala*, plerique dubitant, atque adeo etiam ego. Sed magis hoc obscurum, cum inquit, 'Ante hunc equitatum falcatæ quadrigæ,' &c. quemnam equitatum intellexerit, cum cataphractos ac alios equites præcederent Gallogræci pedites, Cappadoces, ac auxiliarii: quibus omnibus in typo eos præposuimus. *Glar. Regiam alam*, ἑταιρικὴν, i. e. 'amicorum' et 'sodalium,' vocat Appianus: inquit enim B. Syr. p. 107. Καὶ ἣν ἐκάλουν ἑταιρικὴν ὡπλισμένην κούφως. Arrianus I. 19. vocat τῶν ἑταίρων τὴν βασιλικὴν ἴλην. *Sigon.* In seqq. *erant* non adparet in Lov. 4. et Mead. 2.

§ 12 *Ante hunc equitatum falcatæ quadrigæ*] Quærit Glareanus quem equitatum intelligat Livius hoc loco. Huic ego respondeo, equites omnes intelligi, quos paulo ante in lævo cornu rex collocavit, Gallogræcos, Cappadoces, Mysos, cataphractos, regiam alam, hincque etiam perspici *Gallogræcos equites*, non *pedites*, esse legendum. *Sigon.* *Ante hunc comitatum* male Mead. 1.

Cameli, quos appellant dromadas; his insidebant Arabes sagittarii] Appianus B. Syr. pag. 107. Ἄρραβες, οἱ καμήλους ὀξυτάτας ἐπικαθήμενοι τοξεύουσι. *Sigon.* H. Stephanus ad Plutarchi Eumenem scribit: 'si Livius intellexerit camelos alio nomine dromadas vocari, (sicut Gallice *dromadaire* appelletur quivis camelus) se ei minime adsentiri posse. Nam δρομεάδας, velut epitheton, additum aliquando fuisse discriminis constituendi gratia.' Nihil ineptius dici potest: nec credo quemquam, præter Stephanum, fuisse, qui suspicatus fuerit, ex his verbis colligi posse, Livium fortassis credidisse, 'omnes camelos appellari dromadas.' Liv. dicit, 'cameli, quos appellant dromadas,' id est, ex eo genere camelorum qui 'dromades' vocantur: quibus verbis significat, alios camelos esse 'dromadas,' alios 'non dromadas.' De camelis 'dromadibus' multa habet Bochart. Hieroz. part. I. lib. II. c. 4. et de Usu Camelorum in Bellis cap. 2. Adde Schel. ad Hygin. Antiq. Rom. pag. 1096. tom. X. *Duker.* Adde insuper Spanhem. de Præst. et Us. Numism. diss. IV. pag. 184. Ceterum *adpellabant* Lovel. 2. et Mead. 1. Vide ad § 5.

Gladios habentes tenues, longos quaterna cubita] Appianus pag. 107. καὶ μαχαίραις, ὅτε πλησιάζοιεν, ἐπιμήκεσι καὶ στεναῖς χρῶνται. *Sigon.* *Gladios tenues habentes* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Deinde *quatuor cubita* Lov. 1. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *quater cubita* Voss. Lov. 6. et Mead. 1. *quatre cubita* Lovel. 1. *quatere cubita* Lov. 4.

§ 13 *Inde alia multitudo, par ei, quæ in dextro cornu erat*] Si par ei, ergo Tarentinis comparabimus Argyraspides, et Gallogræcis equitibus Daas equites, quos in eodem dextro cornu sequuntur sagittarii, quibus Neocretes comparabuntur: deinde reliqua erit comparatio aliquo pacto æqua, videlicet trium millium Cretensium ac Trallium in dextro cornu, ad mille quingentos Caras ac Cilicas in sinistro cornu, totidemque Tralles eodem in cornu. *Glarean. Quæ in dextro cornu: erant primi Tarentini* Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. 2.

Primi Tarentini] Sic l. XXXV. c. 28. 'Et tum omnium primum agmen constituit, dein Cretenses auxiliares, et quos Tarentinos vocabant equites, binos secum trahentes equos, ad prima signa misit.' De iisdem Tarentinis equitibus meminit etiam Ælianus de instruendis aciebus. *Sigon.* *Primum Tarentini* Gaertn. Mox *Gallogræcorum equitum quingenti et septem* cod. Mog.

Neocretes mille, et eodem armatu Ca-

res et Cilices, &c. et totidem Tralles] Appianus p. 107. Κρητῶν τε καὶ Τραλλιανῶν, καὶ Κιλίκων ἐς τὸν Κρητῶν τρόπον ἐσκευασμένων. *Sigon.*

Et tria millia cætratorum: Pisidæ erant, et Pamphylii, et Lycii] *Et m. cetratorum* Lov. 1. *et mile cetratorum* Voss. *et inde cetratorum* Mead. 1. *et duo millia cetratorum. Pisidæ hi erant* cod. Mog. ex quo pronomen *hi* Aldus recepit, et reliqui servarunt usque ad Gronov. qui iterum ejecit, et ad XXXIV. 56. § 1. monuit verba *Pisidæ erant, et Pamphylii, et Lycii*, parentheseos notis includenda esse. Utroque modo orationem proferri posse, vel addito, vel omisso pronomine, patebit ex illis quæ dicentur ad XL. 57. § 3. Sequor igitur cod. integerrimum.

§ 14 *Tum Cyrtæorum .... locatis auxilia*] *Cithiorum* Lov. 6. *Cirthiorum* Lov. 3. 4. 5. *Circhiorum* Vossian. et Lov. 1. *Circiorum* Gaertn. *Cyræorum* Harl. *Corinthiorum* Hearnii N. Vide ad § 9. Tum *locata auxilia* Lovel. 2. *locavit auxilia* Lov. 6. Mox *quindecim elephanti* Lov. 3. 4. et Mead. ambo.

CAP. XLI. § 1 *Rex ipse in dextro cornu erat, &c.*] Vel ex hoc loco satis liquet, hujus ordinis descriptionem temporum injuria corruptam: Hannibal enim omissus est, quem P. Cornelius Scipio Nasica ad finem libri seq. c. 58. affuisse fatetur. Innuit et A. Gell. V. 5. *Glar.* Appianus B. Syriac. pag. 108. Ἐφειστήκει δὲ τοῖς μὲν δεξιοῖς ἱππεῦσιν Ἀντίοχος αὐτὸς, τοῖς δ' ἐπὶ θάτερα Σέλευκος ὁ υἱὸς Ἀντιόχου· τῇ δὲ φάλαγγι Φίλιππος ἐλεφαντάρχης, καὶ τοῖς προμάχοις Μενδίς τε καὶ Ζεῦξις. Hinc ego *Mendi, Zeuxidi* lego. *Sigon. Myomoni* Vossian. *Mymuoni* Harl. et Mead. 1. *Mimoni* vel *Mymoni* Lov. 5. Hearnii L. 1. et ed. Camp. *Mynnioni* Lov. 5. et Hearnii N. *Minnuoni* Lov. 2. Dein *Zeuzidi* Lovel. 2. *Ceuxidi* Voss. *Zeisidi* Mead. 1. *Zexidi* Gaertner. *Cesydii* Lov. 1. *Cesidi* Lovel. 3. *Terxidi* Lov. 6. Quod ad prius nomen adtinet, utrum App. ex Livio, an Livius ex Appiano emendandus sit, hæreo. Ut tamen prius contra Sigonium statuam, illud exigere videtur, quod 'Minio princeps amicorum Antiochi' memoretur XXXV. 15. at 'Mendis' alibi apud Nostrum non obcurrat.

§ 2 *Nebula matutina, crescente die levata in nubes, caliginem dedit*] Ms. *in nubibus dedit caliginem.* Modius. *Nebula maritima* Lov. 1. Mox *humor inde ab alto* Lov. 2. et in margine Lov. 1. *ab antro* Voss. et Lov. 3.

§ 3 *Quæ nihil ad malum Romanis*] Una vox fœde vitiata est. Lege *Quæ nihil admodum Romanis.* Gelen. Probant hanc emendationem Lov. 2. 3. Harl. Mead. 1. et Voss. in margine. *Quæ admodum nihil Romanis* legit cod. Mog. Mox *quin eadem perincommoda* edidit Ascens. Sed vocem *quin* omiserunt Moguntini, quam et in cod. suo deesse notarunt. Eamdem etiam in nullo meorum inveni.

Et humor, toto fere gravi armatu] *Armatu*, pro *armatura*, paulo superius dixit de Caribus ac Cilicibus, quomodo et hic accipi puto, ut sit *toto fere gravi armatu*, id est, cum Romanorum armatura tota fere gravis esset: est tamen dura compositio. *Glar.* Hanc rem sic expressit Frontinus Strateg. IV. 7. § 30. 'L. Scipio in Lydia cum die ac nocte imbre continuo vexatum exercitum Antiochi videret, nec homines tantum aut equos deficere, verum arcus quoque madentibus nervis inhabiles factos, exhortatus est suos, ut postero, quamvis religioso, die committeretur prœlium: quam sententiam secuta victoria est.' *Sigon.*

§ 4 *Ne ex medio quidem cornua sua circumspicere*] *Ne ex medio quidem cornu* perperam Voss. Lovel. 4. 5. Harl. et edd. ante Frob. 1535. *nec ex medio quidem cornu* Lov. 6. *nec in medio quidem cornu* Lov. 3. *ne ex medio quidem eorum* Gaertn. Tum *conspicere* Lov.

2. et Harl.

Et humor arcus fundasque et jaculorum amenta emollierat] Prima vocula deest in Voss. et Gaertn. Tum *jaculamenta* Lov. 1. *jaculorum armamenta* Lov. 3. et Mead. 1. Deinde *molierat* Harl. *molliret* Lov. 3. *mollierat* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. 1. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui *emollierat* ex cod. Mog. recepit. Eodem verbo, licet alio sensu, auctor utitur XXVII. 3. 'Metens, ne suum quoque exercitum, sicut Hannibalis, nimia urbis amœnitas emolliret.' Lib. XXXVIII. cap. 49. 'Si degenerem et emollitum amœnitate Asiæ, quid periculi vel iniquo loco subeuntibus fuit?' Majoris emphasis est verbum hoc, quam simplex, et *emollierat* hic notat, 'usui plane inhabiles reddiderat.' Simile de verbo 'evincere' notavi olim ad Silii III. 581. Ceteroquin 'mollis arcus' est Ovid. Her. IV. 91. 'Arcus Si numquam cessas tendere, mollis erit.'

§ 5 *In suos terrorem verterunt*] *Reverterunt* Lov. 1. 6. et Voss. At prima syllaba ejus vocis perperam repetita est ex ultimis literis præced. *terrorẽ*. Tales errores in Mss. frequenter obcurrunt. Ita *propere remissi*, pro *missi*, IV. 46. § 9. *ad dictatorẽ referrent*, pro *ferrent*, V. 21. § 8. *continuare relatoribus legis*, pro *latoribus*, V. 29. § 1. *purgare remissionibus*, pro *missionibus*, VII. 39. § 1. *vere referrent*, pro *ferrent*, VIII. 7. § 13. *rẽ remittuntur*, pro *mittuntur*, VIII. 27. § 9. *ceteræ receperunt*, pro *ceperunt*, XXI. 50. § 5. *ægre refocillatus*, pro *focillatus:* vide Corte ad Plinii Epist. III. 14. Similia sunt *hostico cõmorandi*, pro *morandi*, VI. 31. § 7. *Marco cognomen*, pro *nomen*, Epit. Liv. l. VII. *numero Romanus*, pro *manus*, VII. 39. § 8. *repente tecum*, pro *cum*, VII. 42. § 5. *irritos ostendit*, pro *tendit:* vide Gud. ad Phædri I. 23. Pari modo ex initio vocis seq. ultima adcrevit præcedenti. Ita *hosti tibi*, pro *hostibi*, IX. 11. § 9. Contra ultima syllaba præced. elisit primam vocis seq. ut *laborẽ servarunt*, pro *reservarunt*, VII. 7. § 5. Paullo ante vocem *hostium* omittunt Lov. 4. et Mead. 2.

§ 6 *Armatæ autem in hunc maxime modum erant*] Figuram currnum falcatorum exprimere conati fuerunt Stewech. ad Veget. de Re Milit. III. 24. Scheff. de Re Vehic. II. 15. et Perizon. in Curtio Vind. pag. 163. et seqq. *Duk.* Vox *autem* deest in Lovel. 6.

Cuspides circa temonem ab jugo decem cubita exstantes] *A jugo* Voss. et Gaertn. Vox *decem* exsulat a Lov. 1. Hinc *cubitos* Harl. cum edd. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, easque secutis usque ad Frob. qui a. 1535. reposuit *cubita*, reliquis Mss. eam lectionem probantibus. Vide ad c. 37. § 10. Denique *extentas* Mead. 1. literis transpositis pro *extantes*, ut scribebant, vel *exstantes*. Scheffer. de Re Vehic. II. 15. ambiguum esse dicit, an τὸ *decem* ad *cubita*, num ad *cuspides* referri debeat : ipse vero posterius eligit, quum prius sit enorme, nec negotio conveniat. Addit insuper se dubitare non posse, quin *cubito* legi oporteat; pluralem enim numerum rem facere incertam, at in singulari clara omnia esse. Verum si *decem* ad *cuspides* referas, et sive vulgatum *cubita* serves, sive *cubito* emendes, turbatior erit ordo, quam ut Livium ita scripsisse credam. Ex verbis enim *ab jugo decem*, τὰ *ab jugo*, quæ præcedunt, ad sequens *exstantes*, et contra *decem*, quod sequitur, ad præcedens *cuspides* pertinebunt. Neque tamen probare possum, Livium velle, cuspides ab jugo exstitisse 'decem cubita.' Vel igitur legendum videtur *cuspides circa temonem et ab jugo decem*. Certe currus falcati apud Curtium et hastas ex temone præfixas, et gladios a jugo directas habent, IV. 9. 'Ex summo temone hastæ præfixæ ferro eminebant, u-

trimque a jugo ternos direxerant gladios.' Vox autem *cubita* ita exponenda erit, ut indicet Livius quamque decem cuspidum exstitisse unum cubitum. Vide quæ de usu hoc numeri pluralis, etiam apud Livium passim obvio, notantur ad IV. 15. § 6. et XXIX. 15. § 9. Vel, ut vitetur ambiguum, de quo Scheff. queritur, forte vitium latet in voce 'decem,' quæ ad minorem numerum redigenda est, ut referri possit ad 'cubita.' Diodor. Sic. XVII. p. 590. in curribus falcatis Darii memorat ξύστρα παραμήκη τρισπίθαμα circa jugum, ad axes autem τὸ μῆκος μείζω καὶ πλατύτερα. Xenoph. vero in Cyrop. VI. p. 153. in illis quos Cyrus paravit, δρέπανα σιδήρεα ὡς διπήχεα πρὸς τοὺς ἄξονας. An igitur legendum *duo*, vel *bina cubita exstantes?* Certe alibi notæ numerales *X.* et *II.* commutantur. Nam hoc modo *IIvir* pro *Xvir*, datum erat IX. 34. § 1. Vide etiam ad lib. XXXVIII. c. 7. § 2. et XLIV. 45. § 15. Ita cuspidum circa temonem ab jugo exstantium numerum non exprimet Livius, quem neque expresserunt Diod. Xenoph. vel Curt. loc. laud. Mox *quidquid daretur obvium* Gaertn. Vox *obvium* non adparet in Vossian. *Dare* pro 'obvium dare' apud Ter. et alios interdum obcurrit. Quum tamen reliqui vulgatum tueantur, nihil hic mutandum puto.

§ 7 *Ut, quidquid ab latere objiceretur, abscinderet*] *Obicerent* Lov. 1. Sed vide ad l. XXXVIII. c. 40. § 1. Tum *obscinderet* Lov. 6. *obsideret* Lovel. 1. *absciderent* Voss. Lov. 2. 4. 5. Mead. ambo, et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXXI. 34. § 6. Mox *palam prolapsos* Mead. 1. *subeuntesque contereret* Lov. 6. Hinc *diversæ diligabantur* Voss. *diversæ dirigebantur* Lov. 1. 2. et 3.

§ 8 *Quia, si in extremo, aut in medio locatæ forent*] *Quæ si in extremo* Harl. et Mead. 1. Pronomen *qui* et voculam *quia* passim a librariis confundi, vidimus ad XXXVI. 33. § 5. *Qui si extreme* Gaertn. *quia si extremo* Voss. Sed præpositio ἐ vel *in* intercepta est ab ultima litera præced. *si*. Quædam exempla vidimus ad XXXV. 8. § 9. Adde ad II. 54. § 9. III. 44. § 6. VI. 25. § 1. XXXVII. 14. § 5. XXXVIII. 23. § 5. XXXIX. 18. § 6. XL. 5. § 11. et alia. *Quasi in extremo aut medio* Lov. 1. ubi *in* secundo loco haustum est a litera prima vocis seq. (vide ad XXXVII. 1. § 2.) sed amat Livius præpositiones repetere. Vide ad VI. 38. § 6. *Quasi in extremo* etiam Lovel. 2. *quia si aut in extremo, aut in medio* Lov. 5. et typis inpressi ante Frob. qui a. 1535. voculam *aut* priori loco omisit. Eadem etiam a reliquis nostris exsulat. Mox τὸ *ante* non adparet in Lov. 1. et edd. ante Aldum, qui ex cod. Mog. adscivit, consentientibus ceteris meis. Abest etiam verbum *est* a Lov. 1. 3. et Voss. Sed vide ad XXXVII. 6. § 4.

§ 9 *Cretenses sagittarios, funditoresque, et jaculatores equitum*] Crevier. exponit, et ex equitibus eos, qui jaculatores essent: vel aliquid excidisse, ac forte legendum putat *et jaculatores cum aliquot turmis equitum:* nam et infra quatuor diversa genera distingui eorum, qui quadrigas illas expulerunt, 'levem armaturam,' 'expeditos funditores,' 'velocem Cretensem,' 'equitem.' Paullo ante *quam ut justa adoriretur pugna* cod. Mog.

Excurrere jubet; simul omnibus partibus tela ingerere] *Occurrere* Voss. et Gaertn. *discurrere* Lovel. 2. et Harl. Tum *et omnibus simul partibus* Lov. 2. et Harleian. *ex omnibus simul partibus* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *exque omnibus simul partibus* Lov. 5. et edd. antiqq. Vulgatum demum adparuit in ed. Frob. 1535.

§ 10 *Partim vulneribus missilium undique conjectorum*] Omnia hæc desunt in scriptis nostris, Hearnii L. 1. et edd. vett. culpa librariorum, quos in errorem pellexit repetita vox *partim*. Vide ad IX. 11. § 11. Sequentem eti-

am vocem *partim*, quæ, nisi addantur præcedentia, vitiosa est, sustulit Harl. Quæ autem scribarum neglegentia exciderant, præstantissimi codicis sui auxilio feliciter Moguntini restituerunt. Vide ad XXXVI. 19. § 13. Mox *intenso cursu* Voss. *incerto casu* Lov. 1.

§ 11 *Quorum inpetus et levis armatura*] Hanc lectionem Aldus ex cod. Mog. adscivit; cui unus meorum consentire videtur Lov. 2. ex quo nihil notatum video. Antea edebatur *quorum impetum*, adstipulantibus Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Mead. ambobus, Gaertn. et Hearnii L. 1. Id autem voluit etiam librarius Lov. 6. qui tamen corrupte dedit *quorum imperium*. Vide ad I. 4. § 9.

Et equos insequendo] Lege *et eques insequendo*, non *equos*. Gelen. *Equos* perperam servant Vossian. Lov. sex, Harl. Mead. 2. et Gaertn. Mox *camelisque ipsis* Vossian. Lov. 1. 6. et Gaertn. Tum *agebant* Voss. Vide ad XXVII. 9. § 11. *Augebant* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Froben. 1535. De locutione 'eques augebant' vide ad VIII. 38. § 5.

§ 12 *Exiguntur quadrigæ: amotoque inani ludibrio*] *Eriguntur quadrigæ* Voss. et Lov. 6. Vide ad VI. 2. § 1. Tum *amoto inani ludibrio* Harl. et Lov. 6. *armatoque inani ludibrio* Mead. 1. *amotoque ludibrio* Gaertn.

CAP. XLII. § 1 *Auxilia enim subsidiaque, quæ proxima locata erant*] Lege *auxilia enim subsidiaria*, non *subsidiaque*. Gelen. Vet. lib. *auxilia enim subsidiaque, quæ proxima*. Sigon. Ms. *quæ proxime locata erant*. Modius. Libri omnes *auxilia enim subsidiaque*. Gebh. *Subsidiaque* etiam Lovel. sex, Harl. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. *auxiliaria enim subsidia* Vossian. et Gaertn. *auxilia enim subsidiaria*, quod Frob. 1535. ex emendatione Gelenii recepit, cod. Mog. Tum *proxime locata*, præter cod. Mog. a Modio laudatum, Voss. Lov. 6. et edd. Tarvis. utraque, aliæque, usque ad Frob. eamdem, quæ *proxima* dedit: id autem servant reliqui scripti, (nisi quod *proximo* sit in Lov. 2. et Gaertn.) et edd. principes. Vide ad XXII. 12. § 7. Paullo ante *nova illa res* Voss. Lov. 1. 4. et 6. Variant ita alibi codd. Vide ad V. 1. § 7. et VI. 16. § 1. *Varia illa res* Mead. 1. Vide ad XXII. 7. § 4. *Una illa res* Gaertn. Vide ad VIII. 27. § 2.

§ 2 *Alii fusi sunt; alii propter gravitatem*] Aut hic, aut mox delendum *τὸ sunt*. J. F. Gron. Nescio an satis justas caussas habuerit Gronov. alterutro loco *τὸ sunt*, quod in omnibus scriptis et edd. constanter superest, tollendi. Sane ex cod. Mog. edidi XXXIX. S. 'Initia erant, quæ primo paucis tradita sunt, deinde vulgari cœpta sunt per viros mulieresque.' Vide ad XXXV. 1. § 12. et ad I. 3. § 9. Præterea *tegmentorum* Lov. 3. *tegimentorum* Lov. 1. 4. Harl. et Mead. ambo. Vide ad XXXVI. 32. § 6. Paullo ante voces 'pars eorum,' quibus recisis sensus nihilominus constat, Crevierio valde suspectæ sunt. Sed in omnibus supersunt nostris. Sufficeret, si sola abesset vox *pars*, cujus interpolatoribus addendæ caussa esse potuit, quod displiceret *eorum* dici, quum præcederet 'equitatus Romanus.' Sed 'equitatus' ut conlectivum considerari, videbimus ad XL. 30. § 5.

§ 3 *Qui inter equites, quos adpellant phalangitas*] Lege *et quos appellant*. Gelen. Phalangitarum peditum antea mentio in aciei descriptione, equitum nulla: et mediam aciem haud dubie phalangitas pedites intelligit. Fortassis autem *cataphractos* legendum pro *phalangitas*. Sed judicet lector. *Glar. Quia*, pro *qui*, Voss. Lov. 1. 4. et Gaertn. Vide ad XXXVI. 33. § 5. Deinde, si quid judico, rectius loco male adfecto consulit Gelenius interponendo voculam *et*, quam Glareanus, qui vocem *phalangitas* mu-

tat in *cataphractos.* Neutri tamen conjecturæ favent codd. nostri. Præterea, quum Gelenius tantum *et quos,* pro *quos,* legendum monuerit, unde evenisse dicemus, Frobenium, qui Livium ex mente ejus emendatum a. 1535. edidit, etiam *equites* mutasse in *equitem?* Hanc lectionem servarunt omnes postea editores, nullo tamen codicum, quibus usus sum, adstipulante. Hinc τὸ *equites* revocavi, quod se etiam in L. 1. invenisse Hearnius testatus est. Paullo ante *perturbatis auxiliatoribus,* pro *et turbatis,* Lov. 3. *auxiliatoribus* etiam Lov. 1. Eamdem vocem nonnulli codd. Livio obtrudere conati sunt XXI. 48. § 1. et cap. 56. § 1. sed vide quæ ibi notavi. *Auxiliariis* Gaertn. Vide ad XXI. 26. § 5.

§ 4 *Ibi simul perturbati ordines, et inpeditus*] *Ubi semel perturbati ordines* cod. Mog. Sed præfero vulgatum, et expono *Ibi,* id est 'in media acie,' *simul,* id est 'simul ac,' *perturbati ordines,* supple, 'sunt:' et ita necesse non est, ut cum Sigonio post 'vocant' majori distinctione periodum finiamus, et a sequenti 'intulere' novam incipiamus. *Ibi* et *ubi* sæpe commutari, vidimus ad XXVII. 5. § 2. pari modo *simul* et *semel.* Vide ad XXIV. 22. § 14. *Simul* autem pro 'simulac' passim usurpari, pluribus docui ad VI. 1. § 6.

Usus prælongarum hastarum, (sarissas Macedones vocant)] Liv. XXXVIII. 7. 'Per operculi foramina prælongæ hastæ, quas sarissas vocant, ad submovendos hostes eminebant.' IX. 19. ubi milites Macedones et Romani comparantur, 'Arma clipeus, sarissæ illis; Romano scutum, majus corpori tegumentum, et pilum:' vide Burm. ad Nason. Met. XII. 466. Has sarissas olim sedecim, postea quatuordecim cubitorum fuisse, docet Polyb. XVII. 25. Ab his sarissis phalangitæ etiam 'sarissophori' dicuntur XXXVI. 18. 'Macedonum robur, quos sarissophoros adpellabant.'

Et pila inter turbatos conjecere] Vet. lib. *et pila in perturbatos:* recte. Dixit enim paulo ante 'Ibi simul perturbati ordines.' *Sigonius. Inter turbatos* Frob. 1535. ex cod. Mog. recepit. Priores ediderunt *in perturbatos,* quomodo etiam præferunt eodd. nostri, nisi quod *inter perturbatos* legat Lov. 1. *in turbatos* Lov. 3. et præpositio *in* omittatur in Voss. De verbis 'turbare' et 'perturbare' in hac re propriis vide ad III. 70. § 9.

§ 5 *Africis bellis evitare impetum belluæ ex transverso*] Lege *et vitare impetum belluæ, et ex transverso.* Gelen. *Adsuetum jam Africis bellis* perperam Lov. 1. et 6. invitis reliquis. Deinde *è vitare* errore operarum edidit Aldus, unde mox secuti fecerunt *evitare,* ut præfert Gaertn. Ejus loco recte *et vitare* substituit Gelenius, consentientibus ceteris scriptis meis, nisi quod *et* desit in Voss. Deinde *imperium belluæ ex transverso, aut* Lov. 5. et ed. Camp. *impetum belluæ ex transverso, aut* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. *impetum belluæ et transverso, aut* Lov. 3. Mox *gladii nervos incidere* Lov. 1. *gladiis* Lov. 3.

§ 6 *A fronte prostrata erat, et subsidia circumita a tergo cædebantur*] *A fronte et subsidia circuita* Harl. quasi omnia penderent a verbo *cædebantur.* Sed male: *circuita* etiam Lov. 1. 4. et Gaertn. Vide ad XXVI. 29. § 3. *Circumventa* Lov. 2. et 6. Vide ad XXXI. 21. § 13.

§ 7 *Inpetum in eam partem cum auxiliis et cataphracto equitatu fecit*] *Cataphrarcato equitatu* Voss. *cataphractato equitatu* Lov. 1. 2. 5. et Mead. ambo, cum edd. vett. Supra c. 40. 'Tria millia cataphractorum equitum et mille alii equites.' Hoc capite, 'Nudarunt omnia usque ad cataphractos equites.' Tum *fecit* Voss. Lov. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. usque ad Sigonium, qui tamen in scholiis mutationis rationem non red-

didit. Priscam igitur lectionem reduxi. Mox § seq. *τὸ primum* exsulat a Lov. 1. et 6.

Cap. xliii. § 1 *Qui post annos paucos pontifex maximus factus est*] *Post paucos annos* Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. et ambo Mead. *post paucos dies* cod. Mog. quæ lectio aperte falsa est: id enim sacerdotium demum decennio postea consecutus est. Vide xl. 42. Eædem quidem membranæ legunt *pontifex factus est*, quasi paucos post dies unus pontificum, non pontifex maximus factus esset. Verum neque id probandum. Nam jam diu antea pontifex cooptatus est. Vide Liv. xxxii. 7. Ceterum ex vitiata cod. Mog. scriptura illud tamen colligo, eum etiam in vocum transpositionem consentire: in quo ipsi aliisque obsecutus sum.

§ 2 *Is, qua fugam cernebat sociorum*] Lege *Is, qua fugam cernebat suorum*, non *sociorum*. Gelen. Pronomen *Is* excludunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *sociorum* autem, pro quo Gelenius *suorum* reponit, in sola tantum exstat ed. Frob. a. 1531. Reliquæ simul cum scriptis *suorum* servant. Vide ad c. 20. § 9. Mox *cum præsidio omnium occurrit* Voss. Lov. 1. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. Vide ad v. 9. § 7. et vi. 22. § 6. *Cum præsidio occurrit omnium* Lov. 3. *cum præsidio suorum occurrit* Harl. Sed illud *suorum* perperam ex proxime præcedentibus hic repetitum est.

§ 3 *Minæ exinde erant, in perniciem suam*] *Minæ non deerant in suam perniciem* cod. Mog. Mox *dat suis signum* Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *dat suis signa* Lov. 1. et 6. *dato suis signo* Mead. 1. Deinde *in hostem redigant* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Mead. uterque, et Gaertn.

§ 4 *Effuse sequenti regi acriter restitit*] Pall. et vet. ed. *effuse sequente rege acriter obstitit*. Gebh. *Effuse sequente rege* scripti et edd. usque ad Frob. 1535. quæ prima *sequenti regi* exhibet. Hinc *fortiter obstitit* Hearnii L. 1. *acriter obstant* Lov. 1. *acriter obstitit* reliqui scripti mei, ut et illi, quos Gronov. in prima ed. notarum consuluit, cum omnibus excusis usque ad Aldum, qui *restitit* ex cod. Mog. admisit. Paullo ante *redire* Lov. 1. Mead. 1. et Gaertn. *rediere* ceteri codd. et typis descripti usque ad Aldum, qui ex eodem Mog. *redierunt* substituit.

§ 5 *A dextro cornu, a quo lævum hostium primo inpetu*] *Ab dextro cornu, quo* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *a dextro cornu, quo* Lov. 3. Tum *inpetu* deest in Lov. 1. et 6. Mox vocula *ut* exsulat ab omnibus scriptis et edd. usque ad Frob. qui a. 1531. addidit.

§ 7 *Ita utroque cornu victores Romani*] Ms. *Ita ut utroque cornu victores Romani*. Modius. *Itaque utroque* Lov. 5. Gaertn. et edd. principes. Quum autem Mog. se in cod. suo *Ita ut utroque* invenisse notassent, Aldus ex eo *Ita* adoptavit. *Τὸ ut*, quod sequebatur, perperam ex literis prioribus seq. vocabuli iteratum videtur: nisi quis inde legendum putet *Ita in utroque*. Mox *in media acie maxime* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Hinc *impediebant*, pro *impedierant*, cod. Mog. Sed literas *B* et *R* ob ductuum similitudinem sæpe commutari, vidimus ad xxii. 14. § 1.

§ 9 *Major pestis, intermixtis quadrigis*] Ita recte Aldus, præeunte Msto Mog. excudit. Antea edebatur *in permixtis*, quod servant codd. nostri. Contrario errore *inter territos*, pro *in perterritos*, erat in cod. Mog. c. 42. § 4. Error ortus est ex confusione literarum *P* et *T*, de qua vide ad xxvii. 15. § 11.

Cæci super alios alii ruerent, et incursu] Vet. lib. *super alios alii ruentes incursu*. Sigonius. Pal. 1. *velut cæci super alios alii ruerent, incursu*. Vulgata lectio comparet tamen in Pal. post. *Gebh.* Ut Sigonius emendat,

præferunt Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et edd. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, ac plures sequentium: *super alios alii ruerent, incursu* Voss. Lov. 5. Gaertn. et edd. Camp. Rom. 1472. et Parm. *super alios alii ruerent, et cursu* Lov. 1. et 6. *super alios alii ruerent, et incursu* Frob. vulgavit a. 1535. Verum id in nullo mihi cod. obvium fuit.

§ 10 *Primorum fuga in castra maxime inclinavit*] *Priorum fuga* cod. Mog. quod aberrantis librarii esse videtur. 'Primores' sunt primi. Supra I. 12. 'Ipse ad primores Romulus provolat.' II. 38. 'Ut quisque veniret, primores eorum excipiens.' c. 46. 'Inter primores genus Fabium insigne spectaculo exemploque civibus erat:' ubi 'inter primores' est in prima acie. III. 18. 'P. Valerius, inter primores pugnam ciens, interficitur.' XLII. 7. 'Quum, cedentibus neutris, ex parte utraque primores caderent.' Passim librarii *priores*, id est, *primores*, mutarunt in *priores*. Vide ad II. 2. § 8. III. 36. § 5. c. 37. § 2. c. 72. § 1. IV. 6. § 10. c. 11. § 6. c. 48. § 9. ubi operarum culpa *prioribus*, pro *primoribus*, in contextum hujus editionis inrepsit, XXIV. 20. § 12. et alibi sæpe. Contrario etiam modo frequenter lapsi sunt. Vide ad I. 49. § 7. II. 45. § 13. III. 1. § 4. c. 12. § 5. VI. 13. § 8. VII. 8. § 1. c. 30. § 4. XXI. 14. § 1. XXVI. 5. § 12. XXVIII. 22. § 14. XXXV. 48. § 8. et pluribus locis. Paullo ante *major prope quam acie*, omissa præpositione *in*, Lov. 6.

Et hujus fiducia multitudinis, quæ in præsidio erat, pertinacius pro vallo pugnarunt] Lege *qui in præsidio erant*, non *quæ in præsidio erat*. Gelen. Libri omnes *quæ in præsidio erat*. Gebh. Similiter Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 5. Mead. ambo, et Gaertn. *qui in præsidio erant* Lov. 6. et Harl. Vide ad XXIX. 12. § 4. Tum *pugnaverunt* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. Sed vide ad XXX. 18. § 1. Mox § seq. *vallo, quæ se* Harl. ubi τὸ *que* interceptum est a sequenti *quæ*. Vide ad XLI. 2. § 2. *Valloque se* Lov. 6. ubi contra τὸ *quæ* eliditur a præcedenti *que*.

CAP. XLIV. § 1 *Ad quinquaginta millia peditum cæsa ea die dicuntur*] Appian. B. Syr. p. 110. περὶ πεντακισμυρίους. *Sigon.* Verum App. sub hoc numero comprehendit interfectos equites, et captivos, quos Livius inde separavit. Inquit enim, Ἀντιόχου δὲ, σὺν τοῖς αἰχμαλώτοις, εἰκάζοντο ἀπολέσθαι περὶ πεντακισμυρίους. A Livio et Appiano dissentit Justin. XXXI. 8. 'Cæsa hostium quinquaginta millia, capta undecim.' Deinde *eo die* codd. mei, et edd. usque ad Gruteri ultimam, quæ *ea die* substituit. Priorem igitur scripturam revocavi. Vide ad XXX. 22. § 3.

Equitum quatuor millia; mille et quadringenti capti] Omnes libri *equitum tria millia; et mille et quadringenti capti*. Gebh. Voces *quatuor millia* aberant ab Hearnii L. 1. sed *equitum tria millia* legunt omnes nostri, Hearnii N. et edd. ante Aldum, qui *quatuor millia* ex membranis Mogunt. adoptavit. Varietas inde orta est, quod numerus notis scriptus fuerit, et notæ numerales *II.* ac *V.* facile commutentur. Vide ad cap. 22. § 4. Priscam hoc loco lectionem revocandam censui, quod ita etiam edatur apud Eutrop. IV. 4. 'Quinquaginta millia peditum, tria equitum, eo certamine ex parte regis occisa sunt.' Certe, plurimos codd. et metaphrasten Græcum ita præferre, viri docti docuerunt. Præterea *et mille et quinquaginta* Gaertn. *et mille et quingenti* Voss. *et mille et quadringenti* Lov. 4. Harl. et Mead. uterque: *et mille quatuor centum* Lov. 3. *et quadringenti*, omissa voce *mille*, Hearnii N. ita tamen, ut relicta lacuna indicet aliquid deesse.

Quindecim cum rectoribus elephanti] Reliquos elephantos, quos in aciem eduxerat, interfectos esse, refert App.

B. Syr. p. 110. Τῶν ἐλεφάντων οἱ μὲν ἀνῃρηντο, πεντεκαίδεκα δ' αἰχμάλωτοι γεγένηντο: ubi quum quindecim elephantos captivos itidem memoret, et in eumdem numerum consentiant reliqui codd. male Lov. 1. *XVI. cum rectoribus* præferre, certum est.

§ 2 *Ceciderunt non plus trecenti pedites, quatuor et viginti equites; et de Eumenis exercitu quinque et viginti*] *Quinque et decem* edit App. ibid. Ἐφάνησαν δὲ νεκροὶ Ῥωμαίων μὲν τῶν ἐξ ἄστεος ἱππεῖς εἴκοσι καὶ τέσσαρες, καὶ πεζοὶ τριακόσιοι μάλιστα, οὓς ὁ Ἀντίοχος ἔκτεινεν· Εὐμενοῦς δ' ἱππεῖς πεντεκαίδεκα μόνοι. *Sigon. Non plus trecentis peditibus, quatuor et viginti equitibus* Lov. 4. Mead. ambo, et Gaertn. *non plus trecentis peditibus, et quatuor et viginti equitibus* Lovel. 2. et Harl. Sed vide ad XLI. 12. § 8. Insuper *occiderunt* Lov. 3. et Gaertn. Vide ad XXXVI. 36. § 6. Paullo ante *aliqui vulnerati* Voss. Vide ad XXXII. 10. § 12.

§ 3 *In sua reverterunt; postero die spoliabant*] *Ad sua reverterunt* Lov. 1. et 6. Tum *postera die* membranæ Mog. Sed vide ad I. 12. § 1. Præterea *exspoliabant* Lov. 3. Vide ad XXXVIII. 14. § 10.

§ 4 *Legati ab Thyatira*] *Thyatira*, ut ante quoque diximus ad c. 38. § 3. genere fœminino dicere videtur, si codex non errat, cum apud Strabonem sit generis neutri, XIV. 646. ubi de Aristonico loquens, πρῶτον μὲν οὖν, inquit, παρεισέπεσεν εἰς Θυάτειρα, id est, *Primum quidem Thyatira oggressus est.* Nisi quis Θυάτειραν legendum existimet. Verum, apud Ptolemæum et Plinium utrius sit generis, non facile discernas. *Glar.* Stephanus neutro genere efferri hanc vocem ait: eodemque modo Appianus et ceteri usurparunt. Ita *ab Thyatiris* legendum esse videretur, nisi Stephanus muliebri genere proferri posse subsignificaret. *Sigon.* Plerumque est neutrum plurale, rarius fœmininum singulare. Vide Periz. ad Sanctii Minerv. I. 9. *Duk.* In hanc formam genere feminino conspirant omnes scripti, et edd. antiquiores. Ejusdem urbis nomen obcurrit etiam hoc lib. capp. 8. 21. 37. et 38. quibus locis licet librarii varie errarint, in id tamen fere omnes conveniunt, nomen hujus urbis genere feminino enunciatum fuisse: similiter etiam edd. vett. præterquam secundo loco, ubi omnes *per Thyatira* præferunt. Reliquis fere Froben. a. 1535. ultimo demum Vascosanus neutrum plurale restituerunt: hic omnes femininum singulare servant. Observat autem Cellar. Geogr. Ant. III. 3. p. 79. Plinium itidem locutum esse Hist. Nat. V. 29. 'Intus et Thyatira adluitur Lyco.' Polybius, quem Livius hac parte imitari solet, τὰ Θυάτειρα dicere maluit. Ita p. 1406. Ὥρμησε τὰς μὲν ἀρχὰς ἐπὶ Θυατείρων: et p. 1469. Ἀπῆρεν ἐπὶ Θυατείρων.

Et Mognesia, et ab Sipylo] Etsi 'Sipylus' oppidum est, non ita longe a Smyrna, ut paulo superius ad c. 11. ex Plinio ostendimus, tamen hoc in loco malim legere *Magnesia quæ ad Sipylum*, ut paulo inferius cap. seq. 'a Magnesia, quæ super Mæandrum est.' *Glar.* Pall. *et Magnesia a Sypilo.* Vet. edd. *et Magnesia et ab Sypilo.* Gebh. *Et a Magnesia ad Sipylum* apparet in primo Frobenio. Ab Andrea usque ad Juntam *et a Magnesia et ab Sipylo.* Voss. *et a Magnesia ab Sipylo.* Scribe *et a Magnesia sub Sipylo.* Strabo XII. 571. καὶ τῆς περὶ Σίπυλον, καὶ Μαγνησίαν τὴν ὑπ' αὐτῷ. Lib. XIII. p. 621. Οὐκ ἄπωθεν δὲ τούτων τῶν πόλεων οὐδ' ἡ Μαγνησία ἐστὶν ἡ ὑπὸ Σιπύλῳ. Alterum finxerunt ex capp. 37. et 56. hujus libri. Sed non est necesse, Livium semper eodem modo loqui, præsertim in hoc genere, ubi utrumvis sine noxa. *J. F. Gronov. Et a Magnesia et ab Sipylo* Hearnii L. 1. *et Magnesia et Sipylo* Lovel. 2. *et Magnesia et a,* vel *ab, Sipylo* Lov. 3. 5. 6. *et Magnesia ab Sipylo* Voss. Lov.

1. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Hinc ferme inducor, ut Livium *et a Magnesia ab Sipylo* scripsisse credam cum Spanhem. de Præst. et Us. Numism. diss. IX. p. 894. ed. secundæ, præpositione *a*, in plerisque codd. omissa, repetita ex more Livii, de quo dictum ad VI. 28. § 6. Nam et incolæ ejus urbis 'Magnetes ab Sipylo' vocantur a Tacit. Ann. c. 47. ubi vide Ryckium, et Plinio Hist. Nat. V. 21. In nummis etiam Græcis ΜΑΓΝΗΤΕΣ ΟΙ ΑΠΟ ΣΙΠΥΛΟΥ, in marmoribus ΜΑΓΝΗΤΙΣ ΑΠΟ ΣΙΠΥΛΟΥ. Quod vero Harduin. ad Plinii loc. laud. urbem etiam a Strabone XIII. 621. Μαγνησίαν ἀπὸ Σιπύλου vocatam censet, fallitur, quum ibi ἡ ὑπὸ Σιπύλου vocetur. Ceterum quæ huic Livii lectioni adstruendæ Spanhem. olim adduxerat, in tertia ed. ab eo omissa esse video.

Media ferme nocte Sardes concessit] Ms. *media ferme nocte Sardeis contendit:* quod magis huc facit. *Modius.* Nostri quidem nihil mutant, et vulgatum defendi potest; magis tamen placet *contendit*, quod Modius ex Mog. probavit; quia melius trepidationi Antiochi convenit, qui ex infelici prœlio elapsus summa diligentia Sardes profectus est. Solent autem 'contendere' et 'concedere' in scriptis commutari. Vide ad XXXVII. 39. § 1.

§ 6 *Apameam prægressos, et ipse*] *Ad Pavica* Voss. *ad Pameam* Lov. 1. 3. et 6. Tum *progressos* Voss. Lov. 3. et Gaertn. Sed vide ad IX. 10. § 7. Hinc voces *et ipse*, quæ desunt in scriptis nostris, Hearnii L. 1. et edd. antiqq. primus Aldus ex Mog. addidit. Mox § seq. *a quibus præter consensum oppidanorum* Lovel. 3. Harleian. et Mead. 1.

CAP. XLV. § 1 *Sub idem fere tempus et ab Trallibus, et a Magnesia, quæ super Mæandrum est*] *Ferme tempus* Voss. et Gaertn. Vide etiam ad § 4. et ad cap. 38. § 5. Tum voces *et ab Trallibus* non comparent in Lovel. 6. *et a Trallibus* legunt Lov. 3. 6. et edd. principes. Hinc *et Magnesia* Gaertn. *ab Magnesia* Lov. 2. *et ab Magnesia* Lovel. 1. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Præterea τὸ *est* exsulat a Lovel. 6. quemadmodum etiam mox *legati* a Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Vide ad c. 26. § 9. Tandem *ad dedendum urbes* Lov. 3. Vide ad XL. 49. § 1.

§ 2 *Classe usque ad Patara Lyciæ pervectus*] *Classi* Voss. Lov. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Vide ad XXIII. 41. § 8. Tum *Ciliciæ* Lov. 2. et Harl. Vide ad c. 17. § 1. Hinc *provectus* Gaertn. Vide ad XXXIX. 40. § 5. *Prætervectus* Lov. 5. et edd. ante Frob. 1535. Mox *quæ ad Megisten erant*, pro *erat*, Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. et Gaertn. ut referatur ad 'naves.' Eamdem lectionem Crevierius in cod. Victor. invenit, et in contextum recepit: utrumque sensui convenit, *navium quæ ad Megisten erant*, et *stationis quæ ad Megisten erat.* Ita 'statio navium ad Uticam incaute agens,' non *agentium*, XXX. 9. Vulgatum igitur servans arbitrium lectori relinquo.

Itinere pedestri Syriam petiit] *Petit* codd. mei, Hearnii L. 1. et edd. ante Frob. 1531. Ita innumeris locis variant codd. Vide ad II. 20. § 2. V. 8. § 11. c. 40. § 5. VI. 22. § 6. c. 25. § 5. IX. 21. § 5. c. 42. § 3. X. 16. § 5. Epit. Liv. l. XIII. XXI. c. 20. § 2. XXII. 2. § 2. XXIV. 40. § 17. XXVI. 22. § 9. XXVIII. 16. § 13. cap. 45. § 8. XXIX. 12. § 12. XXX. 36. § 3. XXXI. 29. § 13. XXXV. 13. § 3. c. 31. § 14. XXXVII. 45. § 4. XXXIX. 4. § 2. Epit. Liv. l. LXII. et Burm. ad Suet. Cæs. c. 30. Similiter 'adpetit' et 'adpetiit:' vide ad VII. 26. § 5. 'repetit' et 'repetiit:' vide ad XL. 58. § 8. Alia plura ejusdem generis vide ad l. XXXVI. c. 20. § 3.

§ 3 *Quum primum pati laborem viæ potuit*] Vocem *viæ*, quæ aberat a Lov.

4. 5. Mead. 2. et edd. priscis, Moguntini ex cod. suo adjecerunt. Eadem etiam superest in reliquis meis: sed *laborem viæ pati* præfert Lov. 6. Supra XXVII. 29. 'Quia nec viæ laborem passurus videretur.' Paullo ante *Sardibus tum consul erat*, pro *jam*, Lov. 2. Harl. et Mead. 1. Alibi hæ voces commutantur. Vide ad II. 48. § 10. XXXIII. 45. § 1.

§ 4 *Per P. Scipionem a consule petiit*] Prænomen Scipionis abest a Lov. sex, Harl. Mead. ambobus, Gaertn. et edd. vett. quod Moguntini ex cod. suo receperunt. Deinde *petit* cod. Mog. omnes nostri, et edd. usque ad Frob. qui a. 1531. *petiit* substituit. Vide modo ad § 2. Paullo ante *Sub idem ferme tempus* Voss. et Gaertn. Vide ad § 1. Ceterum cum his conferendus est Polyb. Exc. Leg. num. XXIV.

§ 5 *Zeuxis, qui præfectus Lydiæ fuerat*] Ὁ πρότερον ὑπάρχων Λυδίας σατράπης, Polyb. Legat. XXIV. Antiochus ei cum duobus aliis mediam aciem tuendam dederat in pugna adversus Romanos, c. 41. Post eam Sardibus fugiens Timonem Lydiæ præposuerat, c. 44. fortassis quod Zeuxis cum aliis Apameam ex fuga petierat, vel quod eum ob aliam quamcumque causam secum esse, quam in Lydia, malebat. *Dukerus.* Male *tum erat*, pro *fuerat*, Lov. 6.

§ 6 *Hi, prius Eumene convento*] Prima vocula deest in Voss., Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. et priscis edd. quam primus addidit Frob. 1535. quum Moguntini antea monuissent, membranas suas legere *is prius*, sive ita revera in illis repererint, sive ita operæ per errorem, pro *ii prius*, dederint. Gronov. quidem in pr. ed. nott. ad h. lib. cap. 17. pronomen inducendum existimavit; sed postea sententiam mutasse videtur, quia hanc conjecturam in repetitis curis omisit. Polyb. quem hic Livius presse secutus est, similiter οὗτοι dixit in Exc. Legat. num. XXIV. Οὗτοι δὲ πρῶτον μὲν ἔσπευδον ἐντυχεῖν Εὐμένει τῷ βασιλεῖ, &c.

Aversum maxime a pace credebant esse] *Aversum maxime paci credebant esse* Mead. 2. *aversum maxime parati credebant esse* Mead. 1. *adversus maxime credebant pacem esse* Lov. 1. *adversum maxime parti credebant esse* Lov. 2. *adversum maxime pace credebant esse* Voss. *adversum maxime paci credebant esse* Lov. 3. 4. Harl. et Gaertn. Mox *sua et regis spe*, non *et sua*, omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui alterum *et* fide cod. Mog. adjecit.

§ 7 *Præbitoque iis petentibus frequenti consilio*] *Concilio* Lov. 2. et edd. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et reliquæ usque ad Frob. qui a. 1535. revocavit *consilio*, quod non tantum exhibent ceteri codd. nostri, sed et edd. Campani, Rom. 1472. ac Parm. Non tamen ea lectio salva manere potuit; sed, illa expuncta, Basil. a. 1554. iterum *concilio* dederunt, quod Sigonius omnesque editores recentiores servarunt usque ad Gronov. per quem recte *consilio* restitutum est. Vide ad XLIV. 2. § 5.

Non tam, quid ipsi dicamus, habemus] Verbum *habemus* non adparet in Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. utroque, et edd. vett. ita tamen ut *non noverim tam, quid ipsi* legat Lov. 6. *non tam, quid tempore* Voss. Illud *habemus* Moguntini ex auctoritate cod. sui adsciverunt. Aliquid adhuc scabri in hac oratione superesse videtur. Nescio enim utrum placere possit, *non tam habemus, quid dicamus, quam ut quæramus.*

§ 11 *In hunc modum locutus fertur*] *Refertur* Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. Insuper *locutum fertur* Voss. Erroris caussam vide ad VI. 3. § 8.

§ 12 *Gessimus, gerimusque: neque eos secundæ res extulerunt, nec adversæ*] *Gessimusque neque eos* Lov. 1. *gessimus, quia neque eos* Voss. Tum *neque*

adversæ Lov. 2. 3. et Mead. 2. Sed vide ad IX. 9. § 14. Mox *Hannibalem vestrum testem darem* Lov. 2. *Hannibalem vestrum vobis testem darem* Lov. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Insuper § seq. *trajecimus Hellespontum* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. uterque.

§ 14 *Quum senatus populusque Romanus pacem comprobaverint*] Vet. lib. *comprobaverit*. Sigon. Ita et Voss. Lov. 2. 3. 6. Harl. Gaertn. et Victor. Crevierii, qui ab ea lectione probanda haud alienus est, nos remittens ad Livii I. 58. § 12. ubi Latinos duobus pluribusve nominibus singularibus verbum singulare junxisse monuit, idque de Horatio observasse Bentl. ad Od. I. 24. 8. De Livio idem docui ad XXXVII. 29. § 6. Verum quum illo loco Livium duobus singularibus etiam plurale junxisse addiderim, et reliqui codd. atque inter eos optimus Mog. unde nihil notatur, vulgatum servarint, id damnare nondum audeo: præsertim quum hoc loco jungantur duo singularia conlectiva, quæ vel singula verbum plurale adsciscunt. Vide ad XXXV. 26. § 9. Judicet igitur lector. Paullo ante *Europa abstinete, Asia omni, &c. decedite*, pro *Asiaque*, Lov. 1. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Hinc *Pro impensis in bellum factis*, voce neglecta, Lovel. 3. qui idem cod. etiam *talentorum Euboicorum* legit.

§ 15 *Mille deinde talentum per duodecim annos*] *Millena deinde talenta* legendum, ut docte emendavit Budæus de Asse l. III. p. 303. Convincit hoc et Latinitas, et summæ divisio. *Glar. Deinde mille talentum* Lov. 3. Vocem *mille* ignorant Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. *mille deinde talentum*, quod in solo Lov. 5. inveni, et edd. vett. præferunt, ferri non posse, recte viri docti viderunt. Sensum Budæus vidit, at rectius Gruter. in ultima ed. emendavit *millia deinde talentum per duodecim annos:* id est, quolibet anno mille talenta, idque per duodecim annos. Vide ad IV. 15. § 6. et XXIX. 15. § 9. Polyb. in Exc. Leg. num. XXIV. ita exprimit: Τὰ δὲ λοιπὰ τελεῖν ἐν ἔτεσι ιβ', διδόντα καθ' ἕκαστον ἔτος χίλια τάλαντα. Vox *deinde* deest in Lov. 6. Deinde *per quindecim*, vel *XV. annos* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. nota numerali *II.* perperam coalescente in *V.* de quo vide ad cap. 22. § 4. *Per XX. annos* Lov. 4.

Eumeni quoque reddi quadringenta talenta] *Eumeni quoque regi reddi* Gaertn. Tum *quadraginta*, vel *XL. talenta.* Forte scriptum fuerat *IV*^{genta} *talenta*, quod facile in *IV*^{ginta} corrumpi potuit. Vide ad c. 50. § 2. Polyb. ita effert loco laud. Ἀποδοῦναι δὲ καὶ Εὐμενεῖ υ' τάλαντα προσοφειλόμενα, καὶ τὸν ἐλλείποντα σῖτον κατὰ τὰς πρὸς τὸν πατέρα συνθήκας.

§ 16 *Sed nusquam satis liquebit nobis*] Ita primum Francof. editum an. 1578. neque dubito quin operarum aberratione. Certe omnes priores *sed numquam* legunt; quod etiam in Lov. 1. 2. 3. 4. 5. vidi, et Hearnius in L. 1. Ex reliquis meis nihil notari video: in quibus si *nusquam* superfuit, id adscribendum culpæ librariorum. Vide ad XXXVI. 17. § 10. *Nunquam* etiam recte Crevierius ex Victor. suo restituit; eademque lectio etiam Dukero placebat.

§ 17 *Concitatorem Ætolici belli*] Scripti *concitorem*, ut diximus ad XXIII. 41. *J. F. Gron. Concitatorem* servant Voss. Lov. 1. 3. 6. Harl. et Hearnii L. 1. contra *concitorem* reliqui mei, Hearnii N. et ed. Campani. Ita vero hic legendum, Gebhardus ex Ms. Pal. et vet. ed. monuit ad XXIX. 3. § 3. Vide ad XXIII. 41. § 2. Mox *quia illorum* Vossian. Vide ad XXXVI. 33. § 5. Hinc *dedatis* Lov. 6.

Et cum eo Mnasimachum Acarnana] Vet. ed. *Musasymachum.* Pal. 1. *in Nascicinacum:* alter *Innasiemacum.* Gebh. *Mnasicinacum* Voss. *Mnasci-*

cinacum Lov. 3. *Mnasiciacum* Lov. 1. *Mnasiomacum* Lov. 4. *Mnasiemacum* Harl. et Mead. 1. *Masiemachum* Lov. 2. *Inasicmacum* Mead. 2. *Masimachum* Gaertn. *Masicuiacum* Lov. 6. *Musasymmachum* Lov. 5. et ed. Camp. *Masasymmachum* edd. Rom. 1472. et Parm. *Mnasymmachum* Mediol. 1480. Tarv. utraque, et reliquæ usque ad Frob. qui an. 1531. *Mnasimachum* substituit. Idem gentis Acarnanum princeps etiam memoratur XXXVIII. 38. ubi, licet scripti in duabus prioribus hujus nominis syllabis varient, in ultimas tamen *machus* tantum non omnes conspirant. Contra *Mnasilochus* vocatur Polyb. in Exc. Legat. num. XXIV. Σὺν δὲ τούτοις, Ἀννίβαν ἐκδοῦναι τὸν Καρχηδόνιον, καὶ Θόαντα τὸν Αἰτωλὸν, καὶ Μνασίλοχον Ἀκαρνᾶνα, καὶ Φίλωνα, καὶ Εὐβουλείδην τοὺς Χαλκιδέας. Vide eumdem in Exc. Legat. num. XXXV. Ursinus autem ad priorem locum Polybii vel apud Livium ex Polyb. *Mnasilochum*, vel apud Polyb. ex Livio Μνασίμαχον reponendum conjicit. Prius mihi verisimilius videtur, quia apud Livium XXXVI. 11. memoratur *Mnesilochus*, sive, ut scribendum conjeci, *Mnasilochus princeps Acarnanum*, qui, *multis emtus donis, non ipse solum gentem regi* Antiocho *conciliabat, sed Clytum etiam prætorem, penes quem summa potestas erat, in suam sententiam adduxerat:* idem etiam Crevierio visum est; ejus tamen exemplo conjecturam in contextum recipere non audeo. Præterea *Acarnanã* Lov. 6. et Harl. *Acarnanem* edd. Mediol. a. 1480. Tarvis. ambæ, et recentiores omnes ante Moguntinos, qui recte ex cod. suo dederunt *Acarnana*. Neque aliter reliqui mei, et ed. Campani. Eo vero alludunt edd. Rom. 1472. et Parm. quarum illa *Arcarnana*, hæc *Acarna* operarum lapsu præferunt. Vide ad XXXVI. 11. § 6.

Et Chalcidenses Philonem et Eubulidam] Ms. *Philonem et Eubulum*. Modius. Pall. *Eubulum*. Vet. ed. *Eubolum*. Gebh. Olim edebatur *Chalcidensem*, quasi ad solum Philonem, non etiam ad Eubulidam, referendum foret: et ita, vel *Chulcidiensem*, aut *Culcidiensem* est in Gaertn. Lov. 5. 6. et Mead. 2. *Chalcidem* in Voss. *Chalcidienum* in Lov. 1. *Chalcidiens* in Lov. 2. et 4. Sed recte Moguntini ex cod. suo emendarunt *Chalcidenses:* ad quam scripturam proxime accedunt Lov. 3. qui *Chalcidensis*, Harl. qui *Calchidenses*, et Mead. 1. qui *Calcidiensis* præferunt. Præterea *Eubolum* edd. principes; quomodo legunt Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. et Mead. 2. *Culiolum* Lov. 1. Sed Moguntini ex cod. suo dederunt *Eubulum*, quod Hearnius in L. 1. invenit: ego *Eubylum* in Lov. 4. et Mead. 1. *Enibulum* in Lov. 6. Frobenius demum a. 1535. *Eubulidam* restituit. Polybius ll. laud. Φίλωνα καὶ Εὐβουλείδην, vel Εὐβουλίδαν τοὺς Χαλκιδέας vocavit. Memorantur etiam XXXVIII. 38. ubi vide Sigon.

§ 18 *Quia serius facit, quam facere potuit*] Pal. 1. *vel facere quam potuit.* Gebh. Similiter Voss. Lov. 1. 3. et 6. Præterea *quam serius facit* Voss. et Lov. 1. ac 2. ℘ *serius facit* Lov. 6.

Si nunc remoratus fuerit] Lege *Si nunc moratus fuerit*, non *remoratus.* Rhenan. *Remoratus* in solo est Lov. 5. Alii omnes, quos consului, *moratus* firmant. Verba 'morari' et 'remorari' confunduntur XXVII. 12. § 3. Insuper *Si non moratus* Voss. *si vero moratus* Lov. 6. et Gaertn. Voces *Si nunc moratus, &c. ad ima præcipitari* desunt in Lov. 3. ultimæ *quam a mediis ad ima præcipituri* in Voss. et Lov. 1. Præterea *ad medium trahi* legit Lov. 2. male. Vide ad XXII. 13. § 1. et XXXV. 12. § 10. *Ad medium detractari* Voss. et Lov. 1. Vide ad VI. 6. § 7.

§ 19 *Itaque Romum mitti legatos placuit*] Pal. 1. *ita Romam mitti legatos.* Gebh. Similiter Lov. 3. omnibus aliis nostris dissentientibus. Vide ad XXI. 53. § 7.

Et Tralles Ephesumque divisit] *Et Tralles et Ephesum* Lovel. 2. Harl. et Mead. 1. *et Tralles Ephesum* sine media copula Vossian. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. 2. et Gaertner. Tum *dimisit* Voss. Ut XXVIII. 4. 'Dimissis in hiberna legionibus.' XLII. 67. 'Exercitu in hiberna dimisso.' XLV. 9. 'Exercitus deinde in hiberna dimissus est.' XLIII. 23. 'Per Parthinorum socias urbes in hiberna militibus dimissis:' ubi tamen viri docti malunt *divisis:* quemadmodum etiam ob reliquorum codd. vulgatum tuentium consensum *divisit* hoc loco servandum censeo. Ita 'dividere in hospitia' II. 14. 'dividere in custodias' VI. 3. ubi alia vide: 'dividere equites in cornua' IX. 27. 'dividere copias in hiberna' XLV. 26. Vide Burm. ad Suet. Cæs. c. 54. Solent autem voces 'dividere' et 'dimittere' passim a librariis confundi. Exempla quædam vidimus ad XXVIII. 2. § 16. Adde IV. 16. § 2. V. 43. § 8. VI. 3. § 10. VIII. 3. § 1. XXI. 23. § 6. XXVII. 36. § 12. XXXIII. 15. § 2. XXXIX. 15. § 1. c. 20. § 9. et viros doctos ad Nason. Met. III. 381. Vulgatam lectionem defendit etiam Polyb. in Exc. Legat. num. XXIV. Ταῖς δ' ἑξῆς ἡμέραις οἱ Ῥωμαῖοι διεῖλον τὰς δυνάμεις.

§ 20 *Paucos post dies obsides ab rege adducti sunt*] *Post paucos dies* Voss. et Gaertn. Vide ad XXXVI. 27. § 2. Verum et alio ordine eas voces Livius proferre solet. Supra hoc cap. 'Paucos post dies Zenxis et Antipater venerunt.' Similiter *paucos ante dies* cap. seq. *tertio post die:* vide ad c. 38. § 5. De præpositione media inter adjectivum et substantivum vide ad II. 19. § 8. Mox § seq. *secutæ sunt eos* Voss. Lov. 1. 3. et Gaertn.

CAP. XLVI. § 1 *Cum triumphi spe proconsules de pravinciis Romam redierunt*] Τὸ *proconsules* abest a Pal. priore, pro quo est in vet. ed. *prætores:* in Pal. altero *cum triumphis prætores.* Gebh. *Cum triumphis*, omissa proxima voce *spe*, Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum vox *proconsules* deest in Lov. 1. 3. et Voss. ejus loco *prætores* præferunt Lovel. 1. 5. Harl. Mead. uterque, Hearnii L. 1. et edd. ante Frob. 1535. *pr.* Lov. 4. *duo forte prætores cum triumphi spe de provinciis* Lovel. 6. Voces 'fere' et 'forte' a librariis interdum confundi, vidimus ad XXXIV. 47. § 4. Mox *e Liguribus* Lov. 1. Tum *ex Ætolis* Lov. 3.

§ 2 *Acilio magno consensu decretus: isque triumphans*] Pal. 1. *Attilio magno assensu decretus: itaque triumphans.* Gebh. *Magno assensu* etiam Lov. 3. Tum *is quoque triumphans* Lov. 2. et Harl. Vide ad V. 27. § 1. *Itaque triumphans* Lov. 3. Ceterum in memoriam hujus triumphi, tabulam, victoriæ suæ titulum versibus Saturninis conceptum, fixit Acilius, ex quibus hunc nobis servavit Atilius Fortunatianus in Arte, quem edidit Putsch. inter Grammaticos antiquos p. 2680. 'Fundit, fugat, prosteruit maximas legiones.'

§ 3 *Prælata sunt in triumpho signa militaria*] *Prælata in eo triumpho sunt* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et edd. principes usque ad Froben. 1535. quæ dedit *Prælata sunt in eo triumpho;* quod inveni in Voss. et Lovel. 6. Hinc Gruterus in ultima ed. mendose dedit *Prælati sunt in triumpho*, quod Heinsius in Elzev. et prima Gronovii ed. retinuerunt; sed postea 1665. Gronov. *Prælata*, nos nunc demum τὸ *eo* loco suo restituimus.

Signati tetradrachmum Atticum centum tredecim millia] *Rectatum Atticum* Voss. *tetracinum Antiochum* Lovel. 1. *tetracinnum*, vel *tetracinum Atticum* Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. cum editis antiqq. *tetradracmõ Atticum* ed. Mediol. 1505. *tetradracmum Atticum* Ascens. a. 1513. *tetradrachmum Atticum* Ascens. 1516. Vide Budæum de Asse II. 256. Deinde *ex tria millia* Lov. 1. *CX. tria mil-*

lia Lovel. 4. *centum viginti tria millia* Lov. 2. *viginti tria millia* Harl. *X. tria millia* Mead. ambo: *centum X. tria millia* Gaertn. *centum decem tria millia* Lov. 3. Vide ad XXIX. 37. § 6.

Cistophori CCXLVIII.] *Cistophorum* legendum puto, et *millia* ex antecedentibus repetendum. Habet autem hic nummus rationem ad denarium subsesquiquartam, ut c. 4. ad 5. quemadmodum ex Festo Pomp. voce 'Euboicum' colligit Budæus l. II. de Asse. *Glarean.* Verissima est Glareani emendatio, quam Vascos. recepit. Vocem *millia*, quæ præcessit, sæpe ad sequentia animo repetendam esse, vidimus ad XXXI. 34. § 7. De nummis cistophoris vide Turneb. Adv. III. 5. et 21. Jos. Scalig. de Re Numm. p. 1521. tom. IX. Thes. Græci, et Cuper. Obs. IV. 16. et apud Goezium in Epist. de Re Numism. p. 30. Mox *multaque, magnique ponderis* Harl. et Mead. 1. *multa magni ponderis* Lov. 3.

§ 4 *Tulit et supellectilem regiam argenteam, ac vestem*] *Tulit vasa et supellectilem* Gaertn. voce *vasa* ex præcedentibus perperam repetita. Τὸ *argenteam* deest in Lov. 6. Tum *et vestem* Lov. 3. et Gaertn. Mox *dona civitatum sociarum* Gaertn. *dona sociarum civitatium* ed. Mediol. 1480. Vide ad XXXIII. 20. § 11. Insuper *ducit* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. De numero sex et triginta ducum vide ad c. 3. § 8.

§ 5 *Quum e carcere nocte effugisset*] *Noctu* Lovel. 1. 2. 4. Harl. et Mead. ambo; quod videtur præferendum ad evitandum minus gratum toties repetitæ vocalis *e* sonum. Præterea *fugisset* Lovel. 4. et Mead. 2. Verum, solitum fuisse Livium præpositiones partim in verbis compositis, partim in casu iis juncto repetere, sæpius dictum est. Vide ad c. 30. § 9. *Quum effugisset*, mediis omissis, Lovel. 6. Paullo ante *Democritus* Lov. 3. 5. 6. et priscæ edd. Sed vide ad XXXI. 32. § 1. Mox § seq. *alioquin* Vossian. Lov. 3. 4. 5. 6. Harl. et Gaertn. Vide ad VIII. 9. § 1.

§ 7 *Nuncius ex Hispania tristis, adversa pugna in Vacetanis*] Vet. lib. *in Vastetanis.* Strabo III. 155. meminit etiam in Hispania τῆς Βαστηταvίας. *Sigonius.* Vet. ed. *Vasceranis.* Pall. *Vastetanis.* Gebh. *Nuncius ex Hispania tristis adversæ pugnæ* Harl. Tum *in Vacetanis* demum adparuit in Basil. ed. a. 1554. sed, ut videtur, operarum lapsu, quia lectio illa in nullo cod. obcurrit. Priores, consentiente Lovel. 2. ediderunt *in Vascetanis*, nisi quod ed. Camp. cum Lov. 5. præferat *in Vasceranis.* Sed *in Bastetanis* Lov. 6. *in Ausitanis* in margine: *in Anxitanis* Lov. 3. inter versus. Reliqui omnes *in Vastetanis.* Donjatius testatur se facile adduci, ut credat *in Vaccetanis* scribendum esse; hunc autem populum ita adpellari a Lusitaniæ flumine, quod Plinio *Vacca*, Straboni *Vacua*, Ptolemæo *Vacus* nuncupatur. Verum quid opus est ex fluminis nomine gentem, geographis antiquis incognitam, effingere? præsertim quum Sigonius ex vet. lib. cui tot nostri consentiunt, *in Vastetanis* legendum esse, et Βαστηταvίαν a Strabone memorari docuerit. Apud Ptolem. II. 7. itidem obcurrunt Βαστιτανοί; verum ibi etiam, teste Montfauconio, codex Coislin. Βαστηταvοὶ præfert, quemadmodum a Strab. vocantur pagg. 141. 156. 162. et 163. 'Bastitaniam' recenset Plin. III. 1. et 'Bastitanos' III. 3. Sed DOMO. BASTET. sive *Bastetanos*, obcurrit in lapide apud Gruter. CCCXLIX. 1. qui literis transpositis BATESTANUS vocatur ibid. CLXXIV. 3. ubi eadem inscriptio, sed longe aliter excerpta, exstat. BATESTANI et BATESTANII p. CCXXV. 2. Si quid autem post Sigonium hic mutandum, legerem *in Bastetanis.*

Ductu L. Æmilii proconsulis, apud oppidum Lyconem cum Lusitanis] De

L. Æmilio Paulo intelligit, ut posteriora indicant. Hic ulteriorem Hispaniam sortitus ab initio libri XXXVI. et prorogatum posteriore tum anno imperium erat. Cæterum 'prætor' erat, non 'proconsul,' ideoque hic 'proprætor' fuit. Sed neque 'Lyconem,' neque 'Vascetanos' in Lusitanis apud ullum invenio authorem. Potuit autem periisse videri oppidum, si non ubique locorum nomina in Hispaniis male constarent apud hunc authorem, ut sæpe antea conquesti sumus. *Glar.* Cum in omnibus libris legatur *proconsulis*, emendavit tamen Glareanus *proprætoris*, ut alias sæpe, sine causa: siquidem ait Plutarchus in vita ejus p. 256. hunc cum imperio consulari in Hispaniam profectum esse, neque tanquam prætorem sex fasces, sed duodecim, ut consulem, attulisse: ἐπὶ τοῦτον τὸν πόλεμον ὁ Αἰμίλιος ἐξεπέμφθη στρατηγὸς, οὐχ ἓξ ἔχων πελέκεις, ὅσους ἔχουσιν οἱ στρατηγοῦντες, ἀλλὰ προσλαβὼν ἑτέρους τοσούτους, ὥστε τῆς ἀρχῆς ὑπατικὸν γενέσθαι τὸ ἀξίωμα. Ita Cic. de Leg. I. 20. 'L. Gellius ex prætura pro consule in Galliam missus est.' *Sigon.* Ab Orosio quoque IV. 20. 'proconsulem' vocari, monuit Pighius. Hoc solum tamen, si certiora argumenta non essent, non multum me moveret, quo minus Glareano adsentirer. Nam non dubito etiam alibi perperam in Livio scriptum esse *proconsul*, pro *proprætor*. Vide ad XXXIII. 25. et XXXV. 22. Nec exstant, quod sciam, ulla ex hoc tempore reipublicæ exempla prætorum, qui, sive quum provincias sortiebantur, sive quum iis imperium in illis prorogabatur, imperium consulare, ut *pro consulibus* essent, a populo acceperint. Locus Ciceronis de Leg. I. 20. a Manutio quoque ad Cic. Fam. I. 1. una cum aliis Ciceronis et aliorum locis in eam sententiam citatus, hinc alienus est. Nam ætate Ciceronis longe alia erat ratio provinciarum, nec ab ea argumentum ad hæc tempora duci potest. L. Æmilius Paullus prætor sortitus est Hispaniam ulteriorem a. IOLXII. eamque anno sequente imperio prorogato obtinuit XXXVI. 2. et supra h. lib. c. 2. Eum autem vel statim 'pro consule' in Hispaniam missum, vel ei deinde ita imperium prorogatum fuisse, ut id in ea 'pro consule' haberet, neutro loco prodidit Livius. Quia tamen disertum de ea re est testimonium Plutarchi, nec libri scripti Livii hic quidquam variare videntur, et Orosius quoque Æmilium 'proconsulem' vocat, credi debet, hoc ei extra ordinem datum fuisse: de quo si Livius monuisset, nihil sane peccasset. *Duk.* Omnes etiam nostri constanter *proconsulis*. Vide ad XL. 39. § 1. In nomen etiam urbis *Lyconem* Mss. nostri consensu conspirant. Alibi tamen ejus mentionem non inveni. Doujatius suspicatur illud oppidum indicari, quod Ptolem. II. 5. vocatur 'Laconimurgi,' idque 'Laconem' etiam dictum esse, itaque hoc loco reponendum. Ipse tamen agnoscit, id huic opinioni obstare, quod oppidum illud situm fuerit in Vettonibus, eorumque vocabulum a 'Vascetanis' vel 'Vastetanis' nimium distet. Mihi omnia sunt incerta, vel potius oppidum *Lyconem* ex ἅπαξ memoratis esse puto; qualia, præsertim in Hispania, plura apud Livium obcurrunt. Præterea *cum Vasitanis* Voss.

Sex millia de exercitu Romano cecidisse] Auget cladem Ms. in quo est *septem millia de, &c.* Modius. In *sex millia* consentiunt omnes nostri.

§ 8 *Ad modum fugientium magnis itineribus*] Ms. *in modum fugientium.* Modius. Codex Mog. est, qui apud Modium legit *in modum fugientium.* Supra XXXII. 38. 'In servilem modum lacerati atque extorti.' XXXVIII. 17. 'Quatientium scuta in patrium quemdam morem horrendus armorum crepitus.' Mox *Hæc Hispania nunci-*

ata, omissa præpositione, Lov. 1. Sed eam intercepit suus vicinus vocis præced.

§ 9 *L. Aurunculeius prætor in senatum introduxit*] *L. Aurunculeius pater* Lov. 1. Vide ad XXXV. 41. § 8. Tum *introduxit in senatum* Lov. 3.

§ 10 *Uti C. Lælius consul, si ei videretur, sex millia familiarum conscriberet*] Rursum membranæ, *septem millia familiarum conscriberet*. Nimirum amare illas absolutissimum numerorum. *Modius*. *Ut*, pro *Uti*, Voss. Lov. 2. Harl. et Gaertn. Ita interdum variant codd. Vide ad VII. 42. § 2. IX. 41. § 12. XXI. 19. § 9. XL. 28. § 10. adde Oudend. ad Front. Strat. I. 1. § 6. Tum *sex millia* constanter nostri. Hinc *scriberet* Lov. 3. Vide ad XXXV. 41. § 7. Mox vocem *colonos*, quæ in omnibus editis prioribus deerat, Mognutini ex cod. suo addiderunt. Eadem etiam comparet in codd. nostris.

§ 11 *L. Valerius P. F. Flaccus, L. Valerius C. F. Tappo*] *Tappus* ex Lap. Capitol. *Sigon. Tappus* Sigonius, male puto. Nam 'Tapponis' mentio in Catullo Epigr. 105. 'Sed tu cum Tappone omnia monstra facis.' *Grut.* Pal. 1. *C. Fulvius Trapo*. At alter *C. Julius Tappo*. Gebh. Scaliger in loco Catulli e pluribus variis lectionibus elegit *Tappone*, idque gentis Valeriæ cognomen fuisse confirmat ex Liv. XXXVIII. 36. et ex vetusta inscriptione C. VALERIVS TAPPO, quam se Placentiæ legisse (est in Gruter. IOXXII. 7.) dicit. Sed et hoc loco Livii et omnibus aliis, in quibus hoc nomen legitur, scriptura, ni fallor, variat. Vide lib. XXXV. capp. 10. 20. et infra c. 57. Si in tabulis Capitolinis, ad quas provocat Sigonius, est *Tappus*, nulla dubitatio esse potest, quin ita legi debeat. Et sic ubique scribit Pighius, eamque terminationem quodammodo confirmat cognomen gentis Villiæ *Tappulus*. Locum Catulli aliter legit et interpretatur Is. Vossius. *Duk. L. Valerius P. Flaccus*, litera *F.* omissa, Voss. et Lov. 1. ac 3. *L. Valerius Publius Fulvius Flacus* Lov. 2. Voces *P. F. Flaccus, L. Valerius* desunt in Lov. 6. et Harl. Vide ad IX. 11. § 11. Hinc *C. F. Rappo* habet Voss. *C. Fulvius Trapo* Lov. 3. *C. Fulvius Cappo* Lov. 6. *C. F. Tappo* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Haud male viri docti *Tappo* contra Sigonium defendunt: in marmoribus enim Capitolinis 'Valerii Tappi' nulla mentio reperitur. Contra in lapidibus apud Gruter. CCCCLXXXVIII. 9. obcurrit GEMINIVS . . . CE . . . TAPPO. Quum autem in alio cod. inscriptio hæc sine ulla lacuna proponatur, suspicio suboritur, forte in lapide datum fuisse GEMINIVS C. F. TAPPO. Ibidem IOCCCXC. 10. C. TAPO. TAPONIS. F. Pro quo in aliis schedis erat C. TAPPO. TAPPONIS. F.

CAP. XLVII. § 1 *Haud ita multo post*] Pal. 1. *Haud multo post*. Gebh. Nostri nihil mutant. Et recte. Vide ad XXXVI. 14. § 5. Mox *comitiorum adpareret tempus* Voss. et Lov. 3. Male. Vide ad XXXVII. 32. § 14. Tum *Romam redit* Voss. Lov. 1. 4. et Mead. ambo. Vide ad XXXVI. 35. § 2.

§ 2 *Ex facto absente se senatusconsulto*] Pal. 1. *senatusconsultu*. Gebh. Similiter Lov. 3. Sed vide ad V. 13. § 5. Mox *ducerentur* Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. principes, pro quo Aldus demum ex cod. Mog. substituit *deducerentur*.

Et retulit, et auctore eo Patres censuerunt] Pal. 1. *retulitque ex auctore eo*. Gebh. Similiter Lov. 3. Prius *et* deest etiam in Lov. 2. et Harl. *et retulit ex auctore eo* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXVI. 45. § 1. Mox § seq. *literæ L. Æmilii prætoris* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum *in Asiam exercitum trajecisse*

iidem codd. demto primo.

§ 4 *Victoriæ navalis ergo*] Pall. et vet. ed. *Victoriæ navalis gratia.* Solus dein Pal. 1. *primum in Asiam posuisset castra.* Gebhard. *Victoriæ navalis gratia* Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. et priscæ edd. Aldus ex Mog. cod. *ergo* reposuit. Eadem lectionis varietas in Mss. obvia est I. 18. § 8. XXV. 7. § 4. c. 12. § 15. XXVIII. 39. § 19. Tum *in diem unum* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Dein τὸ *est* non adparet in Lov. 3. Hinc *cum primum* Voss. Lov. 1. 6. Harl. et Mead. 1. Vide ad Epit. Liv. l. XLVIII. circa finem. Vocula *cum* deerat in Lov. 1. sequens *primum* in Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Insuper *in Asiam posuisset* Lov. 2. 3. 6. et Gaertn. Postea *prospera, læta eveniret* Lov. 1. et Gaertn. *prospera, læta evenit* Voss. *prospera et læta evenisset* Lov. 6. Tandem *vicenis minoribus hostiis* Harl. Vox *vicenis* deest in Lov. 4.

§ 6 *Adversa omnium fama, quod provinciam Siciliam petendi caussa*] Hic prætor Siciliæ fuit factus biennio ante, ut initio lib. XXXVI. refertur. Deinde sequenti statim anno jussus erat ab senatu, ut exercitum traderet C. Antistio Labeoni, novo prætori, ut initio hujus libri tradidit Livius. Qui igitur fieri potuit, ut jam tertio anno, invito senatu, e provincia, quæ sua non erat, adversa omnium fama cesserit Æmilius? *Glar.* Pall. et vet. ed. *adversa omnium fama.* Gebh. Prætor a. IƆLXII. sortitus fuerat Siciliam, XXXVI. 2. in qua anno sequente successorem habuit C. Atinium Labeonem, qui ab eo provinciam et exercitum accipere jussus est c. 2. Videtur ergo petendi consulatus causa, quem se a. IƆLXIV. gesturum sperabat, provinciam, non exspectato successore, reliquisse. Nam post illius adventum ei de illa, etiam non consulto senatu, decedere licebat; nisi ab eo una cum successore in provincia manere jussus fuisset; quod nonnumquam factum est. Forsitan festinavit Romam redire, quod se potentes et gratiosos competitores habiturum videbat, quæ sine dubio causa fuit, cur vel integro anno ante comitia petitionem adornaret: de quo vide Gruchium de Comit. Rom. I. 3. Thes. Antiquit. Rom. tom. I. p. 568. *Duk.* *Adversa omnium fama* omnes codd. nostri, et edd. ante Frob. qui a. 1535. dedit *adversa fama hominum.* Vide ad III. 54. § 6. Mox *non consulto senatus* Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. sed Mead. 1. *senatu* margini adscriptum ostentat. Tum *ut id sibi facere liceret* Lov. 6. *ut sibi ideo facere liceret* Lov. 3. *ut sibi id facere,* omissa sequenti voce, Lov. 4. *ut sibi id faceret* Mead. 2. Tandem *requisisset* Lov. 4. et Mead. 1.

§ 7 *Cn. Manlius Vulso*] *C. Manlius* Lov. 1. 3. 6. Vide ad VII. 3. § 3. *M. Manlius* Voss. Vide ad VII. 12. § 1. Sed 'Cnæi' prænomen ei in marmoribus Capitol. tribuitur, ut et cognomen *Vulso,* quod in omnibus nostris Mss. Hearnii L. 1. et edd. princc. deest. *Volso* jam exstitit in Mediol. 1480. Sed vide ad XXII. 35. § 1.

Fulvius consul unus creatur, quum ceteri centurias non explessent] Id verbi sæpe est apud hunc authorem, nec ex eo satis notum: ideoque considerandum lectori est, nam ego adhuc quæro. *Glar.* 'Non explere centurias' est, quod se ignorare Glareanus fatetur, centuriarum legitima suffragia non conficere. *Sigon.* Nic. Gruchius de Comit. Rom. lib. I. præsentem locum in hæc verba interpretatus est: 'Illud etiam potest ex iis quæ dicta sunt, intelligi, quid apud Livium significet 'centurias non explere,' ut XXXVII. 47. 'Fulvius consul unus creatur, quum cæteri centurias non explessent.' Habebat Fulvius tres competitores,

quorum nullus legitimum numerum centuriarum conficere potuit, vel quia in singulis centuriis pares numero suffragatores habuerant, vel quia ita alias alii centurias tulerant, ut pares numero centuriarum reperti sint, post vocatas omnes omnium classium centurias. His enim duobus modis poterant centurias non explere candidati, hoc est, non conficere eum numerum centuriarum, quo unus tandem plures tulisse judicaretur, quam alius.' Hactenus Gruchius, qui et lib. II. de electione tribunorum plebis agens, ait, 'Porro autem 'tribus non explere' eodem modo interpretandum est, quo supra interpretati sumus 'centurias non explere:'' sicque exponit Livii verba III. 64. ubi scribit, 'M. Duellius comitia habuit, et, quinque tribunis plebis creatis, quum præ studiis aperte petentium novem tribunorum alii candidati tribus non explerent, concilium dimisit, nec deinde comitiorum causa habuit.' Verum etsi tanti viri sententiæ, cujus lucubrationibus me multum debere confiteor, refragari nolim, tamen Livii utrobique verba interpretari aliter posse, affirmare non erubesco. Non enim rationi ac æquitati consonum videtur, candidatos consulares seu tribunicios, qui paria suffragia in unaquaque classe obtinuissent, vel pares centurias suffragantes, repulsam ob id pati potuisse, quin imo vel iterum centuriæ aut tribus ad ferenda suffragia revocandæ erant, quod de tribunis plebis constat lege Trebonia, quam tradidit L. Trebonius tribunus plebis, Herminio et Virginio consulibus a. CCCV. scilicet, ut, qui plebem Romanam tribunos plebis rogaret, is eo usque rogaret, dum decem tribunos plebis faceret, quod Livius tradit III. 65. et V. 12. Ex hac lege itaque manifestum fit, quod si accidisset, tribunos plebis ad exactum numerum statutum minime factos, revocandas fuisse populi tribus ad suffragia ferenda, quo usque decem tribuni plebis creati essent. In ædilium comitiis si candidati suffragiis pares fuissent, sorte decernebatur, quis magistratum obtineret. Cic. in orat. pro Plancio, c. 22. 'Neque enim unquam majores nostri sortitionem constituissent ædilitiam, nisi viderent accidere posse, ut competitores pares suffragiis essent.' Qua de re æquius procul dubio videtur, quod, si consulatus candidati pares suffragiis et ipsi fuissent, sorte, cui consulatus obveniret, decerneretur, quam eos a spe obtinendi consulatum dejicerent, nulla præsertim alia de causa quam quod eis paria suffragia contigissent. At hæc, si non dissonum, mirum saltem existimandum, quod in consularibus comitiis tribus Fulvii competitoribus paria æque centuriarum suffragia contigissent. Alia itaque dictis hisce Livii interpretatio excogitanda, quam esse existimamus alteram ex mox dicendis. Candidati (ut ego puto) 'centurias non explere' dicebantur, quum ultra dimidiam partem centuriarum omnium sibi suffragantem non haberent: tunc enim illorum in electione nulla habebatur ratio, et 'dejecti' dicebantur. Livius XXXVIII. 35. tradit, Fulvium consulem M. Æmilium Lepidum consulatum petentem sui inimicum dejecisse eo quoque anno, sicuti et anteacto anno fecerat. Exemplum sit in tribubus XXXV. quum non semper illarum idem fuerit numerus, ni candidati in tributis comitiis tribus saltem octodecim sibi faventes habuissent, repulsam passi dicebantur, nec amplius eorum eisdem in comitiis ulla habebatur ratio; at qui ultra dimidium tribus sibi suffragantes habuissent, seu centurias in centuriatis comitiis (nam in utrisque par est ratio), ex illis qui competitores suffragantium numero superasset, obtine-

bat, et magistratum petitum consequebatur. Quod si hæc explicatio alicui non arriserit, sequentem accipiat. In comitiis tribus seu centuria, quæ sorte prærogativa erat, prima suffragium ferebat; hæc autem in comitiis tanti momenti habita est, ut fere semper cæteris præscriberet, quod sequerentur. Sic Cic. de Divinat. I. 45. et in orat. pro Mur. cap. 18. scriptum reliquit, majores voluisse, prærogativam esse omen justorum comitiorum, tantamque comitiis centuriatis religionem fuisse, ut fere semper valuerit omen prærogativum. Ita et Livius XXIV. 9. tradit: 'Interim prærogativa suffragium init, creatique in ea consules Q. Fabius Maximus quartum, M. Marcellus tertium: eosdem consules cæteræ centuriæ sine variatione ulla dixere:' et XXVI. 22. de Veturia prærogativa: 'Ita de tribus consultatione data, senioribus dimissis, juniores suffragium ineunt, M. Claudium Marcellum, fulgentem tum Sicilia domita, et M. Valerium absentem consules dixerunt; auctoritatem prærogativæ omnes centuriæ secutæ sunt.' His ita se habentibus interpretor illud *quum cæteri centurias non explessent*, hoc pacto scilicet, M. Æmilium Lepidum, Cn. Manlium Vulsonem, et M. Valerium Messalam, videntes Fulvium Nobiliorem a prærogativa centuria consulem dictum, spe potiundi consulatu dejectos, noluisse a cæteris centuriis suorum nominum rationem haberi in suffragando, satius existimantes, sponte a petitione desistere, quam manifestam pati repulsam, quam jure suspicabantur futuram, ob prærogativæ adversæ omen. Sicque dicebantur *centurias non explesse*, eo quod non a cæteris centuriis (ipsis ita volentibus) eorum petitionis per suffragia ulla habita sit ratio. Quod autem in consulibus creandis, habitis comitiis, facultas esset illis, quorum habebatur ratio in suffragando, non solum abnuendi consulatum, sed et obtinendi, ne a cæteris centuriis, quum prærogativa aliquem consulem declarasset, sui haberetur ratio, constat ex ipsomet Livio XXVI. 22. exemplo T. Manlii Torquati, quem quum Veturia juniorum, quæ prærogativa erat, consulem dixisset, nec dubium esset, quin et consentirent cæteræ centuriæ in suffragiis ferendis, oculorum valetudinem excusans, Veturiam juniorum in suffragium redire jussit, ut alium consulem, se prætermisso, declararet, quum tamen eadem frequens succlamasset, nihil se mutare sententiæ, eundemque consulem dicturum; tum Torquatus: 'Neque vestros mores,' inquit, 'consul ferre potero, neque vos imperium meum: redite in suffragium, et cogitate bellum Punicum in Italia, et hostium ducem Annibalem esse.' Tum Veturia auctoritate mota viri, et admirantium circa fremitu, petiit a consule, ut Veturiam seniorum citaret, velle se cum majoribus natu colloqui, et ex auctoritate eorum consules dicere. Consultatione facta alios consules crearunt. Ex his itaque patet, comitiorum suffragium ab aliquo suffragatorum interrumpi potuisse, sicque qui ex candidatis per omnium centuriarum suffragium pertransire noluissent, ab incepta petitione desistentes, 'centurias non explevisse' dicebantur. Huic interpretationi Livii dicta eodem loco favere videntur, dum ait Fulvium consulem creatum postero die Cn. Manlium, Lepido dejecto, (nam Messala tacuit,) collegam dixisse; quæso, quid aliud est, 'Messalam tacuisse,' dicere, quam eundem noluisse a Fulvio consule in sibi collega declarando sui rationem haberi? Sic et M. Acilius Glabrio competitoribus in censura T. Quinctio Flaminio, P. Cornelio Cn. F. Scipione, L. Valerio Flacco, M. Porcio Catone, M. Claudio Marcello,

inclinante in eo populi favore, quod ægre patiebantur tot nobiles competitores novum hominem sibi præferri, tribuni plebis ei diem dixerunt; Glabrio, invidiam declinans, desistere se a petitione dixit. Eodem modo interpretanda Livii citata verba III. 64. 'Quinque tribunis plebis creatis, quum, præ studio aperte petentium novem tribunorum, alii candidati tribus non explerent,' hoc est, nollent nomina sua per suffragia omnium tribuum transire, timentes concurrentium in petitione nimis ambitiosa ac potentia studia, ideoque mallent a petitione desistere, quam repulsæ dubiam aleam subire. Hæc habui, quæ ex mea Minerva in re perdifficili proferrem, cujus difficultatem testatus Glareanus in Livianis annot. inquit, 'Quid sit 'tribus explere,' etiam atque etiam secum consideret lector.' *M. Donatus.*

Is quoque postero die Cn. Manlium] Hæc lectio in nullo codice obvia fuit, nisi forte in Harl. unde nihil notatur: *quia postero die* legit Voss. *hiisque postero die* Mead. 1. *isque postero die* Lov. sex, Mead. 2. Gaertn. et edd. Camp. Rom. 1472. et Parm. Proximæ dederunt *is quoque postero die,* pro quo Aldus priscam lectionem *isque* revocavit. Ea vero obtinuit usque ad J. F. Gronov. qui, incertum quam ob caussam, iterum *is quoque* substituit; quum altera lectio, quam restitui, omnino verior sit. Eamdem etiam Crevierius, in Msto Victor. et ed. Andrææ inventam, recepit, et Dukerus ex conjectura reponendam vidit. Tum *M. Manlium* Voss. et Gaertn. *C. Manlium* Lov. 1. 3. 6. Vide modo ad hunc §. Mox *Messalla* plures codd. et edd. vett. in aliis altera litera *l* deest. Vide ad XXVII. 5. § 1. Deinde *acuit* Lov. 5. et ed. Camp. *jacuit* Voss. Lov. 1. 4. 6. Mead. 2. Gaertn. et reliquæ edd. vett. usque ad Ven. 1498. quæ dedit *tacuit,* quod firmant ceteri scripti. Solent 'jacere' et 'tacere' in Mss. confundi. Vide ad IX. 6. § 12.

Collegam dixit] Hinc Gruchius de Comit. Rom. I. 4. p. 618. argumentatur, si quando accideret, ut tantum unus consul crearetur, quod ceteri candidati centurias non explessent, eum, qui unus designatus fuerat, lege jussum fuisse, sibi alio die collegam subrogare, id est, eum renunciare, qui populi suffragiis in comitiis creatus erat. Nam eum hoc ita voluisse accipi, ex c. 4. Refut. ad poster. Sigonii Disput. patet. Sigonius de Lege Curiata c. 7. *collegam dixit* interpretatur: nominavit sine comitiis; quemadmodum consules dictatorem dicunt. Hoc mihi admodum improbabile videtur. Dictatorem ex lege dicebat alter consulum, quem vellet ex iis qui per legem dictatores esse poterant. Liv. II. 18. Sed consulem, qui unus creatus erat, sibi non potuisse ita dicere collegam, verum ei comitiis consularibus suffragiis populi collegam datum fuisse, docet locus Livii XXII. 35. 'C. Terentius consul unus creatur, ut in manu ejus essent comitia rogando collegæ, &c. Nobilitas L. Æmilium Paullum, &c. ad petitionem compellit. Is proximo comitiali die, concedentibus omnibus, qui cum Varrone certaverant, par magis in adversandum, quam collega, datur consuli.' Idque etiam ex eo intelligi potest, quod Lepidus, cui nobiles inimicitiæ erant cum Fulvio, ab hoc 'dejectus' fuisse, id est, Fulvio suffragia populi Cn. Manlio conciliante, repulsam tulisse dicitur. Nam 'dejicere' alios in petitione honorum dicuntur, quorum opera aliis per factionem et coitiones honor eripitur, quod Suet. Cæs. c. 24. dicit 'detrudere.' Liv. III. 35. 'Dejectisque honore per coitionem duobus Quintiis.' IV. 44. 'Ejus injuria queri suos honore dejectos.' XXXVIII. 35. 'Quum M. Lepidum inimicum eo quoque anno petentem dejecisset.'

Adde Ciceronem in Verr. I. capp. 8. 9. et Sigonium ad Liv. III. 35. Hoc autem, quum dictator ab altero e consulibus dicitur, nec ullæ sunt populi in eo dicendo partes, locum habere non potest. Nec melius est, quod addit Sigonius, idem in tribunis plebis observatum fuisse, ut, si horum numerus comitiis expleri non potuisset, qui creati erant, collegas sibi cooptare possent. Nam hoc tribunis plebis lege concessum fuerat, Liv. III. 64. quod de uno consule nusquam proditum est: et tamen lex illa dudum ante hoc tempus lege Trebonia abrogata fuerat, Liv. ibid. c. 65. Speciosius interpretationem suam tueri potuisset Sigonius loco Livii VII. 24. ubi, quum narrasset, L. Furium Camillum comitiis, quæ ipse dictator habebat, consulem creatum fuisse, addit 'collegam App. Claudium Crassum dixit.' Sed primum, satis apparet, illis comitiis omnia per factionem patriciorum contra leges gesta fuisse, per quas ei, qui comitia habebat, neque nomen suum recipere, neque duos patricios consules creare licebat; quorum illud jam olim ante decemvirorum tempora, hoc lege Licinia prohibitum fuerat. Vide Liv. III. 35. et VI. 37. seqq. Itaque et plebs dictatorem increpabat, qui 'legis Liciniæ spretæ consulatum mercedem privata cupiditate, quam publica injuria, fœdiorem cepisset, ut se ipse consulem dictator crearet,' Liv. VII. 25. Deinde verba 'collegam Ap. Claudium dixit,' etiam hanc interpretationem recipere possunt: Camillum, quum se ingenti Patrum studio, ut Livius dicit, consulem fieri videret, iis commendasse Claudium, et id egisse, ut is sibi comitiis, quibus factio patriciorum superior erat, collega adderetur, et, quum id obtinuisset, eum consulem renunciasse: quemadmodum deinde Q. Fabius sibi P. Decium collegam dari a populo petiit, Liv. l. X. capp. 13. et 22. Nam et in universum candidati multum ab iis qui comitia habebant, adjuvari poterant, cujus rei non unum exemplum est in Livio: quo etiam pertinet, quod XXII. 35. scribit, Varronem unum consulem creatum fuisse, 'ut in manu ejus essent comitia rogando collegæ.' Etsi autem omnino probabile est, quod dicit Gruchius, lege cautum fuisse, ut, qui unus consul creatus erat, aliis comitiis collegam rogaret, tamen nihil de ea re, quod sciam, proditum legitur. Livius hic postero die, quam Fulvius consul factus fuerat, comitia illa habita fuisse scribit, et eodem modo XL. 59. de comitiis prætorum, quum numerus eorum pridie expleri non potuisset. Neque tamen id semper postero die factum fuisse, ex iis quæ XXII. 35. de Varrone narrat, intelligitur. *Duk.* *Collegam duxit* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. *collegam edixit* Harl. Vide ad XXXIII. 14. § 11.

§ 8 *Duo Q. Fabii, Labeo et Pictor*] In antiquis edd. legitur *duo M. Fabii:* *M.* nempe loco *N.* Legendum enim *duo N. Fabii*, hoc est *Numerii.* Sic etiam hoc lib. c. 50. et l. XLV. c. 44. corrigendum. *Spanhemius* de Præst. et Us. Num. pag. 514. ed. secundæ; vel dissert. X. p. 26. ed. ultimæ. Plurimum, ut par est, tribuo summæ incomparabilis Spanhemii eruditioni; nec tamen adhuc a me impetrare possum, ut ei adsentiar his locis Livii aliquid mutandum esse. Scribit vir illustris apud Livium aliquot locis (adscripsit lib. XXXVII. capp. 47. 50. et XLV. 44.) hunc flaminem Quirinalem pro 'Numerio' non recte 'Quintum' vocari, quum in antiqq. edd. legatur *M. Fabius* errore librariorum, qui, quum vulgo minus notum esset usitatum in gente Fabia prænomen 'Numerius,' obvio lapsu *M.* loco *N.* intruserint. Hic primum dubito, an veteres edd. Livii tribus his locis pro *Q.* habeant *M.* partim quia Sigonius hic et c. 50. de eo nihil monet, et

quod XLV. 44. ante legebatur 'M. Fabius Pictor,' ex XXXVII. 47. emendat *Q. Fabius Pictor;* partim quod Ursinus in Familiis Rom. Pighius ad a. IDLXIV. et Vossius de Histor. Lat. I. 3. tantum postremum locum memorant, in quo prænomen illius mendose legatur *M.* qui si hic quoque et cap. 50. *M.* pro *Q.* scriptum invenissent, idem de his locis dicturi fuisse videntur. Deinde, ut jam ubique in antiqq. edd. Livii sit 'M. Fabius Pictor,' tamen hic et cap. 50. pro *M.* non *N.* sed *Q.* scribendum esse, firmissimo hoc argumento evinci potest, quod Livius dicit, 'duos Q. Fabios' Labeonem et Pictorem prætores factos. Nam hinc necessario consequitur, utrumque idem prænomen habuisse; quemadmodum quum l. XXXIV. c. 42. scribit, 'Creati' prætores duo 'Cn. Cornelii, Merenda et Blasio,' non potest negari utrique borum prænomen Cneio fuisse. Jam vero certissimum est Fabium Labeonem, hujus anni prætorem, non 'Numerium,' sed 'Quintum Fabium' fuisse. Ita constanter nomen illius exhibent libri Livii capp. 50. 60. et lib. XXXVIII. capp. 39. 47. Polyb. quoque Legat. XXXV. Κόϊντον Φάβιον vocat, nec non Fasti triumphales, in quibus ad a. IDLXIV. ita scriptum est: Q. FABIVS. Q. F. Q. N. LABEO. PR. NAVALEM. triumphum. EGIT. EX. CRETA. ac denique nummus apud Goltzium, Ursinum, et Spanhemium p. 57. in memoriam hujus triumphi, Livio quoque XXXVII. 60. et XXXVIII. 47. memorati, signatus; cujus in altero latere legitur ROMA. LABEO. in altero Q. FABI. Nec dubium mihi est, quin, quod Sigonius et Pighius tradunt, idem Fabius Labeo deinde a. IDLXX. cum M. Claudio Marcello consul fuerit: non solum ob id, quod nullius alterius Fabii Labeonis, aliqua re tam clari, ut ad consulatum adspirare potuerit, his temporibus in Livio mentio est: sed etiam quod Livius XXXIX. 32. eum 'veterem candidatum consulatus' fuisse dicit; quod in hunc solum, qui jam prætor fuerat, convenire potest. Hic autem in Livio XXXIX. 45. est 'Q. Fabius Labeo,' et in Fastis Capitolinis Q. FABIVS. Q. F. Q. N. LABEO, itidem ut in triumphalibus prætor. Et ad eumdem pertinere puto omnia alia loca Livii, in quibus 'Q. Fabius Labeo' nominatur, lib. XXXIX. capp. 44. 55. et XL. 42. et, non addito cognomine, 'Q. Fabius' XL. I. Ex his quum manifestum sit, Fabio Pictori idem, quod Labeoni, prænomen *Q.* fuisse, idque neque hic, neque c. 50. in *N.* mutari posse, quæ ratio reddi potest, cur, quod jam ante Spanhemium putabat Fulvius, sed eo nomine a Pighio ad a. IDLXIV. notatus, XLV. 44. ubi certum est, vett. edd. habere *flamen Quirinalis M. Fabius Pictor,* pro *M.* scribi debeat *N?* Nulla alia excogitari potest, quam ut quis dicat, Q. Fabium Pictorem forsitan inter a. IDLXIV. et IDLXXXVI. fato functum fuisse, et in locum illius N. Fabium Pictorem venisse, qui a. IDLXXXVI. diem obierit. Sed hoc quam probabile sit, aliis judicandum relinquo. Plerisque longe verosimilius, quam tale commentum, visum iri credo, quod Pighius et Ursinus voluerunt, ibi pro *M.* non *N.* sed *Q.* scribendum, et omnia loca Livii, quibus Fabius Pictor flamen Quirinalis memoratur, de uno eodemque Q. Fabio Pictore accipienda esse. Quæ de librariorum sive inscitia sive negligentia dicit vir summus, vera sunt, et proclivis est lapsus ex *N.* in *M.* Sed hæc ad conjecturam illius stabiliendam non sufficiunt. Nam quoties iidem, quod nemo in lectione scriptorum veterum vel mediocriter versatus ignorat, non vel in notissimis prænominibus aberrarunt, et *M.* pro *Q.* et contra scripserunt? Quod ergo multis aliis locis factum est, hic quoque fieri, et *M.* pro *Q.* poni potuit. Nec juvat conjecturam nummus ab eo p. 86. ex Ursino relatus, in quo est inscriptio N. FABI. PICTOR.

cum apice flaminis, et in clypeo QVIRINVS. Nam ex eo summum nihil aliud effici potest, quam aliquem 'N. Fabium Pictorem' flaminem Quirinalem fuisse; non eum, qui in Livio Q. et *M.* appellaretur eumdem esse, cui in nummo prænomen est *N.* et Livium ex nummo emendandum. Fabiæ gentis familiam Pictorum usam fuisse prænomine 'Numerii' non solum ex hoc denario, verum etiam aliunde constat; de quo legi possunt, quæ Pighius ad a. CCCCLXXXVII. idemque et alii ad Valer. Max. IV. 3. 9. scripserunt. Sed non minus certum est ex Livii XXII. 57. XXIII. 11. Dionys. Hal. I. 79. et Appiano in Annibal. p. 329. quæ loca adnotavit Vossius de Hist. Lat. I. 3. in eadem etiam prænomen 'Quintus' fuisse. Itaque hoc quoque non satis valet ad persuadendum, in Livio XLV. 44. prænomen *M.* in *N.* mutandum esse. Fulvius scribit esse, qui denarium hunc ad Q. Fabium Pictorem, de quo hic agit Livius, referant, et ab eo in N. Fabii Pictoris, quem a. CCCCLXXXVII. in consulatu de Sassinatibus triumphasse Fasti triumphales testantur, memoriam cusum putent. Pighius ad a. IDIX. eum ad hujus filium, quem hoc anno quæstorem provincialem facit, refert. Sed hæc in conjectura posita sunt. Illud solum pro certo, mea sententia, haberi potest, alium esse N. Fabium Pictorem, cujus nomen in vetere nummo exstat, alium Q. Fabium Pictorem, flaminem Quirinalem apud Livium. *Duk.* In prænomen duorum Fabiorum Q. consentiunt omnes quum codd. tum edd. non tantum hoc loco, verum etiam infra cap. 50. et cap. 51. Quæ igitur Spanhemius de edd. 'Marci' prænomen Fabio Pictori flamini Quirinali tribuentibus, monet, referenda erant ad Livii XLV. 44. § 4. Verius tamen esse, ut tribus illis Livii locis Q. *Fabius* vocetur, egregie Dukerus evicit. Ceterum *duo Q. Fabius Labeo et Pictor* Voss. Lov. 5. 6. et Gaertn. *duo Q. Fabius et Labeo Pictor* Lov. 3. *duo Q. Fabii F. Labeo et Pictor* Lov. 4. et Mead. ambo: *duo Q. Fabii facti Labeo et Pictor* Lov. 2. *duo Q. Fabii frater Labeo et Pictor* Lov. 1. Videri posset, Livium scripsisse, *duo Q. Fabii Pictor et Labeo* (*Pictor flamen Quirinales eo anno, &c.*) At, reliquis nihil mutantibus, vulgatum servo: neque opus judico, ut, quod Crevierio visum est, quo clarior oratio foret, *hic flamen Quirinalis* legamus: per se enim patet, ultimo loco memoratum Fabium Pictorem intelligi. De similibus parenthesibus vide ad XL. 57. § 3.

Sp. Postumius Albinus, L. Plautius Hypsæus, L. Bæbius Dives] *M. Postumius* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *L. Postumius* Voss. Lov. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et edd. ante Frob. qui a. 1535. *Sp. Postumius* dedit. Similiter reliqui codd. nisi quod *S. Postumius* sit in Lov. 1. Per literam autem *S.* prænomen *Spurius* indicari, docet Ægyptius ad SCtum de Bacchanalibus p. 144. *Spurius* autem prænomen in gente Postumia est frequentissimum; et quidem hic indicatur is Sp. Postumius, qui quadriennio postea consul Bacchanalia sustulit. Tum voces *L. Plautius Hypsæus* desunt in Lov. 1. 6. et Voss. *L. Plautius Bæbius Dives*, reliquis omissis, legit Harl. *ipsius*, pro *Hypsæus*, Gaertn. N. Heinsius ad Nason. Her. XVII. 232. melius *Ypsæus*, quam *Hypsæus*, scribi, contendit auctoritate nummi, quem laudavit Sigonius ad Livii VIII. 1. § 1. Similes alii exstant apud Ursin. in Fam. Rom. in gente Plautia: ubi quum etiam memoretur nummus, in quo scribitur HVPSAEVS, altera orthographia forte referenda est ad prisci temporis morem, quem memorat Quinctil. Instit. I. 5. 'Parcissime ea' (litera H) 'veteres usi etiam in vocalibus, cum œdos ircosque dicebant.'

CAP. XLVIII. § 1 *Cn. Manlio Vulsone*] *M. Manlio* Voss. *C. Manlio* Lov. 1. 3. et 6. Vide ad cap. præc. § 7. Tum

Volsone omnes scripti, et edd. vett. Vide ad XXII. 35. § 1. Mox vocem *adolescentis* non agnoscit Harl. Dein *ad colloquium evocatos* Lov. 1.

§ 3 *Deletas omnes copias*] *Dejectas* Voss. Lov. 1. 5. 6. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. solito errore. Vide ad XXXI. 29. § 11. Mox *τὸ esse* non adparet in Gaertn.

§ 4 *Ob hæc Ætolos sustulisse animos, et abnuisse imperata facere*] Pall. et vet. ed. *imperia facere*. Gebh. *Ob hoc* Voss. Lov. 6. et Gaertn. Tum *imperia facere* omnes Mss. nostri, Hearnii L. 1. et vett. edd. Princeps Aldus, sed auctoritate cod. Mog. *imperata* recepit. Supra XXXVII. 16. 'Imperata enise fecerunt.' XXXVIII. 14. 'Paratum esse tyrannum imperata facere.' Mox *in Chreciam* Voss. *in Threciam* Lov. 4. et Mead. 1. Vide ad c. 33. § 3.

§ 5 *A. Terentium Varronem*] *L. Terentium* Lovel. 6. *Cn. Terentium*, et mox *Cn. Cornelio* Lov. 2. et Harl. Sed postea cap. seq. 'A. Terentius Varro' sive idem, sive ab hoc diversus memoratur. Cornelius vero *Aulus* passim vocatur XXXV. 24. XXXVI. 2. et XXXVII. 2.

§ 6 *Subtexit deinde fabulæ huic*] Ms. *Subjecit deinde fabulæ*. Modius. Vulgatum tuentur omnes scripti et editi nostri, nisi quod *Subcessit*, vel *Successit* sit in Lov. 1. 2. 6. *Subrexit* in Lov. 5. et ed. Camp. Eodem verbo Nepos eleganti hac translatione etiam utitur in Attic. c. 18. 'Quod difficillimum est, sic familiarum originem subtexuit, ut ex eo clarorum virorum propagines possimus cognoscere:' et Tibull. IV. 1. 211. 'Inceptis de te subtexam carmina chartis:' ubi vide Broukh. Quod tamen nunc secundum cod. Mog. *Subjecit fabulæ* dicitur, 'adjicere fabulæ' effertur v. 22. 'Inde fabulæ adjectum est, vocem quoque dicentis, Velle, auditam:' 'addere fabulæ' I. 11. 'Additur fabulæ, pepigisse eam, quod in sinistris manibus haberent.'

In senatu inter cetera hoc quoque interrogatos] *In senatum* Voss. Lov. sex, Gaertn. Mead. ambo, omnesque edd. ante Frob. 1531. Tum *hæc quoque* Lov. 3. et 6. Mox copulativa *et* non comparet in Lov. 5. et edd. ante Aldum.

§ 7 *Ætolos respondisse, ab suis legatis se, qui cum consule fuerint, certiores factos*] *Et Ætolos* Lov. 6. Sed particula perperam adsumta est ex initio vocis seq. quæ sine diphthongo more sui seculi a librariis scripta est *Etolos*. Vide ad X. 15. § 3. Mox pronomen *se* neglegit Voss. quod trajicit Lov. 6. *se certiores* legens. Dein *qui secum consules fuerunt* Voss. Lov. 1. 3. et Gaertn. *fuerunt* etiam Lov. 4. et Mead. ambo. Mox *neque pro vana* Gaertn. Sed vide ad IX. 9. § 14.

CAP. XLIX. § 1 *Hortaretur, ut confitendo seu suæ culpæ seu errori veniam peterent supplices*] *Hortaretur, confitendo seu culpæ, seu errori supplices peterent veniam* Harl. *hortaretur, confitendo seu culpæ, seu errori veniam supplices peterent* Lovel. 1. 3. 4. 6. et Mead. ambo: *hortaretur, confitendo seu culpæ, seu errori veniam supplices petere* Voss. Lov. 2. et Gaertn. Vulgatum in solo Lov. 5. inveni. Τὸ *suæ* omitti potest. Modo enim præcessit, neque necessarium est. Non displiceret etiam *hortaretur petere*, si plures codd. in eam lectionem consentirent. Vix certe verisimile videtur, sponte in eam librarios incidisse. Ita loquitur Nepos in Phocione c. 1. 'Hic quum a rege Philippo munera magnæ pecuniæ repudiaret, legatique hortarentur accipere:' ubi vide van Staver. Justin. XII. 5. 'Hortaretur milites suis scribere.' Adde viros doctos ad Val. Max. III. 3. in princ. Ejusdem generis apud Livium est XXXI. 7. 'Philippum pactum jam per legatos literasque cum Hannibale in Italiam trajicere.' XXXVII.

53. 'Dicere utique volentibus vobis parendum est,' pro volentibus, ut dicam. XL. 38. 'Edixerunt, Ligures ab Anido montibus descendere cum liberis conjugibusque.' l. XLII. c. 63. 'Tantus repente effusus est imber, ut nec accendi facile pateretur.' XLIV. 14. 'Petere, si possent inducere in animum, ut finiant iram, se quoque in gratia reconciliatæ pacis posse uti:' pro ut posset uti. Plura similia apud eum obcurrent, si Mss. fides habenda est. Vide ad III. 4. § 9. XXVII. 3. § 4. XXIX. 4. § 9. XXXII. 13. § 5. et Epit. Liv. l. L. Similiter Sall. Jug. c. 17. 'Res postulare videtur, Africæ situm paucis exponere:' ubi vide Cort. c. 19. 'Alio properare tempus monet.' Vide Barthium ad Rutil. Itin. I. 210. et Burm. ad Phædri I. 15. 6. et ad Gratii Cyn. 289.

§ 2 *Et prope exprobrantes*] *Prole* Lov. 1. *probre* Lov. 3. *probe* Lov. 2. et Harl. Solent autem 'prope' et 'probe' in Mss. confundi. Vide ad VI. 23. § 2. IX. 36. § 3. XXI. 43. § 15. XXIII. 15. § 8. XXX. 37. § 9. et alibi. Error hic ortus est ex minus adcurata pronunciatione verba præeuntis, qui literas *b* et *p* sono similes non satis aperte distinxit. Hinc confunduntur 'bene' et 'pene;' vide ad IV. 60. § 6. 'suberat' et 'superat;' vide Jos. Scalig. ad Virg. Culic. vs. 146. 'bacchatus' et 'pacatus;' vide Broukh. ad Prop. III. 15. 2. Alia vide apud Nic. Heins. ad Nas. Met. VII. 56. Paullo ante *in populo Ro.* Lov. 3. *in repub^ca* Gaertn. Vide ad XXXVIII. 58. § 6.

§ 3 *Opus erat, iram et odium irritarent*] Pal. 1. *opus fuerat, odium et iram irritarent.* Gebh. *Opus fuerat* etiam Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn.

§ 4 *Permitterentne arbitrium de se populo Romano*] Pal. 1. *an permitterent arbitrium populo Romano.* Gebh. Pariter Lov. 3. neque aliter Voss. et Gaertn. nisi quod *de se* servent: *ne permitterent* Harl. *permitterent*, omissa interrogandi particula, Lov. 1. 4. et Mead. 2. Mox *egredi ex templo* Lov. 3. 6. et Gaertn. Vide ad c. 30. § 9. Sed reliqui præpositionem nesciunt.

§ 5 *Conclamatum deinde prope ab universo senatu est*] Transposite Pal. 1. *Conclamatum ab universo deinde probe senatu est.* Gebh. Eodem modo voces transponunt Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Mox *regendum*, pro *gerendum*, trajectis literis, Lov. 1. 4. Mead. 2. et Lov. 3. inter versus. Vide ad XXVII. 40. § 2.

Perdomandosque feroces animos esse] Ms. *perdomandos animos feroces esse.* Modius. *Perdomandos* sine copulativa etiam Lov. 1. 2. et Harl. *perdomandumque* Lov. 5. et edd. principes. Mox § seq. *Illa etiam res* omnes, quos vidi, codd. et edd. ante Frob. 1535. Tum *peterent* Gaertn.

§ 7 *Senatusconsultum in M'. Acilii sententiam*] *Senatus contulit hæc* pessime Voss. Mox *Ætoli uno die* Lov. 4. et Mead. ambo. Sed *eo die* est in margine Mead. 1. Deinde § seq. *Si qua legatio* Harl. *Si quæ deinde legatio* Mead. 2. Tum *Ita Ætoli dimissi* Lov. 6.

CAP. L. § 1 *Sortiri eos Ætoliam et Asiam placuit: qui Asiam*] Τὸ *placuit* desideratur in omnibus nostris libris, et præfigunt *et qui Asiam sortitus esset.* Gebh. Eadem obcurrit lectio in Lov. 3. sed *Ætoliam et Asiam sortitus esset* legunt Lov. 1. 4. Harl. et Mead. uterque. Media omittuntur ob repetitam vocem *Asiam.* Vide ad IX. 11. § 11. Sola vox *placuit* deest in Lov. 2. 5. 6. Gaertn. et edd. vett. quam Aldus fide cod. Mog. restituit.

§ 3 *Et in eum supplementum quatuor millia peditum Romanorum, ducenti equites*] Vet. lib. *et in ejus suppl.* Sigon. Sic Sigonius. Nos invenimus in scriptis, quod antea edebatur, *et in eum supplementum.* Sic XXIV. 44. 'Dua-

bus urbanis legionibus scriptis, supplementoque in alias lecto.' *J. F. Gron.* Variant libri scripti et editi. Sigonio consentiunt Lovel. 2. 3. 6. Harl. Mead. 1. in margine, et edd. Mediol. a. 1480. Tarvis. utraque, et plures usque ad Frob. Contra cum Gronov. faciunt Voss. Lov. 1. 4. 5. Mead. 1. in contextu, Mead. 2. Gaertner. Hearnii Oxonn. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Tum Frob. 1535. usque ad Sigonium. Liv. XXXIII. 43. 'In eas legiones si quid supplementi opus esset.' Tum *quatrigentos equites* Lov. 1. *quadringentos equites* Lovel. 6. *quingentos equites* Voss. *quingenti equites* Gaertn. Verum is equitum numerus pro peditum portione nimis magnus est, et hinc vulgatum servandum puto. Id autem inde firmatur, quod mox in supplemento sociali octo peditum millibus adduntur quadringenti equites. Error inde ortus est, quod per notas *II^C* scriptum fuerit, idque in *V^C* facile mutari potuerit. Vide ad XXXV. 2. § 4. et XXXVII. 22. § 4.

Et sociorum ac Lutini nominis octo millia peditum, et quadringenti equites] Omnes libri Mss. et cusi *sex millia peditum*. Gebh. Omnia hæc vocabula desunt in Lov. 1. ob vocis *equites* repetitionem. Vide ad IX. 11. § 11. Duo priora exsulant ab Harl. Tum *VII. millia* Lovel. 6. *sex millia* Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Aldum, qui *octo millia* ex membranis Mog. recte admisit. Eadem portione enim quatuor millibus peditum legionariorum in præcedentibus adduntur ducenti equites. Tum copulativa *et* omittitur in Voss. Lovel. 2. 3. 4. 6. Harl. et Gaertn. Præterea voces *Romanorum ducenti equites et sociorum ac Latini nominis octo millia* non compareut in Hearnii L. 1. et N. nisi quod sola vox *Romanorum* adsit in eorum posteriori. Mox *his copiis bellum gereret*, reliquis neglectis, Lov. 5. et edd. vett. Vocula *ut* deest etiam in ceteris scriptis meis, et Hearnii L. 1. Quod nunc vulgo editur, Aldus ex cod. Mog. probavit.

§ 4 *Et, ut supplementum scriberet*] Vet. lib. *et ut in supplementum scriberet*. Sic ubique Livius. *Sigon.* Sic ubique Livius, inquit Sigonius. At non XXVI. 1. 'Supplementum, si opus esset, consules scribere jussi.' lib. XXVII. c. 22. 'Supplementum, quo opus esset, scriberent consules, permissum.' Deleatur igitur præpositio, quam ignorant meliores codd. *J. F. Gronov. In supplementum* Lov. sex, Harleian. et Mead. 2. Reliqui cum Gronovianis præpositionem nesciunt. Lib. XLII. c. 10. 'Postulantibus deinde, ut novos exercitus scribere, aut supplementum veteribus liceret, utrumque negatum est.' Utramque lectionem Hearnius ex L. 1. laudat. Paullo ante *τὸ est* non adparet in Lov. 1. contra mox *permissum est* legit Gaertn. Hinc *collegæ* Lov. 3.

§ 5 *Idem consul, quæ priore anno paratæ erant, ornare*] *Inde consul* Lov. 4. Vide ad XXXI. 38. § 9. Tum *erant paratæ* Lov. 6. qui etiam *onerare* præfert in contextu. Vide ad XXXII. 11. § 2. *Ordinare* a m. sec. inter versus. Vide ad XXIV. 48. § 7.

§ 6 *Si per commodum reipublicæ facere posset*] Ms. *si per commodum populi Romani f. p.* qui est frequens admodum in libris manu exaratis error ex notis natus, ut hæ voces invicem substituantur, et locum alteræ alterarum occupent. *Modius. Populi Romani*, pro *reipublicæ*, Lov. 3. *p. Ro.* Gaertn. *p. R.* Voss. Vide ad XXXVIII. 58. § 6. Præterea *Mandatum eidem et, si per commodum* Lov. 3. *Mundatum eidem, ut, si per commodum* Mog. codex, Harl. et Mead. ambo, bis posita vocula *ut*; quod Livio frequens esse, vidimus ad XXII. 11. § 4. Horum igitur Mstorum, sed inprimis integerrimi, fide in contextum recepi. *Ut si per commodum* quidem Lov. 2.

sed mox in sequentibus τὸ *ut* neglexit.

Ad comitia Romam rediret] Omnes libri Mss. et cusi *ad comitia Romam veniret*. Gebh. Similiter omnes mei, Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui, codicem Mogunt. secutus, primus *rediret* vulgavit. Innumeris locis hæc verba a scribis commutantur. Vide ad I. 32. § 10. III. 28. § 8. VI. 15. § 1. IX. 4. § 5. et alibi. Adde N. Heins. ad Nason. Her. I. 116. et Her. II. 24. Utraque lectio defendi potest. Nam proprie dicendum erat *rediret;* solet tamen 'venire' pro redire usurpari. Vide ad XXXVIII. 44. § 1. Quid verius sit, hæreo. *Rediret* tuetur bonitas integerrimi Msti; *veniret* mos librariorum, qui potius *venire* per *redire*, quam contra, exposuisse videntur. Perperam Lov. 2. *ut, si per commodum reipublicæ facere posset comitia, Romam veniret.* Mox § seq. *se* deest in Mead. 2. et *concurrere* legit Lov. 3. Male. Vide ad XXXVI. 24. § 4.

§ 8 *Ætolia M. Fulvio, Asia Cn. Manlio sorte evenit*] Perperam Pal. 1. *Etholia M. Fulvio, C. Manilio Asia evenit.* Gebh. *C. Manilio, Manlio,* vel *Malio* Lov. 1. 3. et 6. Vide ad c. 47. § 7. Mox *Sempronius Postumius Albinus* mendose Lov. 2. Harleian. et Gaertn. *L. Postumius Albinus* Lov. 5. et edd. ante Frob. 1535. Vide ad c. 47. § 8.

Q. Fabius Pictor] Vide ad c. 47. § 8. In prænomen Q. omnes codd. et edd. consentiunt. *Q. Fabius prætor* perperam legunt Voss. et Lovel. 3. Vide ad c. 51. § 1.

L. Plautus Hypseus] *Hypsæus* ex nummis argenteis et Græcis libris. *Sigon.* Vide ad VIII. 1. § 1. *Hysæus* Voss. et Lovel. 1. *Hyspæus* Lov. 5. *L. Plancius* Mead. 2. omnia errore scribarum.

L. Bæbius Dives Hispaniam ulteriorem] Vet. lib. *L. Bæbius Dives ulteriorem:* recte; præcessit enim 'Hispaniam citeriorem.' *Sigonius.* Eamdem vocem expellit Harl. Vide ad XXXIV. 55. § 5.

§ 9 *Et ut duas decumas frumenti novus prætor imperaret*] Ita membranæ Mog. Antea edebatur *et ut duas decimas frumenti prætor imperaret.* Aldus admisit vocem *novus*, quæ deest in omnibus scriptis. Gruterus deinde in ed. postrema *decumas,* ut in multis est codd. Vide ad V. 25. § 5. Tandem *P. R.* id est *populus Romanus,* pro *prætor,* Voss. et Lov. 1. ac 3. Vide ad XXXI. 10. § 4. Mox *alteram earum* Gaertn. Tum § seq. *Idem et ab Sardis* Gaertn.

§ 11 *Latini nominis, et ducenti equites*] Illud *et* rejiciunt membranæ. *Modius.* Earum fide etiam expunxi: *ducentos* perperam Voss. et Lov. 3. Paullo ante *in Hispania* Lov. 6. et Harl. Male. Vide Gronov. ad XLII. 1. § 2. Deinde *equites D.* pro *quinquaginta,* Hearnii L. 1. Similem errorem habuimus ad IV. 32. § 8. eodem modo etiam 'quadringenti' et 'quadraginta' commutantur cap. 45. § 15.

§ 12 *Plautio Hypsæo, &c. Latini nominis, et ducenti equites*] Tota hæc periodus deest in scriptis nostris, Hearnii L. 1. N. et edd. antiqq. quia præcedens periodus iisdem verbis, quibus hæc, finitur. Vide ad IX. 11. § 11. Aldus, quæ deficiebant, ex auctoritate Mog. cod. primus interposuit. Vide ad XXXVI. 19. § 13. Mox *et in singulas legiones* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. *ut in singulas legiones* Lov. 3.

§ 13 *Prorogatum et P. Junio proprætori in Etruria*] Pal. 1. *P. Junio pro prætore in Etruria.* Gebh. Ita et Lov. 3. nisi quod insuper legat *in Etruriam.* Præterea *prorogatum* deerat in Lov. 5. et 6. quemadmodum etiam paullo ante *in annum* in Voss. et Lovel. 3. Vide ad XXXVIII. 35. § 3.

Et M. Tutio proprætori in Bruttiis

et Apulia] Initio hujus libri c. 2. non *M. Tutius*, sed *Cn. Fulvius* prætor sortitus est (ut quidam habent codd.) Apuliam ac Brutios, ut hoc anno idem *Fulvius*, non *Tutius*, sit proprætor Apuliæ ac Brutiorum, cui prorogatum imperium sit: nisi *Fulvio* mortuo priore anno subrogatum hunc *Tutium*, (sive *Tuccium*) intelligamus, quod mihi vix verisimile videtur. Quidam utroque in loco legunt *M. Tuccium*. Glar. *M. Tutio* Lov. 3. et 6. *M. Tuctio* Lov. 4. Harl. et Mead. 1. *M. Tucco* Gaertn. *M. Tucio* Lov. 2. 5. et edd. principes, quod in edd. Venetis demum in *M. Tutio* mutatum vidi. Ex hoc igitur loco patet, recte *Tuccium*, pro *Fulvium*, substitutum esse XXXVI. 45. § 9. et XXXVII. 2. § 1. Deinde *prætori* ed. Gruteri ultima, et recentiores omnes; quod et in uno vel altero codicum, unde nihil notatum invenio, superfuisse videtur. Priores excusi *pro prætore*, vel *proprætori*, quod posterius superest in Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Lectio Gruteri Perizon. de Prætor. p. 26. displicuit, ubi existimat Junium et Tuccium, qui ejusdem conditionis et muneris erant, haud dubie a Livio eodem modo memoratos fuisse; sive 'proprætores,' sive 'prætores' earum regionum adpellare maluerit. Ego priscam lectionem *proprætori* revocavi.

CAP. LI. § 1 *Pontificem maximum fuit et Q. Fabium Pictorem*] *Maximum pontificem* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Deinde in Fabii prænomine iterum non variant scripti. Vide ad cap. 47. § 8. Sed *Fabium prætorem* perperam legunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. 1. et edd. vett. Vide et ad cap. 50. § 8. Insuper ultima vox deest in Lov. 6. at duæ ultimæ in Lovel. 2. et Harl. Quæ ad hæc verba notarat Modius, descripsit ex Lipsio ad Taciti Ann. III. 58. Mox § seq. voces *in Siciliam* exsulant a Lov. 1. *in Sicilia* legunt Voss. Lov. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn.

§ 3 *Et in senatu, et ad populum magnis contentionibus certatum est*] Pal. 1. *Et in senatum, et ad populum magnis cont. certatum*. Gebh. Similiter Lov. 3. *Et in senatum* etiam Lov. 6. Verbum autem *est* omittit quoque Voss. Verum id excidisse videtur ob sequentem particulam *et*. Vide ad XXI. 28. § 8. et XXXVI. 35. § 5. hoc lib. c. 52. § 2. Dein § seq. *et pignora capta, multæ indictæ* Harl. Sed omnia illa desunt in Voss. et Lov. 1.

§ 5 *Et dicto audiens esse flamen pontifici jussus*] Pal. uterque, *ut dicto audiens esset flamen pontifici jussus:* vet. ed. τὸ *jussus* aspernatur. *Gebhard. Ut dicto audiens esset* omnes nostri, (nisi quod *esset audiens* unus legat Lov. 6.) et editi ante Froben. qui a. 1535. *et dicto audiens esse* dedit; cujus loco Gronov. priscam lectionem revocavit. Tum *flamen pontifici jussus* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo: *flamen jussus* Gaertn. *flamen pontifici jussum* Lov. 6. Τὸ *jussus*, quod Frob. demum a. 1535. addidit, Gronov. iterum expunxit; idque etiam deest in Lov. 5.

Et multæ ex jussu populi remissæ] Ms. Longobardicus omnino melius longe, *et mulcta ei jussu populi remissa*. Modius. Immo codicem Mog. legere *et multa jussu populi ei remissa* testantur viri docti, qui nobis excerpta ejus dederunt. Vocula initialis *et* non adparet in Lov. 6.

§ 6 *Ita provincia erepta prætorem magistratu*] *Ita provincie erepte* Voss. Lovel. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *Ira provinciæ ereptæ* Mead. 2. et membranæ Mog. quod Aldus earum fide recepit, et per reliquas edd. propagatum est usque ad Elzevir. qui errore, ut videtur, operarum dedit *Ita provinciæ ereptæ*. Idem Gronovius in ed. prima retinuit, sed postea *Ita provincia erepta* substituit. Contra integerrimi cod. lectionem, quo

etiam reliquorum vestigia manifeste ducunt, revocandam duxi. Voces *ira* et *ita* sæpissime in Mss. confundi, vidimus ad XXIV. 16. § 1. Id autem proclive erat ob literarum *r* et *t* similitudinem in scriptura Longobardica. Vide ad V. 55. § 3. 'Ira ereptæ provinciæ' est ira propter ereptam provinciam. Supra IV. 50. 'Metu quæstionum plebs iraque tribunos militum ex plebe crearet:' ubi alia notantur. XXVII. 7. 'Ob similis iram fugæ missi eo ab senatu fuerant:' et hic etiam quædam notavi. Ovid. Met. IV. 235. 'stimulataque pellicis ira Vulgat adulterium:' ubi vide Burm. Mox *auctoritate sua decreverunt* Voss. et Gaertn. Ita variant etiam scripti cap. 13. § 10. Verba *et, ut jus inter peregrinos diceret, decreverunt* desunt in Lov. 3. et Harl.

§ 7 *Delectibus deinde intra paucos dies, &c. perfectis*] *Dilectibus* Lovel. 1. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Ita passim in decem prioribus Livii libris exhibent Mss. optimi, Flor. ac Leid. 1. et sæpe bonitate iis proximi Voss. 1. fragm. Hav. et Harl. 2. Alibi etiam alii codd. Vide Juret. ad Paullini vit. B. Martini I. 27. Gebh. ad Liv. IX. 17. § 15. Burm. ad Nas. Met. X. 324. XIV. 678. Gratii Cyneg. 127. Suet. Calig. cap. 43. Corte ad Plinii Ep. II. 13. et quæ notavi ad Silii VII. 43. Similiter *diligere* pro *deligere;* vide ad II. 33. § 7. X. 14. § 1. et pluribus locis. Dein *profectis* Voss. et Lov. 6. Vide ad cap. 6. § 7. *Prefectis* Mead. 2. et Gaertn. Vide ad IX. 10. § 7.

§ 8 *Fama deinde de rebus in Asia gestis*] *Fama deinde rebus* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertn. Sed præpositionem elisit syllaba finalis vocis proximæ. Vide ad III. 30. § 3. et XXVIII. 7. § 3. Nisi potius ex eorum fide scribendum sit *Fama dein de rebus;* vide ad II. 33. § 1. De *τῷ dein* vide ad III. 3. § 6.

§ 9 *Desierant enim victum in Ætolia metuere*] Legendum est *victam Ætoliam.* Gelen. Hic male interpolavit Gelenius, dubium ex ingenio, an ex libro ante malam manum passo. Verum est, quod habent omnes nostri scripti et editi olim, *desierant enim victum in Ætolia metuere.* De solo enim hic Antiocho sermo est: neque erat ea tum reipublicæ Romanæ conditio, ut isto bello valde timerent Ætolos: itaque nec timere eos desierant. Quin etiam non soli Ætoli (fuerant eorum tantum quatuor millia) ad Thermopylas ab Acilio Glabrione consule erant devicti, sed maxime Antiochus tota Græcia expulsus. Deceptus videtur auctor illius lectionis Livii verbis, quæ sunt prope finem hujus libri cap. 58. 'Cæterum vere æstimanti Ætolicum magis ad Thermopylas bellum, quam regium, fuit: quota enim parte virium suarum ibi dimicavit Antiochus?' Sed tamen hæc ipsa non Ætolos modo, verum etiam regem in parte virium devictum indicant. P. Scipio apud Appianum B. Syr. pag. 111. ad legatos Antiochi, ἔς τε τὴν Ἑλλάδα διελθὼν ἐδουλοῦτο τοὺς Ἕλληνας ὑπὸ Ῥωμαίων ἄρτι αὐτονόμους ἀφειμένους, μέχρι περὶ Θερμοπύλας ἡττήθη μάχῃ. Cæterum suspectum illud *averterunt famam:* præsertim si contra æstimes conjecturam Alb. Rubenii: *quæ non tant. gaud. ab rec. metu att.,* (*des. enim victum in Æt. metuere,*) *quam a vetere fama, quod in. id bell. gr. hostis et suis viribus, et quod Ann. rect. haberet, visus fuerat.* Valde placet! neque aliter scripsit Livius. *J. F. Gronov.* Recte priscam lectionem *victum in Ætolia metuere* adversus Geleniuum Gronovius tuetur, quam servant Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Id vero, quod Gelenius repositum voluit, potius ex libro interpolato, quam ex ingenio ejus depromtum videtur. Certe *victam Ætoliam metuere* præfert etiam Lov. 3. *victam Ætoliam et uere* Voss. *victum in Ætoliam et uere* Lov. 1. *victum in Æ-*

tolia et uere Lov. 6. *victum in Ætoliam metuere* Lovel. 5. et quædam ex edd. principibus. Præterea Rubenii conjectura, *quam a vetere fama*, et Crevierio placuit, et mihi admodum probabilis videtur. Eam nonnihil juvat, quod *averterunt fama* legat Lovel. 1. *adverterunt fama* Voss. *averterat fama* Lov. 6. In ea autem locutione, 'ab recenti metu' et 'a vetere fama,' præpositio *a* ponitur pro *ob:* vide ad XXVI. 1. § 3. Observa etiam *non tantum, quam,* pro *non tantum, quantum* poni, ut ex glossa hic præfert Lov. 6. vel *non tam, quam.* Ita VI. 9. 'Non tanta spe scalis capi urbem posse, quam ut, &c. spatium intrandi sine certamine mœnia haberet.' XXVI. 1. 'Non ab ira tantum, &c. quam quod urbs, &c. recepta inclinatura rursus animos videbatur.' Ter. Hec. III. 4. 2. 'Non, Hercle, verbis, Parmeno, dici potest Tantum, quam re ipsa navigare incommodum est.' Statius Silv. V. 3. 212. 'nec enim mihi sidera tantum Æquoraque, et terras, quam vos debere parenti.' Auctor Dialogi de Causs. Corr. Eloq. 6. 'Ullane tanta ingentium opum ac magnæ potentiæ voluptas, quam spectare homines veteres et senes?' &c. Quod an recte solœcismi accusetur in Supplem. Actor. Erudit. Lipsiens. tom. X. p. 228. ex adlatis aliorum exemplis judicari potest. Mox *Hannibalem terrorem rectorem* Voss. Sed media vox ex sequenti perperam nata videtur. Tum *vis fuerat* Lov. 1. *jussus fuerat* Lov. 3. Vide ad IX. 24. § 4. *Usus fuerat* Mead. 1. Alibi hæc vocabula commutantur. Vide ad VII. 34. § 7. Bouhier. ad Cic. de N. D. I. 5. et viros doctos ad Suet. Aug. cap. 43.

§ 10 *Aut minuendas eas copias*] Ita primus Gruterus edidit; incertum tamen, qua auctoritate. Antea legebatur *ejus copias*, quod servant Voss. Lov. sex, Harl. et Gaertn. quorum fide id revocavi.

CAP. LII. § 1 *Haud multo post M. Aurelius Cotta, legatus L. Scipionis*] *Haud multo tempore post* Voss. Sed vox addita est ab interprete. Vide Cort. ad Sall. Jug. c. 13. § 1. Scipionis prænomen *L.* quod ab omnibus codd. nostris, et edd. antiqq. exsulat, Aldus ex cod. Mog. recepit. Voces *L. Scipionis, cum Antiochi regis legatis* desunt in Lovel. 1. culpa librarii ob repetitionem vocis *legatus, legatis.* Vide ad IX. 11. § 11. Τὸ *Romam* mox non exstat in Lov. 6. Ceterum cum his et seqq. conferendus est Polyb. in Exc. Legat. num. XXV.

§ 2 *Supplicatio inde in triduum decreta est, et quadraginta*] *Supplicatio in triduum* Harl. Sed vocula *inde,* sive, ut per compendium scribitur, *iñ*, elisa est a sequenti *in*. Vide ad I. 54. § 1. III. 44. § 9. X. 4. § 5. XXVI. 25. § 6. XXVIII. 11. § 15. et Burm. ad Suet. Cæs. c. 35. Contra *inde* vel *iñ* interdum repetitum est ex sequenti *in*. Vide ad XXXVI. 21. § 6. *Supplicatio inde triduum* Lovel. 5. 6. et ed. Camp. ubi vicissim τὸ *inde* vel *iñ* sequentem præpositionem *in* intercepit. Vide ad cap. 31. § 4. Præterea *est* neglegitur in Lovel. 3. quod verbum excidit ob voculam sequentem *et*. Vide ad cap. præc. § 3.

§ 3 *Tum omnium primum Eumeni*] Pall. uterque, et vet. ed. exhibent *Omnium primum Eumeni senatus datus est*, excluso τῷ *Tum*. Statim Pal. 1. et vet. ed. *Is cum breviter egisset gratias Patribus.* Gebh. Voculam *Tum,* quæ omittitur etiam in omnibus Mss. nostris, Hearnii L. 1. et edd. vetustis, Aldus ex fide cod. Mog. adposuit. Deinde *breviter egisset gratias* Lov. 1. 2. 3. 5. et edd. antiqq. Particulam *et* idem Aldus ex eodem cod. adscivit, adstipulantibus ceteris nostris.

Quod obsidione se ac fratrem exemissent] Hoc loco *fratrem* singulari inquit numero, cum paulo post (hoc et seq. cap.) ter dicturus sit 'fratres' plurativo numero, et l. XXXVIII. capp. 12. 13. præter Attalum etiam Athe-

næum Eumenis fratrem Livius nominat. Quanquam hunc locum adjuvare potest locus ille, cujus mentionem XXXIII. 21. fecimus ubi de Attalo hujus Eumenis parente, 'uxorem' (inquit Livius) 'ac liberos duos superstites habuit.' Sed eum locum, ut hunc, corruptum puto. Tres item Attali, et duo Eumenes multum negotii facessunt lectori in horum regum genealogia, de quibus obiter in Horatium diximus Carm. I. 1. *Glareanus.* Vide Rupert. ad Besoldi Synops. Min. c. 12. et Spanh. de Præst. et Us. Num. diss. VIII. p. 511. Mox *regnum ab injuriis*, expuncta copulativa *que*, Lov. 5. et 6.

Quod mari terraque prospere res gessissent] Pal. alter *res prospere cessissent.* Gebhard. *Res prospere gessissent* Lovel. 1. 2. 3. Harl. et Mead. 1. *res prospere cessissent* Lov. 4. et Mead. 2. Ita Epit. Liv. l. CXXX. 'Bellum Parthis intulit: et quum, duabus legionibus amissis, nulla re prospere cedente, retro rediret.' Sallust. Catil. c. 26. 'Catilinæ neque petitio, neque insidiæ prospere cessere:' ubi vide Cort. Ovid. Her. VIII. 101. 'Res hæc una mihi conjux bene cessit Orestes:' ubi vide Heins. Potius tamen existimo lectionem hanc natam esse errore scribarum, qui τὰ *gessi* et *cessi* sæpissime commutarunt. Vide ad IV. 44. § 9. VI. 27. § 5. VIII. 33. § 8. IX. 17. § 12. XXVII. 22. § 1. viros doctos ad Curtii V. 2. § 3. Salmas. ad Flori I. 1. § 3. Nic. Heins. ad Nason. Fast. II. 380. et Bentl. ad Hor. Sat. I. 1. 31. Ratio est similitudo literarum C et G. Vide ad VI. 25. § 6. Insuper *terra marique* Lov. 6.

§ 4 *Prius Europa, post et Asia, quæ cis Taurum montem est*] Ms. *prius Europa, postea Asia.* Modius. *Post Asia* Lov. 5. Harl. et edd. ante Aldum, qui vulgatum primus recepit, adstipulantibus reliquis meis Mss. Tum *montem Taurum* Gaertn. Paullo ante vox *Antiochum* non est in Lov. 6.

§ 5 *Quam se commemorante cognoscere*] Libri omnes continent *cognosci.* Gebh. Omnes ante Curionem *cognosci.* Fuit *cognosse.* J. F. Gron. Non primus Curio *cognoscere* edidit, sed diu ante Frob. a. 1535. quæ ed. quum ad mentem Gelenii emendata sit, ejus etiam forte consilio hæc lectio recepta est. Interim non soli typis exarati vetustiores *cognosci* præferunt, sed etiam Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. De τῷ *cognosse*, quod ejus loco reponendum conjicit Gron. vide ad XXII. 3. § 2. In præcedd. *sua inde merita* Lov. 6.

§ 6 *Jubentibusque dicere ipsum, omissa in id verecundia, quid sibi a senatu*] Polyb. Exc. Leg. num. XXV. Λέγειν ἠξίουν μετὰ παῤῥησίας, ὧν βούλεται τυχεῖν παρὰ τῆς συγκλήτου. Ceterum *ipsum dicere* Gaertn. Tum vox *omissa* deest in Lovel. 5. Præterea *quicquid a senatu* Lov. 6. *quid ab senatu* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. et omnes edd. usque ad Paris. 1573. quæ prima dedit *a senatu.* Mox *si quoque possit* Harl. *quo possit* Voss. et Gaertn. *in quo possit* Lovel. 2. et 6. Deinde τὰ *prout ejus merita sint* Crevierius interpretatur, 'quum tanta ejus merita sint:' magis tamen ipsi placebat, si legeretur *quam ejus merita sint.*

§ 7 *Ne quid aut inmoderate cupisse, aut petisse parum*] Pal. 1. talem ingerit lectionem, *ne quid aut immoderata cupisse parum.* Gebh. Polyb. ibid. πρὸς τὸ μήτ' ἐπιθυμεῖν μηδενὸς παρὰ τὸ δέον, μήτ' ἀξιοῦν μηδὲν πέρα τοῦ καθήκοντος. Ceterum *aut immoderata* etiam Voss. Lovel. 1. 4. 5. Mead. 2. et edd. principes. Tum *videri possit* cod. Mog. Mox § seq. *ipsorum arbitrium debere esse* Voss. *ipsorum arbitria debere esse* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. an. 1472. ac Parm. Male. XXI. 44. 'Sua omnia suique arbitrii facit.' XXV. 29. 'Quum primum nostri arbitrii esse cœpimus.' XXXIX. 53. 'Vix sui arbitrii fore, quem hære-

dem regni relinqueret.'

§ 9 *Inexplicabili facilitate certatum esset*] Pal. 1. *inexpectabili.* Gebh. Similiter Lov. 3. qui etiam inter versus exhibet *felicitate*, ut Lovel. 1. *facultate.*

§ 10 *In eadem perstare sententia, ut absurdum esse diceret*] Impense placeret legi, *in eadem perstare sententia, et absurdum esse dicere.* XXXVIII. 14. 'Hac denunciatione conterritus perstare tamen in pertinaci simulatione inopiæ, et paulatim illiberali adjectione ad centum talenta est perductus.' Omnino sic scripsit Livius. *Jac. Gron.* Juvat nonnihil Gronovii conjecturam codex Lov. 3. qui legit *ut absurdum esse dicere.*

Quæ commoda regno suo sint, ipsum optime scire] Pal. 1. et vet. ed. *quæ accommodata:* alter *quæ adcommoda.* Gebh. Sic primus vel Curio, vel Gryphius. In Frobenio legitur *accommoda.* Ante hunc editi et scripti *accommodata,* vel *adcommodata,* quod prudentius non mutassent. Cic. Famil. III. 3. 'Te quoque confido ea esse facturum, quæ mihi intelliges maxime esse accommodata.' Et ejusdem lib. ep. 5. 'Perfore accommodatum tibi, si ad Sidam maritimam partem provinciæ navibus accessissem.' Noster l. XXXVIII. c. 59. 'At, hercule, in Scipione ipsas pacis leges, ut nimium accommodatas Antiocho, suspectas esse.' *J. F. Gron. Accommodata* edd. principes. Aldus deinde dedit *accommoda:* quod non Curio vel Gryphius, sed Frob. 1535. in *commoda* mutavit. Sed ex scriptis nullus ei consentit. Nam *accommoda,* vel *adcommoda* Voss. Lovel. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. *accommodata* Lov. 1. 5. Harl. et Hearnii N. De qua varietate vide ad X. 37. § 2. Tum *regno suo sunt* Lovel. 4. Harl. et Mead. ambo. Mox *revocandum esse igitur,* addita media voce, Lov. 1. Tandem *exponerent* Lov. 2. *exprimerent* Lov. 6. Vide ad VII. 31. § 8. De verbo 'expromere' vide ad XXXIX. 12. § 4.

CAP. LIII. § 2 *Eo difficilior oratio erit, quod ea postulata eorum futura sunt*] Pal. 1. *quo postulata eorum futura sint.* Gebh. *Difficilior erit,* omissa media voce, Hearnii L. 1. Tum *quidem postulata* Mead. 1. *quidem ea postulata* Lovel. 2. *quod postulata* Voss. Lovel. 1. 4. 5. 6. Mead. 2. Gaertn. et edd. ante Aldum, qui ex cod. Mog. pronomen *ea* medium interposuit: *quo postulata* Lov. 3. et Harl. Sed vide ad XXXVI. 33. § 3. Insuper *futura sint* cod. Mog. Utrumque ferri potest; vel *sunt,* ut II. 5. 'Conspectius eo, quod inposuit.' XXX. 14. 'Eo fœdiora, quod pepulerat.' XXXVI. 36. 'Eo cum majore religione, quod instabat.' XXXIX. 6. 'Eo infensioribus in se judicibus, quod corruperat.' XL. 26. 'Eo majorem, quod spem ademit.' XLV. 22. 'Eo gloriosior est, quod ausi sumus:' vel *sint,* ut V. 1. 'Eo magis dedita religionibus, quod excelleret arte colendi eas.' Sequor igitur cod. optimum. Paullo ante § præced. *legationem vocaturos,* neglecto *τῷ mox,* Harl.

§ 3 *Quin et a nobis aversuri sint non eas modo civitates*] Vocula *et* omittitur in Lov. 2. et Harl. Tum *adversuri* legit Voss. quod posset accipi pro ad se versuri. Verum id mox sequitur verbis proximis: 'Ipsi autem tanto obligatos beneficio, verbo socios, re vera subjectos imperio, et obnoxios habituri sint.' Nihil itaque muto, et lectionem hanc erranti librario tribuo. Vide ad VI. 23. § 8. Paullo ante *civitatium* ed. Mediol. a. 1480. Vide ad XXXIII. 20. § 11.

§ 4 *Sibi autem tanto obligatos beneficio*] Lege *ipsi autem.* Gelen. *Sibi* tuentur Voss. Lov. 3. 4. 5. Harleian. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. Ejus loco *si* est in Lov. 6. quod vel prima *τοῦ sibi,* vel ultima *τοῦ ipsi* syllaba haberi potest. Ex Lov. 1. et 2. nihil in excerptis notatur; unde

verisimile fit eos a Gelenio stare. Utrumque commodum sensum præbere potest.

§ 5 *Si Diis placet*] *Displicet* Voss. et Lov. 1. Eodem errore peccarunt librarii IV. 3. § 9. Similiter autem dederunt *distrahendo* pro *Diis* vel *Dis trahendo* XXII. 2. § 1. et in Mss. *dissimillimum* pro *Diis* vel *Dis simillimum* XXVI. 50. § 13. De formula hac indignantis 'si Diis placet' vide ad XXXIV. 32. § 17. Mox *affectabant* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn.

Dissimulabunt, ulla parte id ad se pertinere] Pal. 1. *et dissimulabunt.* Gebh. Similiter Lov. 3. Tum *ulla pro parte* Lov. 6. Pronomen autem *id* exsulat a Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Mox *vos modo id dicere* Lov. 1. Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *vos id decere* Voss. *vos non id decere* Harleian. Vide ad XXXIV. 40. § 5.

§ 6 *Ne, qui adversus vos arma tulerint, in meliore statu sint, quam socii et amici*] Uterque Pall. et vet. ed. *meliore statu sint*, spreta vocula *in*. Gebh. Τὸ *in* Mog. allitum a mala manu est, quod priores nulli habebant. Genus id loquendi jam compluries adsernimus Nostro. *J. F. Gron. Adversus suos arma tulerint* Lov. 1. Sed prima litera τῷ *suos* adcrevit perperam ex fine vocis præced. Vide ad XXXVI. 44. § 3. *Adversus vos arma tulerunt* Lov. 3. Deinde præpositionem *in*, quam Aldus fide codicis Mog. adoptavit, deest etiam in omnibus nostris, et Hearnii L. 1. ac N. Verum esse profiteor, Livium in hac locutione sæpe præpositionem omisisse; sed nec minus verum esse contendo, eumdem illam interdum addere solitum fuisse. Vide ad XXXV. 8. § 2. Quum igitur integerrimi cod. auctoritas τὸ *in* tueatur, et facilius præpositio hæc ob primam vocis seq. literam intercidere potuerit, (vide ad c. 1. § 2.) quam addi, eam etiam revocandam putavi. Tum *socii aut amici* Voss. Lov. sex, Mead. 2. Gaertn. et edd. vett. pro quo Aldus *et amici.* Et recte. Solemnem enim hanc formulam fuisse, constat ex illis quæ notat Brisson. de Form. II. p. 233. Paullo ante vox *oratio* deest in Mead. 2. Videri igitur posset, legendum esse *Hæc vos ne decipiant.* Sed nihil muto.

§ 7 *In aliis rebus cessisse intra finem*] *In his*, vel *in hiis rebus* omnes Mss. ut et editi ante Aldum, qui *in aliis rebus* ex cod. Mog. adscivit. Mox *videri mallem* idem cod. Mog.

Quam nimis pertinaciter in obtinendo eo tetendisse] Pal. 1. *contendisse.* Gebh. Vulgatam lectionem demum inveni in ed. Ven. 1495. eaque fuisse videtur in Lov. 2. et 6. unde in excerptis nihil notatur: *in obtinendo contendisse* in nullo quidem meorum codd. obvium fuit; sed tamen in edd. Ven. 1498. et Mediol. 1505. *in obtinendo tetendisse* præfert Lov. 3. *in obtinendo eo tendisse* Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. modo memoratis priores. Id videri posset inde natum esse, quoniam olim *cõtendisse* per compendium scriptum fuisset, pro *contendisset.* Præstat tamen, ut putemus librarios duarum priorum literarum geminationem neglexisse; quomodo etiam errarunt X. 6. § 11. Similiter datum est 'scitari,' pro 'sciscitari,' I. 54. § 5. 'addit,' pro 'addidit,' II. 24. § 6. ubi plura vide: 'remisse,' pro 'remisisse,' XXXV. 5. § 5. 'tum,' pro 'tutum,' XXXV. 12. § 11. 'poscerit,' pro 'poposcerit,' XXXVI. 7. § 20. 'paullum' pro 'paullulum,' XXXVI. 9. § 8. 'deterret,' pro 'deterreret,' XXXVI. 34. § 4. et alia innumera. Solet autem 'tendere' passim pro contendere usurpari. Vide ad XXXII. 32. § 7.

Autem amicitiæ vestræ, benevolentiæ erga vos] Τὸ *autem*, quod deest in Lov. 5. et edd. prioribus, Aldus auctore cod. Mog. adjecit: neque aliter ceteri Mss. nostri. Insuper Mogun-

tini se in fidissimis membranis suis *amicitiæ nostræ* invenisse testati sunt. Passim has voces commutari a librariis, vidimus ad XXXIV. 2. § 2. Quamvis autem mox sequatur § proximo 'in amicitiam vestram venit,' codici tamen integerrimo obsecutus sum. Similiter enim Polybius, quem Livius Latine reddidit, in Exc. Legat. num. XXV. Περὶ δὲ τῆς ἡμέτερας φιλίας καὶ τῆς εἰς ὑμᾶς εὐνοίας ἁπλῶς οὐδέποτ' ἂν οὐδενὶ τῶν ὄντων ἐκχωρήσαιμι κατὰ δύναμιν. Mox *haberetur* Harl. Tum *minime a quoquam æquo animo* Lov. 1. et ita Polyb. addit οὐδενὶ τῶν ὄντων. Denique *vinci possim* Voss. Lov. 3. et 6. Similiter optative Polyb. ἐκχωρήσαιμι. Et præcessit etiam modo 'malim.'

§ 8 *In amicitiam vestram venit*] Uterque Pall. *in amicitiam venit vestram.* Gebh. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Ita mox, 'cum turma equitum in castra confugit vestra.' Paullo ante *Hanc ego hereditatem maxime* Lovel. 6. Tum *accepi a præside* Gaertn.

Eamque perpetua et constanti fide ad extremum finem vitæ] *Eamque perpetuam constanti fide* Vossian. Dein *ad extremum vitæ* Harl. ἕως τῆς τελευταίας ἡμέρας dixit Polyb. loco laud. Sed nihil muto. 'Extremus finis,' ut 'extremi fines,' voce licet alio sensu accepta, XXXIX. 28. 'Sunt enim et parva oppida, et in extremis finibus posita.' XL. 16. 'Ad extremum finem provinciæ Galliæ veneruut.' XLV. 29. 'Præsidia armata in finibus extremis haberent.' Similiter 'ultimus finis' XLV. 9. 'Qua terrarum ultimus finis Rubrum mare amplectitur:' ubi vide Gronov. Eodem cap. 'A summo culmine fortunæ ad ultimum finem.' Ita contra 'primum initium.' Vide ad VI. 12. § 10.

§ 9 *Nec dumtaxat animum vobis bonum ac fidelem præstitit*] Ms. *nec animum duntaxat in vos fidelem ac bonum præstitit.* Modius. Vet. ed. *bonum et fidelem.* Gebh. Immo vulgo edebatur *nec animam duntaxat;* at Mog. codex præfert *nec duntaxat animum.* Tum *fidelem vobis ac bonum* est in Lov. 6. *vobis fidelem ac bonum* in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambobus, et Gaertn. *vobis bonum et fidelem* in Lov. 5. et ed. Campani.

In Græcia gessistis, terrestribus navalibusque] Sine copula omnes nostri libri *terrestribus, navalibus.* Gebhard. Copulam itidem ignorant Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harleian. Mead. ambo, et Gaertn. quod Livianum ac recipiendum esse, patet ex illis quæ notantur ad XXIV. 16. § 9. Mox vocula *ita* exsulat a Lov. 3. Tum *ulla parte æquari* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertner. Tandem *possit* Lov. sex, Harl. Mead. uterque, et editi ante Aldum, qui *posset* substituit.

§ 10 *Hortaretur, in ipsa concione intermortuas*] Livius XXXIII. 2. scribit, verba in concilio Bœotorum facientem obmutuisse et concidisse, ac parte membrorum captum fuisse. *Intermortuus* ergo ita adfectus, ut mori videretur: nam cui hoc accidit, 'vivit, et est vitæ nescius ipse suæ.' Vide Manut. ad Cic. pro Milon. c. 5. *Dukerus. Adhortaretur* Gaertn.

§ 11 *Hujus ego vestigia ingressus, voluntati, &c. adjicere, &c. nihil potui*] *Hajus ergo* Lov. 1. 2. 4. 6. et Harl. sed errore scribarum. Similiter enim Polyb. Exc. Leg. num. XXV. Ἐγὼ δὲ διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν, τὴν μὲν προαίρεσιν τὴν τοῦ πατρὸς διεφύλαξα. Solent autem passim *ego* et *ergo* a librariis confundi: vide ad II. 34. § 9. III. 68. § 9. IV. 20. § 7. V. 18. § 5. VI. 12. § 3. c. 15. § 5. VII. 10. § 3. c. 35. § 7. IX. 9. § 4. c. 34. § 14. X. 28. § 13. XXI. 13. § 2. c. 21. § 3. XXIII. 13. § 5. XXXVI. 7. § 7. XXXIX. 37. § 11. XL. 8. § 11. aliisque locis. Tum *voluntate* omnes scripti, omnesque editi ante

Frob. qui a. 1531. *voluntati* substituit.

§ 12 *Meritisque et inpensis officiorum*] Est, ni fallor, rarum genus loquendi. Puto autem 'impensas officiorum' dici operam, curas, et labores, quæ impendenda ac sustinenda sunt iis, qui in præstatione multorum ac magnorum officiorum adsidui esse volunt: quomodo fere accipi videtur 'impendium' in rescripto Severi et Antonini apud Ulpianum l. 6. D. de Legation. 'In impendiis legationum, quæ solo ministerio obeuntur;' quibus ibi opponuntur honores, qui sumtum habent. Vide Cujac. Observ. x. 36. Vel impensas et sumtus, sine quibus officia, quæ se Romanis tribuisse jactat, præstari non poterant. *Duk.* *Vetitisque impensis* perperam Lov. 1. Videndum autem, an *inpensis officiorum* dictum sit pro 'inpensis officiis,' ut 'tarda nomina' ac similia plura, de quibus vide ad VII. 21. § 8. Mox *sperare posset* Lov. 1. *superare possim* Lov. 3. Hinc *fortunæ tempora* Lovel. 2. *fortunam tempora* Lov. 4. *fortuna ipa* Lov. 6. Insuper *bellum gestum* Lov. 6. *bellum in Asiam gestum* Voss. Vide ad Epit. Liv. lib. XXI.

§ 13 *Spem magnam in posterum amplificandi regni faciebat*] Vet. lib. *ampliandi.* Sigon. Pall. et vet. ed. *ampliandi regna.* Gebh. Est a Mog. Alii et olim editi *ampliandi,* quod et ex suo notat Sigonius. Justinus XXXV. 1. 'Ampliare fines regni, et opes augere finitimorum bellis statuit.' J. F. Gron. *Amplificandi regni* primus Aldus ex cod. Mog. contextui inseruit. Antea edebatur *ampliandi regna,* quod superest in omnibus nostris Mss. et Hearnii L. 1. cujus N. etiam *ampliandi* præferebat. Ego membranis Mog. adhæreo. Quæ enim hæc foret invidia, ei parere *regni* pro *regna* exhibenti, (nam, *regna* etiam in illis quos viri docti laudant, exstare, meorum fide arbitror) ejusdem vero *amplificandi* pro *ampliandi* legendum ostendentis auctoritatem rejicere? 'Ampliare' hoc sensu apud plurimos scriptores reperiri, confiteor; apud Livium tamen nondum inveni: at τῷ 'amplificare' utitur XXXIX. 28. 'Amplificare et augere regnum meum munificentia vestra oportebat.' Alibi simili modo variant codd. Vide Burm. ad Suet. Cæs. c. 44. In præcedentibus *in matrimonio mihi dabat* Lov. 3. et 6. In sequentibus *si secus bellum adversus vos* Lov. 5. *si secum bellum adversus vos* Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et edd. vett. *si secum vos adversus bellum gississem* Aldus aperto operarum errore. Quod nunc exstat, primum vidi in ed. Sobii Colon. 1525.

§ 14 *Non gloriabor eo, quod nihil in vos deliquerim*] *Non gloriabor in eo* Lov. 3. et 6. Ita XXX. 14. olim edebatur, multique codd. præferunt *in qua ego æque gloriatus fuerim:* ubi viri docti recte expunxerunt præpositionem, quam neque hic admittendam censeo. Tum *quod in vos non deliquerim* Gaertn. *quod nil in vos deliquerim* Lov. 6.

§ 15 *Terrestribus navalibusque copiis, ut nemo vestrorum sociorum*] Omnes libri *Pedestribus.* Gebh. In Frobenio sic *Terrestribus* invenio primo. Scripti omnes et pressi ante, ipse etiam Moguntinus *Pedestribus navulibusque copiis.* Cujus illud est interpretamentum. Noster XXVI. 51. 'Ipse paucos dies, quibus morari Carthagine statuerat, exercendis navalibus pedestribusque copiis absumsit.' Quæ non sunt aliæ, quam terrestres, equitatu comprehenso. Epitome lib. XCIII. 'Apparatus deinde regiarum copiarum pedestrium navaliumque.' Amavit et Cornelius Nepos. Alcibiade c. 8. 'Lacedæmonios eo nolle confligere classe, quod pedestribus copiis plus, quam navibus, valerent.' Conone c. 1. 'Nam et prætor pedestribus exercitibus præfuit, et præfectus classis res magnas mari gessit.' Dione c. 6. 'Quorum consensu præerat

classi, quum Dion exercitum pedestrem teneret.' Et alibi subinde. Curtius IV. 2. 'Vos quidem fiducia loci, quod insulam incolitis, pedestrem hunc exercitum spernitis: sed brevi ostendam, in continenti vos esse.' Latinus Pacatus in Paneg. cap. 5. 'Attritam pedestribus prœliis Bataviam referam? Saxo consumtus bellis navalibus efferetur?' Sic Græcis πεζικαὶ δυνάμεις, πεζὴ δύναμις, πεζικὸς στρατὸς, et his opponuntur ναυτικὴ καὶ πεζικὴ στρατιὰ, στρατόπεδον πεζὸν καὶ ναυτικόν. Polyb. II. 11. Γάϊος μὲν Φουλούϊος ἐξέπλει ναυσὶ διακοσίαις ἐκ τῆς Ῥώμης· Αὖλος δὲ Ποστούμιος τὰς πεζικὰς ἔχων δυνάμεις ἐξώρμα. Res est frequentissima et notissima. *J. F. Gron.* Non primus Frobenius, sed undecim annis antea Aldus *Terrestribus* edidit, pro quo recte Gronovius priorum edd. lectionem *Pedestribus* revocavit, quam præferunt omnes Mss. nostri, et Hearnii L. 1. ac N. Ubique vox 'pedestris' eo sensu usurpatur, ut τῷ 'navalis' opponatur. Supra XXXV. 37. 'Quum pedestres copias adpropinquare jam Aulidi atque Euripo sensisset:' ubi 'pedestres copiæ' complectuntur equites et pedites antea memoratos. Cic. de Senect. c. 5. 'Ut pedestres navalesque pugnas, ut bella a se gesta, ut triumphos recordentur.' Ita 'pedestre prœlium' est terrestre, apud Frontin. I. 3. § 6. hinc 'equitum pedestre prœlium' memoratur XXII. 49. Eodem modo 'iter pedestre' est, sive quis pedibus, sive equo, sive curru iter faciat, et opponitur itineri maritimo vel navali, XXXVI. 21. et XXXVII. 45. Ita accipiendus est locus Suetonii in Claud. c. 17. 'Quum ab Ostia navigaret, vehementi circio bis pæne demersus est prope Liguriam juxtaque Stœchadas insulas. Quare a Massilia Gessoriacum usque pedestri itinere confecto, inde transmisit.' *Navigatio* enim ibidem *itineri pedestri* opponitur. Ad id non attenderunt viri docti in Hist. Acad. Reg. Inscript. tom. V. p. 218. verba illa interpretati *il fit à pied le chemin de Marseille à Calais* pro *il fit par terre le chemin.* Ita 'pedes' apud Melam II. 2. 'Ex Asia in Græciam pedes et non navigata maria transgressus est.' Vide Gronov. epistolis ad Nic. Heinsium, quas edidit Burm. Syllog. Epist. tom. III. num. 121. et tribus seqq. Apud Græcos ita pariter Demosth. Philipp. II. circa finem. Οὔτε γὰρ ναυσὶ δήπου κρατήσας εἰς τὴν Ἀττικὴν ἦλθεν ἄν ποτε στόλῳ Φίλιππος, οὔτε πεζῇ βαδίζων ὑπὲρ τὰς Πύλας καὶ Φωκέας. Ex innumeris, quæ apud Polyb. obcurrunt, duo tantum loca ex ipso illo fragmento, quod Livius hic Latine reddidit, proferam p. 1140. Καὶ πλείστας μὲν εἰς τούτους πεζικὰς καὶ ναυτικὰς δυνάμεις παρέσχετο τῶν ἄλλων συμμάχων. Et paullo inferius: Ὡς πλείσταις μὲν καὶ πεζικαῖς καὶ ναυτικαῖς δυνάμεσι τῶν ἄλλων συμμάχων ἠγωνισάμεθα μεθ' ὑμῶν πρὸς Ἀντίοχον. Quæ ipsa verba hic Livius in Latinum vertit. Tum *ut vestrorum sociorum nemo* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. *ut nemo sociorum vestrorum* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. 2.

Omnibus adfui; nec labori meo, nec periculo peperci] Pal. 1. et ed. vet. *interfui.* Gebh. Prima vox non adparet in Lov. 2. *omnibus interfui* legunt Lov. 3. 5. et ed. Camp. Tum *nec labori meo* deest in Lov. 1. *ac periculo* obfert Voss. *nec labori aut periculo meo* Gaertn. *usque* etiam idem codex cum Lov. 1. Mox § seq. *Quod miserum est* Voss.

§ 17 *Regni mei castra haberent, relictis rebus meis*] Vox ultima mihi suspecta est, tum quia paullo ante adhibita, tum quia illud *relictis rebus* per se sensum efficit ampliorem. *J. F. Gron.* *Relictis meis rebus* Voss. Lov. 2. 4. et Gaertn. Vox *meis*, quam ex conjectura expungit Gronov. exsulat etiam a Lov. 1. et 6.

§ 18 *Numquam a consule abscessi*] *Ab consule* Voss. Mox alio ordine *in*

castris fuit vestris Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Mead. ambo.

§ 19 *Quis hoc bello meritis erga vos mecum comp. p.*] Pal. 1. *Qui in hoc bello.* Gebh.

§ 21 *Masinissa hostis vobis ante, quam socius, fuit*] Ms. concinniore, ut arbitror, ordine verborum, *Hostis Masinissa ante vobis, quam socius, fuit.* Modius. Ordinem etiam verborum, quem voluit cod. Mog. recepi. Mox *cum turma hostium* perperam Voss. Polyb. inquit Exc. Leg. num. XXV. p. 1141. καταφύγοντα πρὸς ὑμᾶς μετὰ τῶν ἱππέων.

§ 22 *Tamen eum, quia in Africa*] Uterque Pall. *tamen eum, quod in Africa.* Gebh. Similiter Lovel. 2. 3. Harl. et Mead. 1. *tamen quom quidem Africa* Gaertner. *tamen eo, quod in Africa* Lov. 4. et Mead. 2. *tamen eum, qui in Africa* Voss. Lovel. 1. 5. 6. et edd. vett. Ita variasse librarios, vidimus ad XXXVI. 33. § 5. Sed nihil mutandum. Polyb. ibid. ὅτι καθ' ἕνα πόλεμον τὸν πρὸς Καρχηδονίους ἐτήρησε τὴν πίστιν. Mox *steterit* Lov. 6. Vide ad XL. 14. § 10.

§ 23 *Quo tandem igitur nos præmio*] *Quo igitur,* omissa media voce, Harl. Male. Elegantem enim vim habet hic vocula *tandem,* de qua vide ad III. 9. § 9. Ita VI. 18. 'Quousque tandem ignorabitis vires vestras?' XL. 47. 'Sciscitaremur, qua tandem re fretus arma nobis inferres?' XLII. 41. 'Quid tandem me facere decuit?' XLIV. 38. 'Parvum hoc tandem esse credimus?'

§ 24 *Pater, ego, fratresque mei non in Asia tantum*] Sine copula Pall. uterque *Pater, ego, fratres mei.* Gebh. Similiter Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Gaertn. quomodo mox verbis seqq. 'procul ab domo in Peloponneso, in Bœotia, in Ætolia, Philippi, Antiochi, Ætolico bello.' Insuper *non Asia tantum* codd. nostri, et priscæ edd. *non Asiam tantum* edd. proximæ: *non in Asia tantum* primus Aldus dedit.

§ 25 *Quoniam dicere utique volentibus vobis parendum est*] Nisi sit figura Græca *dicere* pro 'ut dicam,' quam non usque adeo refugere plerique Latinorum, ego hunc quoque locum corruptum puto. *Glar.* Vide ad c. 49. § 1. Τὸ *utique* nescit Gaertn. quemadmodum paullo ante voces *dicat aliquis* Lov. 1.

Ultra Tauri juga Antiochum emovistis] Ms. *ultra Tauri juga emostis Antiochum.* Placet et hoc. *Modius.* Sic [*emovistis*] primus Frobenius, interpolata scriptura Mag. codicis, quæ erat *emostis.* Antea publice legebatur *ejecistis.* Sed servanda fuit inviolata manus antiqua *emostis,* quam et nos in scriptis invenimus. Sic 'cognosse,' 'decresse,' et similia. Lib. XXXVIII. cap. 12. 'Nequicquam Antiochus emotus ultra juga Tauri montis esset.' *J. F. Gron. Ejecistis,* quod erat in edd. antiqq. mihi in solo tantum Lovel. 5. obvium fuit: *emovistis,* quod Frob. 1531. substituit, in Lov. 2. 3. Harl. Mead. 1. Gaertn. et Lov. 1. a m. sec. *emovissetis* in Lov. 6. *emestis* in Voss. *emostis,* ut præfert cod. Mog. in Lov. 4. Mead. 2. Hearnii L. 1. N. et Lov. 1. a m. pr. quod recte probavit Gronov. et Crevierius in contextum recepit. 'Emovere' enim in hac re usitatum esse, videbimus ad XLII. 50. § 6. Solet etiam Livius verbum ita contrahere. lib. XXXVIII. c. 45. 'Admosse tamen exercitum, et prope ipsis jugis ad divortia aquarum castra posuisse.' Verba etiam fide Moguntini Ms. transposui. Mox § seq. *nec ulla re alia* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Gaertn.

§ 27 *Atque exercitus deducere*] *Exercitum deducere* Gaertn. *deducere exercitum* Lov. 6. *deducere exercitus* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et omnes editi ante Aldum. In sequentibus *digniorem neminem esse* Harl. Tum *a vobis bello parta* Lov. 6. *in bello a vobis parata* Voss. *parata* etiam Lov.

1. et Gaertn. Sed vide ad v. 6. § 1.

§ 28 *Sin autem Antiochi partis fuerint*] Omnia hæc verba desunt in Lov. 1. τὸ *autem* in Lovel. 2. Harl. et Mead. 1. Tum *Antiochi in parte* legit Lov. 6. Tandem *fuerunt* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. omnesque edd. ante Heinsii Elzevir. Recte vero priscam lectionem Crevierius revocavit, quia altera indicare videtur dubitationem, quæ hic nulla est.

Cap. liv. § 2 *Ultima pati, quam se regi tradere, maluissent*] Vet. ed. *voluissent*. Pal. 1. *mallent*. Gebhard. *Voluissent* Lov. 5. omnesque typis exarati usque ad Moguntinenses, qui ex cod. suo dederunt *maluissent*. Neque ab eo dissentiunt reliqui Mss. nisi quod unus Lov. 3. *mallent* præferat. Alteram lectionem probari posse, docent quæ notantur ad iii. 68. § 11. At *maluissent* auctoritas codd. præferendum extorquet. Solent autem 'malle' et 'velle' commutari a librariis. Vide ad iii. 68. § 11. iv. 44. § 8. vi. 20. § 11. vii. 30. § 10. xxxi. 31. § 20. et alibi. Etiam *regi se tradere* Gaertn. Insuper § præc. voces *Patribus fuit* desunt in Harl. Tum *munifice omnia propenso animo* sine copula Lov. 6. In verbis hujus § sequentibus *introducti regii sunt* legit Vossian. Sed vide ad hujus libri c. 30. § 2.

§ 4 *Molestius est, quam quod cum Eumene nobis disceptatio est*] Utroque loco τὸ *est* exsulat ab Harl. at *quod* a Voss. et Gaertn. Unde effingi posset *quam cum Eumene nobis disceptatio*. Potius tamen credo, illud *quod* interceptum esse a præcedenti *quam*; qualia exempla vide ad iii. 8. § 6. iv. 7. § 5. vi. 24. § 7. viii. 8. § 1. c. 22. § 2. x. 9. § 4. xxxvii. 39. § 13. xl. 22. § 5. aliisque locis. Paullo ante *tota nostra oratione* Lov. 1.

§ 5 *Et privatum singulis et, &c. publicum civitati nostræ*] *Privatim singulis* Lov. 6. *privatis singulis* Vossian. Tum *civitatis nostræ* Lovel. 2. 3. et Mead. 1. Sed, qualibet harum lectionum admissa, omnis loci elegantia peribit. Τὸ *nos* deest in Lov. 1.

§ 6 *Subjecta imperio suo esse*] Pronomen ignorat Harl. Male. Polyb. Exc. Leg. num. xxv. p. 1142. Ζητεῖν δὲ πάντας, εἰ δὲ μήγ', ὡς πλείστους, ὑπηκόους εἶναι σφίσι καὶ πειθαρχεῖν.

§ 7 *Utcumque tamen res se habet*] Pall. et vet. ed. *utcumque tamen res sese habet*. Gebh. Similiter omnes scripti nostri, et edd. principes. Sed pronomen *sese* omiserunt edd. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et proximæ usque ad Frob. qui a. 1535. ejus loco *se* substituit, præeunte cod. Mogunt. Sane, pronomen in hac locutione omitti, vel addi posse, vidimus ad xxii. 39. § 9. Hic tamen servandum esse, codicum auctoritas docet.

§ 8 *Nisi liberas civitates ei in servitutem traderetis*] Pall. et vet. ed. *civitates traderetis ei, esset deliberatio anceps*. Gebh. Similiter omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. principes: quomodo etiam Polyb. ibid. p. 1143. Εἰ μὲν γὰρ μὴ δυνατὸν ἦν ἄλλως Εὐμένει χάριν ἀποδοῦναι Ῥωμαίους, εἰ μὴ παραδοῖεν αὐτῷ τὰς αὐτονομουμένας πόλεις, ἀπορεῖν εἰκὸς ἦν περὶ τῶν ἐνεστώτων. Nihilominus tamen nunc lectionem vulgo receptam, quam Aldus ex Mog. cod. adoptavit, repudiare nequeo ob Ms. fidem. Cic. de Provinc. Consul. c. 5. 'Publicanos miseros tradidit in servitutem Judæis et Syris.'

§ 9 *Et gloriam, Philippi bello partam*] Voculam *et* nesciunt Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. vett. quam Ascens. 1513. primus adjecit. Insuper *paratam* Voss. Lov. 1. 3. 4. Mead. 2. et Lov. 6. in margine. Sed vide ad v. 6. § 1. Mox *civitatium* Lov. 4. et ed. Mediol. 1480. Vide ad xxxiii. 20. § 11.

§ 10 *Gratiæ in amicum minuendæ*] *Iminendæ* Voss. *imminuendæ* Gaertn. Ea voce Livius usus est iii. 38. 'Neque animis ad imperium inhibendum inminutis.' vi. 40. 'Ut per nos aucta potius, quam inminuta, majestas earum gentium dici vere posset:' et

alibi. Sed reliqui codd. stant pro vulgato. Mox *Etenim Deum benignitate* Lov. 3. *Est enim Deum bonitate* Lov. 2. et Mead. 1.

§ 11 *Pisidia omnis, et Chersonesus, quæque circumjacent Europæ*] Sed neque hoc plane intelligo. Sunt, qui intelligant 'insulæ,' quanquam obscurum est, de quibusnam loquatur: ut obscurius, si absque additione intelligamus. *Glar.* Pal. 1. *et Pisida omnes, Chersonensus quoque, quæ circumjacent Europæ.* Gebhard. Copulam *et* ignorant Voss. Lov. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Tum *quæque circumjacerent Europæ* Voss. *quoque circumjacent Europæ* Lov. 1. *quoque, quæ circumjacent Europæ* Lov. 3. Gronovius in pr. ed. nott. ut Glareano, qui se hæc non intelligere fatetur, subveniret, existimavit proximam vocem *Chersonesus* dividendam, ejusque partem posteriorem intelligendam esse in illis quæ adduntur, *quæque circumjacent Europæ, νῆσοι* puta, seu insulæ. Verum hanc observationem recte in repetitis curis omisit. Non enim intelligi insulas, quæ circumjacent regioni Europæ, sed partem Europæ, quæ circumjacet regionibus Asiæ memoratis, indicat Polybius, quem Livius hic Latine reddidit, in Exc. Legat. num. xxv. pag. 1143. Καὶ γὰρ Λυκαονίαν, καὶ Φρυγίαν, τὴν ἐφ' Ἑλλησπόντου, καὶ τὴν Πισιδικὴν, πρὸς δὲ ταύταις Χερρόνησον, καὶ τὰ προσοροῦντα ταῦτα τῆς Εὐρώπης ἔξεστιν ὑμῖν, οἷς ἂν βούλησθε δωρεῖσθαι. Ita enim ex prima Ursini ed. restituendum, quum in Gronoviana, sive operarum culpa, sive dedita opera, legatur *ταύταις* pro *ταῦτα*. Intelliguntur igitur Ænus et Maronia, Thraciæ urbes, unde Q. Fabius prætor præsidia Antiochi deduci jussit, ut in libertate essent, cap. 60. Chersonesus in Europa, et Lysimachia, quas Romani Antiocho ereptas regi Eumeni donarunt lib. xxxviii. cap. 39.

§ 12 *Quarum una quælibet regi adjecta*] Pal. 1. *quarum unaquæque regi adjecta.* Gebhard. Similiter Lov. 3. Sed male. Vide ad ix. 17. § 12.

Maximis eum regibus æquare] Pall. et vet. ed. *regibus præferre.* Gebhard. Non aliter cum Hearnii L. 1. et priscis editis, omnes Mss. nostri, nisi quod *præfertis* sit in Harl. *æquare* autem Aldus ex cod. Mog. adscivit; quæ lectio magis convenire videtur verbis Polyb. ibid. Πάντων δὲ τούτων ἢ τῶν πλείστων αὐτῇ προσμερισθέντων, οὐδεμιᾶς ἂν γένοιτο τῶν ἄλλων δυναστειῶν καταδεεστέρα.

§ 13 *Et præmiis belli ditare socios, et non decedere instituto vestro, et meminisse*] Pall. et vet. ed. *Debetis et* (vet. ed. *etiam*) *meminisse.* Gebh. *Et præmiis ditare socios, et n. d. i. vestro debetis, et meminisse,* tribus prioribus vocibus omissis, Voss. neque aliter Lov. 1. et 6. nisi quod prior *Et præmiis belli ditare,* posterior *In præmiis ditare* legant: *vestro. Debetis et meminisse* præferunt reliqui mei, Hearnii L. 1. et edd. vett. nisi quod Lov. 5. et excusi habeant *Debetis etiam.* Quæ nunc obtinet lectio, demum obvia fuit in ed. Frob. 1535.

§ 14 *Quam quia id vos facere decet*] Pal. 1. *quam quod id vos facere decet.* Gebh. Similiter Lovel. 3. sollemni scribarum commutatione. Vide ad xxxviii. 36. § 4. *Quam quod vos* Lov. 2. Alibi quidem in altero membro orationis *quia,* in altero *quod* adhiberi solet, ut vidimus ad vi. 15. § 6. hic tamen nihil mutandum ceterorum codd. consensus docet. Mox *aliis honesta et probabilis est, τῷ et* priori loco omisso, Lov. 3. 5. Hearnii L. 1. et edd. vett. Id ex cod. Mog. Aldus adscivit, adstipulantibus reliquis Mss. Vide ad ii. 44. § 3. Insuper *aliis et honesta est, et probabilis* idem cod. Mog. Mox § seq. *Illi agros* Lov. 3.

§ 16 *Vestrum nomen imperiumque juxta ac Deos*] *Vestrum numen* legendum esse, conjicit Freinsh. ad Flori ii. 7. § 5. Sæpissime ea vocabula in Mss. confundi, vidimus ad vii. 30. § 20. Hic tamen vulgatum, in quod omnes

libri conspirant, servandum esse, mecum judicat Dukerus. *Vestrum nomen* est vos Romanos. Vide quæ dixi ad Silii XIV. 70. et Cort. ad Sall. Jug. c. 39. § 2. Ovid. Her. II. 112. 'Nomine femineo vix satis apta regi.' Paullo ante *humanum genus* omnes codd. et edd. usque ad Moguntinos, qui ordinem vocum mutarunt. Eos tamen cod. sui auctoritatem secutos esse, non constat. Præterea *juxta Deos*, omissa media particula *ac*, legendum opinatur Crevierius, et 'juxta' exponit 'secundum,' 'non minus quam.' Sed omnes codd. nostri vulgatum tuentur. *Juxta ac* eodem modo, ut *juxta atque;* de quo vide ad I. 54. § 9.

Quæ parare et quærere arduum fuit, nescio an tueri difficilius sit] *Parare ac quærere* Lov. 3. Tum *facilius sit* Harl. Non intellexit librarius haud protritum loquendi genus *nescio an*, quod adfirmative pro 'fortasse' usurpatur, et hinc *difficilius* perperam mutavit in *facilius*. Supra II. 2. 'Nescio an nimis undique eam minimis quoque rebus muniendo modum excesserint.' III. 60. 'Si extemplo rem fortunæ commisisset, haud scio an magno detrimento certamen staturum fuerit.' XXIII. 16. 'Ingens eo die res, ac nescio an maxima illo bello gesta sit.' XXI. 43. 'Nescio an majora vincula vobis, quam captivis vestris, fortuna circumdederit.' XLII. 41. 'Partim ea sunt, quibus nescio an gloriari debeam; partim, quæ fateri non erubescam.' Cic. de Fin. V. 3. 'Aristotelem, excepto Platone, haud scio an recte dixerim principem philosophorum:' de Senect. c. 16. 'Mea quidem sententia haud scio an nulla beatior esse possit:' de Amic. c. 6. 'Qua quidem haud scio an, excepta sapientia, quidquam melius homini sit a Diis immortalibus datum.' Val. Max. III. 6. 1. 'Nec hac re segniores Punicis exercitibus manus intulit; sed nescio an ideo alacriores, quia,' &c. Formulam hanc, præter viros doctos a Dukero ad Flori III. 12. § 6. laudatos, inlustrarunt Vorst. ad Val. Max. I. 1. 14. et II. 1. 6. ac Corte ad Plinii IV. 11. 8. Eamdem hanc sententiam per adfirmationem profert Polyb. in Exc. Legat. num. XXV. p. 1144. Ἃ καὶ κτήσασθαι μέν ἐστι δυσχερέστερον, κτησαμένους δὲ διαφυλάξαι χαλεπώτατον. Paullo ante *pugnatis* codd. nostri, Hearnii L. 1. et edd. vett. Primus Aldus *pugnastis* ex libro Mog. admisit.

§ 17 *Receptæ in fidem et clientelam vestram*] Ms. *et in clientelam vestram.* Modius. Eam cod. Mog. lectionem recepi, licet dissentiant reliqui omnes. Vide ad VI. 28. § 6. In præcedentibus vocem *omni* ignorant Lov. 2. et Harl.

Universæ gentis perpetuum vos præstare decet] Τὸ *gentis* admissum est ex Moguntino. Ego, si vel omnes haberent libri, non dubitarem inducere, utpote, quod palam præferat interpretis ineptam solicitudinem: nedum ut uno codice inculcari patiar. *J. F. Gron.* Deest etiam eadem vox in omnibus nostris, et Hearnii L. 1. ac N. quam Aldus adscivit auspiciis Ms. Mog. qui quum reliquis hujus partis Livianæ codd. longe integrior sit, et omnium instar esse possit, ei fidem habere haud facile abnuam; præsertim quum Livium vocem, quam modo adhibuit, repetere solitum fuisse, dictum sit ad I. 3. § 9.

§ 18 *Non, quæ in solo modo antiquo sunt, Græcæ magis urbes sunt*] Sententia postulare videtur, ut legamus *Non, quæ in solo modo Attico sunt.* Ursin. Pal. 1. *antico sunt.* Ursinus legit *Attico.* Gebh. *In solo modo quo sunt* Voss. *in solo modo antiquæ sunt* Harl. Prius *sunt* deest in Mead. 1. et Gaertn. Crevierius *modo* interpretatur 'etiamnum;' vel vocem illam omnino recidit, quæ tamen in omnibus scriptis constanter superest. Neque probanda videtur Ursini con-

jectura. 'Solum antiquum' Græcarum urbium, in quo antiquis temporibus exstiterunt, obponitur Asiæ, in quam earum coloni postea commigrarunt. Præterea *Græciæ magis urbes sunt* Lov. 2. 4. 6. et Gaertn. *Græciæ magis urbes sint* Voss. et Lov. 3. *Græcæ magis urbes sint* Lov. 1. et Harl.

§ 19 *Certare pio certamine cujuslibet bonæ artis ac virtutis ausi sumus cum parentibus quæque civitas et conditoribus suis*] Quæ præcedunt verba, satis lucida sunt; at hæc non item. Credo illum velle dicere, quanque civitatem cum suis conditoribus contendere andere pio certamine cujuslibet bonæ artis ac virtutis: quasi dicat metropoles non superant colonias. *Glarean.* Obscurum hunc locum et fere vitiatum esse, non scripsisset Glareanus, si Priscianum legisset, virtutem hujus loci ostendentem XVII. 1103. ubi de diversis personis agit, ut Virgilius Æn. II. 434. 'Divellimur inde Iphitus, et Pelias mecum.' *Sigon.* Liber Ms. Prisciani (cujus mihi copiam fecit doctus juvenis Jac. Schegkius, Schegkii illius magni philosophi nepos) *certare pio cert. cuj. bonæ artis et virtute ausimus cum par., quia quæque civitas ausit a suis:* aliter in excusis *et virtutis ausi sumus, cum par. quoque civitas suis.* Lego, *certare pio cert. cuj. bonæ artis ac virtutis ausimus cum par., et civitas quoque cond. suis:* vel, *parentibus, civitas quoque, &c.* Klock. in Syllog. Epist. quam edidit Burm. tom. I. p. 396. Non tu, Klocki, male ad mentem Prisciani conjecisti. *Ausimus* antique, pro *ausi sumus.* Sic Cato oratione pro L. Antonio *Ausi,* pro *ausus sum.* Sic alii *gavisi* pro *gavisus sum.* Exempla compluria suppeditat Priscianus lib. IX. *Schegkius* in Præmess. Epist. XV. *Bono certamine,* pro *pio,* ex glossa interpretis inter versus præfert Lov. 3. Tum *ausi simus* Lov. 4. At exsultassent Klockius et Schegkius, si *ausimus,* quod ex Prisciano amplectuntur, firmari vidissent fide Lov. 2. et Mead. 1. Sed, ea forma id verbum protulisse Catonem aliosque ejus ætatis scriptores, libenter concedimus; idem vero etiam Livium fecisse, nemini in ejus scriptis versato persuadebunt. Si diligenter ad Prisciani verba adtendissent, et non quævis obsoleta optimi ævi scriptoribus invitis obtrudendi libidine obcæcati fuissent, ipsi aliter sensissent. Recte enim Prisc. Gramm. IX. p. 868. 'Vetustissimi tamen et *ausi,* pro *ausus sum,* et *gavisi,* pro *gavisus sum,* protulerunt.' Vetustissimis autem Livius adnumerandus non est. Potius igitur existimo, in codd. illis Livii et Prisciani, quum antea unico contextu *ausisumus* scriptum fuisset, librariorum vel neglegentia, vel dedita opera, syllabam *su* excidisse; pari ratione, qua *reliquerat,* pro *reliqua erat,* ac similia multa passim data esse, vidimus ad XXIII. 29. § 16. Verum neque iidem viri docti sensum Livii adsecuti sunt. Videntur enim existimasse, eum dicere velle, ut filii pio certamine cujuslibet bonæ artis et virtutis certare audent cum parentibus, ita et coloniæ cum urbibus, a quibus conditæ sunt. Huic autem eorum expositioni favet paucorum codd. lectio: nam *cum parentibus nostris, quæque civitas et conditoribus suis* legunt Harl. et Gaertn. *cum parentibus, quæque civitas conditoribus suis* Lov. 3. *cum parentibus, quæque civitas cum conditoribus suis* Lov. 5. et ed. Camp. quæ pro librariorum commentis habenda esse, reliquorum in vulgatum consensus evincit. Ordo verborum est: quæque civitas ausi sumus certare cum parentibus et conditoribus suis: *quæque civitas ausi sumus,* pro cujuslibet civitatis incolæ ausi sumus. Vide ad XXXVIII. 29. § 11. Deest etiam pronomen, pro *nos quælibet civitas:* vide ad XXXII. 21. § 16. Per vocem autem *conditoribus* exponit præcedentem *parentibus.* Urbes enim ratione coloniarum a se de-

ductarum, earum 'parentes' vocantur. Ita Alba 'parens' Romæ dicitur apud Flor. I. 3. § 9. ubi vide Duker. Hinc et 'Metropoles' vocantur. Vide Spanhem. de Præst. et Usu Numism. diss. IX. p. 575.

§ 20 *Adistis Græciæ, adistis Asiæ urbes*] Duæ priores voces desunt in scriptis nostris, Hearnii L. 1. et priscis edd. quæ culpa scribarum exciderunt ob repetitionem *τοῦ Adistis*. Vide ad IX. 11. § 11. Recte eas Moguntini ope cod. sui ab interitu vindicarunt.

§ 21 *In ea merito dignitate audimus*] *In ea merita dignitate* Lov. 4. et Mead. 2. Tum *audivimus* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Mox § seq. *servaverint* Voss. *servaverunt* Lov. 2. 3. Harl. et Gaertn. Sed amat potius Livius contractiones in his temporibus. Vide ad XXI. 44. § 7.

§ 23 *Terminus est nunc imperii vestri mons Taurus : quidquid intra eum cardinem est*] Lege *Taurus, et quicquid.* T. Faber. Videat igitur Faber, qua ratione, quidquid intra montem Taurum est, terminus imperii Romani vocari possit. Verisimile est, non cogitasse virum doctum, 'nihil longinquum' in verbis seqq. poni pro 'non longinquum.' Ita IV. 9. 'Nihil Romanæ plebi similis.' c. 33. 'Ea species nihil terruit equos.' V. 27. 'Nihil eo more intermisso.' c. 31. 'Nihil certatum est.' l. VII. c. 5. 'Nihil a pietate avertisset.' XXII. 45. 'Nihil consulto collega:' ubi quædam vide. XXV. 7. 'Militibus, senatum nihil videre, cur resp. committenda sit:' hoc lib. c. 60. 'Nihil magnopere ea Cretenses moverunt:' et sæpe alibi. Insuper *imperii vestri monstraturus*, pro *mons Taurus*, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *mons Tauri* Lov. 5. et ed. Camp. Sed vide ad XL. 19. § 9.

Longinquum vobis videri debet] Leg. *decet.* Id probant postrema orationis verba, 'consilium afferimus,' &c. *T. Faber.* Neque hic caussam mutandi video. Omnes etiam codd. in vulgatum consentiunt; nisi quod *vidit* sit in Gaertn. Mox *τὸ vestra*, quod deest in scriptis nostris, et edd. prioribus, Aldus auspicio cod. Mog. addidit.

§ 24 *Quo gaudent, reges habeant*] *Quæ gaudent* Voss. cujus librario forte displicuit *reges, quo.* Sed vide ad l. XXXIII. cap. 24. § 6. Paullo ante *τὸ fuerunt* non adparet in Voss.

§ 26 *Karthago libera cum suis legibus est*] Vocem *libera* male omittit Voss. Supra XXV. 16. 'Liberos cum suis legibus venturos in amicitiam Lucanos.' c. 23. 'Liberos eos ac suis legibus victuros esse.' XXX. 37. 'Conditiones pacis dictæ, ut liberi legibus suis viverent.' XXXI. 31. 'Suaque omnia cum libertate legibusque Rheginis reddidimus.' XXXVIII. 44. 'Ut Ambraciensibus omnes suæ res redderentur; in libertate essent, ac legibus suis uterentur.' Duplex est privilegium; Græcis alterum *ἐλευθερία*, alterum *αὐτονομία* vocatur. De utroque vide Spanhem. de Præst. et Usu Numism. diss. IX. p. 674. et seqq. Mox § seq. *negatis* Voss.

§ 28 *Rhodii et in hoc, et in omnibus bellis, quæ in illa ora gessistis*] *Rhodii et in omnibus bellis* Voss. Lov. 1. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *Rhodii in omnibus bellis* Lov. 2. et 3. Tum *quæ in ora illa gessistis* Gaertn. *quæ ora illa gessistis* Voss. *quæ illa ora gessistis* Lov. 1. 3. et 6. Mox *fidelique vos opera* Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. uterque.

Nunc in pace id consilium adferimus; quod si comprobaveritis] Ne hic quidem dicto audientes esse oportuit uni Magontiacensi. Recte priores et alii scripti *comprobaritis.* Qualia complura redonavimus Livio. *J. F. Gronov.* Similiter Lov. 2. 4. 5. Harleian. Mead. ambo, et Hearnii N. *comprobaretis* Voss. et Lov. 1. 3. et 6. a m. pr. *comprobetis* a m. sec. *comprobave-*

ritis, ut Aldus ex Mog. edidit, etiam Gaertn. et Hearnii L. 1. In his temporibus Livium sæpissime contractiones amasse, dictum est ad XXI. 44. § 7. At sæpe etiam easdem neglexit. Vide ad XXIX. 37. § 1. Ita *obligaverat* est in Mog. cod. c. 57. § 11. ubi tantum non omnes legunt *obligarat.* Præterea *consilium id* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harleian. Mead. ambo, et Gaertn. Mox *extimaturi sunt* Lov. 3.

CAP. LV. § 1 *Errorem fassi regis, obtestati sunt Patres conscriptos*] Verbum *sunt* deest in omnibus scriptis nostris, et edd. antiqq. quod Aldus ex Mog. cod. adscivit: sed *obtestari Patres conscriptos* Vossian. Lovel. 5. Gaertn. et ed. Camp. quod Livianum videri posset. Vide ad I. 50. § 5. Invito tamen Moguntino, nihil mutare audeo. Paullo ante *petentium more veniam* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn.

§ 5 *Summam tamen hanc fore*] Pal. 1. *Summam autem hanc fore.* Gebh. Similiter Lov. 3. *Summam enim hanc fore* Mead. 1. Mox *infra regni Antiochi* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. uterque, Gaertn. et edd. antiqq. frequenti scribarum errore. Vide ad XXXIV. 50. § 3.

Amnem: eæ civitates Rhodiorum essent] Vetus lectio *ea civitatis Rhodiorum essent.* Gelen. Lectio a Gelenio rejecta in multis meorum superest. Sed *eæ civitatis Rhod. essent* legit Mead. 2. *aut civitotes Rhod. essent* Lov. 1. *aut civitatis Rhod. essent* Voss. *ut civitatis Rhod. essent* Lov. 3. An forte legendum *Ea ut civitatis Rhodiorum essent?* Certe *ea* firmatur verbis Polyb. qui similiter ταῦτα dixit in Exc. Leg. num. XXV. p. 1145. Πλὴν Λυκίας καὶ Καρίας, τὰ μέχρι τοῦ Μαιάνδρου ποταμοῦ. Ταῦτα δὲ Ῥοδίων ὑπάρχειν. Voces *Rhodiorum essent. Ceteræ civitates* desunt in Voss. et Lov. 1. scribarum neglegentia ob vocum *civitatis, civitates* repetitionem. Vide ad IX. 11. § 11.

§ 6 *Civitates Asiæ, quæ Attali stipendiariæ fuissent, eædem Eumeni*] Vox *Asiæ* exsulat ab Harl. Tum *Attalo* Lov. 6. *Actalis* Voss. pro quo pessime *Etholis* in margine legitur. Deinde *eidem Eumeni* Harl. et Mead. 1. quorum prior etiam mox τὸ *eæ* omisit. Male. Polyb. ibid. Τῶν πόλεων τῶν Ἑλληνίδων ὅσαι μὲν Ἀττάλῳ φόρον ἐπετέλουν, ταύτας τὸν αὐτὸν Εὐμένει τελεῖν· ὅσαι δὲ Ἀντιόχῳ μόνον, ταύταις ἀφεῖσθαι τὸν φόρον.

§ 7 *Decem legatos hos decreverunt*] Horum plerosque consulares, quosdam prætorios fuisse, ipsa eorum nomina fidem faciunt. Neque enim dubito, quin iidem sint, quorum honores in libris superioribus ab a. IOLVII. usque ad a. IOLXIII. relati sunt: nisi quod duo ex iis, si modo iidem sunt, quod mihi quidem videtur, 'P. Cornelius Lentulus' a. IOL. et 'P. Ælius Tubero' a. IOLII. prætores fuerunt: XXIX. 38. et XXX. 40. P. Cornelius Lentulus etiam a. IOLVI. inter decem legatos ad Quintium in Macedoniam missos, e quorum sententia Philippo leges pacis diceret, fuerat XXXIII. 35. Si quis putat, verum esse, quod Sigonio ad XXIX. 38. et aliis placuit, prætorem, qui ibi vulgo 'P. Cornelius Lentulus' est, non *P.* sed *Cn.* fuisse, de quo ad locum illum actum est, ei hic *Cn.* vel *L. Cornelius Lentulus* scribendum censeo: quorum ille a. IOLII. hic biennio post consul fuit. XXX. 40. et XXXI. 49. *Duk.*

Cn. Cornelium Merulam] 'L. Cornelius Merula,' non *Cn.* consul fuit anno octavo hujus belli. Itaque cum alii plerique consulares sint, fortassis pro *Cn.* legendum *L.* quamquam nihil assevero. *Glar.* Nullum circa hoc tempus 'Cn. Cornelium Merulam,' qui honoribus usus fuerit, ac ne quidem ullum alium 'Cornelium Merulam' prænomine *Cn.* memorari invenio. Nam quod Pighius 'Cn. Cornelium Merulam' inter quæstores provinciales an. IOLV. numerat, nihil nisi conjecturam illius esse puto, nulla aucto-

ritate scriptorum veterum subnixam. Glareanus non absurde suspicatur, prænomen corruptum, et *L. Cornelium Merulam* scribendum esse, qui a. IƆLX. cum Q. Minucio Thermo consul fuit XXXIV. 54. Licet etiam suspicari, in cognomine erratum esse, et hunc non *Cn. Cornelium Merulam*, sed *Merendam* fuisse, qui a. IƆLIX. prætor Sardiniam provinciam habuit, lib. XXXIV. capp. 42. et 43. Idque mihi probabilius videtur. *Duk.* *C. Cornelium* Lov. 1. 3. 6. ubique obvia librariorum aberratione. Vide ad VII. 3. § 3. Ex decem his legatis tres priores fuerunt consulares; quartus, sextus, et septimus prætorii; inter quos medium 'C.' vel 'Cn. Cornelium Merulam' Livius alio, quam hoc loco, non memorat: neque aliunde constat, ipsum ad ullos honores pervenisse. Non videtur autem Livius, qui alibi ordinem justum ac naturalem, quantum potuit, in recensendis legatis observavit, hic tantopere a consuetudine abiisse, ut nullis honoribus insignem inter prætorios memorarit. Licet igitur in hanc lectionem conspirent omnes libri, videtur tamen, iis invitis, cum Dukero legendum *Cn. Cornelium Merendam:* ut librarii minus frequens cognomen *Merenda* in notius ac magis obvium mutarint. Ratio autem, cur ita sentiam, non modo est, quia et ipse prætorius fuit, sed etiam quia ita Livius et amplitudinem ac gradum honoris, et seriem temporis, quo quisque dignitatem adeptus est, in enumerandis legatis observabit. Nam Q. Minucius Rufus consul fuit a. IƆLVI. lib. XXXII. c. 27. L. Furius Purpureo an. IƆLVII. lib. XXXIII. c. 24. et Q. Minucius Thermus a. IƆLX. lib. XXXIV. cap. 54. Ap. Claudius Nero præturam obtinuit a. IƆLVIII. lib. XXXIII. c. 42. Cn. Cornelius Merenda a. IƆLIX. lib. XXXIV. c. 42. M. Junius Brutus a. IƆLXII. l. XXXV. cap. 24. L. Aurunculeius a. IƆLXIII. lib. XXXVI. c. 45. Et hinc adsentior iterum Dukero, qui mox adversus Sigonium docebit *L. Æmilium Paullum* non *M. F.* sed *L. F.* fuisse. Is enim eodem, quo Aurunculeius, anno prætura m obtinuit. Duo autem ultimi, P. Cornelius Lentulus et P. Ælius Tubero, hoc tempore aut nullis magistratibus functi erant, aut tantum minoribus, quorum Livius non nisi data occasione meminisse solet, et vel postea ad majores non fuerunt promoti; vel, si prætura m unus ambove consecuti sunt, eorum nomina perierunt apud Livium lib. XLI. in princ. Ex his etiam refellitur Glareani conjectura *L. Cornelium Merulam* legentis. Is enim cum Q. Minucio Thermo consul fuit, et ita consularis medius inter duos prætorios relatus foret. Ceterum præcedentis Neronis prænomen *Ap.* deest in Lov. 2. 4. Harl. et utroque Mead. at sequentis Junii cognomen *Brutum* in Lov. 1. 3. 6. et Voss.

L. Æmilium Paullum] De L. Æmylio Paulo id admirandum, quomodo in Asiam legatus mitti potuerit, qui in Hispaniis erat, ut et ante et paulo post patebit. Nisi quis duos L. Æmylios Paulos faciat, aut corrupta esse nomina credat, quod verisimile est, et nimium sæpe apud hunc authorem contigit. *Glar.* Hic non est L. Æmilius Paullus L. F. in Hispania proconsul, sed L. Æmilius Paullus M. F. de quo meminit in a. DXLIX. *Sigon.* Meminit XXXIV. 45. ubi L. Æmilium Paullum triumvirum coloniam Crotonem deduxisse scribit. Sed nullum est idoneum argumentum, quo demonstrari possit, hunc alium fuisse ab eo, qui an. IƆLX. ædilis curulis fuit XXXV. 10. XXXIX. 56. et biennio post a. IƆLXII. prætor eo et sequente anno Hispaniam ulteriorem provinciam habuit XXXV. 24. XXXVI. 2. XXXVII. 2. ac deinde II. consul Persen regem Macedoniæ vicit. Sigonius videtur putasse eum, quum decem hi legati decreti sunt,

Romæ non fuisse, ob eamque causam inter illos esse non potuisse, eo quod c. 57. cum Lusitanis in Hispania prius aliquanto, quam ei successor venisset, pugnasse dicitur. Is autem demum a. IƆLXIV. in provinciam venit. Et jam ante eum Glareanus dixit, admirandum, quomodo in Asiam mitti legatus potuerit, qui in Hispania erat. Verum quum ex c. 52. constet, Eumenem et alios legatos ex Asia post sortitionem novorum (a. IƆLXIV.) prætorum Romam venisse, et e c. 56. senatusconsultum de decem legatis aliquanto post factum fuisse, L. Paullus ante hoc senatusconsultum in urbem redisse potuit. Quin et si certum esset, eum tum nondum e provincia reversum fuisse, tamen non sine ratione dici posset, eum, quum reditus illius in propinqua exspectatione esset, non minus, quam illos, qui Romæ erant, in his legatis, qui non ante a. IƆLXV. in Asiam profecti videntur, nominari potuisse. Nam Polyb. Legat. XXXV. cum quo satis consentit narratio Livii XXXVIII. 37. tradit, eos post Gallos a Manlio (qui consul anno IƆLXIV. bellum adversus eos gessit, et confecit) victos, et acta ab hoc Ephesi hiberna, ineunte jam æstate, cum Eumene Ephesum venisse. *Duk.*

CAP. LVI. § 2 *Lycaoniam omnem, et Phrygiam utramque, et Mysias*] Plerique ex *Mysias* plurativo fecerunt *Mysiam* singulare. Atqui Ptolemæus etiam in Asia duas facit Mysias. Sed hoc magis turbat lectorem, cum hic Lycaoniam nominet, et haud dubie Phrygiam, quæ Pysidiæ proxima, quænam sit hæc Mysia, cujus hic fit mentio? vix enim ea erit, quæ ad Troadem. Adeo obscure hæc distincta sunt apud Livium, ut nihil ego definiam. *Glar.* *Mysias* vel *Myssias* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Moguntinos, qui *Mysiam* ex cod. suo substituerunt. Consentire videntur Lov. 4. et Harl. unde nihil notatur. Et eam lectionem firmat Livius lib. XXXVIII. 39. 'Et Mysiam, quam Prusias rex ademerat, ei' Eumeni decem legati 'restituerunt.' Polyb. vero in Exc. Leg. num. XXXVI. Eumeni inter alia datos refert Μυσοὺς, οὓς πρότερον αὐτὸς παρεσκευάσατο. Non dubito autem, quin indicetur, quæ vulgo Mysia minor vocatur, quam ἐφ' Ἑλλησπόντῳ esse dicit Ptolem. v. 2. Hæc enim Straboni XLI. 571. συνεχὴς τῇ Βιθυνίᾳ dicitur.

Et Lydiæ Ioniæque, extra ea oppida, quæ libera] Quid hic supplendum est ad voces *Lydiæ Ioniæque?* utrum 'oppida?' ex eo, quod sequitur *extra ea oppida:* an 'partem?' ut deinde, *ea quoque his data pars Cariæ.* Videtur etiam ἀνακόλουθον esse in hoc sermone 'Lycaoniam, Phrygiam, Mysiam, &c. hæc omnia regi Eumeni jussa dari.' *Dukerus.* *Oppida* supplendum, etiam Crevierius opinatur, vel *et Lydiam Ioniamque* legendum censet. Quum tamen codd. nihil mutent, prius malo. De anacoluthо vide ad § 4. Præterea pronomen *ea* deest in omnibus scriptis nostris, Hearnii L. 1. et edd. antiqq. Primus id Aldus ex cod. Mog. recepit.

§ 3 *Magnesiam ad Sipylum*] *Magnesiam et Aspilum* Lov. 1. *Magnesiam et Asipylum*, vel *Asipilum*, vel *Assipillum*, vel *Asipylium* Vossian. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *Magnesiam et Sipylum* Lov. 5. et edd. principes. Proximæ *et Cypilum.* Frob. 1531. illud substituit, quod nunc vulgo obtinet.

Et Cariam, quæ Hydrela adpellatur, agrumque Hydrelatanum] Strabo XIV. 650. ubi de Nyssa vicina Trallibus ita habet: Ἱστοροῦσι δὲ τρεῖς ἀδελφοὺς, Ἄθυμβρόν τε, καὶ Ἀθυμβραδὸν, καὶ Ὕδρηλον, ἐλθόντας ἐκ Λακεδαίμονος, τὰς ἐπωνύμους ἑαυτῶν κτίσαι πόλεις· id est, *Memoriæ proditum est, tres fratres Athymbrum, Athymbradum, et Hydrelum, e Lacedæmone profectos, de suis nomi-*

nibus condidisse urbes. Hæc ille. Pauca alioqui de Hydrelis reperias. Nam Nyssam postea omnes hi concessere habitatum, ut idem author est Strabo eodem in loco. Cæterum pejus me urget, quod Livius subjungit 'agrumque Hydrelatanum ad Phrygiam vergentem.' De qua enim Phrygia loquatur, non admodum certum; ut de Mysiis quoque jam diximus. *Glarean.* Primam voculam ignorant Voss. et Lov. 1. 3. ac 6. Hinc *Hydrella* Voss. Lov. 5. Gaertner. et edd. principes. *Ydrella* Lov. 6. *Ydrela* Lov. 2. et 3. *Hyderla* Lovel. 1. Tum *appellantur* Harl. Denique *Hydreletanum* Lov. 4. Harl. Mead. 2. omnesque ante Sigon. edd. præter Camp. quæ *Hydrelitanum* cum Lov. 5. præfert; quomodo populos *Hydrelitas* memorat Plin. v. 29. *Hyderlethanum* Lov. 1. *Hydelatranum* Lov. 2. *Ydroletanum* Lov. 3. *Ydrelatanum* Lovel. 6. Utrum per *Cariam* regio, an urbs hujus nominis intelligenda sit, non convenit inter geographos recentiores. Ortelius in Thes. Geogr. in voce 'Caria' intelligit urbem: at in voce 'Hydrela' tradit Hydrelam Cariæ urbem esse: quomodo Ὕδρηλα τῆς Καρίας est apud Steph. Byz. Pro urbe iterum accipit Cellar. Geogr. Ant. III. 4. 99. eo usus argumento, quod hoc loco non inter regiones, sed inter oppidorum castellorumque nomina est constituta. Adde, teste Livio, Cariam adpellari Hydrelam, et hinc, si Caria regionis nomen est, idem etiam de Hydrela dicendum esse: jam vero Hydrela pro regione, et quidem ab agro Hydrelatano, unde hoc loco distinguitur, diversa alibi non obcurrit.

Castella vicosque ad Mæandrum amnem, et oppida, nisi quæ libera] Ms. *castella vicosque trans Mæandrum amnem.* Modius. Cod. Mog. lectio *trans Mæandrum* verior videtur. Unum enim illorum oppidorum erat Telmissus; id autem trans Mæandrum in confiniis Lyciæ et Cariæ situm erat. Præterea voces *et oppida* desunt a Mss. nostris, et edd. antiqq. quas recte Aldus ex cod. Mog. adscivit. Licet enim Liviano loquendi modo conveniat 'castella vicosque, quæ libera,' velim tamen mihi hac Asiæ parte castella vicosque libera monstrari. Signate autem mox hoc cap. Livius ait, 'Oppida, vici, castella, agri, qui ad Pisidiam vergunt,' (Rhodiis dantur,) 'nisi quæ eorum oppida in libertate fuissent.'

§ 4 *Thelmessuntem nominatim, et castra Thelmessium, præter agrum, qui Ptolemæi Thelmessii fuisset*] 'Telmissus' absque aspiratione, et *i* in media syllaba, urbs est Lyciæ. 'Termessus' vero per *e* in medio, et *r* in prima syllaba, Τερμησσὸς, Pisidiæ est civitas, ut author est Strabo XII. 570. item lib. XIII. ad finem, [p. 631.] Hic igitur lector dispiciat, quid legendum putet: nam non minus hæc confusa sunt, quam priora. *Glarean.* Spanh. de Præst. et Usu Num. diss. IX. 564. *Termessum, Termessium,* et *Termessii* scribendum conjicit. Verum, quum ad c. 16. § 13. dictum sit, urbem Pisidicam vel Pamphylicam 'Termessum,' Cariæ autem vel Lyciæ 'Telmissum' vocatam esse, hic etiam *Telmissum, Telmissium* et *Telmissii* scribendum existimo. Intelligitur enim nunc Lyciæ vel Cariæ urbs, ut patet ex XXXVIII. 39. ubi inter Rhodiis tributa memorantur 'Lycia et Caria datæ usque ad Mæandrum amnem præter Telmissum.' Inter illa vero, quæ Eumeni concessa sunt, Livius refert 'nominatim urbes Tralles, atque Ephesum et Telmissum.' Vide etiam XXXVIII. 39. § 3. Ceterum *Telmesontem, Telmessontem,* vel *Thelmessontem* scripti et editi usque ad Aldum, qui *Telmessum item* ex cod. Mog. admisit. Dein *castra Telmensium,* vel *Telmessium,* vel *Thelmessium* iterum scripti, et edd. vett. nisi quod *castra Soliensium* sit in Lov. 6. An scribendum *Telmissiûm,* id est

Telmissiorum? Tandem *Ptolemæi Telmensi*, vel *Telmessi* plerique scripti: *Telmensis* Lovel. 6. *Pthelmesi* Lov. 3. *Selmessi* Gaertn.

Hæc omnia, quæ supra scripta sunt, regi Eumeni jussa dari] Pal. 1. *Hæc omnia, quæ supra dicta sunt scripta, regi Eumeni jussere dari.* Gebh. In hac locutione ἀνακόλουθον agnoscit Duker. ad § 2. Ea figura displicuit librario Pal. 1. cum quo si legas *jussere dari*, nempe 'senatus,' quod præcessit, vel 'Patres,' recte omnia procedunt. Nec aliter est in Lov. 3. *jussi dari* legunt Lov. 2. et Mead. 1. unde videri posset legendum *jussi dare*, nempe decem legati. At reliqui *jussa dari* constanter servant; quibus invitis haud temere mutandum. Vulgatum igitur potius per κατὰ, vel *quod ad* exponendum videtur: *quod ad Lycaonem, Phrygiam, &c. hæc omnia regi Eumeni jussa dari.* Vide Sanctii Minerv. IX. 11. 726. Ceterum *quæ supra dicta sunt scripta* Lovel. 3. Vox *regi* deest in Lov. 6.

§ 5 *Extra eumdem Telmissum, et agrum*] Vet. lib. *extra eundem Telmissum, et castra Telmissium, et agrum.* Sigonius. Voces *et castra Telmissium* primus editorum Froben. 1535. omiserat, quæ etiam desunt in Lov. 1. 2. et 6.

Hæc et ab Eumene, et ab Rhodiis excepta] Eumenes accepit Telmissum. Vide XXXVIII. 39. et Polyb. Exc. Leg. num. XXXVI. ac Strab. XIII. 665. Eamdem autem fortunam Telmissum et castra Telmissium, diversam vero ab iis agrum, qui Ptolemæi Telmissii fuerat, expertum fuisse, modo dixerat. Colligo igitur, præter Telmissum Eumeni etiam data fuisse castra Telmissium: at agrum, qui Ptolemæi Telmissii fuerat, solum et ab Eumene et a Rhodiis exceptum, atque imperii eorum inmunem relictum esse: quomodo igitur nunc dicit Livius 'hæc excepta,' perinde ac si præter agrum illum plura excepta fuissent? aquam sibi etiam hic hærere testatus est Dukerus. Neque ullum in Mss. præsidium, licet tamen nonnihil varient. Nam *hæc ab Eumene et Rhodiis excepta* legunt Voss. et Lov. 3. ac 6. *hæc et ab Eumene et Rhodiis*, vel *Rhodis, excepta* Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Videant igitur alii.

§ 6 *Quæ propior Rhodum insulam*] Ms. *quæ prope Rhodum insulam.* Modius. Pal. 1. *quæ prope Ortorum insulam:* alter *prope Orchorum insulam.* Gebh. *Quæ propior Thorum*, vel *Torum, insulam* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo, nisi quod in Harl. τὸ *quæ* desit: *quæ prope Ortorum insulam* Lov. 1. et 3. *quæ prope Hortorum insulam* Lov. 6. *quæ prope Orchorum insulam* Voss. Lov. 5. Gaertn. et editi usque ad Aldum, qui auspiciis cod. Mog. *quæ prope Rhodum insulam* vulgavit: cujus loco Frob. 1535. id, quod nunc vulgo exstat, substituit. Mox *in libertatem fuissent* Vossian. Lov. 4. 5. Mead. uterque, et edd. vett. De ea locutione vide ad II. 14. § 4. At reliqui codd. servant *in libertate*, quod Moguntini auspiciis cod. sui Livio hic restituerunt. Vide ad XXXIV. 50. § 3.

§ 7 *Fraternam sibi cum iis charitatem esse*] Ms. *fraternam sibi cum iis gratiam esse:* ut respexerit ad illud Ovid. Met. I. 145. 'fratrum quoque gratia rara est.' *Modius.* Pal. 1. *egerunt Argis: et illos, qui se oriundos esse: et ab ea germanitate factam sibi cum his caritatem esse.* Gebh. Sex hæ voces desunt in Voss. culpa scribæ librarii ob τοῦ *esse* repetitionem. Vide ad IX. 11. § 11. *Et ab ea germanitate factam sibi* Lov. 3. *factam*, pro *fraternam*, etiam Lov. 1.

§ 8 *Vocati sunt regis Antiochi legati, actumque cum iis est: nec quidquam impetratum*] *Legati regis Antiochi* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et edd. ante Aldum. Deinde *actumque cum iis: nec quidq. imp. est* Lov. 5. et edd. vett. Aldus iterum ordinem verborum dedit, quo nunc obcurrunt, ad-

stipulantibus codd. reliquis. Mox *non Solis urbem, sed Liciam peti* Harl. *non Solos urbem, Siciliam peti, quæ juga Tauri montis transcendit* Lov. 1.

§ 9 *Quum, quantopere tenderet legatus regius, exposuissent Patres, adjecerunt*] *Quanto opere* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Ita septem codd. mei IX. 45. 'Quod quanto opere optandum foret:' et octo pariter IV. 3. 'Quanto opere vos, Quirites, contemnerent Patres:' ubi vide etiam Gebh. Adde quæ notantur ad XXVIII. 18. § 4. Tum *legatus regis* Lov. 2. Vide ad XXXI. 35. § 6. Deinde vox *Patres* abest a Lov. sex, Harl. Mead. utroque, Hearnii L. 1. et editis ante Aldum. Tandem *addiderunt* Lov. 1. et 6. Vide ad XXXVI. 40. § 9.

§ 10 *Quam caussam turbandæ pacis præbituros, dixerunt. Ita nihil de Solis*] Pall. *quam caussas turbandæ pacis præbituros.* Amplius prior, *et nihil de Solis mutatum est.* Gebh. *Quam caussas* etiam Vossian. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui *caussam* ex auctoritate membranarum Mog. adoptavit. Tum *et nihil de Solis* Lov. 3. *sed nihil de Solis urbe* Harl.

CAP. LVII. § 1 *Nunciaverunt, L. Bæbium prætorem, in provinciam Hispaniam proficiscentem*] *Nunciarunt* scripti, et edd. veteres. Princeps Aldus *nunciaverunt* procudit: sed qua auctoritate? Certe Moguntini ex cod. suo, quem sequi solet, nihil monuerunt. Priscam igitur lectionem revocavi, quia Livius in perfectis verborum primæ conjugationis contractionibus sæpissime uti consuevit. Vide ad XXI. 44. § 7. Tum *L. Bæbium Divitem* Gaertn. quod cognomen ipsi capp. 48. et 50. tribuitur; hic vero in nullo alio cod. reperitur. Insuper *in provincia proficiscentem* Voss. et Lov. 6. *in provinciam proficiscentem* Lov. 1. *in Hispaniam proficiscentem* Lov. 3. *in provinciam proficiscentem Hispaniam* Gaertn.

§ 2 *Cum paucis, sine lictoribus, Massiliam perfugisse*] Pal. 1. *profugisse.* Gebh. Similiter Lov. 3. 5. et edd. priscæ, pro quo Frob. 1535. præeunte cod. Mog. recte elegit *perfugisse.* Neque aliter est in ceteris nostris. I. 8. 'Asylum aperit: eo turba omnis perfugit.' II. 9. 'Ad Lartem Porsenam Clusinorum regem perfugerunt.' V. 29. 'Pars maxima incolumis Romam perfugere.' c. 38. 'Maxima tamen pars incolumis Veios perfugit.' XLIII. 10. 'Duo millia hominum cum ipso legato in castra perfugerunt.' XLIV. 42. 'Pydnam ex acie perfugerant.' Solent autem hæc verba in Mss. commutari. Præter quædam locorum laudatorum, vide ad XXII. 15. § 10. c. 52. § 4. XXIII. 17. § 6. XXVII. 1. § 15. et Cortium ad Sall. Jug. cap. 12. Similiter 'perfugium' et 'profugium;' vide ad II. 14. § 8. IX. 43. § 16. XXII. 22. § 11. XXIV. 2. § 11. XL. 10. § 2. et Torren. ad Val. Max. VII. 3. 9. etiam 'perfuga' et 'profuga;' vide ad XXII. 23. § 4. Caussam vide ad IX. 10. § 7. Insuper *cum paucis lictoribus* perperam Lov. 1.

§ 3 *P. Junius Brutus, qui proprætor in Etruria esset, provincia exercituque traditis*] *P. Brutus* Lov. 3. Tum *qui pro prætore in Etr. esset provincia, exercitu tradito* Gaertn. *provincia exercituque tradito* Lovel. 3. Mox § seq. *P. Junius pro prætore* Lov. 5. et 6.

§ 5 *Venisset . . . Persea magna gloria vicit*] *Veniret* codd. nostri, Hearnii L. 1. omnesque edd. ante ultimam Gruteri, quæ demum *venisset* substituit. Priscam igitur lectionem reduxi. Dein *Perseum* Lov. 3. *Perseam* Voss. et Lov. 1. *Persam* Harl. Lov. 2. 6. Mead. 1. et Gaertn. *Persen* edd. Mediol. a. 1480. Tarvis. utraque, omnesque proximæ, usque ad Frob. qui a. 1535. *Persea* dedit ex cod. Mog. Neque aliter Lov. 4. 5. Mead. 2. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XLII. 25. § 2. Insuper *mag-*

na clade vicit Lov. 2.

§ 6 *Fusi fugatique sunt hostes: cæsa decem et octo millia armatorum; tria millia trecenti capti*] Uterque Pall. *Fusi fugatique hostes.* Gebh. Similiter Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *Fusi fugati hostes* Harl. Vide ad XXXVIII. 53. § 2. Dein *XVIII. millia armatorum* Voss. et Lov. 4. *XVIII. armatorum millia* Gaertn. *XV. millia armatorum* Lov. 1. *XVIIII. millia armatorum* Lov. 6. a m. pr. *decem octo millia armatorum* Lov. 2. et Harl. Vide ad XXIX. 37. § 6. Tum *M. CCC. capti* Vossian. Lov. 1. 3. et Hearnii L. 1. *M. CCC. capta* Mead. 2. *tria millia capti* Lov. 5. et edd. principes: *tria millia trecenti capta* Lov. 4. *II. CCC. capti* Hearnii N. *trecenti capti*, duabus prioribus vocibus omissis, Gaertn. Mox *tranquillas res Hispanas recepit* Lov. 6. *tranquilliores in Hispania recepit* Voss. Lov. 1. 4. et Mead. ambo: *tranquilliores res in Hispania recepit* Lov. 5. et edd. primæ. Ceterum alios scriptores secutus est Plutarch. qui Æmilium bis cum hoste acie in Hispania depugnasse, eorumque triginta millia interfecisse refert in vita Æmil. Paulli pag. 257. Μάχῃ μὲν οὖν δὶς ἐκ παρατάξεως ἐνίκησε τοὺς βαρβάρους, περὶ τρισμυρίους ἀνέλων.

§ 7 *Ante diem tertium Kalendas Januarias*] Duæ posteriores voces desunt in Hearnii N. relicto spatio, ut aliquid desiderari adpareat. Mox *Tappo* Voss. Lov. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et edd. nonnullæ. *Tapo* Lov. 1. 2. 3. 4. *Trapo* Lov. 5. et edd. principes. Vide ad c. 46. § 11.

§ 8 *Septuugena jugera, ceteris colonis quinquagena sunt data*] *Quinquaginta septuaginta jugera* Voss. *L. septuogena jugera* Lov. 1. et Gaertn. *L. septuaginta jugera* Hearnii L. 1. *septuaginta jugera* Harl. et Mead. ambo: *septingena jugera* Lov. 6. *septingena*, omissa sequenti voce, Lov. 2. Deinde *quinquaginta sunt data* Lov. 3. et Mead. 1. *L. sunt data* Hearnii L. 1. Mox *fuerat* deest in Lov. 6. Tum *expulerunt* legunt Lov. 1. et Gaertn.

§ 10 *M. Claudius Gelo*] Vetus lectio est *M. ClaudiusMarcellus*, non *Gelo*. Gelen. Hunc Claudium perpetuo post *M. Claudium Marcellum* vocat. 'Gelonis' cognomen in Claudiorum familia, haud scio an uspiam legerim: ergo *M. Claudius Marcellus* legendum. Hujus filius anno sequenti fit prætor, consul autem IDLXXI. Quod ideo admonemus, nam in chronologia nostra olim hoc neglectum fuerat. *Glarean.* Vet. ed. *Gelo.* Pal. 1. *Gelius:* alter *Gellius.* Gebh. *Gellius* Voss. Lov. 1. 4. Harl. et Mead. ambo. *Gelius* Lov. 3. *Gelo* Lov. 5. et edd. vett. *M. Gellius Claudius* Lovel. 5. *et Gelius Claudius* Gaertn.

§ 11 *In hunc maxime, quod multa concilia habuerat*] In veteri cod. legitur *multa congiaria.* Gelen. Videtur scribendum *exhibuerat*, non *habuerat.* Ursinus. Pal. 1. *in hunc, quod maxime multa consilia habuerat.* Gebh. Hoc Gruchius de Comit. I. 3. in fin. refert ad congiaria populo ab Acilio in triumpho de Antiocho et Ætolis, de quo cap. 46. dixit Livius, data. Non suppetunt exempla hujus moris, nisi ex posterioribus temporibus apud Plin. Hist. Nat. XIV. 14. et alios. Congiariorum inter populum divisionem hac ætate nondum valde frequentem fuisse credo; sed tamen exemplum est in Livio XXV. 2. de Scipione, postea Africano, et Cethego, qui in ædilitate curuli congios olei in vicos singulos dederunt. Eoque etiam referri possunt visceationes et epulæ, in funeribus et ludis funebribus datæ. VIII. 22. XXXIX. 46. et XLI. 28. Veniebat aliquando in mentem, locum fortassis intelligendum esse de præmiis militaribus, quibus milites interdum per ambitionem ducum levissimis de causis donatos fuisse indicat Gellius VI. 5. Sed ea 'congiaria' vocari non invenio, nec eum, qui illa dat, illa 'habere' dici

posse puto. Ursinus, pro *habuerat*, hic conjicit *exhibuerat;* sed non dicit, quando, et ob quam causam ea ab Acilio exhibita putet. *Duk. Consilia* Voss. Lov. 1. 3. 6. *concilia* Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Insuper *in hunc, quod maxime multa* Voss. et Lov. 6. *in hunc, quod multa maxime* Gaertn. Mox *obligaverat* cod. Mog. et Lov. 3. Vide ad c. 54. § 28.

§ 12 *Novum sibi hominem tantum præferri, P. Sempr.*] Vet. lib. *novum sibi hominem præferri, tantum P. Sempronius*, hoc sensu : cum tot nobiles ægre ferrent honorem novi hominis, nemo tamen, nisi tribuni plebis duo, diem ei dixerunt. *Sigonius.* Sic [*præferri, tantum P. Sempronius*] Sigonius hoc sensu, cum tot nobiles ægre ferrent honorem novi hominis, nemo tamen, nisi tribuni plebis duo, diem ei dixerunt. Ratus scilicet, *tantum* esse 'tantummodo,' aut 'solummodo.' At Livius *tantum* dixit pro eo quod alibi dixit 'in tantum.' Ut XXII. 27. 'In tantum virtutem suam enituisse.' Hoc igitur vult, quum viderent nobiles, tanto majorem esse gratiam hominis novi, ut solus videretur certo futurus, cum ipsi satagerent, dubiamque fiduciam haberent; subornarunt duos tribunos plebis, qui diem ei dicerent, nec vexare hominem desisterent, priusquam ille petitioni renunciaret. *J. F. Gron.* Omnes etiam nostri stant pro prisca lectione. XXV. 35. 'Ab sociis se desertum, hostium tantum auctas copias sentiebat.'

C. Sempronius Rutilius] *Rutilus* ex ratione cognominum. *Sigonius.* Pari modo in nonnullis codd. et omnibus edd. vetustioribus peccabatur XXXIX. 9. § 2. Eodem errore etiam Virginii, Nautii, et Marcii, cognominabantur 'Rutilii,' qui dicendi erant 'Rutili:' vide ad III. 7. § 6. IV. 35. § 4. et VII. 17. § 6. Tum voces *tribuni plebis* ignorant Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

Neque in triumpho tulisset, neque in ærarium detulisset] Ms. *neque in ærarium retulisset:* quorum utrumvis rectum cum sit, hoc magis proprium est. *Modius.* Omnes nostri *detulisset*, at cod. Mog. *retulisset.* Utrumque recte dicitur. 'Deferre' XXVIII. 38. 'Ex ea pecunia, quam ipse in ærarium detulisset.' XXXIX. 4. 'Per infrequentiam furtim senatusconsultum factum ad ærarium detulerit.' 'Referre' XLV. 4. 'Ad summam sestertii decies in ærarium retulit.' Lib. XXXVIII. c. 54. 'Quod ejus' [pecuniæ] 'in publicum relatum non est.' Eodem cap. 'Quærere de pecunia non relata in publicum.' cap. 55. 'Plus accepisse, quam in ærarium retulerit.' Similiter 'ferre in ærarium' XXVIII. 9. XXXI. 49. et XXXII. 7. 'inferre in ærarium' l. XXXIX. c. 29. Quum itaque et 'detulisset' et 'retulisset' defendi possit, optimi potius Mog. Msti lectionem recepi. Solent autem hæc verba sæpe confundi. Vide ad XXI. 6. § 5. Insuper *neque in triumphum tulisset* Lovel. 3. *neque triumpho tulisset* Harl.

§ 13 *Ante alios testes conspiciebatur*] *Testis conspiciebatur* Harl. Mead. ambo, et Gaertn. quod more antiquo pro *testes* scriptum esse, existimari debet. De verbo 'conspicere' vide ad IV. 13. § 3. Mox § seq. *regiam prædam* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et editi ante Aldum.

§ 15 *Quandoquidem taciti indignarentur nobiles homines, ideoque novus*] Sincera lectio, *quando, quod taciti ind. nobiles homines, id æque novus, &c.* Gelen. Pal. 1. *quando taciti quidem ind. nobiles homines: ideoque novus.* Gebh. *Quanto citati quidem ind. n. h. ideoque novus* Lov. 1. *quando taciti quidem ind. n. h. ideoque novus* Voss. Lov. 3. et 6. *quandoquidem taciti ind. n. h. ideoque novus* Lovel. 4. 5. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *quandoquidem* etiam Mead. 1. et *id novus* Lov. 2. Sed verum Gelenius restituit: *quando* hic est 'quo-

niam,' 'quandoquidem;' ex cujus forte glossa vulgatum natum est. Ita VII. 10. 'Quando adeo ferox præsultat hostium signis.' IX. 4. 'Quando nec fossa valloque clausi essent.' X. 14. 'Quando in apertum semel discrimen evasura esset res.' XXXIX. 51. 'Quando mortem senis exspectare longum censent.'

Inæstimabili perjurio incesseret] Ita quidam ultimum verbum emendarunt, pro *intercesserit*, ut alii codd. habebant. Puto autem Glabrionem loqui de Catone. Verum sensus obscurus est propter verbum *inæstimabili perjurio*. Glarean. Scribe *inexpiabili*, aut *intestabili*. Tacitus XV. 55. 'Accusat ultro intestabilem et consceleratum tanta vocis ac vultus severitate, ut labaret indicium.' Plinius XXX. 2. 'magicam' dicit 'intestabilem, irritam, inanem esse.' Nisi malis *inexcusabili*. J. F. Gronov. *Inæstimabili*, vel *inextimabili*, omnes nostri: *detestabili perjurio* se in N. reperisse, Hearnius testatur. Clericus, si vulgatum servandum, significari existimat, perjurium Catonis deterius esse omni distributione pecuniæ quæ æstimari poterat; cum perjurium, quo Cato caput suum obstringebat, ejusmodi pretium censuræ esset, quod æstimari non poterat. Doujatius Livium respicere putat ad multam, qua dignum innueret Glabrio perjurium Catonis. Eodem fere modo Crevierius exponit, perjurio, cui satis digna multa dici non potest. Alterutra tamen Gronovii conjectura magis ipsi placeret. Sed 'inæstimabile perjurium,' ut 'inæstimabile gaudium' l. XXIX. c. 32. 'Id vero inæstimabile gaudium fore.' Deinde *intercesserit* Lov. 5. et edd. vett. Primus Aldus *incesseret*, auctoritatem cod. Mog. secutus, vulgavit. Neque aliter reliqui nostri, nisi quod aperto errore *incenserit* sit in Voss. *incesseret* est peteret. Cato, æque ac Glabrio, novus homo, incessebat censuram inæstimabili perjurio. Supra XXVI. 10. 'Vagosque in viis suos pro hostibus lapidibus telisque incessebant.' XXXVI. 18. 'Ut ex altiore loco nuda latera hostium incesserent.' XXXVIII. 29. 'Saxis globosis, funda mare apertum incessentes, exercebantur.'

CAP. LVIII. § 1 *Bis de ea re certatum est*] *De ea certatum* codd. nostri, et edd. priores, id est, de ea multa. *De ea re* Aldus edidit, præeunte cod. Mog. Crevierius τὸ *re* fide cod. Victor. iterum expunxit. Verum ita mox, 'Tribuni eo negotio destiterunt.' Mox *suffragia ferre voluit* Lovel. 6. *suffragium voluit ferre* Gaertn.

§ 2 *M. Claudius Marcellus*] Hunc Marcellum Marcelli quinquies consulis filium fuisse, tradit Plut. in censura Quintii p. 379. *Sigon.* Etiam id colligi videtur ex fastis Capit. ubi non modo hoc anno in censura, sed etiam septem annis antea in consulatu vocatur M. CLAVDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS. et Marcellus quinquies consul in priori consulatu an. IDXXXI. in iisdem Fastis, ut et in Fast. Triumph. itidem vocatur M. CLAVDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS.

§ 3 *Per eosdem dies L. Æmilio Regillo*] *Per eos dies* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Harl. Vide ad X. 10. § 6. Mox *rebus ab eo gestis*, pro *rebus gestis ejus*, Lov. 3. Tum *et quot inde naves* Gaertn. ubi copulativa *et* nata videtur ex ultimis literis vocis præced. Vide ad XXXIX. 18. § 8.

§ 4 *Pecunia nequaquam tanta, pro specie regii triumphi*] Vocem *tanta*, quæ non modo superflua est, sed et deformat orationem, expungo. *J. F. Gron.* Gronovio adsentitur Crevier. Neque ego adversor, licet omnes scripti eam vocem tueantur. Paullo ante *in eo triumpho M. L. coronæ* Lov. 3. *in eo triumpho M. Lutio coronæ* Hearnii L. 1. *in eo triumpho una de quinquaginta coronæ* Mead. 1. *in eo triumpho una et quinquaginta coronæ* Lov. 2.

Tetradrachma Attica triginta quatuor millia septingenta, cistophori centum triginta unum millia trecenti] Numeros, qui excurrunt, *DCC.* et *CCC.* in primo reperio Curione: priores omnes ignorant. Videntur tamen e scriptis additi. Primum Voss. *XXXII. CC. Cistophori CXXXII. CCC.* Deinde id ostendunt vocabula *tetradrachma Attica* et *cistophori.* Sic enim omnes, quos habeo, ante Modianam, quæ *cistophorum* fecit. Ista autem sic prolata non fert Latinus sermo sine numero excurrente. *J. F. Gron.* Vocem *tetradrachma* nescit Lov. 3. Ejus loco *rectatina* est in Voss. *terracina* in Gaertn. *thetracina* in Harl. *tetracina* in Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. utroque, et edd. antiqq. pro quo Budæus de Asse II. p. 256. emendavit *tetradrachma*, quod Ascens. recepit. Eam lectionem nemo postea in dubium vocavit præter Hearnium, qui, ad Joh. Gravii librum Anglice scriptum de Rom. denario provocans, ex nummo, qui cum hac inscriptione ΑΘΕ ΤΙΝΑΡΝΙΚΑ ΑΡΧΕ in Ponto Euxino inventus est, constare opinatur, *Tinarnica* legendum esse; eum autem nummum quartam partem tetradrachmi constituere, et hinc melius cohærere partim cum verbis præcedd., 'pecunia translata nequaquam tanta pro specie regii triumphi,' partim cum sequentibus cistophoris, qui dimidio circiter Tinarnicis Atticis minores erant; quum e contra tetradrachma illis octuplo fuerint majora. Multa adferri possent, quæ conjecturam hanc rejiciendam probarent, si ratio adnotationum permitteret. Nunc dixisse sufficiat, ex triumphis circa hæc tempora de regibus Macedoniæ, Syriæ, aliisque actis patere, recte Livium dicere, 'pecuniam nequaquam pro specie regii triumphi' fuisse, etsi *tetradrachma* legamus; deinde æque 'tetradrachma' cum 'cistophoris' hic cohærere, ac supra c. 46. et infra c. 59. et XXXIX. 7. In tetradrachmum et cistophorum numero mire variant codd. Priorem *XXXIII. CC.* efferunt Voss. et Mead. 2. quod positum pro *XXXIV. CC.* sive *triginta quatuor millia, ducenta*, per errorem scribarum *IV.* in *III.* corrupto; de quo vide ad c. 30. § 1. *CXXXIII. CC.* Mead. 1. *XXXII. CC.* Hearnii L. 1. *XXXIIII. CC.* Lov. 3. 4. et Hearnii N. *CCC. III. CC.* Lov. 1. *ducenta* Lov. 2. *CCXXXIII. millia* Lov. 5. cum edd. antiqq. nisi quod quædam earum *CCCXXXIII. millia* præferant. Posteriorem numerum *CXXXII. CCC.* efferunt Voss. Lov. 6. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii N. *XXXII. CCC.* Lov. 3. 4. et Hearnii L. 1. *trecenti* Lov. 2. *C. XXXII.* Lov. 1. *CCC. XXXII. millia* Lov. 5. et edd. princc. Utrumque numerum, ut nunc editur, emendavit, addito numero excurrente, non Curio, sed Frobenius 1535. Numerum autem excurrentem requiri, inde optime Gronovius probavit, quod casu recto dicatur 'tetradrachma,' non 'tetradrachmum;' de quo vide ad XXXIX. 7. § 1. Plerosque etiam codd. numerum hunc supra millia excurrentem, licet justo minorem (omiserunt enim notam sibi incognitam *Ↄ*. de quo dictum ad c. 40. § 11.) agnoscere, eorum laudata excerpta probant. Et hinc quoque recte idem Gronov. *cistophori* legendum docuit, non *cistophorum*, quomodo non primus Modius, sed ante eum Vascos. ediderat. Licet vero interim Basil. 1554. 1555. ac Sigonius *cistophori* revocarint, nulli tamen editorum ante Gronov. eos audire dignati sunt.

§ 5 *L. Æmilius Paullus in Hispania prospere rempublicam gessisset*] Vet. lib. *quod L. Æm. Paullus in Hisp. prospere rem gessisset.* Sigon. Pall. *quod L. Æmilius in Græcia et in Hispania prospere rem gessisset.* Vet. ed. *quod L. Emilius in Hispania prospere remp. g.* Gebh. *Prospere rem gessisset* est a Sigonio, qualia et superius pec-

cavit. Antea editi, ut et scripti, *prospere rempublicam gessisset.* J. F. Gron. *L. Æmilius in Græcia, Hispania prospere rempublicam g.* Voss. Lov. 1. 4. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. Ab illis non aliter differunt Lov. 3. et 6. nisi quod hic *in Græcia et Hispania,* ille *in Græcia et in Hispania* præferant. *L. Æmilius in Græcia, in Hispania prospere rem Paullus gessisset* Lov. 2. et Mead. 1. neque aliter Harl. nisi quod *in Græcia, in Hispania* legat. In similes forte codd. incidit Sigonius, ex quibus *L. Æmilius Paullus in Hispania prospere rem gessisset* probavit, et edidit. Sed recte Gronov. *rempublicam gessisset* revocavit; de qua locutione vide ad II. 64. § 5. Repudiata vero Sigonii lectione, repudianda etiam erat vox *Paullus,* quam nullæ ante Sigonium edd. habent, nulli etiam codd. qui *rempublicam* præferunt. Forte addita est, ne confundatur cum L. Æmilio Regillo ante hoc cap. memorato; et addidit etiam ipse Livius cap. præc. Verum invitis codd. haud magis necessaria est, quam c. 46. Quum enim subjungatur *in Hispania,* non alius, quam ' Paullus,' qui Hispaniam ulteriorem XXXVI. 2. sortitus est, intelligi potest.

§ 6 *Ne cognomine fratri cederet, Asiaticum se adpellari voluit*] Barb. Pet. Naud. *cognomini fratris.* Et Livii puto. Est enim simile illis quæ notavimus ad ' succedenti tantæ caritati Hieronis ' XXIV. 5. Nec secus Andreas, et omnes usque ad ultimos Mogontiacenses. Aldus primus mutavit. *J. F. Gron. Cognomen fratri* Lov. 1. *cognomine fratris* Lov. 3. *cognominis fratris* Harl. *cognomini fratris* Lov. 2. 4. 5. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. Si Aldus, *cognomine fratri* substituens, codd. secutus est, quomodo ex meis, nisi fallant excerpta, legunt Voss. Lov. 6. et Gaertn. inter eos tamen non videtur fuisse optimus Mog. ex quo nihil notatur. Tum *Asiaticum* servant omnes nostri, et Hearnii Oxonn. Vide ad XXXIX. 44. § 1. Mox *Et in concione, et in senatu* Lov. 3. 6. et Gaertn. *Et concione, et in senatu* Lov. 1.

§ 7 *Gloriamque ejus victoriæ defloratam ad Thermopylas esse*] Ms. *gloriamque ejus victoriæ præfloratam ad Ther. esse,* quod malim: *præfloratam* autem dixit, quasi ' prælibatam :' ususque hac voce et Noctium auctor, sive ille Agellius, sive A. Gellius est. *Modius.* Recipiamus ex Mog. *præfloratam.* Plinius Paneg. c. 58. ' Summumque illud purpuræ decus non nisi præcerptum præfloratumque transmittere.' Gellius XIV. 1. ' Et exspectatio te spe suspensum fatigabit, et futurum gaudii fructum spes tibi jam præfloraverit.' Appuleius in Apol. p. 332. ed. Elm. ' Vidua qualis nuptiis venit, talis divortio digreditur, ab alio præflorata.' Ita hoc potius verbum formandum extra controversiam est, quam ' deflorare,' quo sequior ætas usa: multo minus ' reflorare,' quod venditant dubiæ semper, ubi scriptorum deest auctoritas, glossæ. *J. F. Gron.* Ultimis verbis Gronov. refellit Pricæum, qui in notis ad Appul. Apol. apud Gell. loc. laud. legendum existimabat *refloraverit,* eamque emendationem glossarum auctoritate adstruere conatus est. Quid vero sentiendum de Scip. Gentile? qui ad Appul. Apol. p. 443. testatur, se nescire, utrum ' præflorare ' satis probum et antiquum verbum sit, idque potius inter sordida illius ævi numerandum videri; quum tamen in sequentibus agnoscat, non modo Gell. sed forte etiam Livium eo usos esse. Paullo ante vox *rei* deest in Harl.

§ 8 *In Asia totius Asiæ steterunt vires*] *Exstiterunt,* vel *exsteterunt,* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. Male. ' Stare ' est in acie consistere. Justin. II. 14. ' Quum classes ex adverso starent.' Hinc ' stare in acie,' de quo vide ad

XXII. 60. § 25. Eodem refer locutiones ' stare cum aliquo, ' pro aliquo,' ' in aliquem,' et ' adversus aliquem ;' quæ apud Livium et alios passim obcurrunt. Paullo ante *verum existimanti* Lov. 2. *verum extimanti* Lov. 3. a m. pr. *vero* inter versus : *vero existimanti* Gaertn. *extimanti* Lov. 1. et 4. De locutione ' vere æstimare' vide ad XXXIV. 27. § 1. de commutatis verbis ' æstimare,' ' extimare,' et ' existimare,' ad XXXIV. 2. § 5.

Ab ultimi Orientis partibus omnium gentium] Sincera lectio *ab ultimis orientis*. Hæc vox *partibus* non additur in veteri scriptura. *Gelen. Ab ultimis orientis omnium* debetur Gelenio. Sed omnino revocandum, quod obtinebat prius *ab ultimis orientis partibus omnium gentium*. Cicero Fam. XII. 5. ' Ut ab istis orientis partibus virtutis tuæ lumen eluceat.' Primo in Verrem, c. 59. ' Quærimus etiam, quid iste in ultima Phrygia, quid in extremis Pamphyliæ partibus fecerit.' In Pison. c. 13. ' Qui omnes omnium gentium partes tribus triumphis devinxerat.' *J. F. Gron.* Similiter idem Cic. Somn. Scip. c. 6. ' Quis in reliquis orientis, aut obeuntis solis ultimis, aut aquilonis austrive partibus tuum nomen audiet ?' Ex his ita Ciceronem locutum esse evincitur; nondum tamen constat, eamdem loquendi formulam etiam Livio placuisse : nisi forte ei conferre velles, quod obcurrit XXI. 44. ' Ab oceano terminisque ultimis terrarum :' et XXXV. 48. ' Ab ultimis orientis terminis.' Certe lectio, quam Gronov. recepit, *ab ultimis orientis partibus*, in nullo vel cod. vel ed. vetustiore mihi obvia fuit. Testatur quidem Hearnius, se ita in L. 1. et N. reperisse: verum in codd. scriptorum lectionibus enotandis nonnihil remissior fuisse videtur, quam in his oporteat. Ante Gelenium edebatur *ab ultimi orientis partibus*, quod et ipsum in uno tantum Lov. 5. vidi. Reliqui licet varie dissentiant, id tamen inter eos convenit, vocem *partibus* rejiciendam esse. Nam *ab ultimo orientis* habet Harl. quod pro *ultimo oriente* eodem modo dictum foret, quo ' multum diei' inlustratur XXVII. 2. § 13. Similiter ' ultimum dimicationis' Livius dixit II. 56. et VIII. 29. ' nimium juris' III. 26. ' ultimum inopiæ' XXIII. 19. et XXXI. 38. Verum uni huic codici credere nimis temerarium videtur. *Ab ultimi orientis omnium* legunt Voss. Lov. 1. 4. et ambo Mead. *ab ultimis orientis omnium* Lov. 2. 3. et reliqui; quod et se in suo cod. et quidem forte Mog. invenisse Gelenius monuit. Est autem genus loquendi, quo Livius admodum delectatus fuit. Non memoro nunc ' tarda nominum,' vel ' ultimæ terrarum,' de quibus vidimus ad VII. 21. § 8. et XXVIII. 39. § 14. Excipi enim posset, adjectivis pluralibus neutris vel femininis jungi substantiva itidem pluralia neutra vel feminina casu secundo, quum in hoc exemplo adjectivum plurale regat casum genitivum substantivi singularis. Similiora igitur sunt XXVII. 20. ' In ultima Hispaniæ amoti.' XL. 47. ' In ultima Celtiberiæ penetraret.' Ejusdem generis sunt XXXV. 51. ' Minus quatuor millium inde in proxima Eubœæ est mari trajectus :' ubi alia vide. XXXIII. 19. ' Superiora Macedoniæ evastare.' IX. 37. ' Conciveratque Umbriæ finitima.' XXXI. 27. ' Extrema Macedoniæ populatus.' XXXVI. 11. ' Tuenda mediterranea Acarnaniæ esse.' XXXVIII. 10. ' Profectus in mediterranea Ætoliæ.' Neque hinc diversa sunt ' subita belli,' de quo vide ad VI. 32. § 5. ' extrema agminis,' de quo vide ad XXI. 34. § 7. ' media urbis,' de quo vide ad XXVI. 40. § 9. Pariter ' extrema agri' IV. 1. ' obliqua campi' IX. 35. ' obliqua tumuli' XXVII. 18. ' eminentia rupis' XXVIII. 20. ' infima clivi' XXVIII. 33. ' infrequentissima urbis' XXXI. 23.

'proxima continentis' XXXI. 46. 'quassata muri' XXXIII. 17. et plura alia. Quamvis vero satis placeat Gelenii lectio, non ausus tamen τὸ *partibus* ex contextu expellere, id quod ante eum exstitit, revocavi.

CAP. LIX. § 1 *Quantum maximus poterat, habitus est honos*] Præfero *quantus*, quod in aliis esse scribit Hearnius. Vide ad X. 10. *Duker. Quantum* primum vidi in Gronovii ed. 1665. operarum, ut videtur, errore, sed quem in syllabo erratorum omissum etiam Clericus emendare neglexit. Certe omnes nostri, et Hearnii L. 1. *quantus maximus* præferunt: qua locutione Livius plurimum delectatus est. Vide ad XLII. 15. § 1.

Facilem etiam fecissent, et imperatori] *Etiam facilem fecissent* Gaertn. *facilem esse fecissent* Harl. *facilem fecissent* Lov. 6. Tum vocula *et* deest ab omnibus scriptis nostris, et edd. vett. quam elisit ultima syllaba proximæ vocis *fecissēt*. Alia exempla hujus erroris vide ad III. 37. § 2. c. 68. § 4. IV. 8. § 5. VI. 9. § 4. X. 36. § 4. XXIV. 5. § 3. XXXV. 27. § 2. c. 41. § 7. XXXVI. 35. § 12. XXXVII. 4. § 2. XXXIX. 25. § 5. XL. 9. § 4. Epit. Liv. l. CXX. et aliis locis. Primus Frob. recte 1531. addidit: propter præcedens enim *Merito ergo et Diis* est orationi necessaria.

§ 2 *Mense intercalario pridie Kalendas Martias*] Consules belli Macedonici anni primi atque secundi Idibus Martiis dicuntur iniisse magistratum: quod verisimile est, et hic observatum. Recte ergo postea in fin. cap. de L. Scipione dictum est, 'Triumphavit anno fere post, quam consulatu abiit.' Convenit autem et hæc supputatio in annis cum Plinio, qui XXXIII. 11. hunc triumphasse ait quingentesimo sexagesimo quinto. Eo enim anno fuere consules M. Fulvius Nobilior, Cn. Manlius Volso, quanquam jam abituri magistratu. *Glar.* Ad voces *mense intercalario* Doujatius notavit: 'nempe Februario: siquidem hic jam usus apud Romanos unum diem intercalandi, non mensem integrum, ut primis temporibus.' Ne quid gravius dicam, præstitisset, ut regiorum professorum primicerius a Livio manus abstinuisset. Ceterum, si Livium rationem scribendi suo ævo usitatam secutum statuere volumus, per literam Græcam scripsit *mense interkalario*. Ita enim ter scriptum reperimus in Fastis Capit. Triumph. ad annos CDXCIII. DXVI. et DXXCVII. Insuper *Kalendas Marcii*, vel *Martii*, Voss. Lov. 1. 3. et Gaertn. Sed vide ad IV. 37. § 3. Mox *Africani fratris fuit* Gaertn. *Africani fratris sui fuit* Lov. 6. Tum *existimatione periculi* Lov. 2. Harl. et Gaertn. *extimatione periculi* Lov. 1. 3. et 6. Vide ad XXXIV. 2. § 5. Denique *comparandus illi* Voss. et Gaertn.

§ 3 *Signa militaria ducenta triginta quatuor*] *Signa militaria CCXXIV.* cnsus Moguntinus. *Modius. Ducenta triginta quatuor* ex cod. Mog. vulgavit Aldus, quod et in Mead. 2. fuisse videtur, quia nihil ex eo notatur. *CCXXIV.* reliqui mei, et Hearnii N. qui se *CCXXXI.* in L. 1. invenisse testatur. Mox quinque sequentia vocabula *oppidorum simulacra centum triginta quatuor* deerant in Voss. oscitantia librarii. Vide ad IX. 11. § 11. *Centum viginti tria* legit Harl. *centum XXIIII.* Hearnii L. 1. *centum triginta tria* Lov. 2. 4. Mead. ambo, et Gaertn.

Eburneos dentes mille ducentos viginti] *Mille ducentos triginta unum* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. et edd. antiqq. neque aliter exhibet Hearnii alter, nisi quod nesciat vocem *mille*, lacuna tamen post τὸ *dentes* relicta. Primi Paris. 1573. ediderunt *mille CCXXI.* Gruterus tandem in postrema *mille ducentos viginti*. Priscam igitur lec-

tionem revocavi. Omnia hæc verba cum quinque sequentibus deerant in Gaertn.

Aureas coronas ducentas viginti quatuor] Hic etiam ex omnibus nostris, Hearnii L. 1. N. et edd. antiqq. edidi *triginta quatuor*. Numerum denario minuit ultima iterum Gruteri ἔκδοσις, quod non modo a posterioribus editoribus inultum tulit, sed illos etiam in eumdem errorem pertraxit.

§ 4 *Argenti pondo centum triginta septem millia et quadringenta viginti*] Scriptus Moguntinus habet *argenti pondo centum quadraginta septem millia*. Modius. Pro septem ultimis vocibus nihil aliud, quam *CCCXXX*. exhibet Lov. 2. *centum tricenta XX*. Harl. *centum triginta septem* Hearnii L. 1. *CXXXVII. et CCCCXX*. ejusdem N. cum Lov. 1. et 3. Lacuna tamen in N. ante τὸ *et* relicta erat. *Centum triginta septem, CCCCXX*. Gaertn. *centum triginta septem millia CCCCIX*. Voss. *centum triginta septem millia CCCCXX*. Lov. 4. 5. et Mead. 2.

Tetradrachmum Atticorum ducenta viginti quatuor millia] *Cetratinum Atticorum* Voss. *Terrenium Atticorum* Gaertn. *Tetragnium Atticorum* Lov. 3. *Teracinum Atticorum* Lov. 1. 2. 4. *Tetracinum Atticorum* Lov. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et edd. vett. pro quo Budæus de Asse II. p. 256. emendavit *tetradrachmum:* et ita Ascens. 1513. edidit. Deinde *CCXIIII. millia* Lov. 5. Mead. 1. et edd. antiqq. *CCXIIII.* τῷ *millia* omisso, Lov. 4. Mead. 2. Harl. et Hearnii N. *CCXXIV*. Lov. 1. 2. 3. Gaertn. et Hearnii L. 1. Quod nunc exstat, apud primum Aldum inveni: neque aliter erat in Voss. et Lov. 6.

Cistophori trecenta triginta unum millia et septuaginta] Budæus de Asse II. p. 256. *cistophorum* legendum putat hoc loco, etiamsi in præcedenti Æmilii triumpho *cistophori* in nominandi casu legendum. Ex Festo autem idem colligit, quod paullo ante etiam admonuimus, denarium Romanum ad cistophorum habere rationem sesquiquartam, ut V. ad IV.; quarta enim parte superabat. Ut igitur denos denarios in coronatum supputamus, ita duodenos cum dimidio cistophoros. Budæus autem toto illo de Asse opere, quantum memini, de Philippeis nullum habet verbum: quod equidem miror. Est apud me Alexandri illius magni, Philippi filii, aureus nummus, sed circuncisus, cum genio alato, et ab ea parte hac inscriptione ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. ΒΑΣΙΛΕΩΣ. quamvis in utroque nomine ultima terminatio vix legi queat. Ab altera parte ipsius Alexandri facies cum galea sursum inclinata, et cristis in tergum pendentibus, nullis insignita literis. Eum nummum olim dd. nobis D. Erasmus Roterod. parens ac præceptor noster cum Divi Trajani altero aureo numismate. Memini eximium virum D. D. Bonifacium Amerbacchium, præter juris utriusque prudentiam, absolutum omnis eruditionis exemplar, mihi dicere, vidisse se Philippeum apud inclytum virum D. Jacobum Sadoletum, episcopum Carpentoracti, ingens seculi hujus ornamentum, quem ipse Sadoletus tribus ducatis, ut nunc vocant, æstimarit: quod videtur verisimile: nam ejus ponderis propemodum est numisma meum. Videbatur enim (si quidem concisum non esset) tres æquare posse ducatos. Id etiam vero non absimile, filium neutiquam cedere patri magnificentia voluisse; alio sane, atque nunc sunt quidam principes, ingenio. Nomen tamen his aureis a patre primum datum mansit, ut hac quoque ætate servari videmus. *Glarean*. *Cistophori* omnes scripti nostri, et edd. principes. Vascosanus demum *cistophorum*, ut Budæus conjecerat, recepit. At Gronov. ad Liv. XXXIX. 7. § 1. *cistophoros* legendum docuit; ratio ibi latius

videri potest. Alterutrum, vel *cistophorum*, vel *cistophoros*, verum est; *cistophori* ferri nequit, quia præcedit 'Tulit in triumpho,' unde sequentia omnia pendent. Deinde in numero mire iterum variant codd. *CCC. XX. LXX.* legit Lov. 1. *CCCXXI. LXX.* Lovel. 3. et 4. *CCCXXI. LXXI.* Gaertn. *CCCXXI. millia LXX.* Voss. et Lov. 6. *CCCXXI. millia et LXX.* Mead. 1. *CCCXI. millia et LXX.* Mead. 2. *CCCXXI. et LXX.* Hearnii N. *CCCXXI.* reliquis omissis, Hearnii L. 1. Voces *trecenta triginta unum millia et* desunt in Harl. et Lov. 2. Hinc videmus plerosque codd. in id consentire, ut *trecenta viginti unum*, pro *trecenta triginta unum*, legant.

Nummos aureos Philippeos centum quadraginta millia] *Nummorum aureorum Philippeorum* legendum monet J. F. Gronov. ad Livii XXXIX. 7. § 1. Sed vide quæ Perizon. notavit ad Sanctii Min. IV. 8. 711. ubi et vulgatum defendi posse docet. Crevierius *ad* ante *centum* supplendum censet; vel fortasse hæc notis numerorum a Livio scripta librarios postea nominibus expressisse: quo posteriori quid velit, non intelligo. Τὸ *millia* deest in Harl. et Gaertn.

§ 5 *Vasorum argenteorum (omnia cælata erant) mille pondo et quadringenta viginti quatuor, aureorum mille pondo viginti quatuor*] Plinius XXXIII. 11. ita habet: 'Siquidem L. Scipio transtulit in triumpho argenti cælati pondo millia quadringenta L. et vasorum aureorum pondo C. millia.' Hæc ille. Sed lector judicet, utrum ex altero emendandum putet locum. Ingens enim discrimen est *C. millia* et *mille pondo*. Sed ex numerorum characteribus hæc omnia acciderunt, quod optimo jure in Plinii codice queritur Budæus. Non minus autem in aliis evenit authoribus, ut id nunc multis ostendimus locis. At in hunc librum satis inepti-vimus, nunc ad alia properamus. *Glar.* Et hic iterum inter codd. de numero non convenit: *mille pondo CCXXIII.* exhibet Voss. *mille pondo XX. et CCCC.* Harl. et Mead. 1. *mille pondo et CCCC.* Mead. 2. *mille pondo et CCCCXX.* Lovel. 4. *mille pondo CCCCXX.* Gaertner. *mille pondo et CCCCXXIII.* Lov. 1. *mille pondo et quatuor centum XXIII.* Lov. 3. Voces *mille pondo et quadringenta viginti quatuor, aureorum mille* desunt in Hearnii L. 1. et N. in posteriori tamen relicta erat lacuna. Deinde *aureorum pondo viginti quatuor* legit Lovel. 2. *aureorum mille pondo XXIII.* Lov. 3. et 6. *XXIII.* etiam Hearnii L. 1. Quod ad discrimen circa numerum utrumque inter Livium et Plinium, videndum monuit etiam Pighius in Ann. Rom. ad a. ıɔLXIV. p. 293. in utro loco lateret error, qui librariis in numerorum notis facile obrepit. Eum tamen potius Plinii codicibus insidere existimo, quia numerus ab eo editus omnem fidem excedere videtur. Harduinus edidit, *argenti cælati pondo MCCCCL. et vasorum aureorum pondo MD.* quæ summa magis convenit illi, quam Livius proponit. Nondum tamen locum vitio carere arbitror; vix enim verum videtur, plus ponderis in vasis aureis, quam cælatis argenteis translatum esse. Mox *duo et CXX. ante currum ducti* Hearnii L. 1.

§ 6 *Militibus quini viceni denarii dati, duplex centurioni, triplex equiti*] Hæc est prima mentio denariorum, militibus ab imperatoribus triumphantibus divisorum; quod deinde fere semper sic factum est. Ante hoc tempus iis certus numerus æris vel assium datus dicitur. Ita Perizon. de Ære Gravi § 19. *Duk.* Voces *centurioni, triplex* desunt in Voss. sola *triplex* in Lov. 3. Vide ad lib. XXXIV. c. 46. § 3. Mox post voces 'prœlio in Asia facto' excidisse aliquam particulam, ut *quoque*, vel *iti-*

dem, vel *jam*, conjicit Crevierius, quæ jungatur τῷ *duplex*. At in codd. nostris nullum ejus vestigium. Contra voces *duplex dederat* desunt in Lov. 3. De hoc loco vide Duker. ad XXXIX. 7. § 2.

Quàm consulatu abiit] *Consulatum abiit* Lov. 1. *consulatum habuit* Lov. 2. Harl. et Mead. 2. *consulatu habuit* Lovel. 4. et Mead. 1. Alibi etiam hæc verba in Mss. confunduntur. Vide ad VI. 2. § 6. VII. 3. § 9. c. 22. § 3. VIII. 9. § 2. et alibi.

CAP. LX. § 1 *Et Cn. Manlius consul in Asiam*] Τὸ *et* deest in Lovel. 3. 5. Hearnii L. 1. et edd. antiquis; quod primus addidit Frob. 1535. Sed vide ad II. 44. § 3. Similiter *consul* exsulat a Lov. 1. et 3. Male. Mox enim additur Q. Fabio *prætor*. Deinde *in Asia* legunt Lov. 3. Harl. et Mead. 1.

§ 2 *Cogitantique Fabio*] Sensus postulat, ut legas *Cogitanti itaque Fabio*. Cujus erroris causa perspicua satis est. Sic sæpe alias. *Sigonius*. Pal. 1. *maxime pacatum erat, devicto Antiocho. Cogitanti Fabio, &c.* Reliqui duo, Pal. alter, et vet. ed. *Cogitantique Fabio*. Gebhard. *Cogitanti Fabio* Lov. 3. *Cogitantique Fabio*, ut ante Sigonium edebatur, reliqui nostri. *Cogitanti Q. Fabio*, quod Crevierio in mentem venit, cod. Mog. cujus fide recepi. Alibi sæpe pronominis nota Q. errore scribarum abiit in *que*. Vide ad XXII. 31. § 7. De τῷ *itaque*, quod Sigonius restitutum voluit, vide ad XXVII. 22. § 7. *maxime*, pro *mare*, etiam male Lovel. 3. Mox τὸ *est* deest in Lov. 1.

§ 3 *Cydoniatæ bellum, &c.*] In insula Creta res hac et proxima tempestate admodum erant turbatæ propter bellum intestinum, quod variæ ejus urbes inter se gerebant; quarum quædam Ætolorum, aliæ Philippi regis Macedoniæ et Achæorum, qui Ætolis bellum intulerant, auxilium inplorarunt. Inprimis autem Gortynii et Cnossii, inita societate, ceteras urbes sibi subjicere conati erant. Vide Polyb. IV. 53. et seqq. Postea quidem Philippus, ab omnibus Cretensibus προστάτης electus, eorum res composuit, teste Polyb. in Exc. Peiresc. p. 14. deinde tamen novas turbas exortas esse, et bellum recruduisse, ex hoc loco constare potest.

Adversus Gortynios Gnossiosque] *Cryosiosque* Voss. et Lov. 1. quod ansam dare posset conjiciendi, Livium *Cnosiosque* scripsisse. Certe *Gnosiosque* præferunt Lovel. 2. 3. 4. 5. Gaertn. et edd. ante Gronovianam a. 1665. Vide etiam ad Epit. Liv. lib. XCIX. Græci scribere solent Κνωσσὸς, vel Κνωσὸς, quæ posterior orthographia nummorum auctoritate firmatur. Si tamen fides habenda Harduino in Numm. Popul. et Urb. exstant et alii cum inscriptione ΓΝΩΣΙΩΝ, et inprimis unus Augusti cum inscriptione ΓΝΩΣΣΙΩΝ, ut adpareat Livium etiam Augusti tempore *Gnossiosque* scribere potuisse: quod et suo tempore in usu fuisse, docet Maurus Terent. p. m. 870. 'N Tertia uda sic videtur posse G mutam sequi, Graia verba quando in usum sermo noster suscipit, Gnosios si dicere arcus, insulam aut Gnidum velis.' Quater ea vox apud Virg. obcurrit, sed in adcuratissima ed. quæ ex mente N. Heinsii a. 1704. Trajecti prodiit, non eadem ubique scribendi ratio observatur. *Cnossia* est Georg. III. 222. *Cnossius* Æn. IX. 305. at *Gnosia* Æn. III. 115. *Gnossius* VI. 566. Verum in Ovid. idem Heins. semper *Gnosus* unico sibilo scripsit.

§ 4 *Absisterent, captivosque in suis quæque urbibus agrisque conquisitos*] Pal. 1. *abstinerent*. Idem *in suis quæque urbibus agrisque exquisitos*. Gebh. *Absisterent* constanter omnes nostri. Vide ad XXI. 6. § 8. Mox *captivosque suis quæque* Harl. Deinde *exquisitos* Lov. 3. et 6. *compositos* Gaertn.

§ 5 *Captivos, præter Gortynios, nulli reddiderunt*] *Cortynios* vel *Cortynos*

Voss. Lovel. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. qui id nomen similiter supra scriptum exhibent. Verum urbs illa semper, tum apud scriptores Græcos, tum in nummis, per Γ scribi solet Γορτὺς vel Γορτύνη. Paullo ante *magno opere* Lov. 1. 2. et Harl. Vide ad XXVIII. 18. § 4.

§ 6 *Navalis triumphi impetrandi ab senatu fuisse*] Vide ad cap. 47. et lib. XXXVIII. c. 47. *Duk. Triumphi navalis* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Tum *fecisse* Gaertn. Vide ad XL. 50. § 5.

§ 7 *A Creta Ephesum Fabius rediit*] Ita Moguntini ex cod. suo restituerunt. Antea edebatur *Ac Ephesum Fabius rediit,* consentiente uno Lov. 5. *Ac Ephesum* etiam Voss. Lov. 1. 4. et Mead. 2. Sed vide ad X. 36. § 17. *Hac Ephesum* Lov. 2. et Mead. 1. *At Ephesum* Lov. 6. et Gaertn. *Ad Ephesum* Lov. 3. *Hinc Ephesum* Harleian. Tum *Bebius,* pro *Fabius,* Vossian. et Lov. 1. Postea *redit* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Mead. uterque. Vide ad XXXVI. 35. § 2. *Dedit* Lov. 4.

Tribus navibus in Thraciæ oram missis] Pal. 1. *præmissis.* Gebh. Similiter Lov. 3. et 6. Insuper *Græciæ oram* Lov. 1. *Threciæ oram* Mead. 1. Vide li. lib. c. 33. § 3.

Ab Æno et Maronia] *Ab Erio* Harl. *ab Herno* Lovel. 6. *ab Etio* Gaertn. Deinde *Maronia* omnes scripti et editi, quæ urbs supra et infra semper *Maronea* vocatur. Græcis nempe est Μαρώνεια, quod non tantum Latine *Maronea,* sed etiam *Maronia* efferri potest. Vide ad XXXI. 43. § 5.

LIBER XXXVIII.

Cap. I. § 1 *Dum in Asia bellum geritur, ne in Ætolis quidem quietæ res fuerant*] *Cum in Asia bellum gereretur* Harl. *Cum,* pro *Dum,* etiam Lov. 3. 5. et Gaertn. Vide ad I. 40. § 7. Tum *in Ætolia* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. ante Gronov. qui *in Ætolis.* Supra XXXVII. 49. 'Si qua deinde legatio ex Ætolis venisset Romam.' Infra XL. 1. 'Q. Fabius ex Liguribus scripserat.' XLI. 13. 'De rebus in Istria Liguribusque prospere gestis disseruisset.' Insuper *res fuerunt* Harl. Mox § seq. *sub præfectis Philippi regis* Mead. 1.

§ 3 *Exsulanti tum Amynandro*] Media vox deest in Voss. Lov. 2. 3. 6. Harl. et Gaertn. *Exsulantium Amynandro* legunt Lov. 4. et Mead. 1.

§ 4 *Remissique nuncii ab eo ad principes Argitheam*] Ita etiam Longobardicus codex. Cusus tamen Moguntinus, immane quantum ab hac scriptura recedens, habet *remissique ab eo nunciant principibus Argitheam.* Modius. Pall. uterque, et vet. ed. *remissique ab eo nunciant principibus Argitheam.* Gebhard. Hoc admissum e Moguntino. Sed scripti nostri retinent cum prius impressis, *remissique ab eo nunciant principibus Argitheam.* In cujus comparatione meis auribus alterum sordet, et mendosum tinnit. Non placuit corruptoribus illud *nunciant* sine apposito vocabulo. Quæ et caussa fuit inquinandi illius XXIII. 27. 'Quem ut adesse tumultuose nunciavere refugientes ex speculis stationibusque, ad arma conclamatum est:' ut ibi diximus. Eodem libro superius cap. 17. 'Quum a Casilino dictatorem Romanum legionesque eminus adspici nunciassent.' Eadem ratio vim attulit verbis his XXI. 49. 'Perque omnem oram uti ex speculis prospicerent adventantem hostium classem.' XL. 39. 'Ulteriorem Celtiberiæ agrum, unde ad deditionem non venerant, institit vastare.' Quod si concedere aliquid Magont. libet, scribas licet, *remissique ab eo nunciant ad principes Argitheam.* Nempe, qui literas attulerant. *J. F. Gron.* Verbum sine nomine adhibitum interdum loca corrumpendi ansam librariis dedisse, verum est. Vide ad XXXII. 9. § 3. Verum hic additur casus rectus *remissi.* Codicibus Gronovii consentiunt Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Hearnii Oxonn. *remissisque ab eo nunciavit principibus* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. Male. Displicet etiam *remissique ab eo nunciant se venturum,* pro *eum venturum.* Probo igitur, et in contextum recipio lectionem Mog. cod. a Gronovio ejectam. Eruditius enim est *nuncii se venturum,* quam ut indoctos scribas ejus locutionis auctores credamus. Livius autem sæpius ita locutus est. Lib. XXIII. cap. 7. 'Præmisso nuncio ad Marium Blosium, postero die se Capuæ futurum.' XXVII. 28. 'Miserat nuncios, occisum collegam esse.' XXVIII. 31. 'Nunciis ad L. Marcium missis, redeundum ad imperatorem esse.' XXXII. 16. 'Nuncios mittebat, se in tempore adfuturum.' XXXIV. 29. 'Miserat nuncium ad legatum Romanum, traditurum se urbem.' XXXIX. 49. 'Nuncios Messenen præmittunt, debellatum esse.' Quemadmodum autem hic *nuncius* cum infinitivo construitur, ita cum

voce *ut* XXIII. 19. 'Nuncium ad magistratum Casilinum misit, ut exciperent dolia.' XXXIV. 46. 'Nuncium ad collegam mittit, ut maturaret venire.' XLIV. 7. 'Remisso nuncio ad Sp. Lucretium Larissam, ut castella relicta occuparet.' c. 31. 'Præmissisque nunciis, ut sibi adpellandi potestas prætoris fieret.' Ejusdem etiam generis est, quod obcurrit II. 47. 'Missis ad consules nunciis, quo loco res essent:' ubi alia vide. XXII. 54. 'Nuncium extemplo mittunt, quantæ secum copiæ essent.' Item XXXVIII. 13. 'Legati ab Alabandis venerunt, ut castellum cogeret jura antiqua pati:' ubi unus et alter perperam *venerunt rogantes, ut.* Vide quæ ibi notantur. Quum autem non nuncios, sed literas, statum Athamaniæ indicantes, missas modo dixerit, forte hic per 'nuncios,' quos Amynander 'remisit,' non illi, qui rem nunciant, sed ipsa res, quæ nunciatur, intelligi debet. Eo enim sensu vocem illam usurpari, docuit Saliner. ad Tacit. Hist. IV. 75.

Si popularium animos satis perspectos haberent] Ita J. F. Gronov. edidit; neque aliter legunt edd. vett. usque ad Moguntinos, qui vulgarunt *haberet,* licet tamen ex cod. nihil monuerint. Eadem lectio apud me superest in Lovel. sex, Harleian. Mead. utroque, Gaertn. Hearnii Oxonn. et Crevierii Victor. qui recte monet utrumque ferri posse; *haberent* enim respicere principes Athamanum, *haberet* Amynandrum. Cui ultimo firmando, vide an conducat, quod mox sequitur, 'Quos ubi ad omnia paratos esse vidit.'

Se venturum cum delectis Ætolorum, quod concilium esset gentis] Libri omnes, Pall. uterque, et vet. ed. *se venturum delectis, quod consilium esset gentis.* Gebh. Similiter legunt omnes nostri, et edd. vett. usque ad Ascens. qui an. 1513. dedit *cum delectis, quod consilium.* Aldus deinde *cum delectis Ætolorum, quod consilium;* quæ vera Livii manus est, ab omnibus postea editoribus adoptata usque ad Modium, *quod concilium* substituentem. Recte, inquam, datum est *cum delectis Ætolorum:* intelliguntur enim, qui Græca voce *Apocleti* vocantur, et sanctius Ætolorum consilium constituebant. Supra XXXV. 34. 'Concilium quidem universæ gentis' (nempe Ætolorum) 'post dimissos Romanos non habuerunt; per Apocletos autem (ita vocant sanctius consilium: ex delectis constat viris) id agitabant.' XXXVI. 28. 'Quum in consilio delectorum, quos Apocletos vocant, Phæneas exposuisset.' Patet igitur τὸ *Ætolorum* haud frustra ex membranis Mog. adjectum esse. Addo male Modium vocem *consilium* in *concilium* mutasse. Ei quidem lectioni favere videntur utraque Livii loca laudata, in quibus etiam olim *sanctius concilium* et *in concilio delectorum* legebatur. Verum primo ibidem *consilium* et *consilio* legendum esse docui. Secundo, licet illis locis altera lectio verior foret, nondum tamen ita etiam hic legendum esse constaret. Ibi enim *concilium* accipiendum esset ipsorum Ætolorum, delecti nempe ex legatis omnium civitatium, quæ reipublicæ Ætolorum participes erant: sed hic 'quod concilium esset gentis' de gente Ætolorum intelligi nequit; ita enim non *esset,* sed *erat,* dicendum fuisset, sed *gentis* nempe Athamanum. Amynander itaque promittit, se Apocletos Ætolorum adducturum, ut essent *consilium* gentis Athamanum, id est, ut Athamanes in defectione ab Philippo et in bello quod ei inferre meditabantur, illorum consilio uterentur. Apocleti igitur Ætolorum hic eodem fere modo vocantur *consilium* Athamanum, quo legatos et tribunos militum 'consilium imperatorum,' judices adsessoresque 'consilium prætorum,' consiliarios aulicos 'consilium regum' vocatos esse,

Gronov. recte docuit ad Livii XLIV. 2. § 5.

§ 5 *Quos ubi ad omnia paratos esse vidit*] Libri omnes *paratiores*. Gebh. Non aliter etiam Lov. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. priscæ, eoque ducere videntur vestigia Voss. qui *potioris* exhibet. Non opus tamen hic comparativo; quare recte Aldus ex cod. Mog. *paratos* emendavit, quod posteriores servarunt. Mox *qua die* Lov. 1. reliquis invitis. Vide ad XXX. 22. § 3.

§ 6 *Quatuor primo fuere conjurati, &c. hi senos sibi adjutores, &c.*] Pal. 1. *Quatuordecim:* sicut et statim vet. ed. *bissenos adjutores sibi ad rem ger. assumserunt*. Gebh. *Quatuordecim primo, &c. bis senos sibi adjutores* Voss. Lovel. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. *Quatuordecim primo, &c. ii bis senos sibi adjutores* Lov. 2. Ita quidem numerus duorum et quinquaginta conjuratorum, a Livio in sequentibus memoratus, adprime convenit, si nempe *bis senos* non pro distributivo *duodenos*, sed pro cardinali duodecim accipimus: nam quatuordecim conjurati duodecim conscios adsumendo fiunt viginti sex; parem deinde numerum adjiciendo efficiuntur duo et quinquaginta. Verum, ne alia, quæ hanc lectionem dubiam reddere possunt, memorem, ei evertendæ sufficit vox *bis senos* pro duodecim. Memini equidem, Salmas. ad Spartian. Hadr. III. 'sestertium iterum vicies,' pro sestertium quadragies, elegantem et usitatam locutionem vocare, eamque ex Martiale petitis exemplis 'bis decies' pro vicies, 'bis dena' pro vicena, 'bis trecenties' pro sexcenties, aliisque inlustrare: verum, quemadmodum ultro concedo similia loquendi genera non modo apud Martialem, sed etiam apud optimos quosque poëtas obvia esse; posteriorum etiam temporum scriptores prosaicos ab illis non abstinuisse, quum Flor. I. 1. 'bis septima soboles' pro quartadecima dixerit; ita contra scriptoribus, qui optimo seculo oratione soluta scripserunt, eadem usitata fuisse nego; vide ad XXXIII. 4. § 5. Priscæ igitur edd. præferunt *Quatuor primo fuere, &c. bis senos adjutores sibi, &c.* et mox in sequentibus *Ita duo et triginta facti*, pro *duo et quinquaginta*. Neque hic habeo, quod in numero carpam. Si enim quatuor conjurati et bis seni, sive duodecim, adsumti parem numerum, id est sedecim, priori adjecerunt, fiunt duo et triginta. Verum, quod priori lectioni, etiam huic adversatur. Accedit, nullum Mstum præter Lov. 5. qui ex editis descriptus est, hanc lectionem firmare: unde verisimile fit, primos Livii editores *duo et triginta* ex conjectura emendasse, quia in codd. inciderant, *Quatuor primo fuere, &c. bis senos sibi adjutores* præferentes, ex quo numero duplicato *duos et quinquaginta* effici non posse videbant. Agnoscamus igitur iterum hoc loco merita membranarum Mog. quibus præeuntibus, minima mutatione, *bis senos* in *hi senos* mutando, sua Livio manus reddita est: iis autem adsentiuntur Lov. 4. et, nisi excerpta fallant, Harl. ac Mead. ambo. Quatuor primi conjurati adsumserunt senos adjutores, seu quisque sex; ita fuerunt viginti octo: postea iidem quatuor primi conjurati parem numerum, quisque iterum sex adjutores, priori adjecerunt; ita duo et quinquaginta redditi. Facili autem errore *hi senos* in *bis senos* corrumpitur. Nam *hi*, vel, ut etiam scribebatur, *ii* pro nota numeri binarii sumserunt librarii, atque ita *bis senos* scripserunt; vide ad XXXVI. 43. § 2. Vel quum ductus literarum *h* et *b* in scriptura Longobardica parum differant, et olim voces continuæ scriberentur, ex *hisenos*, vel *hiisenos* minima mutatione factum est *bisenos* vel *bissenos*. Certe *biisenos* mihi obviam fuit in Lov. 1. Ceterum τὸ *sibi* deest

in Lov. 2. Harl. et Mead. 1. Mox *dein paucitate* Lov. 1. 4. et Mead. ambo. Vide ad III. 3. § 6. *Deinde in paucitate* Voss.

Pars una Heracleam, altera Tetraphyliam] Hæc omnia nomina gentis videntur esse Athamanum, nec ea temere apud alios invenias authores; quanquam de Heraclea, cum sint tot ejus nominis urbes, admonuisse oportuit. Plinius quidem meminit. Et Ætolorum etiam non longe abest, de qua lib. XXXVI. Eam Romani ceperant, diripuerantque; nec usquam Philippo data memoratur. De 'Theio' item infra hoc cap. ac 'Ethopia' cap. seq. admonemus lectorem, ut vetusta exemplaria diligentius inspiciat. *Glar.* Acarnaniæ Heracleam intelligit, cujus meminit Stephanus. Trachin dicta, Λακεδαιμονίων κτίσμα, Straboni IX. 428. *Sigon.* *Heracliam* Lov. 3. Harl. et Mead. 1. Vide ad VIII. 24. § 4. Similiter *Heracliensis* XXIV. 20. § 15. Plura similia vide ad lib. XXXI. cap. 43. § 5. Mox *Theodoriam* Lov. 2. Harl. Mead. 2. *Teudoriam* Gaertn. *Tendoriam* Lov. 6.

§ 8 *Primo quieti, &c. in foro obversarentur*] *Prima quiete* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Mead. 1. *prima quieti* Lov. 6. et Gaertn. aperte vitiosum: *primo quiete* Lovel. 4. et Mead. 2. Quod ferri posset. Præstat tamen nihil mutari. Præterea *observarentur*, literis transpositis, Voss. et Lovel. 1. De quo errore vide ad VI. 17. § 4. Mox *multitudinem omnes convocarent* Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. quod damnare non audeo, licet nec alterum displiceat: *omnes*, nempe qui dispersi erant per quatuor urbes.

§ 9 *Cum mille Ætolis in finibus erat*] Pal. 1. et vet. ed. *cum mille Ætolis se in finibus posuerat.* Gebh. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. 1. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. vett. *cum mille Ætolis se in finibus erat* Lov. 4. Quod nunc editur, Aldus ex Mog. cod. adscivit, cui concinit Mead. 2. Paullo post *vindicarent se* Gaertn.

Et restituerent Amynandrum in patrium ac legitimum regnum] *Amynandrum* redundat. *Gelen.* Muretus *restituerent Amynandrum in patrium.* Et sic legebatur olim; sed Sig. Gelenius auctoribus scriptis nomen regis abolevit. Nec conspicitur in Vossiano. Qui addiderunt, non intellexerunt sermonem Livii. Ille in verbo *restituerent* intelligit ex præcedente membro τὸ *sese*, et 'restituere' dixit propemodum pro eo ipso, quod posuit ante, 'vindicare.' Habent enim populi sub rege viventes instar libertatis, rege cive, et non alienigena, tum legitimo et regiæ stirpis, non insiticio, uti. Hinc apud Herodotum l. I. c. 126. Cyrus ad Persas: Νῦν ὦν ἐμέο πειθόμενοι γίνεσθε ἐλεύθεροι. Et ibidem c. 129. Astyages ad Harpagum: Ἀδικώτατον δὲ, ὅτι τοῦ δείπνου ἕνεκα Μήδους κατεδούλωσε. Εἰ γὰρ δὴ δεῖν πάντως περιθεῖναι ἄλλῳ τέῳ τὴν βασιληΐην, καὶ μὴ αὐτὸν ἔχειν, δικαιότερον εἶναι Μήδων τέῳ περιβαλεῖν τοῦτο τὸ ἀγαθὸν, ἢ Περσέων· νῦν δὲ Μήδους μὲν ἀναιτίους τούτου ἐόντας, δούλους ἀντὶ δεσποτέων γεγονέναι. Ejusdem l. III. cap. 82. Darius, occisis Magis, dicit ἡμέας ἐλευθερωθέντας. Apud Sallustium Jugurtha ad Siccenses cap. 56. 'si id fecerint, postea sese in regno, illos in libertate sine metu ætatem acturos.' Ergo *sese restituerent in patrium ac legitimum regnum* est, vindicarent sese ac restituerent ad patrium et justum regem: nam utroque modo alibi Livius et Cicero loquuntur. *J. F. Gron.* *Sese* ex præcedente membro repeti potest. XXIII. 7. 'Ut, interfecto Punico præsidio, restituerent se Romanis:' et XXXI. 31. 'Vobis restituendi vos in amicitiam societatemque nostram fortuna oblata est.' Etiam libertatis quædam species videri potest populis habere reges indigenas et regiæ stirpis. Sed non credo facile ostendi posse,

eos, qui regibus civibus, et jam inde a majoribus stirpis regiæ, parent, dici 'sub regno patrio esse,' 'vivere,' et populos, si reges suos ab externis pulsos restituant, 'sese in patrium regnum restituere.' Nam 'regnum paternum,' 'patrium,' et 'avitum' dicuntur non respectu ad cives, sed ad reges habito, qui a patribus et avis regnum acceperunt. Liv. XXX. 11. 'Massylii regnum paternum Masinissæ.' Et cap. 12. 'Recuperatum tanto post intervallo patrium invisere regnum.' Infra c. 2. 'Excusabat se' [Amynander,] 'quod per Ætolos recuperasset paternum regnum.' Cicero pro L. Manil. c. 3. de Mithridate: 'sed emergere e patrio regno velit.' Et cap. 8. 'Regem spoliatum regno patrio atque avito.' Curtius IV. 1. 'Contentus patrio cederet alieni regni finibus.' *Duk. Amynandrum* tamen omittunt insuper Lovel. 3. 6. Mead. uterque, Gaertn. et Hearnii L. 1. quin etiam ejus loco *se* præfert Lov. 1. Quid ergo an legendum cum Gaertn. *in pristinum ac legitimum regnum?* Ideo *pristinum regnum*, quia Athamanum gens olim Amynandro parnerat.

§ 10 *Theium oppidum, literis a Zenone præfecto*] *Celum oppidum* Vossian. *Colum oppidum* Gaertn. *Thelum oppidum* Lov. 1. 2. 3. et Harl. *Telum oppidum* Lov. 4. et Mead. ambo. *Teclum oppidum* Lovel. 6. *Thedum oppidum* Hearnii L. 1. Deinde *avetnŏa præfecto* Voss. *a rege non a præfecto* Lov. 1. *a Xenone præfecto* Lov. 3. 4. 6. et Mead. 2.

Paucos dies obsidentibus restitit] Pal. 1. *paucis obs. resistit.* Gebh. Similiter Lov. 6. neque aliter Lov. 3. nisi quod servet *restitit.*

§ 11 *Et omnis Athamania in potestate erat: præter Athenæum*] Hæc ita concepta sunt in vet. ed. *et omnis Ath. enim ad tanta itinera suffecerant cum duobus milibus Ath. quod unum in potestate erat præter Atheneum* retracta ex tertia hinc linea. *Gebhard.* Similiter Lov. 5. in quo verba perperam hic inserta mox cap. seq. omittebantur. Ceterum *præter Achenæum* Voss. *præter Athneum* Gaertn. *præter Athaneum* Lov. 2. et Hearnii L. 1. *præter Athenum* Lov. 1. Paullo ante *traditum est*, omissa media voce, Harl.

Cap. II. § 2 *Neque enim ad tanta itinera subfecissent*] Pal. 1. habet *suffecerant:* alter *sufficerent.* Gebh. Notavi ex Thuan. *sufficerent:* et quoniam ex Mog. et Vossiano idem a patre notatum invenio, eam duco germanam Livii scripturam, idemque statues, opinor, si adhibere placuerit observata ad XXXIV. 11. *Jac. Gron. Suffecerant* Lovel. 3. et edd. principes: *sufficerent* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. Sæpe tum Livius, tum alii scriptores adhibuerunt tempus inperfectum pro plusquamperfecto. Supra II. 22. 'Volsci comparaverant auxilia, quæ mitterent Latinis, ni maturatum ab dictatore Latino esset:' pro *misissent.* XXXIX. 42. 'Retinere L. Quinctium in senatu ne frater quidem T. Quinctius, si tum censor esset, potuisset:' pro *censor fuisset.* Phædr. V. 5. 9. 'Habere dixit se genus spectaculi, Quod in theatrum numquam prolatum foret:' ubi plura notat Burm. Florus III. 3. 'Si statim infesto agmine urbem petissent, grande discrimen esset:' ubi vide Duker. et Perizon. ad Sanctii Minerv. I. 13. p. 98. Hoc sensu J. F. Gronov. ad XXIX. 1. § 18. *adjuvarentur* apud Cic. pro Arch. cap. 7. exponit 'adjuti fuissent.' Eodem modo et inperfectum indicativi usurpatur. IV. 52. 'Jam fames, quam pestilentia, tristior erat, ni annonæ foret subventum.' VI. 21. 'Magna hominum pars eo inclinabat, ni privato periculo publicum inplicitum esset.' VII. 7. 'Neque sustineri poterant, ni extraordinariæ cohortes se objecissent.'

XXVIII. 33. 'Anceps pedestre certamen erat, ni pedites supervenissent.' XLV. 19. 'Eorum hominum Attalus erat, ni unius amici prudens monitio velut frenos animo ejus imposuisset.' Vide Cortium ad Sall. Jug. c. 27. § 2. Contra, etiam plusquamperfectum pro imperfecto poni, vidimus ad XXXIV. 11. § 2. Utrum tamen hic *sufficerent* legendum sit, illud ambiguum reddit, quod Moguntini testentur, integerrimum codicem suum, quem pro altera lectione laudat Jac. Gronovius, *suffecissent* præferre. Nisi quis contenderet, id esse glossema alterius lectionis, quæ in reliquis Mss. superest.

§ 3 *Gomphos regressus, &c. in Athamaniam rediit*] *Reversus* Lov. 6. quod est ab interpretis expositione. Similiter variatur XXXV. 43. § 3. Tum *redit* Voss. Lov. 2. 4. 6. Harl. et Mead. 2. Vide ad VI. 35. § 2.

§ 4 *Zenonem inde, cum mille peditibus præmissum, Ethopiam*] Ms. *Inde Zenonem*. Modius. Pall. *Eopiam occupare jubet*. Gebh. Multæ ex primis edd. præferunt *Zenonem idem:* de quo errore in scriptis frequentissimo vide ad I. 19. § 7. Licet vero Moguntini se in cod. suo *Inde Zenonem* invenisse monuerint, Aldus tamen *Zenonem inde* vulgavit; quod præferunt edd. Camp. Rom. 1472. et Parm. cum scriptis nostris, nisi quod in Voss. sit *Xenorem inde*, in plerisque reliquis *Xenonem*. Dein *Ethyopiam* Hearnii L. 1. *Ethiopam* Voss. Lovel. 1. 6. et Crevierii Victor. *Eupam* Lov. 2. *Eopam* Lov. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. *Copam* Gaertn. Vide ad § 12. Mox *teneri ab suis* Lov. 1. 2. 4. et Voss.

§ 5 *Ipse circa templum Jovi sacrum posuit castra*] Ms. *ipse circa templum Jovis Acræi posuit castra*. Egregie. Fuit enim et Jupiter Acræus et Acræa Juno quibusdam populis in præcipua olim veneratione, ut patet ex Strab. VIII. 380. Præter quem vide etiam de Fortuna cognomento Acræa Pausan. in Corinth. sive II. 7. *Modius*. Pal. 1. *ipsa circa templum Jovis sacra posuit castra*. Gebh. Voss. *Jovis sacra*. Mog. *Jovis Acrei*. Forte *Acræi:* ut 'Acræa Fortuna' apud Pausan. II. 7. de Sicyone: Ἐν δὲ τῇ νῦν ἀκροπόλει Τύχης ἱερόν ἐστιν Ἀκραίας. 'Juno Acræa' eodem libro c. 24. de Argis: Ἀνιόντων δ' ὡς τὴν ἀκρόπολίν ἐστι μὲν τῆς Ἀκραίας Ἥρας τὸ ἱερόν. Idem et 'Arei Jovis' meminit in Elide V. 12. Καὶ ὡς Οἰνόμαος ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τούτου θύοι τῷ Ἀρείῳ Διί. Sed et Ἀρκαῖος, ὄνομα κύριον apud Suidam. *J. F. Gron. Jovi sacrum* edd. vett. concinens Lov. 5. *Jovis sacrum* Lov. 1. a m. sec. et Lov. 6. *circa templum Jovis sacra posuit castra* reliqui mei, et Hearnii Oxonn. *Jovis Acrei* cod. Mog. quod quum, monente Modio, Gruterus in ed. postrema recepturus, operarum, ut videtur, errore transpositis literis, *Jovis Arcæi* dedisset, inde Gronovio lectionem Mog. restituendi occasio nata est. De Jove Ἀκραίῳ, in nummis et apud scriptores memorato, qui ita dictus est, vel quod ταῖς ἄκραις urbium præest, vel quod ἐπὶ τῶν ἄκρων τῶν ὀρῶν colebatur, vide Tristan. Comm. tom. I. pag. 291. Cuper. in Apoth. Hom. p. 16. et Spanhem. ad Callim. H. in Jov. vs. 82. Mox *ubi unum diem* Voss. Lov. 1. et Gaertn. frequenti librariorum aberratione. Vide ad XXVII. 5. § 2.

§ 6 *Totoque agmine pavor et trepidatio erat*] Ms. *concitatoque agmine pavor et trepidatio erat*. Modius. Mog. cod. lectio *concitatoque* quemadmodum defendi possit, non video. Præfero itaque vulgatum *totoque*, quod in omnibus scriptis nostris superest. Deinde *timor et trepidatio* Lov. 5. et edd. priscæ; pro quo *pavor et trepidatio* recte Aldus ex eodem Mog. adscivit. Non aliter etiam reliqui mei. Supra III. 26. 'Tantus pavor, tanta trepidatio fuit.' Hoc lib. c. 5. 'Oppidanos primo pavor ac trepidatio cepit.'

Paullo ante *constituere prima signa* Lovel. 1. sollemni scribarum lapsu. Vide ad XXVII. 16. § 11.

§ 8 *Si se sequerentur*] Τὸ *se* abest a Pal. 1. *Gebh.* Abest etiam a Lov. 3. et Gaertn. sed pronomen illud intercepit prima syllaba vocis seq. Vide ad XXIX. 21. § 7. Antea § præc. *dimissum* perperam Lovel. 1. 3. 5. et Gaertn. cum edd. vetustis. Vide ad XXXIV. 50. § 2.

§ 9 *Postquam Ætoli se conjunxerunt*] *Post Ætoli se conjunxerunt* Voss. *postquam Ætolis se conjunxere,* vel *conjunxerunt* Lov. 2. et 3. Sed ultima litera τοῦ *Ætolis* perperam ex initio vocis præced. repetita est. Vide ad XXVIII. 25. § 2. *Postquam Ætoli conjunxerunt* Lov. 1. *postquam Ætoli se conjunxere* Lovel. 4. Harl. et Mead. ambo. Mox *ab lateribus circumfuderunt* Lovel. 1. et 4. *ab lateribus* etiam Voss. et Lov. 2.

§ 10 *Transitus insedere: tantumque tumultus Macedonibus est injectus*] Pal. alter, et vet. ed. *Macedonibus est injectum.* Ineptum est enim vulgatum *injectus.* Mox in Pal. utroque est *trajicerent.* Gebh. Illud vulgatum non est, nisi errore operarum in ed. Modii. Similiter tamen Lov. 1. et 3. Contra *tantusque tumultus Macedonibus est injectum* legunt Voss. et Gaertn. Forte voluerunt *tantusque tumultus Macedonibus est injectus.* Sed male. Vide ad XXXIV. 27. § 1. Præterea *transitum insedere* Lovel. 2. Harl. et Mead. 1. *transitus insidere* Voss. Lov. 6. et Gaertn. Paullo ante *per notas calles* Lov. 2. 4. et Mead. 1. Vide ad XXII. 14. § 8. *Per notos colles* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. a. 1472. Parm. et aliæ. Vide ad XXXI. 42. § 8. Denique *progressi* Gaertn. Vide ad IX. 10. § 7. Mox etiam *trajicerent* Lov. 2. 3. 4. Mead. 1. et Gaertn.

§ 12 *Ethopiam, ad Zenonem ac mille Macedonas*] Ms. *Athumanes Ætolique Alopam ad Zenonem, &c.* quo nomine plures olim diversis in regionibus urbes fuisse, docebit te lib. IX. Strabo. Meminit ejus etiam Plinius Hist. Nat. IV. 7. Quorum neuter ignobilis hujus 'Ethopiæ' meminit, non magis quam Utopiæ. *Modius. Eupam* Lov. 2. *Eopam* Voss. Lov. 1. 3. 4. Mead. ambo, Harl. et Crevierii Victor. *Copham* Harl. in margine. *Copiam* Gaertner. *Eohopam* Lov. 6. Similes lectiones obferunt codd. supra § 4. et infra § 13. Tum *mille Macedones* Lov. 3. 6. et Gaertn.

§ 13 *In altiorem diruptioremque undique tumulum*] Pal. posterior, et vet. ed. *deruptioremque.* Mox Pall. *quo pluribus ex locis aditu invento.* Gebh. *Diruptioremque* primus Aldus edidit; et ita præferunt Voss. Lov. 2. 3. 6. et Gaertn. Edd. Aldina priores dederunt *deruptioremque,* quod Gronov. recte revocavit, concinentibus reliquis meis. Ita mox 'Pavore in derupta præcipitati.' Vide ad XXXVII. 39. § 11. Mox *quo pluribus ex locis* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. An forte legendum *ex quo, pluribus locis aditu invento, expulere eos?* Præterea *adito invento* errore scribarum Harl. Vide ad I. 15. § 7.

§ 14 *Dispersosque, et per invias atque ignotas rupes*] Copula *que* deest in Voss. Gaertn. Harl. et Mead. 1. Tum *per invia atque ignotas rupes* Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. 2. Gaertn. et edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm. ut *invia* absolute loco substantivi ponatur; ut XXI. 35. 'In jugum Alpinum perventum est per invia pleraque et errores.' XXIII. 17. 'Per vias inviaque in urbes Campaniæ perfugerunt.' XXXVIII. 20. 'Omnibus ferme aliis inviis, itinera tria esse.' XXXIX. 2. 'Per invia et rupes deruptas præcipitantes fugerunt.' At 'inviæ rupes' c. 23. 'Magna pars rupibus inviis in profundæ altitudinis convalles delapsa est.' Mox *inde rupta* Mead. 1. *in deruta* Lov. 4. et Mead. 2. *in diruta* Harl. *in prærupta* Lov. 1. et 3. ut

cap. 20. 'Qua periculosa et prærupta obcurrant.' Sed nihil mutandum. Vide ad § præc. Hinc *cum Xenone ad regem evaserunt pauci* Lov. 6. Male. De voce 'perpaucus,' quæ Livio in frequenti usu fuit, vide ad XXXVII. 11. § 2. *Evasere* Mead. 2.

Postero die per inducias] Ms. fere semper genere diverso *postera die per inducias*. Modius. Uterque cod. *postea per indutias*. Gebh. Mirum, si hoc ita evenerit, aut evenire potuerit, ut eodem die per Gomphos in Macedoniam ad regem fugerint aliqui, ita ut sequente statim redierint in locum pugnæ. Certe Thuanæa membrana exhibet, ut Andr. *postea per inducias*. Jac. Gron. *Postea per inducias* Voss. Lov. sex, Gaertn. Hearnii L. 1. Crevierii Victor. et edd. antiqq. *postera die per inducias* Aldus ex cod. Mog. recepit: *postero die* ed. Paris. a. 1573. Vide ad I. 12. § 11. Eam lectionem si quis tueri velit, statuendum erit posteriorem hanc cladem narrari quidem post regis Philippi in Macedoniam discessum, sed tamen tempore priorem fuisse, et Livium ordinem invertisse, ne narrationem rerum Philippi abrumpere opus haberet. Philippum itaque, quum in fugam conjectus flumen trajecisset, haud longe inde castra munivisse, ut suorum, quos in Athamania reliquerat, exitum videret: quibus itidem cæsis, quum fuga elapsos collegisset, et ad interfectos sepeliendos inducias composuisset, tum demum Gomphos, et a Gomphis in Macedoniam rediisse: non verisimile enim videri, Philippum, nemine insequente, in regnum usque aufugisse, et inconsulta hac fuga suos, in Athamania relictos, hostibus prodidisse. Si quis tamen *postea* malit, non adversabor. Mox *potestas data est* Gaertn. *Τὸ est* deest in Lov. 1. 3. 6.

Cap. III. § 1 *Legatos Romam ad senatum et ad Scipiones*] Pall. uterque *legatos et Romam ad senatum, et ad Scipiones*. Gebh. Thuanæa membrana *legatos et Romam ad senatum et ad Scipiones*. Jac. Gron. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Crevierii Victor. Et ita jam Aldus ediderat, et post eum alii, donec Parisini a. 1573. particulam *et* priori loco expunxerint, quam Crevier. iterum revocavit. Vide ad II. 44. § 3. Polybius tamen, hanc legationem describens, eam itidem omittit Legat. Exc. num. XXVI. Εἰς Ῥώμην ἐξέπεμψε πρεσβευτὰς, καὶ πρὸς τοὺς Σκηπιώνας εἰς τὴν Ἀσίαν.

§ 2 *Pacem petebat, excusabatque sese*] Copulativa *que* deest in Lov. 2. 6. Harl. et Mead. 1. Quam si deleri placet, mutanda est distinctio hoc modo: *Pacem petebat; excusabat sese, quod per Ætolos rec. pat. regnum; Phil. incusabat*. Sed reliquis nihil mutantibus adquiescere malo.

§ 4 *Amphilochia recepta, (nam fuerat quondam Ætolorum) eadem spe*] Longobardicus codex *nam fuerat quondam in Ætolorum imperio*. Modius. De Amphilochia vide XXXII. 34. de Aperantia lib. XXXVI. capp. 33. et 34. de Dolopibus ibid. et XXXIII. 34. *Duk. Totam red. gentem, Amph. recepta; nam fuerant quondam Ætolorum. Inde eadem spe* Harl. *Fuerant*, nempe 'gens;' de qua constructione vide ad V. 27. § 8. Ita his verbis *nam fuerant quondam Ætolorum* ratio reddetur, cur majoris partis voluntate in jus ditionemque Ætolorum Amphilochi redacti fuerint. *Inde eadem spe* servat etiam Mead. 1. quæ scriptura videtur quoque non obscure favere lectioni cod. Mog. *nam fuerat quondam in Ætolorum imperio*. Non audeo tamen vulgatum damnare. Frequenter enim Livius ita loqui solet, ut 'alicujus esse' dicat, qui ei parent, sub ejus imperio sunt. Supra XXXIII. 13. 'Eas populi Romani jure belli factas esse.' XXXVII. 55. 'Ea civitatis Rhodiorum essent.' Infra hoc cap. 'Dolopes numquam Ætolorum fuerant; Philippi

erant.' c. 9. 'Quum sui juris aliquando fuissent.' c. 11. 'Qui homines Ætolorum juris aliquando fuerunt.' Et inferius eodem cap. 'Œniadæ cum urbe agrisque Ætolorum sunto.' Similiter 'alicujus esse' dicuntur, qui alicui favent, adhærent. Vide ad III. 38. § 11.

Eadem spe in Aperantiam transcenderunt] *In Aper. eadem spe transcenderunt* Mead. 2. *inde Aper. eadem spe transcenderunt* Lov. 2. *Aper. eadem spe transcenderunt* Harl. et Mead. 1. Nihil mutandum. Liv. III. 8. 'Nunciantibus Hernicis in fines suos transcendisse hostes.' IV. 53. 'Jam enim in Latinum Hernicumque transcenderant agrum:' quibus locis vide. XXVIII. 42. 'Quum Hasdrubal in Italiam transcendit.' XXX. 42. 'Dedisse operam, ne inpune in agros eorum transcenderent populatores.' Similiter Tacit. Hist. IV. 73. 'Eadem semper caussa Germanis transcendendi in Gallias.' Justin. XXIII. 1. 'Dein in Italiam transcendit.' Cui eadem locutio reddenda XXXVII. 3. 'Inde in Bithyniam transcendit:' ita enim se in Mss. reperisse Bongars. testatur, pro quo vulgo editur *inde Bithyniam*. Verum præpositionem *in* elisa est a præcedenti *iñ*, sive *inde*. Vide ad XXXVII. 31. § 4.

Ea quoque magna ex parte sine certamine in deditionem venit] *Ea quoque sine magno certamine* Lov. 2. et Harl. Sed librarios non audimus. Supra XXXI. 10. 'Direpta urbe, ac per iram magna ex parte incensa.' XXXVII. 6. 'Jam enim magna ex parte nudata mœnibus erat.' cap. 24. 'Ex magna parte ægris, et ob id celerius fessis remigibus.' XXXVIII. 4. 'Postquam urbem jam magna ex parte operibus septam viderunt.' Vide ad II. 48. § 1. Deinde *in ditionem venerunt* conjicit Oudend. ad Front. III. 5. § 1. Sed vide ad XXXIII. 37. § 4.

§ 5 *Philippi erant: hi primum ad arma concurrerunt*] Duo priora vocabula desunt in Mead. 1. sed neglegentia librarii ob præcedentem vocem *fuerant*. Vide ad IX. 11. § 11. Tum *primo* legunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Præterea *occurrerunt* Lovel. 6. Vide ad XXXVI. 24. § 4. Mox *et præsidii ejus accepere* Lov. 6. *et necem præsidii ejus accepere* Gaertn. *et necem præsidii accepere* Voss.

§ 6 *Legati ab Roma rediere sine spe pacis . . . jam cum exercitu trajecisse*] Ms. *legati ab Roma rediere sine responso*. Modius. Pall. uterque *cum exercitu jam trajecisse*. Gebh. Mog. cod. lectionem *sine responso* hic probare nequeo propter ea, quæ de his legatis narrantur XXXVII. 1. Ceterum *legati ab Roma recedere* Voss. *legati ab Roma redire* Lov. 4. et Mead. 1. *legatos ab Roma redire* Harleian. ut oratio pendeat a præcedenti 'fama adfertur legatos redire.' Verum unius istius cod. fide nihil mutandum. Si enim id Livio placuisset, potius dixisset *legatos ab Roma redisse*. Dein *cum exercitu jam trajecisse* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *jam cum exercitu jam trajecisse* Mead. 1. Polybius hæc ita narrat in Exc. Legat. num. XXVI. p. 1148. Ὡς δὲ παραγενηθεὶς ἐκ Ῥώμης ὁ Δαμοτέλης, τόν τε πόλεμον ἀνήγγειλε διότι μένει κατάμονος, καὶ τὴν τοῦ Μάκρου καὶ τῶν δυνάμεων κατάβασιν ἐπ' αὐτούς.

§ 7 *Ut per auctoritatem civitatum earum*] Pal. 1. *harum civitatum*: alter *illarum civitatum*. Gebh. Pronomen deest in Lov. 5. et edd. princc. *harum civitatum* legunt Lov. 3. et 6. *illarum civitatum* Lov. 2. Harl. et Mead. ambo: *illarum civitatium* Lov. 4. *civitatium* etiam ed. Mediol. 1480. Vide ad XXXIII. 20. § 11. *Earum civitatum* Lovel. 1. et Gaertn. *civitatum earum* primi Moguntini ex cod. suo ediderunt. Consentit vero Voss.

Principes gentis ad tentandum ultimam spem Romam miserunt] Priore lib. c. 49. denunciatum Ætolis, ait

Livius, 'Si qua inde legatio ex Ætoliis, nisi permissu imperatoris, qui eam provinciam obtineret, et cum legato Romano, venisset Romam, pro hostibus omnes futuros. Ita dimissi Ætoli.' Atqui hoc loco contrarium Livius scribere videtur. *Glar.* *Ad tentandam spem ultimam*, vel *ultimam spem*, Lovel. 1. 2. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Ex optimo Mog. nihil notatur. Vide ad XL. 49. § 1. Licet autem prioribus Ætolorum legatis Romani denunciarint, quæ ex Livio adfert Glareanus, nunc tamen novam eo mittunt legationem, sed præmissis Rhodiorum et Atheniensium legatis, quorum auctoritate aditum faciliorem ad senatum haberent, ut præter Livium narrat Polyb. Exc. Leg. num. XXVI. p. 1148.

§ 8 *Nihil, ne bellum haberent, priusquam pene in conspectu hostis erat, præmeditati*] Vitiosa sententia est hæc sine dubio. Quid enim sibi vult? *priusquam pene in conspectu erat.* Ego, mentem scriptoris secutus, legendum censeo, *nihil ne bellum haberent prius (nam pene in conspectu hostis erat) præmeditati*, hoc sensu: Miserunt legatos ad tentandam pacem Romam, nihil præmeditati, ne bellum haberent prius, id est, priusquam pax tentaretur, quod ipsum imminebat. Nam hostis in conspectu pene erat, quod M. Fulvius in Epirum exercitum trajecerat. *Sigon.* A Pal. 1. abest τὸ *nihil*. Gebh. Sic *priusquam pene in conspectu* omnes libri scripti et cusi. Et quid hac lectione clarius? Arguit fatalem securitatem ac stultitiam Ætolorum, qui, quum scirent nullo modo ad bellum gerendum cum Romanis se pares esse, tamen sederant otiosi, neque adhibuerant curam, ut pacem impetrarent, donec eo res adducta esset, ut jam propemodum in cervicibus consulem cum exercitu haberent. Verba perdere in re perspicua piget. Ubi mens igitur Sigonio, quum sententiam hanc sine dubio vitiosam esse diceret? Quærit, quid sibi velit, *priusquam pene in conspectu hostis erat?* et mentem scriptoris se sequutum censere legendum: *prius (nam pene in conspectu hostis erat) præmeditati.* Ego vero, quam mentem auctoris sequatur, aut quid omnino sibi velit talia corrigendo vir doctus, diu quæsivi, nec invenio. *J. F. Gron.* Τὸ *nihil* deest etiam a Lov. 3. *ne nihil bellum haberent* Voss. et Lov. 6. *ne ullum bellum haberent* Lovel. 1. Mox *in conspectu hostis esset* Lovel. 1. Recte Gronov. vulgatum tuetur.

§ 10 *Quæ tum contribuerat se Ætolis*] Pal. 1. *tribuerat se Ætolis.* Gebhard. *Quæ contribuerat*, media voce omissa, Voss. Mead. 1. et Gaertn. *quæ tum tribuerat* Lov. 3. et 6. *quæ cum tribuerat* Lov. 1. Male. 'Contribuere' verbum est Livio frequens. XXXI. 30. 'Ne in unam urbem quidem contributi majores sui.' XXXII. 5. 'Quæ ad condendum Megalopolim ex concilio Arcadum contributæ forent.' c. 19. 'Pollicentes, Corinthum iis contributuros in antiquum gentis concilium.' XXXVI. 35. 'Maluerunt Achaico contribui concilio.' XLII. 37. 'In Achaicum contributi concilium.' Ita et Colum. III. 3. 'In Faventino agro et in Gallico, qui nunc Piceno contribuitur.' IX. 11. 'Duas vel tres alveorum plebes in unum contribuere licebit:' ubi *contrahere* legendum esse, perperam conjicit Nic. Heins. ad Virg. Georg. IV. 95. Mox *detractarent certamen* Vossian. Lovel. 1. 4. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXXIV. 15. § 9. *Detrectarent pugnam* Gaertn. Eadem varietas etiam in Mss. obcurrit XXIII. 26. § 7.

§ 11 *Et Arethontem, navigabilem amnem*] Ptolemæus III. 14. ac Plin. IV. 1. hunc fluvium *Arachthum* vocare videntur: quanquam Ptolemaica pictura non ad muros, sed ad occasum aliquot stadiis summotum ostendit. Livius etiam campum hic ponit. Sed si amnis urbem Ambraciam munit, ut

hic ait Livius, oportet hunc campum aliquantum ad septentrionem intelligi: nam alioqui hæc descriptio claudicabit. Epirotæ enim ad occasum intelliguntur, consul in campo, interluente flumine. *Glar.* Hunc amnem a Strabone, Plinio, et Ptolemæo Arachthum vocari dicit, et ita quoque in Livio et Polyb. scribendum censet Fulv. Ursinus ad Polybium Legat. XXVII. Palmerius, Græc. Ant. II. 7. Dicæarchum et Livium XLIII. 21. addit, sed unum fluvium duo nomina habuisse putat: quæ etiam Cellarii Geogr. Ant. l. II. c. 13. sententia est. Quod autem Palmerius Livium reprehendit, ut qui ad Polybii verba male addat suam conjecturam *navigabilem amnem*, in eo forsan ipse reprehensione non vacat. Nam ex eo, quod Polybius scribit, Epirotas, qui Ambraciam obsidendam suadebant, dixisse, Arethontem fluvium *συνεργήσειν πρὸς τὰς τοῦ στρατοπέδου χρείας*, non difficulter intelligitur, eum navigabilem fuisse; quum vix aliis quam navigabilibus fluviis subvehi possint, quæ castris et obsidionibus urbium usui sunt. Et si 'Arachthi,' quod alterum hujus fluvii nomen fuisse putat Palmerius, interdum in locis mediterraneis ea altitudo fuit, ut vado transiri non potuerit, teste Livio XLIII. 21. utique ad Ambraciam haud procul a mari navigabilis esse potuit. *Dukerus.* Codd. nihil mutant, nisi quod Voss. *Harecontem*, Lov. 3. et 6. *Areptontem* hoc loco, at cap. seq. Voss. *Arocho*, Lov. 3. *Arepton*, Lov. 5. *Arethon* exhibeant. Quum tamen 'Arethontis' præter Livium nullus meminerit, verisimile est, cum Ursino hic *Arachthum*, et cap. seq. *Arachthus* legendum esse; nisi potius statuamus cum viris doctis, amnem binominem fuisse, Liviumque altero nomine hic et cap. seq. altero XLIII. 22. usum esse. Doujatius haud usquequaque certum putat, eumdem esse *Arethontem* et *Arachthum*. Verum confiteor quidem, id neminem totidem verbis prædicasse; addo tamen, id omnino efficiendum videri ex illis, quæ Livius hic de Arethonte, et alii de Arachtho prædicant. Certe Livius testatur Arethontem 'præter ipsa mœnia' Ambraciæ 'fluere;' quod idem de Arachtho refert Strab. VII. 325. Παραῤῥεῖ δ' αὐτὴν (nempe Ἀμβρακίαν) ὁ Ἄραχθος ποταμὸς, ἀνάπλουν ἔχων ἐκ θαλάττης εἰς αὐτὴν ὀλίγων σταδίων, ἀρχόμενος ἐκ Στύμφης ὄρους καὶ τῆς Παρωρείας. Ut tamen diversos amnes fuisse probet, instat Doujatius, Arachthi fontes sub Pindo monte in Macedoniæ occidnæ confinio esse, Arethontem autem ex 'Acarnania' fluere, ut Livius ipse narrat cap. seq. Verum huic difficultati ad eum locum respondebo. Mox *ad portanda* Lov. 6. Male. Vide ad XXXIV. 34. § 6.

Præter ipsa mœnia fluere; et æstatem aptum rei gerendæ adesse] Pal. 1. *rei agendæ:* deterius. *Gebh.* Similiter Voss. Lov. 3. et Gaertn. Sed vide ad XXII. 28. § 1. Τὸ *adesse* deest in Lov. 2. cujus loco *esse* legunt Lov. 3. et 6. Præterea *præter ipsa mœnia fluentem* Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *et præter ipsa mœnia fluentem* Lov. 3. *et præter ipsa mœnia fluere* Lov. 6. *præter ipsa mœnia: scire et æstatem* Voss. et Lov. 1.

CAP. IV. § 1 *Tumulo aspero subjecta, Perranthem incolæ vocant*] Pal. 1. *Petrantem.* Vet. ed. *Petranchem.* Gebh. *Perranchem* Voss. *Perrantem* Harl. et Mead. ambo. *Peranthem* Lov. 6. *parantem* Lov. 1. *Petrantem* Lov. 3. *Petranchem* Lovel. 5. et ed. Camp. *per Munchem* Gaertn. Insuper *subjecta est* omnes scripti nostri, Hearnii Oxonn. et edd. usque ad ultimam Gruteri, quæ verbum substantivum omisit. Nec aliter omnes recentiores. Id itaque loco restitui. Paullo ante *ad Ambraciam venienti* Lov. 5. et edd. vett. *advenienti* Frob. dedit 1535. neque aliter ceteri Mss. quibus utor.

§ 2 *Arx, quæ posita in tumulo est,*

orientem spectat] Ms. *arx, quæ imposita est tumulo.* Modius. Pall. *posita tumulo est.* Modii codex non inscite *imposita est tumulo.* Gebh. *Postea in tumulo est* Harl. *posita tumulo est* Lov. 1. 3. 4. et Mead. ambo; quod eo modo dictum esse posset, quo 'urbs alieno solo posita' IV. 48. ubi vide. *Tumulo posita est* Gaertn. *posita est tumulo* Voss. et Lov. 6. unde non nihil firmatur cod. Mog. lectio *imposita est tumulo*, quam recepi. Infra XLIV. 6. 'Quartum' præsidium 'viæ ipsi, qua et media et angustissima vallis est, inpositum.' c. 46. 'Velut insula eminet, aggeri operis ingentis inposita.' Potest etiam vulgatum a Liviana loquendi ratione non alienum videri. Ita XLIV. 8. 'Heracleum in rupe amni inminente positum.' Vide ad IV. 48. § 3. Sed potius cod. integerrimum sequor. Hinc *orientem exspectat* Lov. 1. Sed vide ad VI. 23. § 1. Paullo ante *urbis ejus murus* Lov. 1.

§ 3 *Amnis Aretho, ex Acarnania fluens*] Ita Gronov. edidit, pro *Arethon*, ut antea vulgabatur. Et quidem, se Mss. hanc lectionem obferentibus paruisse, monuit ad Senec. Agamemn. 514. Non aliter ex nostris legunt Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. ejusque lectionis vestigia servat Voss. *Arocho* exhibens. Vide ad XXXIV. 61. § 10. Ceterum Palmerius in Græcia Antiq. II. 7. p. 306. et 319. Livium, quum dicit Arethontem *ex Acarnania* fluere, culpa liberari non posse existimat, nisi pro *Acarnania* legatur *Athamania*. Sane ex situ locorum constat fluvium, qui Ambraciam adluit, vix fontes in Acarnania habere posse, et hinc vulgatam lectionem servandam non esse. Præterea Strabo testatur VII. 325. Arachthum, qui idem existimatur atque Aretho, a Livio hic memoratus, ut ad cap. præc. dictum est, oriri ἐκ Στύμφης (vel Τύμφης) ὄρους καὶ τῆς Παρωρείας. Stymphe autem vel Tymphe vertex est montis Pindi, cui Athamanes erant vicini: unde ut populi vicini junguntur Ἀθαμᾶνες, καὶ Αἴθικες, καὶ Τυμφαῖοι, καὶ Ὀρέσται, Παρωραῖοι τὲ καὶ Ἀθιντᾶνες ibid. p. 326. Hinc Perrhæbi, a Lapithis obpressi, dicuntur recessisse εἰς τὴν ὀρεινὴν περὶ Πίνδον, καὶ Ἀθαμᾶνας, καὶ Δόλοπας, apud Strab. IX. 440. Idem etiam memorat τὰ περὶ Ἀθαμανίαν ὄρη καὶ τὸν Πίνδον p. 442. Hac emendatione admissa tollitur argumentum, quo Doujat. ad cap. præc. § 11. evincere conabatur, nondum certum esse, fluvium, quem Livius Arethontem vocabat, alio nomine Arachthum adpellatum esse.

§ 4 *Paullo amplius tria millia passuum*] *Paullo amplius M. passuum*, id est *mille passuum*, Voss. et Hearnii L. 1. Locutio quidem *mille passuum* Liviana est, ut constat ex dictis ad V. 26. § 5. Verum ita muri circuitus justo angustior fuisset. Puto igitur olim *III. passuum*, vel *III$^{m.}$ passuum* scriptum exstitisse, ut etiam nunc præferunt Lov. 1. et 3. atque inde culpa librariorum *M. passuum* factum esse. Vide ad XXXIV. 13. § 2. *Paullo amplius trium millium passuum* legit Gaertn. quæ lectio inde nata videtur, quod librarius nesciverit, quo casu numerus per notas scriptus efferri debuerit: ob eamdem caussam *paullo amplius tribus millibus passuum* exhibent Lov. 3. 4. et Harl. Vulgatum probum est, quod inlustravi ad XXI. 29. § 3. Paullo ante *munit* non adparet in Lov. 1. 3. et Voss. Verum quum per compendium *mũit* scriptum fuisset, id ob ductuum similitudinem haustum est a voce præc. 'amnis.'

§ 5 *Unum castellum loco edito contra arcem objecit*] *Inde castellum* Lov. 1. *unde castellum* Lovel. 3. et Gaertn. Hinc *circa arcem* Mead. 1. Male. *contra arcem* est e regione arcis, ex adverso arcis. Vide ad XXXVII. 15. § 7. Tum *objicit* Lov. 2.

§ 6 *Ea omnia vallo ac fossa jungere*

parat, ne exitus inclusis] In nostris archetypis est *fossa ita jungere*, non *fossa jungere*. Gelen. *Fossa cingere* Voss. et Gaertn. Verum non intendebat Fulvius bina castra unumque castellum vallo et fossa cingere, sed jungere, atque ita inpedire, ne vel aditus in urbem obsessam, vel exitus inde pateret. Hinc *nondum commissa inter se munimenta* vocat mox hoc cap. et per ea urbem intrasse Eupolemum cum mille expeditis narrat. *Fossa jungere* reliqui codd. nostri, et Hearnii L. 1. Sed particula *ita*, quam Gelenius inmisit, auctoritate cod. Mog. firmatur. Vide ad IX. 38. § 14. Mox *venerant Ætoli* Harl. Vide ad XXX. 25. § 3. et XXXIV. 36. § 1.

§ 7 *Deinde, postquam urbem jam magna ex parte*] *Dein*, pro *deinde*, Lov. 4. et Mead. ambo. Vide ad III. 3. § 6. et mox § 10. Tum *postquam jam urbem* Vossian. Lov. 1. 3. 6. et Gaertner. Quo ordine quum voces scriptæ essent, vocula *jam* a literis ultimis vocis præced. absorpta est in Lov. 2. et Harl. quale exemplum habuimus XXVII. 45. § 1. quemadmodum contra ex iisdem perperam repetita est II. 12. § 9. Pari modo τὸ *jam* excidit ob præcedens *quum* VI. 14. § 9. Mox τὸ *esse* deest in Voss. et § seq. voces *inter se* in Harl.

§ 9 *Nicandro cum cetera manu primo*] *Cum ceteris primo* Lov. 2. 3. 5. Harl. Mead. uterque, Hearnii L. 1. et edd. antiqq. Quod nunc editur, Aldus ex cod. Mog. recepit; cui lectioni nonnihil favent reliqui Mss. nostri *cum cetera primo* exhibentes.

§ 10 *Et regressus inde in tutum non esset*] Pall. et vet. ed. *in tuto*. Gebh. *In tutum* primus Aldus vulgavit, cui nullus ex nostris adsentitur, nisi forte Gaertn. unde nihil notatur. Reliqui cum prioribus editis legunt *in tuto:* quod et ipsum commodo sensu accipi potest. *Regressus inde non esset in tuto*, id est, non esset tutus. Mox enim cap. 6. cod. Mog. exhibet *jam vix tuto regressu fugientes*. Similiter 'in tuto esse' dicuntur, quæ sunt tuta, quibus nihil periculi inminet.' III. 45. 'Pudicitia saltem in tuto sit.' Ita 'in facili,' 'in difficili esse' dicuntur, quæ sunt facilia, difficilia. Vide ad III. 8. § 9. Paullo ante *dein periculosum inceptum* Lov. 4. et Mead. 2. Vide ad § 7. *Deinde periculosum cœptum* Lov. 2. et Harl. Sed primam syllabam τοῦ *inceptum* hausit litera finalis vocis proximæ. Vide ad V. 27. § 6.

Ad depopulandam Acarnaniam] Cusus Moguntiæ *ad depopulandum Acarn.* Modius. Pal. 1. et vet. ed. *ad depopulandum Acarn.* Gebhard. Similiter Lov. 5. omnesque editi usque ad Aldum, qui ex Mog. membranis recte dedit *ad depopulandam*. Consentiunt autem reliqui scripti, quibus utor. Vide ad XL. 49. § 1.

CAP. V. § 1 *Jam munimentis, &c. jam operibus, &c. perfectis*] *Jamque operibus* Lov. 4. et Mead. 2. Male. Supra VII. 40. 'Jam duces, jam milites utrimque congressus quærere ad conloquia.' Vide ad II. 46. § 3.

Quinque simul locis mœnia est adgressus: tria paribus] Non absque caussa mutatum est dicendi genus. Cum præmisisset ablativum *quinque locis*, subjungit accusativum *tria*, sed eodem intellecto participio *aggressus:* perinde atque dicat, tria quidem aggressus loca a campo, unum e regione Æsculapii, unum adversus arcem: ita enim sunt quinque. *Glar.* Quemadmodum locus hic vulgo in recentioribus edd. legitur, nemo facile sensum percipere potest ex illis quæ Glareanus hic notavit. Omnes enim videmus, ad τὸ *tria* intelligi non posse 'loca adgressus,' ut Glareanus existimavit, sed jungendum esse 'tria admovit,' scil. opera. Sciendum igitur Aldum eumque secutos paucos pro *admovit*, ut legunt Voss. Lov. sex, Harl. Mead. ambo, cod. Mog. cum edd. antiqq. et Froben. 1535. revoca-

vit, edidisse *admotis vineis*, quod in uno Gaertn. etiam inveni. Jam vero, ea lectione recepta, quum verbum, quo hæc referenda erant, deesset, ad vocem *tria* intelligendum scripsit 'loca adgressus.' Mox *faciliora aditu* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *faciliora adito* Lovel. 4.

§ 2 *Adversus Pyrrheum, quod vocant*] Parendum hic Fulvio Ursino, et legendum *adversus Thurreum*. Pall. uterque continet *Pireum*, vel *Pyreum*. Gebh. *Pyrrheum* fanum templumve Pyrrhi, *Æsculapium* Æsculapii esse puto, a Græcis Πύῤῥειον, et Ἀσκληπίειον; ut 'Didymeum' apud Sueton. Calig. c. 21. et 'Mausoleum,' Aug. 100. a Διδυμεῖον et Μαυσώλειον. Sic apud Romanos a Minerva dictum est 'Minervium' in Varr. de Ling. Lat. IV. 14. et P. Victor. in Reg. IX. urbis; a Diana 'Dianium' in Liv. I. 48. quæ sacella vel ædiculas Minervæ ac Dianæ interpretantur viri docti. Palmer. Græc. Antiq. II. 7. *Pyrrheum* hic accipit monumentum Pyrrhi regis, Epirotæ scilicet, quod in direptione Ambraciæ violatum fuisse docere dicit Ovid. in Ibin vs. 305. 'Nec tua, quam Pyrrhi, felicius ossa quiescant, Sparsa per Ambracias quæ jacuere vias.' Sed, Ambraciam a Romanis direptam fuisse, nec Livius, nec Polybius tradunt; immo contra nihil ibi tactum violatumve, nisi quod signa ænea marmoreaque, et tabulæ pictæ sublatæ avectæque sunt, auctor est Livius infra c. 9. Nam quod quis dicat, monumentum Pyrrhi fortassis extra mœnia urbis fuisse, ut sæpe alia, ideoque ita violari potuisse, ut ossa illius sepulcro eruta per vias spargerentur, id nihil nisi hariolari est, quum de ea re nihil ex Livio colligi possit. Deinde ne satis quidem certum est, ossa Pyrrhi Epirotæ Ambraciæ sepulta fuisse. Valer. Max. quidem V. 1. 4. ext. et Justin. XXV. 5. scribunt Antigonum filio illius Heleno ossa patris 'in patriam portanda' dedisse: sed Pausan. I. 13. et II. 21. Argis Cereri ex oraculo fanum, quo loco Pyrrhus ceciderat, factum, in eoque ossa illius condita fuisse refert. Huic si fides habenda est, ut certe est scriptori, cujus industria potissimum in talibus observandis et memoriæ prodendis versata est, Valerius Max. et Justinus non aliter cum illius narratione conciliari possunt, quam ut conjiciamus, fieri potuisse, ut eodem oraculo, quod Argivis redditum dicit Pausanias, filius Pyrrhi ossa patris Argos remittere juberetur. Utrum autem *Pyrrheum*, quod hic memorat Livius, fanum templumve fuerit Pyrrhi Epirotæ, cujus regia Ambraciæ fuerat, an Pyrrhi Achillis filii, cujus ossa ibi sepulta fuisse non obscure indicat Hyginus fab. 122. non definio: nam utrique ibi sacellum fanumve aliquod consecrari potuit. *Duk. Adversus Phineum* Lovel. 2. Harl. et Mead. 1. *adversus Pireum* Lov. 3. *adversus Pyreum* Mead. 2. et Gaertn. *adversus Pyrheum* Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. 1472. *adversus Thurreum* legendum censet Ursin. ad cap. 9. § 5. Simili ergo modo etiam mox hoc cap. et cap. seq. ubi *Pyrrheum* iterum memoratur, emendandum foret. Verum, quum Thurreum sive Thyreum fuerit urbs Acarnaniæ, discere cupio, qua ratione Fulvius, Ambraciam obsidens, opera adversus Thyreum Acarnaniæ urbem admovisse dicatur. Omnino servandum *Pyrrheum*. Insigne fragmentum, ut creditur, Polybii p. 1545. ed. Gronov. Τρία μὲν ἔργα κατὰ τὸ Πύῤῥαιον (an legendum Πύῤῥειον) προσῆγεν διὰ τῶν ἐπιπέδων τόπων, διεστῶτα μὲν ἀπ' ἀλλήλων, παράλληλα δὲ, τέταρτον δὲ κατὰ τὸ Ἀσκληπεῖον, πέμπτον δὲ κατὰ τὴν ἀκρόπολιν. Per *Pyrrheum* autem intelligendum est vel præcipuum aliquod ædificium, ut templum aut sacellum, vel pars urbis Ambraciæ, ex nomine Pyrrhi regis Epiri adpellata,

qui in ea regiam habuit. Livius c. 9. 'Signa ænea, marmoreaque, et tabulæ pictæ, quibus ornatior Ambracia (quia regia ibi Pyrrhi fuerat) quam ceteræ regionis ejus urbes erant.' Strab. VII. p. 325. Μάλιστα δ' ἐκόσμησεν αὐτὴν (Ἀμβρακίαν) Πύῤῥος, βασιλείῳ χρησάμενος τῷ τόπῳ. Loca Polybii et Melæ laudavit Cellar. Geogr. Ant. II. 13. 700.

Unum e regione Æsculapii; unum adversus arcem. Arietibus muros quatiebat] Quatuor priora vocabula propter vocis *unum* repetitionem desunt in scriptis nostris, Hearnii L. 1. et edd. antiqq. Vide ad IX. 11. § 11. Ea beneficio cod. Mog. Livio vindicavit Aldus; sine quibus Livius quatuor, non quinque, loca memorasset, quibus Fulvius mœnia Ambraciæ adgressus est. Plane autem firmat fragmentum Polyb. ad verba præcedd. laudatum. Reliqua verba ita perperam exhibent Lov. 5. et edd. priscæ, *unus adversus arcem aries muros quatiebat.* Aldus iterum, quod nunc vulgo editur, ope cod. Mog. emendavit; cui concinunt alii omnes, quibus utor, codd.

§ 3 *Et ad speciem et ad ictus mœnium, cum terribili sonitu editos, pavor, &c. cepit*] Primam voculam nescit Harl. Vide ad II. 44. § 3. et mox § 5. præpositionem *cum* Vossian. et Gaertn. Tum *additus pavor* legunt Lov. 5. et ed. Camp. *editus pavor* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Gaertn. et edd. vett. quæ omnia stupori et neglegentiæ scribarum debentur.

§ 4 *In arietes tollenonibus libramenta plumbi*] Quo pacto per tollenones libramenta plumbi jecerint in arietes aut alia item, quæ enumerat, vix intelligo: etiamsi, quid tollenonem dicat, non est obscurum ex Vegetii lib. IV. Budæus attigit paululum de Asse lib. III. circa initium p. 289. *Glar.* Quo pacto tollenonibus libramenta plumbi aut saxorum, aut stipitum jecerint in arietes, vix se intelligere ait Glareanus. Non dubito vero, quin planissime intellecturus sit, si, quemadmodum adversus arietes prosint culcitræ, laquei, lupi, et columnæ graviores, a Vitruvio didicisset. Et Liv. XLII. 63. 'Arietem admotum libramento plumbi gravatum ad terram urgebant.' *Sigon. Collenonibus, tollononibus, tollenenibus, tellenonibus* variis modis corrupti plerique Mss. et edd. vett. at *e mœnibus* ejus vocis loco præferunt Lov. 2. et 6. De tollenonibus vide ad XXIV. 34. § 10. Tum *stipes robustos* Voss. et Lov. 1. *stipites robustos* Mss. reliqui. Fragm. Polyb. laudatum, Τοῖς μὲν κριοῖς διὰ κεραῖων ἐνιέντες σηκώματα μολύβδινα καὶ λίθους, καὶ στύπη δρύϊνα.

In interiorem partem muri trahentes asserem, perfringebant] In nostris archetypis *asserem præfringebant*, non *perfringebant*. Gelenius. Bene monuit Gelenius, hic legendum *præfringebant;* nam ita exhibet Pal. post. alluditque prior *præfigebant.* Dixit quoque Propert. *præfractas fores.* Gebh. Præpositio *in* exsulat a Voss. Lov. 1. et Gaertn. quam intercepit prima syllaba vocis seq. Vide ad VIII. 33. § 6. Tum *præfigebant* Lovel. 3. *præfringebant* Voss. et Lov. 4. ac 6. quod ex emendatione Gelenii recte Froben. 1535. recepit, et plures sequentes servarunt; male vero Paris. an. 1573. omnesque recentiores in *perfringebant* mutarunt. Alteram igitur lectionem revocavi. Vide ad XXVII. 33. § 2. Polyb. iterum in Fragm. laudato, Τοῖς δὲ δρεπάνοις σιδηρᾶς περιτιθέντες ἀγκύρας, καὶ κατασχόντες [ἀναστρώντες conjicit Casaub.] ταῦτα ἔσω τοῦ τείχους, ὥστε ἐπὶ τὴν ἔπαλξιν συντριβέντος τοῦ δόρατος, ἐγκρατεῖς γίνεσθαι τῶν δρεπάνων.

§ 5 *Ad hoc eruptionibus, et nocturnis in custodias operum, et diurnis*] *Ad hæc* Lov. 2. et 3. Vide ad XXI. 52. § 10. Dein prius *et* nesciunt scripti nostri, Hearnii L. 1. et edd. vett. Vide ad § 3. Primus Frob. a. 1535. addidit.

Iterum Fragm. Polybii : Τὸ δὲ πλεῖον ἐπεξιόντες ἐψύχως ἐμάχοντο, ποτὲ μὲν ἐπιτιθέμενοι νύκτωρ τοῖς ἐπικοιτοῦσιν ἐπὶ τῶν ἔργων, ποτὲ δὲ τοῖς ἐφημερεύουσι μεθ' ἡμέραν προφανῶς, καὶ τριβὴν ἐνεποίουν τῇ πολιορκίᾳ.

§ 6 *Inde Nicander prætor, spem nactus solvendæ, &c. obsidionis, Nicodamum*] *Unde Nicander* Lov. 3. Vide ad XXXIX. 33. § 5. Vox *prætor* deficit in omnibus scriptis nostris, Hearnii L. 1. et edd. antiquis, quam Aldus ex Mog. cod. adscivit. Tum *Nicodemum* edd. Mediol. a. 1480. Tarv. utraque, et plures usque ad Frob. qui a. 1535. *Nicodamum* restituit; quomodo non tantum est in excusis principibus, sed et omnibus scriptis, nisi quod librarii lapsu *Nicoandum* sit in Voss. Vide ad XXXI. 32. § 1. Paullo ante *res ad Ambraciam quum esset*, pro *essent*, Lovel. 3. Ita c. 8. 'Quum in hoc statu res ad Ambraciam esset.' Verum utrumque ferri potest. Vide ad II. 47. § 5. Adde etiam loca laudata ad XXXV. 8. § 2.

§ 7 *Quo et illi ab urbe*] *Quæ ulli ad urbem* Lovel. 1. *quo et illi ad urbem* Voss. Mox *et nocte augente pavorem* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Gruterum; cujus ultima voculam *et* omisit, quam restitui.

§ 8 *Per alias inpetu constanti erupisset*] Codd. nihil mutant, nisi quod *et per alias* præferant Lov. 1. et 3. Nihilominus *perrupisset* legendum conjicit Crevierius. Mox *aliquantulum* Lov. 1. et Gaertn. Vide ad VII. 36. § 5. Tum *simul ut constituta* Lov. 2. Vide ad VI. 1. § 6. Insuper *repente* exsulat ab Harl.

§ 10 *Amphilochis opem ferre nuper receptis*] *Nuper receptis opem ferre* Lov. 2. 4. Harleian. et Mead. ambo. Mox *p'sĕs Philippi filius*, id est *præsens*, Lov. 1. *Perses Philippi filius* Lovel. 2. Vide ad C. 7. § 1. Tum *Amphilochosque rapiendos* Lov. 2. Insuper § præc. *Id cœptum* Lov. 2. et Harl.

CAP. VI. § 2 *Alii stuppam picemque et malleolos ferentes*] *Stupam* Vossian. Lov. 1. 2. 3. 6. et Gaertn. Cui orthographiæ favet etymologia eorum, qui vocem deducunt a 'stipando.' Vide Servium ad Virg. Æn. V. 682. et Isidor. Orig. XIX. 27. At se vocem hanc duplici *p* scriptam invenisse, testatur Pierius ad Virg. Georg. I. 309. Præterea *maleolos* Lov. 1. 2. 3. 6. et Voss. Sed male. Certe Publiciorum vel Publiciorum cognomen MALLEOLVS duplici *l* in Fast. Capit. ad an. IDXXI. scribitur. De 'malleolis' vide Philandr. ad Vitruv. X. 22. Parrhas. ad Cic. pro Milone in Lamp. Critic. tom. I. p. 832. Casaub. ad Æneam Tact. p. 1801. et Lips. Poliorc. V. 5.

Multos primo inpetu custodes obpresserunt] Pal. 1. *multosque primo impetu.* Gebh. Similiter Lov. 3. Mox § seq. *dein postquam* Lov. 4. et Mead. 2. Vide ad III. 3. § 6. Hinc *datoque a consule signo* Harl.

§ 4 *Uno in loco ferro ignique gesta res est*] Sine verbo substantivo *est* Pall. *uno in loco ferro ignique gesta res:* ubi tamen ineptissime in vulgatis edd. comparet *ferro inique gesta res est.* Dixit enim paullo superius 'Alii cum ardentibus facibus:' et mox 'tota collucente flammis acie.' *Gebh. Uno loco* Lov. 5. et edd. vett. Præpositionem primus Ascens. 1513. addidit, quam reliqui codd. servant. Tum verbum *est* exsulat a Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. utroque.

Quum tentassent magis, quam inissent, certamen] *Incepissent magis* Voss. *intentassent magis* Lovel. 5. 6. et edd. antiqq. quod inlustrat Hadrian. Cardin. de Serm. Lat. p. 210. adductis etiam locis Livii VI. 27. 'Prænestinis jam intentari arma.' VI. 39. 'Dictatorium fulmen in se intentatum.' VIII. 33. 'Virgas et secures victoribus intentari.' Adde IX. 6. 'Gladii etiam plerisque intentati.' XLII. 12. 'Nisi discussa res per paucos Romanum imperium intentantes esset.' Frob. 1535. *tentassent* substituit; quod est in ceteris codd. In-

super *iniissent* Lov. 2. 6. et Gaertn. Vide ad XXIII. 2. § 4.

§ 6 *Jam vix tuto receptu*] Ms. *jam vix tuto regressu.* Modius. Vide ad c. 4. § 10. Paullo ante § præc. *ubi diversis partibus* Voss. Vide ad XXVII. 5. § 2.

§ 7 *Si ex composito acta res fuisset*] *Si ex proposito* Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. turpissimo errore in locutione toties apud Livium obvia, de qua vide ad I. 9. § 10. Paullo ante hoc cap. 'Nicandrum ex composito adfore.' Et iterum, 'Postquam nullum ex composito signum a suis accipiebant.' Tum *oppugnari* Lovel. 2. Vide ad XXI. 57. § 6. In præcedentibus *quam ipsi occiderant* Lov. 2. Vide ad XXXVI. 36. § 6.

§ 8 *Quique intus erant Ætoli*] Pal. 1. *quique intererant Ætoli.* Gebh. Similiter Lov. 3. *quique intus Ætoli,* una voce omissa, Harl. Mox *velut* exsulat a Lov. 2. Deinde § seq. *in stationibus* Lov. 3. et 6.

CAP. VII. § 1 *Amphilochia excessit, atque in Macedoniam rediit*] Ms. *Amphilochiam excessit.* Modius. *Amphilochiam redit,* reliquis omissis, Lov. 1. 3. Voss. Harl. et Mead. ambo: *Amphilochia redit* Lov. 2. 4. 6. et Gaertn. *Amphilochiam rediit* Lovel. 5. et edd. principes. Aldus quatuor, quæ deerant, voces fide cod. Mog. restituit: legitimam tamen caussam non habuit, cur pro *Amphilochiam,* ut membranæ illæ præferunt, substitueret *Amphilochia.* Livius enim sæpius 'excedere' cum quarto casu construxit. Vide ad II. 37. § 8. Paullo ante *Perses ubi adesse* Lov. 2. Vide ad XLII. 25. § 2. *Perseus ut adesse* Gaertner. Vide ad XXIV. 15. § 1.

§ 2 *Et Ætolos inde avocavit populatio*] Prima vocula exsulat a Lov. 2. Tum *advocavit* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Harl. Vide ad I. 6. § 6. Sed, *avocavit* in suo Msto esse, Moguntini monuerunt.

Cum sexaginta lembis Corinthium sinum invectus, adjunctis, Achæorum quæ partis erant] Lege *Patris,* non *partis.* Gelen. Ita *partis* ferme habent quæ nos vidimus exemplaria: sed legendum puto *Patris,* pro *partis.* 'Patræ' enim oppidum Achæorum ad sinum Corinthiacum. Non est hoc neglectum in ultima Frobenii ed. *Glarean.* Pal. 1. *invectus Achæorumque aliis quæ partis erant.* Admodum corrupte. Gebh. *Cum LII. lembis* Lov. 1. Sed vide ad XXXVII. 41. § 6. Tum *Corinthum invectus est* Lov. 5. et ed. Camp. Hinc *adjunctis* deest in omnibus scriptis nostris; quorum *Achæorum quæ partis erant* legunt Vossian. Lov. 1. 5. Gaertner. et edd. vett. *Achæorumque aliis quæ partis erant* Lovel. 3. et 6. *Achæorum quæ Patras erant* Lovel. 2. Harl. et Mead. 1. Aldus deinde ex fide cod. Mog. dedit *adjunctis, Achæorum quæ partis erant, navibus.* Frobenius denique ex sententia Gelenii *partis* in *Patris* mutavit, transpositis literis; quo eodem errore *patres* et *partes* commutari sæpe solent. Vide ad IV. 60. § 3. et Burm. ad Lucan. V. 8.

§ 3 *Circumegerat, per litorum amfractus brevioribus semitis obcurrebant*] Nescio an melius Pal. 1. *excurrebant.* Gebh. Distinctio post *circumegerat* tollenda, et post *amfractus* ponenda videtur. Si Ætoli classem hostium, quacumque ea se per amfractus litoris circumagebat, per eosdem amfractus sequuti fuissent, non potuissent ei brevioribus semitis occurrere. *Duk. Quocumque* Voss. et Gaertner. Eodem modo peccabatur V. 37. § 5. VIII. 9. § 12. et alibi. Mox *excurrebant* Lov. 3.

§ 4 *Aliquantum urbis nudaverant*] *Aliquantulum urbis nudaverant* Lov. 3. de qua scribarum variatione dictum ad VII. 36. § 5. *Aliquantulum urbem nudaverant* Voss. Lov. 1. et Gaertner. Sed nihil muto. *Aliquantum urbis* inlustravi ad XXI. 28. § 11. Mox *potuerant* Voss. et Gaertn. An legendum

potuerunt? Sed nihil muto.

§ 5 *Novus pro diruto murus objiciebatur*] *Novum pro dirupto muro objiciebant* Lov. 2. *novus pro diruto muro objiciebatur* edidit Sigonius, quem recte nemo recentiorum audire dignatus est, quia codd. tantum non omnes vulgatum tuentur. Ceteroquin, utroque modo Livium loquutum esse, vidimus ad III. 9. § 4. *Pro dirupto* etiam Vossian. et Lov. 6. errore scribarum. Vide ad IX. 45. § 17. Mox *superstantes ruinis* Vossian. Lovel. 1. 3. 6. et Gaertn. *minis superstantes* Lov. 4.

§ 6 *Vineis ante contecto loco, agere instituit*] Pal. 1. *ante colento loco:* alter et vet. ed. *collecto loco.* Vitiose: nam sequitur, ' e regione ejus operis, quod vineis contectum erat.' *Gebh. Ante colento loco* Lov. 3. *ante collecto loco* idem inter versus : *colecto, collecto, conlecto loco* plures alii codd. cum edd. Camp. Rom. an. 1472. ac Parm. Vide ad V. 21. § 10. Tum verbum *agere* male deest in Lov. 1. Vide ad V. 19. § 10.

§ 7 *Cumulus repente terræ eminens*] Vet. lib. *Tumulus repente terræ eminens.* Sigonius. Ms. *Repente cumulus terræ eminens:* sed minus bene, mea sententia. *Modius.* Palat. 1. *terra.* Ceterum Pal. alter, et vet. ed. *Tumulus repente terra eminens.* Gebh. Quod vulgo exstat in excusis, primi ediderunt Moguntini, neque aliter fuit in Gaertn. Eodem adludit Lov. 6. qui tantum *Cuniculus* perperam pro *Cumulus* præfert. Ipsi tamen Moguntini monuerunt, se in membranis suis *Repente cumulus terræ eminens* invenisse. Ante eos vulgabatur *Tumulus repente terra eminens,* quod servant Lovel. 2. 4. 5. Harl. et Hearnii L. 1. *Cumulus repente terram eminens* Lov. 1. *Cumulus repente terra eminens* Voss. Lov. 3. et Mead. ambo. Mihi *Cumulus,* quidquid dissentiat Modius, nondum displicet. Ita enim XLIV. 11. ' Quia nusquam cumuli adparebant, quo regesta e fossa terra foret.' Præterea σωρὸν vocat scriptor Græcus, qui tantum non verbis Polybianis obsidionem Ambraciæ descripsit apud Gronov. Diss. Epist. in Livii Loca Quæd. Geogr. epist. VI. p. 56. Solent autem voces ' cumulus ' et ' tumulus ' in Mss. commutari. Vide ad X. 29. § 19.

Pavidique, ne jam, subrutis muris, facta in urbem via esset] Ms. *pavidique ne jam subrutis muris acta in urbem via esset.* Modius. *Acta via esset in urbem* cod. Mog. Sed præfero vulgatum *facta,* quod superest in omnibus nostris. Ejus autem litera initialis elisa est ab ultima vocis præced. Vide ad XXVII. 50. § 7. Quin etiam sine ea caussa ' actus ' et ' factus ' sæpissime in Mss. commutantur. Vide ad VI. 28. § 2. De locutione autem ' facere viam ' vide ad XXXVII. 11. § 10. Potest tamen et codicis Mog. lectio defendi, ut per ' viam actam in urbem ' intelligamus cuniculum, per quem aditus daretur in urbem. Proprium autem de cuniculis verbum esse, ut dicantur ' agi,' vidimus ad V. 19. § 10. Voces *in urbem* perperam desunt in Lov. 3. Præterea *subruptis muris* Lovel. 1. 2. 3. 6. et Voss. Vide ad IX. 45. § 17. Mox *vineis contentum* Voss. et Lov. 1. At supra habuimus, ' vineis ante contecto loco.' Scriptor Græcus modo laud. Σκεπάσαντες ἐπιμελῶς τοῖς γέρροις.

§ 8 *Cujus ubi ad tantam altitudinem*] Prima vox deest in Mead. 1. relicta tamen lacuna. Tum *ad tantam multitudinem* legit Voss. Sed ultimæ vocis capiti adcrevit præcedentis litera finalis.

Pluribus locis aure admota, sonitum fodientium captabant] Scriptor Græcus, cujus fragmentum Jac. Gronov. edidit, solertiam, qua Ætoli cuniculum a Fulvio actum deprehenderunt, ita describit: Ἔθηκαν παρὰ τὸν ἕνα τοῖχον τῆς τάφρου ἐγγὺς τῷ τείχει χαλκώματα συνεχῆ λεπτώτατα ταῖς κατασκευαῖς, οἷον λεκάνας καὶ ἕτερα ὅμοια τού-

τοις· καὶ παρα ταῦτα διὰ τῆς τάφρου παριόντες ἠκροῶντο τοῦ ψόφου τῶν ὀρυττόντων ἔσωθεν. Quæ quum mera Polybiana Gronovius suspicetur, non recte Livium egisse existimat, quod æris, cujus præcipuus in ea re usus fuerit, mentionem neglexerit. Si tamen forte per scribas id commissum esse censendum sit, quum ipse Livius composuerit *aure æri admota*, vel tantum *ære admoto*, ne id quidem ad veram plenamque intelligentiam suffecturum opinatur. Similem Barcæorum ab Amaside obsessorum industriam in detegendis obsidentium cuniculis ope æramentorum narrat Æneas in Poliorcet. c. 37. ex Herodoti IV. 200. ut Casaub. in Comment. observat. Parem aliam Apolloniatium refert Vitruv. X. 22.

§ 9 *Quem ubi acceperant*] *Acceperunt* omnes nostri, Hearnii L. 1. Crevierii Victor. omnesque edd. usque ad Gruterum; cujus ultima *acceperant*, sine dubio potius operarum errore, quam de industria, substituit. Cum Crevierio itaque pristinam lectionem prætuli. Mox τὸ *rectum* ignorat Lov. 1.

Suspeuso furculis ab hostibus muro] Lege *suspenso fulturis*, non *furculis*. Gelen. Hæc verba in plerisque codd. recentibus et anteriore parte et posteriore distinctione mutata leguntur, sed nihilominus obscuro manente sensu. Suspicor mendam subesse. Quidam pro *furculis* legunt *fulturis*, quod ego non intelligo. *Glarean.* Pal. et vet. ed. *furculis*. Pal. alter *suspenso furcurlis*. Gebh. *Fulturis* Gelenii est ex codice hic certe interpolato. Nostri cum prius editis *suspenso furculis ab hostibus muro*. Idque firmavit auctor jam sibi I. 35. 'Loca divisa Patribus equitibusque, ubi spectacula sibi quisque facerent; fori appellati. Spectavere furcis duodenos ab terra spectacula alta sustinentibus pedes.' Varro de Re Rust. I. 8. 'Sub eam, ubi nascitur uva, subjiciuntur circiter bipedales e surculis furcillæ, ne vindemia pereat.' *J. F. Gron. Farculis* Lov. 1. *forculis* Gaertn. *funiculis* Lov. 6. *sarculis* Voss. Reliqui *furculis* constanter. In nullo est *fulturis;* qua tamen voce in hac re utitur Vitruv. X. 22. 'Quum specus esset repente naribus apertis, vehemens aquæ vis inmissa supplantavit fulturas: quique intra fuerunt, et ab aquæ multitudine et ab ruina specus omnes sunt oppressi.' Sed, Livium quoque eam vocem adhibuisse, exemplum non obcurrit. Scriptor Græcus, cujus fragm. Gronovius edidit, refert Romanos διεστυλωκέναι τόπον ἱκανὸν τοῦ τείχους.

§ 10 *Ibi commissis operibus, quum e fossa in cuniculum*] *Ibi cum tum missis operibus tum e fossa* Voss. *ibi cum omissis operibus, quum e fossa* Lov. 1. errore scribarum. 'Commissa opera' sunt juncta. Supra c. 4. 'Per nondum commissa inter se munimenta urbem intravit.' Virg. Æn. III. 428. 'Delphinum caudas utero commissa luporum:' ubi Serv. *commissa* exponit 'conjuncta, et coagmentata.' Ovid. Her. II. 31. 'Jura, fides ubi nunc, commissaque dextera dextræ?' Mela I. 1. 'Qua mare paludi committitur, Cimmerius Bosporus vocatur.' Quinctil. Præfat. Instit. Orat. l. VII. 'Nisi illas eadem dispositio in ordinem digestas, atque inter se commissas devinxerit.' Flor. I. 4. 'Interfluentem urbi Tiberinum ponte commisit:' ubi vide Dukerum. Adde viros doctos ad Nason. Met. IV. 369. et Snakenb. ad Curtii III. 1. § 13. Insuper *quum effossa* male Lov. 1. Harl. et Gaertn. quorum ultimus etiam mox *usi fuerant* præfert.

Dein celeriter armati etiam subeuntes occultam sub terra ediderunt pugnam] *Deinde* Lovel. 1. 2. 3. 6. Harleian. et Gaertn. Vide ad III. 3. § 6. Hinc *sub terram* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. usque ad Gronovium, qui a. 1665.

sub terra vulgari curavit, probantibus eamdem lectionem recentioribus. Sine discrimine 'sub terra' et 'sub terram' usurpari solet. Vide Burm. ad Nason. Met. v. 504. et ad Met. vi. 370. Præeuntibus igitur codd. priscam scripturam revocavi. Mox *senior deinde ea facta est* Vossian. Vide ad xxxiii. 2. § 2. *Sævior deinde ea facta est* Lov. 1. *segnior deinde facta ea est* Lovel. 2. Harl. et Mead. 1. *segnior deinde facta est* Lov. 3.

Nunc ciliciis prætentis] Vet. ed. et Pal. alter *ciliis*. Pal. 1. *nunc aliis prætentis*. Gebhard. *Ciliis præteritis* Lov. 5. *ciliis* etiam Voss. Lov. 1. 2. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. antiqq. *aliis prætentis*, Lov. 5. literis *ci* ob ductuum similitudinem in scriptura Longobardica in *a* coalescentibus, de quo vide ad xxviii. 35. § 1. *Ciliciis* Moguntini ex cod. suo restituerunt. De 'ciliciis' vide Stewech. ad Vegetii iv. 6. et Lips. Poliorc. v. 9.

§ 11 *Nova etiam haud magni operis, &c. excogitata res est*] *Nova et haud magni operis* Lov. 3. Vide ad xxii. 47. § 9. *Nova etiam magni operis* Harl. Tum *τὸ est* exsulat a Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Mox *ferream fistulam* Lovel. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. 1.

§ 12 *Per operculi foramina prælongæ hastæ, &c. eminebant*] *Per cuniculi foramina* Lov. 6. *per oculis foramina* Lov. 4. *per oculi foramina* Voss. Lov. 1. 3. et Mead. 1. Olim scriptum fuerat *opculi*, ut in margine Mead. 1. emendatur. Evanescente deinde linea per caudam literæ *p* traducta, librarii ipsam etiam literam, tamquam per errorem scriptam, omiserunt. Ceterum apud scriptorem Græcum, cujus fragmentum Jac. Gronovius edidit, Ætoli dicuntur *τρήματα δύο καταλιπεῖν ἐφ' ἑκατέρου τοῦ μέρους, δι' ὧν διωθοῦντες τὰς σαρίσσας οὐκ ἐάσουσι προσιέναι τῷ πίθῳ τοὺς ὑπεναντίους*. Hujus fragmenti vestigia secutus Gronov. in Dissert. Epist. ad Liv. Loca Quæd. p. 58. legendum censet vel *per operculi foramina bina*, vel *per operculi II.* (id est *bina*) *foramina*, vel *per operculi foramina binæ prælongæ hastæ*.

Scintillam levem ignis inditam plumæ] Mediam vocem ignorat Lov. 3. Tum *injectam plumæ* Lov. 2. quod ex glossa natum videtur. Mox *folle fabri* Harl.

§ 13 *Sed acrior etiam fœdo quodam nidore*] Depravate Pal. 1. *fœtor quodam more ex adusta pluma*. Alter *fœdo quodam odore*. Vulgatum retentat quoque vet. ed. *Gebhard*. *Sed acrior fœtor quodam more* Lovel. 3. *fœdo quodam more* Voss. et Lovel. 6. *fœdo quodam odore* Lovel. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. quod ex interpretis glossa esse videtur. 'Nidor' est aura pinguis, odorata, manans ex adustis hostiis, coctis cibis, similibusve rebus. Vide Gronov. ad Plauti Mostell. i. 1. 5. Virgil. Æn. xii. 300. 'Occupat os flammis. Olli ingens barba reluxit, Nidoremque ambusta dedit.' Ovid. Met. xii. 152. 'Cujus ut inposuit prosecta calentibus aris, Et Dis acceptus penetravit in æthera nidor.' Colum. de Re Rust. vi. 18. 'Potest etiam per fistulam deusti cimicis nidor inmitti, qui ubi superponitur igni, fumum emittit, et conceptum nidorem fistula usque ad hirundinem perfert, isque nidor depellit hærentem:' ubi priori loco *cimicis odor* simili variatione legit cod. Sangerm.

Quum totum cuniculum complesset] Pal. 1. *totum cuniculum adimplesset*. Gebh. Scripti *adimplesset*. Quo verbo et Plinius utitur xi. 37. 'Cochleis oculorum vicem cornicula bina prætentata adimplent.' *J. F. Gron.* Ita ex Ms. adnotatum est in marg. Dalecampii edd. Plinii, et quæ eas secutæ sunt. Alii hanc vocem improbarunt, et in Thesauro Fabri scribit nescio quis, Plinii veteres et novos libros habere *implent*, non *adimplent*. Sane

recentes edd. Plinii, quas vidi, habent *implent*, nec Harduinus ullam varietatis scripturæ mentionem fecit. Et tamen *adimplent* in antiqq. quibusdam edd. esse, fidem faciunt lexica Latina, ante CC. annos edita: et ita in Parmensi MCCCCLXXVI. legi testatur Vossius de Vit. Serm. cui non rejiciendum esse hoc compositum adsentior. Confirmat illius sententiam auctoritas Mss. Gronovianorum Livii, cum quibus unus Hearnii consentit, et JCtorum aliorumque, etsi non Augustei ævi, scriptorum usus. *Duk. Adimplessent* Vossian. Lovel. 1. 3. 6. Gaertn. Hearnii Oxonn. et Crevierii Victor. quod verbum formatum esse posset ad exemplum τοῦ 'adindere' apud Caton. de Re Rust. c. 18. τοῦ 'adiusurgere,' quod Put. aliique melioris notæ codd. obferunt XXII. 4. § 4. Verum, quemadmodum de ultimo ad eum locum dixi, id mihi non admodum placere, ita neque *adimplere* probare audebo, antequam ex aliis testimoniis constabit id hoc tempore in usu fuisse. Mox τὸ *intus* omittunt Lov. 2. et Harl. Dein *potuerunt* legit Lov. 1.

CAP. VIII. § 1 *Legati ab Ætolis Phaneas et Damoteles*] Pal. 1. *Pheneas et Damocheles:* vetus editio *Damocles.* Gebh. *Phæneas* scribendum esse, Sigon. ad XXXVI. 28. § 1. docuit, cui recentiores dicto audientes fuerunt. Et ita, vel *Pheneas,* plerique codd. *Peneas* corrupte cod. Mog. Tum *Damotholes* Voss. *Damochiles* Hearnii L. 1. *Damocles* Lov. 5. Mead. 1. Gaertn. et edd. ante Frob. qui recte a. 1535. *Damoteles* restituit. Similiter Δαμοτέλης et Φαινέας vocantur Polyb. in Exc. Leg. num. XXVIII. Paullo ante *ad Ambraciam res* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 2 *Convocato concilio, Ætolos principes, quid agendum esset, consuluit*] Pal. 1. *Ætoliæ principes:* alter *Ætoli principes.* Gebh. Sciebat Livius, non alios, quam Ætolorum principes, intellectum iri, quamvis ipse non appellaret *Ætolos.* Itaque hæc vox non ab ipso profecta est, sed ab interprete. *J. F. Gron.* Si hæc ratio valet, idem dicendum est de eo quod XXXVI. 27. legitur: 'Hypatam ut est ventum, principes Ætolorum apud Flaccum concilium habuerunt.' Videant acutiores: me neutro loco offendit *Ætolorum.* Duk. Vocem, quam Gronov. delendam censet, tuentur omnes nostri; de vera tamen lectione inter eos non convenit. *Ætoli principes, &c. consuluit* Voss. et Mead. ambo: sed *Ætolos* in margine præfert Mead. 1. *Ætoli principes consulunt* Lovel. 4. et 6. *Ætoliæ principes consulunt* Lov. 5. *Ætoliæ principes consuluit* Lov. 1. 3. et Hearnii L. 1. Pari modo alii codd. *principibus Tarentinorum,* alii *principibus Tarentinis* præferunt XXV. 11. § 12. Ego hic nihil muto. Præterea *convocato consilio* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. et Gaertn. quod non displiceret, si probari posset, solos apocletos, sive gentis principes, quos consultos dicit, convocatos fuisse. Vide ad XXXV. 34. § 1. Verum quum Ætolorum legatos, 'decreto gentis' cum liberis mandatis ad consulem venisse narrarit, *convocato concilio,* ut reliqui codd. præferunt, servandum existimo. Cujusque enim populi comitia seu conventum potius *concilium,* quam *consilium,* vocari, recte Gronov. docuit ad XLIV. 2. § 5. Ob eamdem caussam *concilium* etiam servandum c. 9. § 11. et c. 10. § 2. Paullo ante *Amphilochos, Dolopiam a Macedonibus vastari,* sine copulativa, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum *ad tria simul diversa bella* Lovel. 1. 4. Harleian. Mead. 2.

§ 4 *Antiocho terra marique superato*] *Mari terraque superato* Lov. 2. Harl. Mead. 2. et Gaertn.

§ 5 *Consilium, aut cujus rei electionem a fortuna relictam*] Pal. 1. *aut cujus rei electio nunc a fortuna relicta.* Gebh. Similiter Lov. 3. *electionem a*

fortuna relictis Lov. 1. *electionem fortuna relicta* Gaertn. *electionem a fortuna relicta* Voss. *consilium aut electionem relicta*, ut ' aut pacem, aut bellum habenda ' XXXVI. 39. Vide ad I. 31. § 7. Tutius tamen est, ut cum reliquis vulgatum servemus.

§ 6 *Cum his mandatis legati missi orare consulem, ut parceret urbi*] Τὸ *legati* et tria postrema vocabula *ut parceret urbi*, quæ in prioribus excusis, omnibusque scriptis nostris desunt, Aldus ex Mog. cod. recepit: *ut parceret urbi* deest etiam in Hearnii L. 1. Tum *oravere* Lov. 5. et edd. princc. pro quo Frob. 1535. consentientibus reliquis nostris, dedit *orare*. Mox *nolle dicere injuriæ certe coactæ* Voss. et Gaertn. *nolo dicere injuriis miseræ certe coactæ* Lov. 3. *nolle dicere injuriis miseriam certe coactæ* Harl. et Mead. 1. *nolle dicere injuria, miseria certe coactæ* Lov. 2. et 6. *nolle dicere injuriis, miseria certe coactæ* Lov. 4. 5. Mead. 2. et priscæ edd. *miseriis* emendavit Aldus ex cod. Mog.

§ 7 *Nec tum large gratiam relatam sibi*] Pal. 1. *relatam sibi large gratiam*. Gebh. Ita et Lov. 1. 3. 6. et Voss. Paullo ante *debellatum* Lov. 3. Vide ad Livii Epit. l. XXXVII.

§ 8 *Opimo regno excessisse*] *Optimo regno* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Innumeris locis ita peccarunt scribæ. Vide ad III. 7. § 3. IV. 20. § 2. c. 32. § 11. VII. 37. § 1. XXI. 43. § 7. in Mss. Curtii IX. 1. § 1. et Plinii Epist. II. 6. aliisque locis. Tum *excidisse* Lov. 6. a m. pr. *excisse* a m. sec. Paullo ante pronomen *eum* deest in Lov. 3.

§ 10 *Deinde mille talentum argenti populo Romano dandum*] Vocem *argenti* ignorant Voss. et Lov. 3. quos non audiendos censeo. Supra XXII. 31. ' Decem talentis argenti acceptis.' XXIX. 4. ' Ducenta argenti talenta pollicerentur.' l. XXX. c. 37. ' Decem millia talentum argenti solverent.' XXXVIII. 15. ' Quinquaginta talentis argenti acceptis.' c. 37. ' Ei ducenta talenta argenti sunt imperata.' Et postea, ' Mille et quinquaginta talenta argenti accepta.' Præterea *mille talentum* omnes nostri constanter, nisi quod *millia talenta* legat Hearnii L. 1. Non audiendus est igitur Doujatius, qui sine ullius cod. consensu conjicit *mille talenta*. Et cur, quæso? Ipse quidem nullam conjecturæ rationem reddidit. Verum ea alia esse nequit, quam quia genus loquendi displicebat. Quantopere tamen Livio placuerit, patet ex illis quæ notata sunt ad XXXVII. 1. § 5. Verum, admissa ejus conjectura, quid de sequenti *dandum* fiet? an scribendum putavit *mille talenta dandum?* Non exciderunt, quæ de hac locutione olim notavi ad Silii XV. 105. An tamen ita Livius umquam locutus sit, merito dubitatur. Vide quæ notantur ad II. 2. § 5. c. 32. § 7. VI. 35. § 2. XXII. 16. § 5. et alibi. Si itaque de simili locutione hic cogitasset antecessorum Parisiensium primicerius, eam vel uno aut altero exemplo, præsertim ex ipsius Livii scriptis prolato, probasse, vel paucis verbis principi juventutis Francicæ, cui operam auctorarat, exposuisse oportuerat. Quid igitur dicam? nempe conjecturam hanc Doujatii similem esse illi, quam proposuit XXIV. 9. § 6. *Aquæ magnæ vis eo anno fuere*, pro *aquæ magnæ bis*, ut Gronovius emendabat. Paullo ante *arma prius illis, equos esse tradendos* Gaertn. *arma prius illis* etiam Lov. 3. *arma prius illi* Lov. 6. *arma illi prius* Lov. 1. et 2.

§ 11 *Cujus summæ dimidium præsens numeraretur*] Ita Lov. 5. et edd. principes usque ad Frob. qui a. 1535. vulgavit *numeretur*. Gronov. deinde alterum reduxit. At Frobenio concinunt Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harleian. et Mead. ambo: *nũeſ* Voss. *muneret sed* Gaertn. Mox voces *in fœdus esse* desunt in Lov. 2. et Harl. Tum *ut eos, quos* legit Voss.

CAP. IX. § 1 *Et quia suorum animos*

indomitos ac inmutabiles noverant] Pall. *indomitos ac mutabilis.* Gebh. Et hic aliquis improvide plus scriptis libris sapere voluit, in quibus omnibus *mutabiles.* Legati, quibus injunctum erat, ut, si possent, æquis, sin, tolerandis quibuscumque conditionibus pacem facerent, omniaque agerent, ut in tali casu tantaque consilii inopia, e republica eque fide sua esse censerent, hoc verebantur, ne acceptæ conditiones nimis duræ viderentur, et ventosi Ætoli mutatis studiis inde quodvis bellum mallent, primasque iras in ipsos quasi turpiter depectos exercerent. Ætolos, ut eos Polybius passim Livinsque describunt, his forte in rebus censeas immutabiles fuisse, cupidine prædandi et impatientia otii; cætera non homines, sed chamæleontes. Quintius XXXIII. 12. ' Negare, Ætolos sibi ipsis convenientem sententiam dixisse.' Ibidem c. 13. ' Vos societatis istius leges rupistis, quo tempore, relictis nobis, cum Philippo pacem fecistis.' Talia de illis apud duos imprimis memoratos, ὅσα κόνις. Sed insigne exemplum XLIII. 22. *J. F. Gron.* Ætoli legatos miserant cum liberis mandatis: hinc, si eorum animi inmutabiles essent, cur formidabant pacem, quibus poterant, conditionibus componere? Immo ideo id facere verebantur, quia suorum animos, tamquam indomitos, jugum Romanum haud facile subituros, et hinc sententiam, quæ modo placuerat, mutaturos noverant. Recte ergo Gronov. codd. suorum lectionem *mutabiles* veriorem judicavit. Consentiunt ex meis Voss. Lov. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Hearnii Oxonn. et Victor. Crevierii, qui hanc lectionem recte in contextum recepit, et alteram consuetudini Livii, τὸ *ac* ante vocem a vocali incipientem aut numquam, aut quam rarissime usurpantis, adversari. Vide ad x. 36. § 17.

§ 2 *Clamore et jurgio excepti, quod rem traherent*] Vetus lectio *quam diu rem traherent.* Gelen. Vet. lib. *quod diu rem traherent.* Sigon. Ms. *clamore et jurgio excepti, quam diu rem traherent:* ut sint ipsius populi verba, quod non displicet. *Modius.* Miror quid eis venerit in mentem, qui abierunt ab hac lectione *quod rem traherent,* cum planissima sit, exstetque in primitus impressis. Neque aliter sane Pall. Aldus primum litera variavit, *quid rem trah.* Gelenius oggessit *quam diu rem trah.* Sigonius vero *quod diu rem traherent.* Gruter. *Quid rem traherent,* non primus Aldus dedit, verum ita præferunt omnes edd. usque ad Aldum, qui contra, ac Gruter. docuit, primus dedit *quod rem traherent.* Frob. deinde 1535. ex mente Gelenii *quam diu rem trah.* Sigonius *quod diu rem trah.* probantibus proximis usque ad Heinsium, qui apud Elzevir. Aldi lectionem revocavit. Eam quidem servant etiam omnes nostri, et Hearnii Oxonn. præ aliis tamen placet, quod Gelen. ex cod. Mog. probavit, et Modius recte exposuit: quod etiam iterum in contextum recepi. Non id agitur, utrum lectio, a qua Gruterus stetit, plana sit, et commodum sensum præbeat; sed an præferenda sit illi, quam servant codd. integerrimi: quod minime videtur.

Quibuscum bellum erat] *Cum quibus* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Antiquos utrumque et *quibascum* et *cum quibus* dixisse, monuit Priscian. XII. 949. Exempla, ubi *cum quibus* obcurrit, videnda sunt VII. 34. § 5. VIII. 2. § 13. XLII. 1. § 2. XLV. 39. § 16. Passim etiam apud alios. Ceterum hæc verba loco suo mota, eoque ordine legenda esse Crevierius existimat: *Acarnanum, quibuscum bellum erat, ins. prope viam positis circ.*

Pyrrheum custodiendi deducuntur] *Tyrrheum* in *Pyrrheum* depravatum. *Gelen.* Vet. lib. *Tyrrheum.* Sigonius. Ursinus ad Polyb. Leg. XXVII. *Thyreum* vel *Thureum* scribendum esse

contendit; et ad Legat. LXXV. tantum *Thureum*. Sed Græci non uno modo scribunt, Θύρεον, Θυρίον, Θούριον, Θύρριον et Θύρρειον. Vide Holsten. ad Steph. et Cellar. Geogr. Ant. II. 13. Cicero Famil. XVI. 5. *Thyreum* dicit. Ex his id saltem pro certo habendum est, in capite adspirationem addendam esse. Palmer. Græc. Ant. III. 12. scribit solum Livium de hoc oppido locutum esse. Virum doctum fefellit memoria. *Duker*. *Pyrrheum* primum adparuit in ed. Mog. Antea plerumque *Tyrrheum* edebatur, quod Frob. jubente Gelenio 1535. recepit. Basil. deinde an. 1554. *Tyrrheon* vulgarunt, unde iterum Sigonio data est occasio monendi, se in vet. lib. *Tyrrheum* invenisse, quod etiam præferunt omnes nostri, nisi quod *Thureum* fuerit in Lov. 2. *Titureum* in Hearnii L. 1. At mox § 5. *Tyrtheo* est in Voss. *Turheo* in Lovel. 2. *Thyreo* in Mead. 1. *Thureo* in Lov. 3. *Thurio* in Hearnii L. 1. Ex quorum vestigiis hic et ibi vel *Thyreum* et *Thyreo*, vel *Thurium* et *Thurio* legendum adparet. Sigonius etiam hujus urbis nomen *Thyrium* fuisse ex Steph. Byz. monuit ad XXXVI. 11. § 10. ubi vide quæ notavi. Memoratur etiam XXXVI. 12. et XLIII. 17.

§ 3 *Quum jam Atheniensium Rhodiorumque legati, qui ad deprecandum pro his venerant*] Cum his conferenda sunt Polybiana in Exc. Legat. num. XXVIII. Voces *pro his* desunt in Lov. 3. Paullo ante τὸ *paci* non adparet in Lov. 3. et Voss. neque *est paci* in Lov. 1.

§ 4 *Fide accepta, venerat in castra*] *Fide recepta* perperam Lovel. 2. et Harl. Deinde *veniret* edd. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et aliæ, pro quo Venet. a. 1495. *venit* datum est, donec Moguntini ex cod. suo emendarent *venerat*; quod est in edd. principibus, et omnibus scriptis.

Magis pro Ambracia, ubi majorem partem temporis exsulaverat] Ms. *magis pro Ambr. urbe, ubi majorem, &c.* Modius. Pal. 1. *ubi majore parte temporis*. Gebh. Mog. cod. lectionem *pro Ambracia urbe* recepi, licet meorum codd. nullus adsentiatur. Vox *urbe* excidisse videtur ob similitudinem sequentis *ubi*. Neque a sententia dimovet, quod vulgatæ defendendæ prætexi posset, vocem *urbe* non necessariam esse, quum ex præcedenti obsidionis narratione pateat, Ambraciam urbem fuisse. Livium enim alibi similia, quæ abesse poterant, addere malnisse, dictum est ad II. 32. § 2. Quin et emphasis in ea voce esse videtur, ut tanto magis pateret obpositio inter Ambraciam urbem, in qua Amynander maximam partem temporis exsulaverat, et gentem Ætolorum, a qua in regnum restitutus erat. Præterea *majore parte temporis* Lov. 2. 3. et 6. Sed vulgatum præfero, partim quod pro eo stent ceteri codd. partim quod ita longe splendidior fiat oratio. Vide ad XXXV. 40. § 8.

§ 5 *Adduci eos a Tyrrheo jussit*] Male a doctis viris *a Purrheo* hic repositum est, cum legendum sit *a Thyreo*, sive *Thureo*. Polybius in Fragm. XXVIII. habet, Ἔγραψε τοῖς Θυριεῦσιν ἀνακομίζειν ἄνδρας ὡς αὐτὸν, &c. Sic enim ibi emendavimus, cum male Ψουριεῦσι legeretur. Stephanus Ἐστὶ δὲ, inquit, καὶ Ἀκαρνανίας Θυρίον, διὰ τοῦ ι. τὸ ἐθνικὸν Θυριεύς. Ἀνδροτίων δὲ Θουριεὺς φησίν. In nummis argenteis Arcananum est ΘΥΡΡΕΙΩΝ. Ex quibus locis apparet, cap. 5. legendum esse *adversus Thurreum, quod vocant, &c.* et item XLIII. 17. ut ibi notavimus. *Ursin.* Paria vide apud Ursin. ad Polyb. loc. laud. Eum tamen in emendando loco Livii c. 5. § 2. aberrasse, ad eum loc. vidimus. Paullo ante *Per hunc* Lov. 1.

§ 7 *Id quum per colloquia principum, &c. parum proficeret*] Possis suspicari, τὸ *id* vacare: sed solet interdum Livius ornatus potius, quam necessita-

tis, caussa adjicere: ut et XXXVI. 26. 'Id quum ad dignitatem ejus fidemque pertinere, non prodi socios, tum etiam ad incolumitatem regni, non sinere Romanos omni cura vacuos.' Eundem pleonasmum in τῷ *quod* notavimus contra Rhenanum ad XXVII. 7. Noster XXXVII. 29. 'Quod ubi Eudamus, qui cogebat agmen, vidit, non posse exæquare ordinem Romanos, et tantum non jam circumiri a dextro cornu, concitat naves.' Cæsar de Gall. III. 23. 'Quod ubi Crassus animadvertit, suas copias propter exiguitatem non facile diduci, hostem et vagari, et vias obsidere, et castris satis præsidii relinquere,' &c. Cicero ad Att. XVI. 5. 'Quod nisi fidem mihi fecisset, judicassemque hoc, quod dico, firmum fore, non fecissem id, quod dicturus sum.' Si tamen delere mavis τὸ *id*, aut scribere *et quum per colloquia*, me adversarium non habebis. *J. F. Gronovius.* Sententiam Gronovii, existimantis pronomen *id* hoc loco, quemadmodum alibi *quod*, vacare, refellere conatur Crevierius, docens id ita fieri, ut sequatur aliquod orationis membrum, quo explicetur id, quod pronominibus illis erat involutum: ita in primo exemplo τοῖς *non prodi socios*, et *non sinere Romanos* id evolvi, quod inclusum latebat in τῷ *id*, hoc modo: 'id,' nempe 'non prodi socios, pertinere ad dignitatem fidemque ejus:' et 'id,' nempe 'non sinere Romanos omni cura vacuos, pertinere ad incolumitatem regni.' Ipse itaque τὸ *id* mendosum, et vel delendum, vel ejus loco *et* restituendum judicabat. Omnes nostri τὸ *id* tuentur. Si igitur mendosum est, potius in *et* mutandum, quam delendum videbitur. Quid tamen, si legamus *in id quum, &c. parum proficeret?* Ut præpositio *in* hausta sit a præced. vocis litera ultima. Vide ad X. 13. § 3. Vel, si scripta sit per compendium ῖ, a prima litera vocis seq. Vide ad Epit. Liv. lib. LXXXV. De locutione 'proficere in aliquid' vide ad III. 61. § 12. Quin immo, id, quod in pleonasmo τοῦ *id* vel *quod* Crevierius necessarium requirebat, ne hic quidem deest. Sequitur enim orationis membrum, quo explicatur, quod pronomine erat involutum: 'id,' nempe 'ut permitterent se Romanis, quum per conloquia parum proficeret, postremo ingressus urbem evicit.' Nihil itaque muto.

Succedens murum] Vet. lib. *muris.* Sigon. Vet. ed. *id per colloquia principum cum succedens murum parum proficeret.* Alter quoque Pal. *succedens murum.* Prior vero *succedens urbe.* Gebh. *Succedens muris* est ab Sigonio, quum et scripti et editi veteres *succedens murum.* Quod nobis mutari non placet ob ea quæ diximus ad lib. XXXI. cap. 45. secus haud ignoro, et 'succedere muris' et 'succedere ad vallum' alibi dici Nostro: sed de veteri lectione quæritur. *J. F. Gronov. Succedens urbe* Lov. 3. *succedens in urbe* Lov. 6. *succedens muris* Voss. Harl. et Gaertn. *succedens muro* Lovel. 1. *succedens murum* Lov. 2. 4. 5. Mead. ambo, et Hearnii Oxonn. quod Crevierius in contextum recepit. Ipsum Livium ita locutum esse, Gronov. ad XXXI. loco, quem modo laudavit, exemplis docuit. Similiter etiam alii loquuntur. Silius, perpetuus Livii imitator, X. 597. 'Nequidquam armatos ausit succedere muros.' Tacit. Ann. II. 20. 'Si murum succederent, gravibus superne ictibus conflictabantur.' Vide Nic. Heins. ad Nason. Met. XIII. 611. et Oudendorp. ad Cæs. Gall. II. 6.

§ 8 *C. Valerius Lævini filius, qui cum ea gente*] Pal. 1. *C. Val. Levinus T. Quinctius, qui cum ea gente primum am. pep., frater consulis, in rem eandem renitens, egr. adjuvit.* Gebh. Livius XXXI. 50. præter hunc duos alios Lævini filios, M. et P. Valerios Lævinos memorat. *Duk.* Polyb. in Exc. Leg.

num. XXVIII. Ὑπέθετό τις, ἔχεσθαι καὶ θεραπεύειν τὸν Γαΐον Οὐαλέριον· οὗτος δ' ἦν Μάρκου μὲν υἱὸς, τοῦ πρώτου συνθεμένου πρὸς Αἰτωλοὺς τὴν συμμαχίαν. Μάρκου δὲ τοῦ τότε στρατηγοῦντος ἀδελφὸς ἐκ ματρός. Quemadmodum autem M. Valerius Lævinus cum Ætolorum gente primum amicitiam pepigerit, narrat Livius XXVI. 24. Male ergo *C. Valerius Lævinus T. Quintius, qui cum ea* Lov. 3. neque aliter Lov. 6. nisi quod insuper τὸ *qui* omiserit. Tum *se consulis matre eadem genitus* Lov. 1. *consulis frater in rem eandem renitens* Lov. 3. *frater consulis matre eadem genitus* Voss. Lov. 6. et Gaertn. *matre eadem genitus* etiam Lovel. 2. 4. Harl. et Mead. ambo.

§ 9 *Dein ut quingenta Euboica darent talenta*] Pal. 1. *deinde quinquaginta ut darent talenta.* Gebhardus. Crederes, ut hæc vulgabantur, omnia istlhæc sibi pactos esse Ambracienses. Sed præterquam, quod non eæ erant conditiones, quæ ab una urbe exigi possent et præstari, satis patet ex sequentibus, posteriora illa Ætolos pepigisse cum Romanis, non ullos alios. Continenter enim traditur, illos ipsos, ut de his ad concilium referrent, petiisse, quo facto omnes ad unum pacem accipi jussisse. Tum cap. 10. 'Posteaquam approbasse pacem concilium Ætolorum accepit' consul, 'eos Romam proficisci jussit.' Quo cum advenissent, diu jactati, tandem tamen, ut ista pax a senatu confirmaretur, impetrarunt cap. 11. ubi eædem prorsus fœderis cum Ætolis leges, quæ hoc cap. memorantur, additis insuper nonnullis, repetuntur, ut nihil certius sit, quam hæc non Ambracienses, sed Ætolos esse pactos. Nec est, ut quis dicat, Ambracienses pro illis apud consulem intercessisse, et, ut his conditionibus pax illis daretur, effecisse, cum hoc pro iis præstiterint Atheniensium Rhodiorumque legati, atque Ambracienses se suaque Romanis permittere ipsi debuerint. Nimirum cum utrisque simul de pace agebatur. Et 'Amynander' quidem 'impigre agebat, ut Ambracienses' suis orationibus 'ad deditionem compelleret. Ætolos C. Valerius consulis frater egregie adjuvit.' Itaque (jam enim sequuntur quæ emendanda suscepi, atque ita restituenda contendo) *Ambrac. prius pacti, ut Æt. aux. sine fraude emitterent, ap. portas, dein Æt., ut quingenta Eub. darent talenta, ex quibus ducenta præs. &c.* Certissimam facit conjecturam hanc nostram Polybius, qui eodem plane modo et ordine hæc tradit, ut appareat Livium etiam hic, ut sæpe alias solet, accurate eum expressisse. Inquit ille Exc. Legat. XXVIII. οἱ μὲν γὰρ Ἀμβρακιῶται, πεισθέντες ὑπὸ τοῦ βασιλέως, ἐπέτρεψαν τὰ καθ' αὑτοὺς τῷ στρατηγῷ τῶν Ῥωμαίων, καὶ παρέδωκαν τὴν πόλιν, ἐφ' ᾧ τοὺς Αἰτωλοὺς ὑποσπόνδους ἀπελθεῖν· τοῦτο γὰρ ὑφείλοντο πρῶτον τηροῦντες τὴν πρὸς τοὺς συμμάχους πίστιν. Ὁ δὲ Μάρκος συγκατέθετο τοῖς Αἰτωλοῖς ἐπὶ τοῦτο ποιήσασθαι τὰς διαλύσεις, ὥς τε διακόσια μὲν Εὐβοϊκὰ τάλαντα παραχρῆμα λαβεῖν, &c. Ne vero quem offendat, quod forte librarios decepit, Ætolos dici pactos esse, ut ipsi darent et facerent ea, quæ haud dubie gravia illis erant, et non nisi æque atque iniquo animo præstare poterant, sciendum, ita sæpe loqui veteres. Supra XXII. 52. 'Pacti, ut arma atque equos traderent.' XXXI. 45. 'Tertio die pacti, ut cum singulis vestimentis Delium Bœotiæ transveherentur.' Lib. XLII. cap. 52. 'Vectigal, quantum Philippus pactus esset, daturum Persea.' Vell. II. 38. 'Quæ cujusque ductu gens ac natio redacta in formulam provinciæ, stipendia pacta sit:' ubi male, mehercule, Lipsius scribi jubet *stipendiaria facta sit*, cum ex allatis satis superque constet, etiam victos, immo supplices cum victoribus pacisci, quod ille negat, de stipendio et cæteris, quæ

superbe licet præscribuntur. *Jac. Perizon.* *Dein quingenta Euboica ut darent talenta* Voss. Lovel. 4. et Mead. ambo. Neque aliter Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. et Gaertn. nisi quod præferant *deinde;* de quo vide ad III. 3. § 6. Recte omnino vidit Perizonius, vocem *Ætoli* hic excidisse. Olim hanc conjecturam Nic. Heinsio proposuerat, qui se eam probare respondit. Vide Syllog. Epist. Burm. tom. IV. p. 769. et 780. Paullo ante *emitterentur* Lov. 6. Et ita edd. Ven. 1498. Mediol. 1505. omnesque secutæ usque ad Frob. qui a. 1535. revocavit *emitterent;* quod non modo superest in reliquis meis, sed etiam in cod. Mog. Vide ad lib. XXXIX. cap. 22. § 8.

Ex quibus ducenta præsentia] *Ducenta in præsentia* Mead. 1. Non obtempero. Supra XXIX. 16. 'Ut tribus pensionibus ea pecunia solveretur: primam præsentem ii, qui tum essent, duas tertii et quinti consules numerarent.' XXXIII. 30. 'Mille talentum daret populo Romano; dimidium præsens, dimidium pensionibus decem annorum.' XXXVII. 45. 'Quindecim millia talentum Euboicorum dabitis; quingenta præsentia.' Lib. XXXVIII. c. 8. 'Cujus summæ dimidium præsens numeraretur.'

§ 10 *Urbem ne quam formulæ sui juris facerent, quæ post id*] Ut 'formula' in jure prætorio et civili dicitur, cum certa quadam actione et forma, et verborum certa conceptione aliquid comprehenditur: ita in civitatum imperio et fœderibus jurisdictioneque et ditione 'formulam' inde traductam posuit sane quam eleganter: cum etiam ista certa cautione et lege certoque jure non minus, quam privata, constent. *Turnebus* Advers. XIV. 11. 'Formulam' aliquando diminutivum 'formæ' esse, constat ex Plauto in Persa II. 2. 47. scribente, 'Tempori hanc vigilare oportet formulam et ætatulam.' Sed hæc significatio nihil ad rem præsentem. Ut plurimum 'formula' apud Latinos scriptores, et JCtos præsertim, accipitur pro præscripta verborum norma, vel nota, præsertim circa actiones, a qua recedere antiquitus non licebat. Sicuti autem plures erant actiones, ita et totidem formulæ; quas videre licet apud Car. Sigonium de Antiquo Jur. Rom. Et has omnes complexus est particulari libello seu tractatu F. H. [Hotom.] et de aliis Tacitus lib. de Orat. et Cic. lib. de Finib. in Verr. de Claris Orat. in orat. pro Mur. de Legibus, in orat. pro suo Reditu, pro Q. Roscio, et alibi pluries. At proprie 'formula' accipitur pro actione ipsa apud Paulum l. 42. D. de Furt. 'Si servus navem exerceat non voluntate domini, de eo, quod ibi perit, vulgaris formula in dominum danda est:' hoc est, actio in factum. Hinc 'formulam intendere' pro dictare actionem, seu instituere judicium, ex Sueton. in Vitell. cap. 7. et 'formula excidere' pro cadere causa. Sueton. Claud. c. 14. 'Nec semper præscripta legum secutus, duritiem lenitatemque multarum ex bono et æquo moderatus est; nam et iis, qui apud privatos judices formula excidissent, restituit actiones.' Quod autem 'formula excidere' dicit Sueton. idem est cum eo, quod vocat Justinianus Instit. Tit. IV. 6. 'causa cadere' et 'rem amittere.' Præscriptas formulas solemnes antiquas exaratas circa unamquamque actionem sustulere Impp. Constantinus, Theodosius et Valentinianus, sed non formulas ipsas, hoc est, actiones speciales, quæ libellis continentur, ut probat Jason in l. 1. D. de Edendo. His sic se habentibus, erit sensus verborum Livii, inter cæteras conditiones pacis initæ a Romanis cum Ætolis hanc fuisse, ne ipsi aliquam urbem ex iis, quæ post id tempus, quo T. Quinctius trajecisset in Græciam, aut vi capta a Romanis

esset, aut voluntarie in eorum amicitiam venisset, 'formulæ sui juris facerent,' id est, in eam vel eas actionem, quasi sui juris essent, intentarent, sed liberæ remanerent: actio enim nil aliud est, ut definivit Justinianus, quam jus prosequendi in judicio, quod sibi debetur. Eodem modo interpretanda et Livii verba lib. XXXIX. cap. 25. quum ait, 'Ejusdem formulæ disceptatio de Perræborum Magnetumque oppidis fuit: omnium enim jura possidendo per occasiones Ætoli miscuerant:' hoc est, ejusdem actionis judicium Perræborum et Magnetum oppida sibi ab Ætolis ablata reddi petentes. Et paulo post c. 26. subdit Livius, 'Et Parachelоida, quæ sub Athamania esset, nullo jure Thessalorum formulæ factam:' hoc est, nullam juris actionem Thessalos habere in Parachelоida, quæ Athamanum esset. Et rursus inquit eodem cap. 'De injuriis, quas ultro citroque illatas querantur, quomodo inter eas gentes et Macedonas disceptetur, formulam juris exsequendi constituendam:' id est, constituendum, injuriarum actiones ex juris forma exsequendas esse, alterutrum, inter Macedonas et gentes illas. Formulæ injuriarum meminit Suet. in Vitell. c. 7. in hæc verba: 'Quum libertino cuidam acerbius debitum reposcenti injuriarum formulam, quasi ab ipso calce percussus, intendisset.' Livius quoque XLIII. 6. 'Lampsacenos in sociorum formulam referre Q. Mænius prætor jussus:' hoc est, actionem illis sociorum datam, ut scilicet, quod petierant, si pax cum Perseo fieret, a Romanis exciperentur, nec amplius in regia potestate essent. Et XLIV. 16. de Onesimo Macedone inquit, 'Senatus eum in sociorum formulam recipi jussit:' id est, illi eam actionem juris concedi, quam Romanorum socii habebant. Et XLV. 30. ubi de Paulo Æmilio ait, 'Divisæ itaque Macedoniæ partium usibus separatis, quanta universos teneat Macedonas formula dicta, quum leges quoque se daturum ostendisset:' hoc est, quam juris actionem Romani haberent in Macedonas, et quæ juris actio competeret Macedonibus, statutum. Et XL. 12. scribit 'Vis hanc formulam cognitionis esse?' id est, actionem in judicio. Nam, ut dixi, in unaquaque actione erat verborum formula statuta, qua utebantur in actione intentanda. Unde tot tantæque actionum formulæ, quas videre poterit lector apud præallegatos scriptores. Hæc omnia interim annotavimus, quum Turneb. Advers. XIV. 11. hæc Livii verba concise, ne dicam subobscure, explicaverit. *M. Donatus.* Recte exponit Crevier. ne quam urbem contribuerent sibi, et ad formulam legum Ætolicarum alligarent. Inlustrat vero verbis Polyb. in Exc. Legat. num. XXVIII. πόλιν δὲ μηδεμίαν ἔχειν ἐν τῇ συμπολιτείᾳ. Credit autem respici ad urbes Thessaliæ Pharsalum, Echinum, Leucadem, quas sibi redditas non fuisse adeo indignati sunt Ætoli, ut hac ira maxime Antiochum in Græciam evocarint. Supra lib. XXXIII. capp. 13. 34. et XXXIV. 23. At Barbeyr. in Supplem. Corp. Diplom. tom. I. part. 1. p. 365. ad Œniadas et Nasum, de quibus vide lib. XXVI. capp. 24. et 25. De loquendi formula vide ad XXVI. 24. § 6. Insuper *post idem tempus* Lov. 3. Vide ad X. 10. § 6. Mox *transisset in Græciam* Lov. 2. Vide ad XXX. 28. § 1. Præterea *a Romanis* Voss. Lov. 3. 6. et Gaertn. Vox autem proxima *esset* non adparet in Mead. 1.

§ 11 *Quamquam spe ipsorum aliquanto leviora erant*] *Essent* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui *erant* ex cod. Mog. dedit. Utrumque admitti potest. Vide ad II. 50. § 5. Sequor igitur cum Aldo cod. integerrimum. Mox *Ætolis petentibus* Voss. et Gaertn. Tum *ad consilium* Lov. 1.

3. 6. Vide ad c. 8. § 2.

§ 12 *Quæ quum sui juris aliquando*] Lege *quas*. Muret. Vulgatum puto similibus exemplis pronominis relativi defendi, et hic suppleri posse *eas*. XXI. 41. 'Peditum agmen quia adsequi terra non poteram, regressus ad naves, &c. in radicibus Alpium obvius fui.' *Duk.* Mureto adsentitur Crevier. Sed omnes nostri aliorumque codd. *quæ* tuentur; quod non opus est, ut cum Mureto in *quas* mutemus, modo ad membrum posterius hujus periodi intelligamus pronomen demonstrativum 'eas avelli.' Ita IV. 3. 'Civis Romanus si sit ex plebe, præcisa consulatus spes erit:' ubi non audiendum esse monui Pighium, qui similem ob caussam *civi Romano* legebat. De pronomine illo subintellecto vide ad XXIII. 15. § 4. Vel est antiptosis, ut XXIII. 10. 'Eum postulare, ut sibi dedatur.' Ovid. Her. IV. 173. 'Sic tibi dent nymphæ, (quamvis odisse puellas Diceris) arentem quæ levet unda sitim:' pro undam, quæ levet.

Ad unum tamen omnes accipi pacem] Pal. 1. *ad unum omnes tamen acceptari pacem jusserunt*. Gebhard. Similiter Lovel. 3. *ad unum omnes tamen* etiam Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Deinde *pacem accipi* Lov. 6. *pacem peti* Gaertn.

§ 13 *Coronam auream consuli centum et quinquaginta pondo dederunt*] Vox *consuli* deest in Lov. 2. Tum *centum quinquaginta* Voss. et Gaertn. Sed Polybius, si Livius eum in his minimis imitari voluit, τὸ καὶ addidit in Exc. Leg. num. XXVIII. Ἐδόθη δ' αὐτῷ καὶ στέφανος ἀπὸ ταλαντίων πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. Mox *signa ærea* Vossian. Lov. 1. 3. et Gaertn. *ornatior Ambracia, &c. quam ceteræ regionis ejus urbes, erat*, pro *erant*, Lov. 2. Harl. et Mead. ambo. Insuper § seq. *nihil præterea motum* Gaertn.

Cap. X. § 1 *Ad Argos Amphilochum*] Putem *ad Argos Amphilochium* auctorem scripsisse, sed huc mendum invasisse. *Turneb.* Advers. XIV. 11. Pall. *Amphilocium*, seu *Amphilochium*. Tum *XXII. millia ab Ambracia est*. Gebh. *Amphilocum*, vel *Amphilochum* edd. principes, pro quo *Amphilochium* ex cod. suo vulgarunt Moguntini. Sigonius deinde revocavit *Amphilochum*, cui Gronov. substituit *Amphilochicum*. Ita Polyb. Exc. Leg. num. XXVIII. Παραγενόμενος δὲ πρὸς Ἄργος τὸ καλούμενον Ἀμφιλοχικὸν κατεστρατοπέδευσεν. Similiter et alii. Ea tamen scriptura nullius cod. fide nititur. Nam *Amphilocum* Lov. 5. et Harl. *Amphilecum* Gaertn. *Amphilotium* Voss. *Amphilocium* Lovel. 6. et Mead. ambo. *Amphilochium*, ut legunt Mog. membranæ, Lov. 1. 2. 3. 4. et Hearnii Oxonn. Mox *ab Ambracia est* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. Frobenius demum a. 1535. dedit *abest*. Vide ad VI. 32. § 9. XXXVII. 26. § 5. Hinc *posuit castra* Lov. 3.

Mirante consule, quod morarentur] Et hic scripsisse Livium puto *mirante consule, quid morarentur*. Et ne me putes hoc promiscue velle, fero lib. XXXVI. c. 41. 'Magis mirari se dicebat, quod non jam in Asia essent Romani.' *J. F. Gron.* Simili modo *quod* post *mirari* in *quid* partim ex conjectura, partim ex Mss. mutavit Gronov. ad II. 54. § 8. et XXXIV. 57. § 10. Et solent passim *quid* et *quod* a librariis confundi. Vide ad III. 7. § 3. c. 52. § 6. IV. 3. § 8. c. 25. § 8. V. 53. § 7. VI. 19. § 4. VII. 40. § 18. VIII. 13. § 18. c. 24. § 12. c. 33. § 19. X. 7. § 8. et alibi. Gronovii conjecturam probavit etiam Crevierius; eamdem quoque, ne monito quidem lectore, in contextum recepit Clericus. Contra Perizon. ad Sanctii Minerv. III. 14. p. 501. *miror quod* defendit: addit tamen, se non recusare illud *quid* a Gronov. τῷ *quod* substitutum, si habeant Mss. præsertim in hoc Livii loco. Verum *quod* superest in omnibus Mss. Præterea

Polyb. quem Livius Latine vertit, id ita exprimit in Exc. Leg. num. XXVIII. p. 1154. θαυμάζων ἐπὶ τῷ μηδένα αὐτῷ παρὰ τῶν Αἰτωλῶν ἀπαντᾶσθαι· quod reddendum *miratus neminem Ætolorum sibi obcurrere*, non vero *quid* sive *cur nemo obcurreret*. Ob hanc igitur caussam etiam hic vulgatum non mutandum existimo, præsertim quum et plura adhuc alia supersint loca veterum, ubi *mirari* post se recipit τὸ *quod*. Ita apud Cic. de Sen. c. 13. 'Mirari solitum C. Fabricium, quod audisset a Thessalo Cynea.' Pro Ligar. cap. 6. 'Non dubito, quin admiratus sis, vel quod de nullo alio quisquam, vel quod is, qui in eadem caussa fuisset, vel quidnam novi sceleris adferret.' Ovid. Am. I. 4. 7. 'Desine mirari, posito quod candida vino Atracis ambiguos traxit in arma viros.' Quæ loca Dukerus mihi subgessit. Vide ad II. 54. § 8.

§ 2 *Ut et Athenienses, et Rhodii deprecatores irent*] Pall. uterque *ut et Rhodii et Athenienses deprecatores irent*. Gebh. Prius *et* non agnoscunt Voss. Lov. 1. 5. et edd. antiqq. Vide ad II. 44. § 3. Potuit autem hic haustum esse a præcedenti *ut*. Vide ad Liv. Epit. l. LXXIII. Primus eam voculam addidit Frob. a. 1535. consentientibus reliquis Mss. Deinde *Rhodii et Athenienses* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. qui ordo non erat mutandus, quum idem etiam placuerit Polyb. in Exc. Leg. num. XXVIII. p. 1154. Παραλαβόντες τούς τε Ῥοδίους καὶ τοὺς Ἀθηναίους· ubi insuper duplicem adhibet copulam, quam apud Livium tot numero codd. cum fide servarunt. Similiter mox Liv. hoc cap. 'Rhodii tamen et Athenienses cum fide auditi sunt:' ex Polyb. iterum p. 1155. Τῶν δὲ Ῥοδίων καὶ τῶν Ἀθηναίων ἀξιούντων, ἀνετράπη καὶ προσέσχε τὸν νοῦν. Similiter hoc lib. c. 3. 'Prius ab Rhodo et Athenis legationibus excitis, ut per auctoritatem civitatium earum suæ preces nuper repudiatæ faciliorem aditum apud senatum haberent:' quod etiam versum ex Polyb. Exc. Leg. num. XXVI. p. 1148. Ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς πρός τε Ῥοδίους πέμπειν καὶ πρὸς Ἀθηναίους, ἀξιοῦντας καὶ παρακαλοῦντας πρεσβεῦσαι περὶ αὐτῶν εἰς τὴν Ῥώμην. Qui voces transposuerunt, id fecisse videntur, quoniam ipse Liv. eas alio ordine proposuerat c. 9. 'Quum jam Atheniensium Rhodiorumque legati apud consulem essent.' Verum ibi similiter præiverat Polyb. p. 1151. Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον οἱ παρὰ τῶν Ἀθηναίων καὶ τῶν Ῥοδίων πρεσβεῖς ἧκον ἐπὶ τὸ στρατόπεδον τῶν Ῥωμαίων. Neque objiciendum, alibi Livium ordinem Polybii invertisse; et, quod Polyb. Exc. Leg. XXXII. dixit δισμυρίους κριτῶν μεδίμνους, καὶ δισμυρίους πυρῶν, Livium vertisse XXXVIII. 15. 'Viginti millibus medimnum tritici, viginti hordei:' non enim sola Livii imitatione Polybiana sententia mea nititur, sed simul etiam veterum Mstorum auctoritate. Paullo ante *consilium Ætolorum* Voss. et Lov. 1. 3. ac 6. Vide ad c. 8. § 2. Tum *concepit* Lov. 3.

§ 3 *Per legatos, per literas, Dolopas, Amphilochosque, et Athamaniam ereptas sibi querens*] Pal. 1. *per legatos literasque quod Dolopas, Amphilocosque et Ath. sibi querens ereptas*. Proxime vero Pall. uterque, *verteratque senatum*. Gebh. Quasi dixisset *Dolopiam, Amphilochiam*, et *Athamaniam:* si tamen sic locutus, et non respexit vel ad dignius *ereptos*, vel ad propius *ereptam* scribendo. *J. F. Gron. Per legatos literasque* Voss. Lovel. 1. 3. 6. et Gaertn. Sed vide ad cap. 18. § 12. Tum *quod Dolopas, Amphilochosque et Athamaniam sibi querens ereptas* Lovel. 3. *sibi querens ereptas* etiam Vossian. Lov. 1. 6. et Gaertn. *erepta sibi querens* Lov. 2. et Mead. 1. *ereptam sibi querens*, ut Gronov. malebat, Harl. Paullo post *filium etiam Persea* Voss. Lovel. 1. 4. Harleian. Mead. ambo, et Gaertn. *filium etiam Persea* Lovel. 6.

filium etiam Perseum Lov. 3. *filium etiam,* voce sequenti omissa, Lov. 2. Tum *everteratque* Lov. 1. 2. 3. 4. Voss. Harl. et Mead. ambo.

§ 4 *Leon, Icesiæ filius*] Pal. 1. *Leochiensiæ filius.* Alter *Leochicensiæ filius.* Gebh. *Damis* ex Polybio Legat. XXVIII. *H. Vales.* Hoc etiam ibi animadvertit Ursinus. 'Damis' æque Polybio *Icesiæ filius* dicitur, ac 'Leon' Livio: unde non est dubium, quin idem homo ab utroque designetur. Sed, apud utrum nomen illius rectius scribatur, nemo facile dicat. Apollodorum, qui Athenienisibus auctor ad Antiochum deficiendi fuerat, 'Leonte' quodam accusante damnatum fuisse, scribit Livius XXXV. 50. *Duk. Leuchi censiæ filius* Voss. *Leuchie censiæ filius* Gaertner. *Leochisiæ filius* Harl. *Leochiensiæ filius* Lov. 2. 3. et 6. *Leochicensie filius* Lovel. 1. 4. et Mead. 2. *Leochiocensie filius* Mead. 1.

§ 5 *Vulgata similitudine, mari tranquillo*] Qua etiam usus est Scipio XXVIII. 27. 'Multitudo omnis, sicut natura maris, per se inmobilis est, venti et auræ cient, ita aut tranquillum aut procellæ in vobis sunt:' ubi viri docti eam inlustrarunt.

Quum in fide Romanæ societatis mansissent] Lege *dum in fide Romanæ societatis mansissent.* Mutuatus autem est Leon hanc comparationem ab Herodoto in VII. 16. Ἴσον ἐκεῖνο, ὦ βασιλεῦ, παρ' ἐμοὶ κέκριται, φρονέειν τε εὖ καὶ τῷ λέγοντι χρηστὰ ἐθέλειν πείθεσθαι· τά δε καὶ ἀμφότερα περιήκοντα, ἀνθρώπων κακῶν ὁμιλίῃ σφάλλουσι· κατάπερ τὴν πάντων χρησιμωτάτην ἀνθρώποισι θάλασσαν, πνεύματά φασι ἀνέμων ἐμπίπτοντα οὐ περιορᾷν φύσει τῇ ἑωυτῆς χρῆσθαι. *J. F. Gronov.* Potuit hanc comparationem ab Herodoto mutuatus esse Polybius Exc. Leg. num. XXVIII. quam ab eo sumsit Livius. Certe ipse Gronov. non aliam ob caussam *quum* in *dum* mutandum censuit, quam ut ita Livius exprimeret ἕως, quod in hac re adhibuerat Polyb. pag. 1155. Omnes tamen nostri *quum* constanter servant. Mox *insita genti tranquillitate* Lov. 2. Sed vide ad XXVIII. 24. § 1.

§ 6 *Ab Asia Thoas et Dicæarchus, ab Europa Menestas et Damocritus*] Quatuor hic enumerantur, quorum tres posuit lib. XXXV. non ita longe ab initio c. 12. Thoanta prætorem gentis Ætolorum, fratrem autem ejus Dicæarchum, ad Antiochum missum: quanquam ad eundem eodem in libro c. 32. Livius postea Thoanta missum dicit, atque adeo Menippum regis legatum secum adduxisse, ut ibidem annotavimus; porro Damocritum ad Nabin Lacedæmoniorum tyrannum ivisse legatum; et præter hos tres Nicandrum ad Philippum. Menestæ, sive, ut quidam scribunt, *Menetæ,* nulla, quod sciam, uspiam mentio. Videat igitur lector, collatis locis, quid legendum censeat. *Glar.* Libri omnes *Menestas.* Gebhard. *Menestes* Lov. 3. 6. et Hearnii L. 1. *Menestas* reliqui codd. cum primis edd. pro quo Frobenius demum a. 1531. substituit *Menetas.* Mutationis hanc caussam habuisse videtur, quod ita vocetur XXXVI. 28. Verum, postquam Ursinus fragmenta Polybiana in lucem protulit, eum locum potius ex hoc emendandum esse, constare potuit. Similiter enim Μενέστας vocatur in Exc. Leg. num. XXVIII. Ἐπεὶ δ' ἀπὸ μὲν τῆς Ἀσίας πνεύσαντες Θόας καὶ Δικαίαρχος, ἀπὸ δὲ τῆς Εὐρώπης Μενέστας καὶ Δαμόκριτος συνετάραξαν τοὺς ὄχλους. Eam igitur lectionem revocavi. Ceterum non retulit quidem Livius suo loco, quando vel quomodo Menestas Ætolos ad bellum Romanis inferendum concitarit; sed, ut sæpe solitus est, alio tamen loco, data opportuna occasione id memorare non neglexit: nempe dicto libro XXXVI. 28. 'Postulo, ut mihi Dicæarchum civem vestrum, et Menestam Epirotam, (Naupactum is cum præsidio ingressus ad defectionem compule-

rat,) et Amynandrum cum principibus Athamanum, quorum consilio ab nobis defecistis, sine mora dedatis.' Tandem *Democritus* Lov. 3. 5. et 6. Vide ad XXXI. 32. § 1.

Tum illam tempestatem coortam, quæ ad Antiochum eos, sicut in scopulum, intulisset] Pal. 1. *cum illa tempestate cohorta, quæ apud Ant. eos, sicut scopulum intulisset.* Vet. ed. *sicuti ad scopulum intulisset.* Pal. alter *sicuti scopulum intulisset.* Gebh. A Mogunt. est *in scopulum.* Olim *ad scopulum.* Terentius Phorm. IV. 4. 'Huic mandes, quod quidem recte curatum velis, Qui te ad scopulum e tranquillo inferat.' Quæ verba Livio fuisse obversata videntur: tantum abest, ut ea Terentio abjudicem. Lucretius II. 1174. 'Omnia paullatim tabescere, et ire Ad scopulum.' *J. F. Gron.* Olim edebatur *quæ eos apud Antiochum, sicuti ad scopulum intulisset:* quod in uno tantum superest Lov. 5. qui ubique editis adhæret: *quæ apud Antiochum eos, sicut scopulum* Lov. 3. 6. et Gaertn. *quæ apud Antiochum eos, sicuti scopulum* Vossian. Lovel. 1. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Unus veram lectionem servavit cod. Mog. exhibens *quæ ad Antiochum eos, sicuti in scopulum, intulisset:* quam Aldus et post eum reliqui receperunt. Mutationi, quæ in prioribus verbis *quæ ad Antiochum eos* obcurrit, nemo controversiam movit: sed *in scopulum intulisset τῷ πάνυ* Gronovio displicet, partim quia olim aliter edebatur, partim quia 'ad scopulum inferre' Terent. et 'ad scopulum ire' Lucretius dixerunt. Non quidem damno genus loquendi 'inferre ad scopulum:' similiter enim 'inferre signa ad mœnia' est XXX. 30. § 17. ubi vide. Passim etiam verbo cum præpositione composito alia insuper præpositio in regimine additur. Vide ad XXII. 3. § 10. et XXXVII. 27. § 6. Et ita hoc loco *ad Antiochum inferre* ex cod. Mog. probandum censeo. Verum alia est locutio 'inferre ad scopulum,' alia 'ire ad scopulum,' qua Lucretius utitur. In loco autem Terentii Bentleius plerosque omnes libros *auferat*, pro *inferat*, habere testatur, quod ipse probat, vel pro eo legit *ferat*. An igitur, quia Terentius ex emendatione viri celeberr. dixit 'auferre ad scopulum' sensu translato, ideo alteri, cui Terentii verba obversantur, vel sensu translato, vel proprio dicere non licebit 'auferre in scopulum?' Quod ergo fiet Ovidio Met. IX. 592. 'Auferor in scopulos igitur?' Immo potius, licet Terent. dixisset 'inferre ad scopulum,' Livio dicere permissum erat 'inferre in scopulum.' Id autem Livio placuisse, verisimile reddit integerrimi, omnibusque editionibus præferendi codicis indicium, ex quo et prima hujus periodi verba feliciter emendata esse convenit: unde in hac ejus parte eidem fidem abrogare vix permittendum, bonive exempli esse judicandum videtur. Idem adstruunt illorum codicum vestigia, qui *sicuti scopulum* exhibent: ubi medium ĩ, sive *in*, post vocem similiter in *i* finitam facilius excidere potest, quam quidem *ad*. Neminem vero morari debet præpositionum mutatio *ad Antiochum, secuti in scopulum:* id enim Livio frequens esse, vidimus ad VI. 28. § 3. Præterea operarum errori adscribo, quod, quum plerique scripti omnesque typis excusi priores præferant *sicuti*, Gronoviana tamen a. 1665. exhibeat *sicut;* quod recentiores servarunt. Ceterum *cum*, vel *tum illa tempestate coorta* male Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn.

Cap. XI. § 1 *Ut ad conditiones pacis convenirent*] Lege *ut conditiones pacis convenirent*, non *ut ad conditiones.* Gelen. Probanda est Gelenii emendatio. Omnes tamen codd. nostri et Hearnii L. 1. alterum servant. Tum *fecerunt* Voss.

§ 2 *Imperium majestatemque populi Romani gens Ætolorum conservato*]

Clausula est hæc fœderum, de qua sic Cicero pro Corn. Balbo cap. 16. 'Adjunctum illud etiam est, quod non est in omnibus fœderibus: Majestatem populi Romani comiter conservent: id habet hanc vim, ut sit ille in fœdere inferior. Nam cum alterius populi majestas conservari jubetur, de altero siletur, certe ille populus in superiore conditione causaque ponitur, cujus majestas fœderis sanctione defenditur.' *Sigon.* Non aliena ab hoc loco sunt verba Cic. in d. orat. c. 16. a Sigonio prætermissa: 'Verbi hoc genus *conservanto*, quo magis in legibus, quam in fœderibus, uti solemus, imperantis est, non precantis.' De eo et aliis verbis imperativis agit Cujac. Obs. XI. 25. Unde confirmatur conjectura Gronovii, hic paullo post legendum esse *traduntor*, et *reduntor*. Ceterum pro eo, quod Cicero et Proclus l. 7. D. de Captiv. et Postlim. significant, in aliorum fœderum formulis fere fuisse 'comiter,' in hoc fœdere est 'sine dolo malo,' et apud Polyb. Legat. XXVIII. ἀδόλως: quæ quomodo inter se differant, exponit Herald. de Rer. Judic. Auctor. II. 16. *Duk.* Vide Brisson. de Form. IV. 361. *Imperium, majestatem populi Rom.* Voss. et Lov. 6. *imperium et majestatem* Gaertn.

Per fines tuos transire] Lege *per fines suos*, non *tuos*. Gelen. *Tuos* in solo est Lovel. 1. similiter etiam in edd. Mediol. a. 1480. Tarvis. utraque, et seqq. ante Gelenium. Sed recte *suos* reliqui scripti, et excusi. Paullo ante *Neve quem exercitum* Voss. et Lov. 6. *Utve quem exercitum* Gaertn. Tum *duceretur* cod. Mog. Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Vide ad II. 56. § 7.

§ 3 *Hostes eosdem habeto, &c. bellum pariter gerito: perfugas, fugitivos, captivosque*] Τὸ *eosdem* perperam deest in Harl. Polybius in Exc. Legat. num. XXVIII. Ἐχθρὸν καὶ φίλον τὸν αὐτὸν ἐχέτω τοῖς Ῥωμαίοις. Tum *bellumque pariter gerito* omnes scripti nostri, Hearnii L. 1. et edd. ante Grut. cujus postrema copulam omisit, quam reduxi. Hinc § seq. *fugitivos, captivos*, omisso τῷ *que*, Lov. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. Livium autem ἀσυνδέτως loqui solitum fuisse, vidimus ad lib. XXXV. cap. 44. § 4. Supra XXX. 43. 'Perfugas, fugitivos, captivorum quatuor millia tradiderunt.' Plerique reliqui copulam servant.

§ 4 *Si qui capti, quum domos redissent, iterum capti sunt*] *Sic qui captivi* Voss. Tum tria ultima vocabula desunt in Lov. 5. et ed. Rom. an. 1472. *item capti sunt* Lov. 4. et Mead. ambo. Alibi ita scribæ variant. Vide ad VI. 22. § 4. X. 36. § 17. et XXIII. 43. § 11.

Qui tum hostes erant Romanis, quum inter præsidia Romana Ætoli essent] Legendum *intra*: ut supra sæpius. *J. F. Gronov.* Dixit ad XXV. 24. et XXXV. 11. Quid in hoc genere loquendi sint 'præsidia,' et qui 'inter præsidia alicujus esse' dicantur, quærunt Heraldus Observ. et Emend. c. 38. et Salmas. ad Jus Att. et Rom. c. 27. Quod hic Latine expressit Livius, *quum inter præsidia Romana Ætoli essent*, Polyb. Legat. XXVIII. Græce dixit, καθ' ὃν καιρὸν Αἰτωλοὶ μετὰ Ῥωμαίων συνεπολέμουν. Hinc satis intelligitur, quid sit 'inter præsidia alicujus esse.' Casaubonus Græca Polybii recte quidem vertit *quum inter auxilia Romana Ætoli essent*; nec tamen erat, cur interpretationem hanc Livianæ præferendam putaret. Budæus ad l. 5. § 5. D. de Re Milit. *præsidia* non male exponit 'partes' et 'castra' ex Cic. pro Ligar. capp. 9. et 10. Nec quidquam, ut puto, interest inter 'sectam alicujus sequi,' 'arma pro aliquo ferre,' 'in præsidiis' et 'in causa alicujus esse,' et 'inter præsidia alicujus esse.' Liv. lib. XXXVI. cap. 1. 'Vellent, juberentne, cum Antiocho rege, quique sectam ejus sequuti essent, bellum iniri.'

XXXVIII. 48. 'Simul, ut opinor, cum his decreverant, jusserantque' bellum, 'qui inter ejus' (Antiochi) 'præsidia fuissent.' Et ibid. 'Omnes hostes erant, qui pro Antiocho arma adversus nos tulerunt.' Cic. Famil. XIII. 19. 'Quod Lyso fuerat in nostra causa nostrisque præsidiis.' *Duk. Inter* ex Aldina ed. promanavit. Priores dederunt *intra præsidia*, quod præferunt Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Passim illa vocabula confundi, vidimus ad v. 27. § 2. Ceterum, prima voce omissa, *eum hostes erant Romanis, et eum* Lov. 1. *eum hostes* etiam Voss.

§ 5 *Quando quisque eorum primum inventus fuerit, reddatur*] Vossian. et Buslid. *reddantur*. Et puto melius. Quamquam et suspicari possis, cum hic, tum præcedenti membro fuisse *redduntor, traduntor*. J. F. Gronov. Posteriorem hanc Gronovii conjecturam probat Duker. ad § 2. sed *reddantur* legunt Lov. 3. 6. et Hearnii L. 1. quod recepi. Præterea *primus inventus fuerit* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Gaertn. *primus inventus erit* Mead. 2. *primum inventus erit* cod. Mog. et Mead. 1.

§ 6 *Arbitratu consulis Romani dato, ne minores*] Vet. lib. *Romanis ;* quod placet, quia præcessit 'Corcyræorum magistratibus sine dolo malo tradantur.' *Sigon.* Similiter Lov. 2. et Harl. Infra cap. 38. 'Obsides Romanis viginti dato.' Posset etiam videri *τὸ Romani* aut *Romanis* supervacuum esse: consul enim, nisi Romanus, non intelligitur; neque etiam obsides aliis, quam Romanis, tradendos esse. Deest etiam ea vox in Gaertn. Supra XXX. 27. 'Obsides centum arbitratu Scipionis darent.' Nihil tamen temere mutandum censeo: *dona*, pro *dato*, Voss. *donato* Lovel. 1. 6. et Hearnii L. 1. Tum *nec minores* Voss. et Gaertn. Male. Vide ad c. 24. § 5. Mox *ne majores* Lov. 1. 3. et 6. Vide ad XXXIV. 35. § 9.

§ 8 *Pro argento si aurum dare mallent, darent, convenit*] *Dare convenit* Lovel. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et quædam ex edd. ante Froben. 1535. Vox *darent* deest in Lov. 3. sequens *convenit* in Gaertn. Ceterum Polyb. convenisse scribit, ut ducenta talenta Euboica argenti præsentia darent: eorum autem tertiam partem, si mallent, auro solverent in Exc. Legat. num. XXVIII. Δότωσαν δὲ Αἰτωλοὶ ἀργυρίου μὴ χείρονος Ἀττικοῦ, παραχρῆμα μὲν τάλαντα Εὐβοϊκὰ σ' τῷ στρατηγῷ τῷ ἐν Ἑλλάδι ἀντὶ τρίτου μέρους τοῦ ἀργυρίου χρυσίον, ἐὰν βούλωνται, δίδοντες.

Dum pro argenteis decem aureus unus valeret] Multi de hoc numero dubitant, de verbis etiam magis. At ego puto, Livium neque per 'argenteos,' denarios; neque per 'aureos,' Romanos, qui centum valebant nummis, significare voluisse, sed rationem auri ad argentum, qua ratione Romani multum lucrabantur, quando analogia auri et argenti requireret in singulos aureos ut minimum XII. argenteos. Verum hæc non sunt hujus negotii. *Glar.* Hotoman. de Re Numm. p. 353. existimat multo melius ac certius Polyb. dixisse in Exc. Leg. num. XXVIII. p. 1157. τῶν δέκα μνῶν ἀργυρίου, χρύσου μνᾶν διδόντες, quam Livium *pro argenteis decem aureus unus:* pro auro enim argentoque infecto scriptoris Græci Latinum posuisse signatum numeratumque, ac simul indicasse, unius nummi aurei tantum fuisse pondus, quantum singulorum ex decem argenteis, atque universos decem pretio et dignitate unum aureum adæquasse; quum tamen apud Romanos unus aureus, qui binos tantum argenteos pendebat, quinque et viginti argenteos valeret. Hinc in mentem ipsi veniebat suspicari, hanc usitatam libræ notam ⊲ apud Livium intercidisse, eumque potius ita scripsisse: *dum pro argenteis decem una auri* ⊲ *valeret: libram*

enim Latinos pro Græca mina usurpasse. Verum Livium ejusque lectionem receptam adversus Hotoman. erudite defendit J. F. Gronov. de Pec. Vet. II. 8. docens scriptores Græcos et Latinos adpellatione *minæ* auri vel argenti non infectum, sed numeratum signatumque intellexisse: præterea in pretio eamdem esse differentiam inter nummum aureum didrachmum et nummum argenteum didrachmum, quæ erant inter minam auri et minam argenti: et quidem auri proportionem ad argentum decuplam fuisse. Non itaque vel Livium culpandum, vel lectionem ejus receptam esse mutandam. Latius hæc in opere eruditissimo videnda sunt. Ceterum *pro decem argenteis* Lov. 2. et Harl. Tum *unus valeret aureus* Lov. 6.

§ 9 *T. Quinctio, Cn. Domitio*] Legendum *L. Quintio*, non *T. Quintio*. Lucius enim cum Domitio fit consul a. IX. decados hujus, (XXXV. 10.) Titus autem III. cum Ælio, XXXII. 7. *Glar. L. Quintio* lege ex ipsomet Livio et Capitolinis consulibus. *Sigon.* Omnes tamen Mss. nostri, Hearnii Oxonn. et Crevierii Victor. constanter Quinctio prænomen 'Titi' tribuunt. Quin et Polybius eodem modo in Exc. Leg. n. XXVIII. p. 1158. Ὅσας χώρας, καὶ πόλεις, καὶ ἄνδρας, οἷς οὗτοι ἐχρῶντο ἐπὶ Τίτου Κοϊντίου καὶ Γΐναου Δομιτίου στρατηγῶν, ἢ ὕστερον ἐάλωσαν, ἢ εἰς φιλίαν ἦλθον Ῥωμαίοις. Verissimum tamen est, T. Quinctium Flamininum non cum Cn. Domitio, sed cum Sex. Ælio Pæto, nono anno antea, consulatum gessisse; et contra L. Quinctium Flamininum Titi fratrem triennio ante cum Cn. Domitio Ahenobarbo. Verum L. Quinctii et Cn. Domitii mentio hic fieri nequit, quia eorum consulatu Romani nihil in Græcia contra Ætolos gesserunt, nullas urbes, nullos agros, nullos homines, qui juris Ætolorum fuerant, aut armis subegerint, aut voluntate in ditionem suam redegerint. Deinde ita recederetur a conditionibus, quas M. Fulvius cum Ætolis pactus erat c. 9. 'Urbem ne quam formulæ sui juris facerent; quæ post id tempus, quo T. Quinctius trajecisset in Græciam, aut vi capta ab Romanis esset, aut voluntate in amicitiam venisset.' Et quidem hac ratione Ætolorum conditio longe melior facta fuisset. Nam si demum urbes, agros, homines sui quondam juris, qui L. Quinctio, Cn. Domitio consulibus, postve eos consules armis subacti, aut voluntate in ditionem populi Romani venerant, recipere prohiberentur, potuerunt sane recipere, qui inter T. Quinctii in Græciam adventum et L. Quinctii consulatum aut armis aut voluntate Romanis juncti sunt; et quidem nominatim urbes Pharsalum, Larissam Cremasten, Echinum, Thebas Phthias, et Leucadem, quas a Philippo receptas partim iis restituere Quinctius recusarat, XXXIII. 13. partim rei cognitionem decem legati ad senatum rejecerant, XXXIII. 34. Verisimile autem non est, senatum Romanum, qui pacem Ætolis datam ægre confirmavit, conditiones ejus mitigasse, aut jam hostibus infensissimis, sed debellatis, concessisse, quod iisdem adhuc sociis et florentibus negandum duxerat. His rationibus permotus Perizon. in Animadv. Hist. c. 1. p. 13. existimat, in hac parte ἁμάρτημα μνημονικὸν commissum esse a Polybio, qui, quod antea p. 1153. recte dixerat μετὰ τὴν Τίτου Κοϊντίου διάβασιν, postea ornatius et accuratius more Romanorum expositurus, T. Quinctio perperam collegam addidit Cn. Domitium, qui aliquot annis post cum Titi fratre L. Quinctio consulatum gessit: Livium vero hunc Polybii errorem non animadversum in suos historiarum libros transtulisse. Videnda sunt quæ vir celeberr. pluribus d. l. disputat. Ex ejus igitur sententia *Titi* prænomen, cui ex-

puncto *Lucii* Sigonius substituerat, Quinctio reddidi, quod et Crevierium fecisse video.

Armis subacti, aut voluntate, in ditionem populi Romani venerunt] *Aut armis subacti* omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. ante Gruterum, cujus ed. ultima vocem *aut* ab initio omisit, quam Livio restitui. Tum *in deditionem* Lov. 2. 5. Harl. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. Sed reliquos codd. qui, præter Mead. 1. *in dictione*, et Mead. 2. *in ditione* exhibentes, vulgatum tuentur, sequor. Vide ad XXXIII. 37. § 4.

Neque eos Ætoli recepissent, vel in Ætolia essent, eæ urbes agrique Acarnanum sunto] Antiq. lectio, *ne quem eorum Ætoli recepisse velint. Æniadæ cum urbe agrisque Acarnanum sunto.* Gelen. *Œniadæ* ex Thucydide, Stephano, ut supra. *Sigon.* Antiquam lectionem, a Gelenio explosam, in uno inveni Lov. 5. *neque eorum qui Ætoli recepissent vel in Ætolia urbes agrosque* Lov. 2. et Harl. *neque eorum quæ Ætoli recepissent vel in Ætolia X. urbes agrosque* Mead. ambo: *neque eorum Ætoli recepissent vel in Ætolia X. urbes agrosque* Lovel. 1. 3. 4. 6. et Gaertn. Neque aliter Vossian. nisi quod legat *recepisset*. Gronovius quidem reliquas emendationes probat ad XXXVII. 17. § 6. et priori ed. nott. ad h. loc. at uni *recepisse velint* controversiam movet. Existimans enim Gelenium *recepisse vellent* emendasse, et ita Mog. cod. præferre, tuetur vulgatum ante eum *recepissent*, idque exponit vel per 'recepisse vellent,' vel per 'reciperent.' Verum ex cod. suo nihil hic Moguntini monuerunt, sed Gelenius loco desperato auxilium tulit; utrum vero ex cod. Mog. an ex alio, non monuit. Præterea non *recepisse vellent* reponendum censet, sed *recepisse velint*, quod exponi debet *receperint*, vel *recipiant*. Lectionem Gelenii firmant codd. nostrorum vestigia *recepissent, vel in*, aut *recepisset vel in*. Insuper *recepissent* pro *reciperent* hic locum habere nequit, quia, quæ hoc cap. directa oratione præcedunt, vel imperativo, vel subjunctivo præsentis concepta sunt, quorum alterutrum hic pariter requiritur. *Recepisse velint* itaque est recipiant: quæ loquendi formula blandior esse vulgo creditur, quam præcisum *recipiant*, vel *recipiunto;* eadem tamen utuntur etiam imperiosius præcipientes, vehementiusque increpantes. Ovid. Am. I. 4. 38. 'Oscula præcipue nulla dedisse velis.' Phædr. I. 29. 5. 'ille indignatus repudiat Officium, et quærit, cur sic mentiri velit:' ubi vide Burm. Recte etiam Sigon. *Œniadæ*. Polyb. pag. 1158. Ἡ δὲ πόλις, καὶ ἡ χώρα ἡ τῶν Οἰνιάδων, Ἀκαρνάνων ἔστω· ubi Ursin. etiam hic *Œniadæ* legendum monuit.

CAP. XII. § 1 *Sed etiam iisdem diebus*] Ita habent libri nostri omnes. Vulgo *iisdem prope diebus*. Gebhard. *Iisdem diebus* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. uterque: *his diebus* Gaertn. *iis diebus* Lov. 5. et edd. antiqq. *iisdem prope diebus*, quod vulgo nunc exstat, Aldus adoptavit ex cod. Mog. Mox τὸ *consule* non adparet in Lov. 5. et priscis excusis. Aldus id iterum ex eodem cod. adscivit, adsentientibus reliquis omnibus Mss.

§ 2 *Ephesum consul venit*] Media vox exsulat ab Harl. Mox *ab L. Scipione* legunt Lov. 1. 2. 4. Harl. et Mead. ambo.

§ 3 *Qua, conlaudata virtute eorum*] Pal. 1. *quasi laudata*. Gebh. Similiter Lov. 3. Mox *uno* deest in Lov. 2. Tum *ac hortatus eos novum* Harl. *adhortatus eos novum* reliqui codd. et edd. ante Frob. 1531. Hinc *bellum cum Gallis suscipiendum* Lov. 2. Harl. et Mead. 1.

Qui et auxiliis Antiochum juvissent, et adeo indomita] Pall. uterque, et vet. ed. *qui et* (Pal. 1. *ex*) *auxilio juvissent Antiochum, et ante indomita haberent ingenia*. Gebh. *Qui ex auxilio*

Voss. et Lov. 3. ac 6. *qui et auxilio* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. Deinde *juvissent Antiochum* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et edd. eædem: *juvassent Antiochum* Gaertn. *vicissent Antiochum* Voss. *auxiliis* Aldus dedit fide cod. Mog. quod servavi; sive per 'auxilia' intelligas milites auxiliarios, (in exercitu enim Antiochi Gallogræcos equites Livius supra memorat XXXVII. 40. vide et hoc lib. c. 48.) sive in genere opem, auxilium. Vide ad v. 36. § 2. Sed *Antiochum juvissent* idem Aldus, invito Mog. Msto, transposuit, si credere licet viris doctis, qui ejus excerpta nobis dederunt. Quare priscum ordinem revocavi. Deinde *et ante indomita* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn.

§ 4 *Antiochus emotus ultra juga Tauri*] Ita quoque locutus est in Eumenis persona XXXVII. 53. mavult tamen Ms. *Antiochus amotus*. Modius. Codicem Mog. qui *amotus* legit, non audio. Vide ad XLII. 50. § 6.

Nisi frangeretur opus Gallorum] 'Frangi Gallorum opus' adulteratum crediderim, pro *opes*. Turneb. Advers. XIV. 11. In qua ed. ita Turnebus invenerit, nescio: omnes enim, quas vidi, habent *frangerentur opes*. Nec aliter scripti, excepto Mead. 1. qui præfert *frangerent*. Vide ad X. 10. § 1.

De se quoque pauca, nec falsa, nec inmodica, adjecit. Læti cum frequenti] Pall. *de se uec falsa, nec immodica adjecit*. Vet. ed. *de se nec falsa, nec modica adjecit*. Gebh. *De se quoque uec falsa, nec inmodica* Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. *de se quoque neque falsa, nec inmodica* Lov. 2. *de se quoque nec falsa, nec incommoda* Gaertn. *nec incommoda* etiam Voss. *de se quoque nec falsa, nec modica* Lov. 5. et edd. vett. Primi Moguntini recte *pauca, nec falsa, nec inmodica* ex cod. suo vulgarunt. Insuper *nec inmodica, acciti milites cum frequenti* iterum cod. Mog. *nec inmodica, adjecit. Læti milites cum frequenti* omnes nostri codd. ut et edd. ante Gruterum, cujus ultima ed. perperam vocem *milites* omisit; quam loco restitui. Mox *consulem adiuverunt* Lov. 3. *consulem adiverunt* Voss. et Lov. 1. *consulem adierunt* cod. Mog. ex cujus vestigiis legendum *audierunt*, quod superest in Harl. et edd. Ven. 1498. et Mediol. 1505.

§ 6 *Credere consul, gnarum locorum, &c. et cujus interesset frangi Gallorum opes*] Pal. 1. *consul gnarus locorum*: vet. ed. *credere consul ignarus locorum*. Vulgata proba est lectio, conspicua in Pal. posteriore. Iterum libri omnes *et cujus interest frangi G. o.* Gebh. *Credere consul gnarus locorum* Lov. 3. *credere consul ignarus locorum* Lov. 5. et edd. principes. Moguntini deinde monuerunt, se in cod. suo invenisse *ignarum locorum*; unde Aldus restituendum vidit *gnarum locorum*, quod superest in reliquis scriptis, nisi quod Gaertn. *gnarum locorumque hominumque* dederit. Deinde *et cujus interest* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. principes; pro quo Moguntini ex cod. suo vulgarunt *interesset*, quod in Lov. 2. et Mead. 1. superfuisse videtur. Vide ad XXII. 36. § 4. Tum *frangi illorum opes* Voss. Lov. 1. 5. 6. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. *Gallorum* Aldus, præeunte cod. Mog. substituit. Nec aliter reliqui nostri. Paullo ante *Romæ cum erat* Lov. 1. 5. et ed. Camp. *Romæ tum erat* Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et editi ante Aldum, qui *tunc* dedit. Vide ad II. 12. § 15.

§ 7 *Attalum igitur fratrem accersit*] Vet. lib. *fratrem ejus*, id est Eumenis. *Sigonius*. Similiter omnes scripti, et edd. antiqq. Τὸ *ejus* primum neglectum vidi in ed. Bas. 1554. Mox *secum* deest in Lov. 3. et Hearnii L. 1. *ad secum bellum capessendum* legit Gaertn.

Domum ad comparandum copias dimittit] Pal. 1. *domum ad comparandum dimittit.* Gebh. *Copias* istas plane scriptæ membranæ exauctoratas dimittunt, neque amplius, quam *pollic. suam suor. operam domum ad comparandum dimittit:* ubi quum aliquid deesse falso crederent, adsciverunt *copias:* quos inter ipse, proximus alias scriptis, Johannes Andreas. Nos vero hanc quoque elegantem formulam loquendi Livio vindicamus, ipso auctore. Lib. XXXV. c. 45. 'Ut tædio et impetus elanguescat regis, et Romani tempus ad comparandum habeant.' XLII. 52. 'Fallaci deinde colloquio per speciem reconciliandæ pacis extractam hiemem, ut tempus ad comparandum haberent.' Cic. pro Plancio c. 20. deinde 'habere' comitia 'cœpit subito, præter opinionem omnium, ut ne si cogitasset quidem quispiam largiri, daretur spatium comparandi.' Cornelius Nepos Thrasybulo c. 2. 'Hæc enim illos ad persequendum segnes, hos autem, tempore ad comparandum dato, fecit robustiores.' Annibale c. 7. 'Quum in apparando acerrime esset occupatus, Carthaginienses bellum cum Romanis composuerunt.' Neque absimile illud XXXIV. 34. 'Nihil jam præter nudum solum ager hostium habet. Ad hoc hiems accedit, ad comportandum ex longinquo difficilis.' J. F. Gronov. Vocem *copias* in uno tantum meorum Lovel. 5. qui semper editis adhæret, inveni. Reliqui Mss. eam recte ignorant. Cic. ad Fam. XVI. 10. 'Omnino ex hac quoque parte diligentissime comparatur:' ubi vide viros doctos. Eamdem loquendi formulam Livio etiam restituere conatur Gronov. XXXVI. 3. § 4.

§ 8 *Paucos post dies profecto ab Epheso consuli*] Pal. 1. *Post paucos dies profecto consuli Epheso.* Reliqui duo libri omittunt quoque τὸ *ab.* Gebh. *Post paucos dies* Lov. 3. Sed vide ad II. 19. § 8. Tum *profecto Ephesum consuli* Lov. 2. et Harleian. *profecto Epheso consuli* Lovel. 4. et Mead. ambo: *profecto consuli Epheso* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. Gaertn. et edd. antiqq. Postea Moguntini dederunt *profecto consuli ab Epheso:* testati tamen sunt, in membranis suis se vidisse *profecto ab Epheso consuli,* quod Aldus recepit.

Cum mille peditibus, equitibus ducentis] Ms. *equitibusque quingentis.* Modius. Pal. 1. *cum mille peditibus et tercentum peditibus, Ath. fr. jusso cum cet. cop. obsequi.* Gebh. Posteriorem numerum omittunt Vossian. Mead. 2. Lov. 4. 6. et Hearnii L. 1. *equitibusque ducentis* Harl. *et tercentis equitibus* Lovel. 3. *equitibus trecentis* Lovel. 1. Mox *obsequi* Lov. 3. et 6.

§ 9 *Quia vado superari amnis non poterat*] *Qua superari* Lov. 2. Vide ad XL. 29. § 8. *Quando superari* Harleian. quod non displiceret, si plures codd. concinerent. Solet enim τὸ *quando* pro 'quia,' 'quoniam' poni; vide ad XL. 9. § 1. Ex ejus itaque glossa natum videri potest *quia,* ut sæpe alibi. Vide ad IX. 8. § 4. XXXII. 21. § 2. et alibi. *Amplius,* pro *amnis,* Gaertner. Mox *erat* exsulat ab Harl. *ad trajiciendum exercitum* legit Gaertn.

§ 10 *Transgressi Mæandrum ad Phileram Comen pervenerunt*] Ita emendarunt quidam, id quod antea erat *ad Comenen:* verum, quo moti authore, nondum scire potui. Quidam *Hieran Comen* emendarunt. *Glar.* Stephanus Ἱερὰ κώμη, δῆμος Καρίας. *Sigonius. Transgressi in Mæandrum* Mead. 1. *Transgressi sunt Mæandrum* Harl. utrumque natum ex librariorum errore. Deinde *ad Eumenem pervenerunt* Lov. 6. *ad Camonem pervenerunt* Lov. 3. *ad Comen,* vel *Comem pervenerunt* Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertner. *ad Comenses pervenerunt* Vossian. *ad Comenen,* vel *Comenem pervenerunt* Mead. 2. Hearnii L. 1. et primæ edd. *pervenerunt ad Phileram Comen* cod. Mog. quod Aldus recepit, nisi quod,

servata prisca verborum serie, *ad Phileram Comen pervenerunt* dederit. Froben. demum an. 1531. *ad Hieran Comen pervenerunt* emendavit. Hæc Hiera Come pagus Cariæ est Doujatio. Sed Δῆμος Καρίας dicitur Steph. Byz. 'Hieracomitæ populus' vel 'civitas' memoratur Plin. H. Nat. v. 30. Ἱερὰ κώμη obcurrit apud Polyb. pagg. 1406. et 1469.

Cap. xiii. § 1 *Fanum ibi augustum Apollinis et oraculum: sortes versibus*] Pal. 1. et vet. ed. *sortes autem versibus.* Pal. alter *ortæ sunt versibus.* Gebhard. *Ibi augustum fanum* cod. Mog. Tum *et oraculum est, sortes ubi versibus* Lovel. 6. *et ora Deum oratæ sunt versibus* Mead. 1. *et oracula Deum versibus* Harl. *et oraculum: sortes ubi versibus* Lov. 2. *et oraculum ortæ sunt versibus* Voss. Lovel. 1. 4. Mead. 2. et Gaertn. *et oraculum: sortes autem versibus* Lov. 3. 6. Hearnii L. 1. et edd. vett. Frobenius 1535. omisit τὸ *autem*, quæ vox melius connectendæ orationi a librariis perperam addita est. Vide ad xxi. 40. § 11. Ceterum in Hiera Come hic memoratur templum Apollinis; at ibidem templum Dianæ a Prusia, quo tempore cum Attalo Eumenis patre bellum gerebat, spoliatum ac direptum memoravit Polyb. p. 1469. Mox *discuntur*, pro *dicuntur*, perperam Lov. 1. et 4. Vide ad xxxix. 34. § 6.

§ 2 *Ad Harpasum flumen ventum est*] Ms. *ad Arpasum flumen perventum est.* Modius. *Hacpassum*, omissa præpositione, Lovel. 1. *ad Harpassum* Voss. et Gaertn. *ad Arpassum* Lovel. 6. *ad Arphasim* Hearnii L. 1. *ad Arphasum* Lov. 3. *ad Arpasum* Moguntino consentiens Lov. 2. Sed adspirationem ab initio vocis, quam librarii pro lubitu vel addere, vel detrahere soliti sunt, servandam esse, ostendit etymologia nominis ejus, quam ex antiquo scriptore adfert Auctor Etym. M. voce Ἅρπασος· Ἅρπασος ποταμὸς Καρίας, πρότερον Δαφνοῦς καλούμενος. Εἴρεται δὲ διὰ τὸ ὀξύτατον τοῦ ῥοῦ, καὶ ὅτι ἁρπάζει τοὺς παριόντας αὐτῷ· οὕτως ἱστόρει Ἀπολλώνιος ἐν τῷ πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ τῶν Καρικῶν. Hanc vocis originem veram esse, præstare nolo: inde tantum infero, eam scriptoribus in mentem venire non potuisse, nisi litera initialis adspiraretur. Deinde omnes codd. *ventum est.* At *perventum*, ut Mog. præfert, etiam infra dixit hoc cap. 'Ex eo loco ad Tabas tertiis castris perventum.' Et c. 14. 'Tertio inde die ad Chaum amnem perventum.'

Venerunt, ut castellum, quod ab ipsis nuper descisset] Libri omnes *quod castellum nuper ab ipsis* (Pal. post. et vet. ed. *ab ipsis nuper*) *descisset.* Gebhard. *Venerunt, rogantes, ut castellum, quod* Lovel. 6. *venerunt, rogantes, ut, quod castellum* Lov. 2. Sed illud *rogantes* ex interpretis glossa insertum est. Supra ix. 15. 'Legatos misere ad consulem Romanum, ut absisteret obsidione:' ubi male simili errore unus præfert *ad consulem rogatum, ut.* Vide quæ ibi notantur, et ad hujus libri c. 1. § 4. Præterea *venerunt, ut, quod castellum* Lovel. 4. et Harl. *venerunt, quod castellum* Voss. Lov. 1. 3. 5. Mead. ambo, Gaertn. et edd. antiqq. Moguntini id, quod nunc vulgo exstat, ex cod. suo adsciverunt. Vocula *ut* interciderat ob ultimas literas vocis præced. Vide ad xxxvii. 24. § 13. Insuper *nuper ab ipsis descisset* Lov. 3.

§ 3 *Cum Cretensi Leuso*] Pal. 1. *cum Cretense Loso:* posterior *cum Cretense Lenso.* Gebh. *Cum Cretenso*, proxima voce omissa, Gaertner. *cum Cretense Loso* Lovel. 3. *cum Cretense Leoso* Lovel. 6. *cum Cretense Lense* Lov. 1. *cum Cretense Lenso* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo: *cum Cretense Leuso* Vossian. Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Mox *Corago* Voss. Lovel. 2. 3. et Gaertn. 'Corragum,' castellum Macedoniæ, Livius memorat xxxi. 27. 'Corragum' Eu-

menis præfectum XLII. 67. Deinde *mille peditum* Lov. 5. reliquis invitis: *τὸ pedites* deest in Harl. Insuper *milites* pro *equites* Voss. Vide ad X. 29. § 10. Adde ad XXVII. 3. § 9. c. 19. § 12. XXXIV. 14. § 8. XXXV. 35. § 18. XXXVIII. 25. § 8. aliisque locis. Tandem *eduxerunt* Lov. 2.

§ 4 *Castellum vi receptum Alabandensibus reddit*] Ms. *castellum captum Alabandensibus* r. Modius. Pall. uterque *castellum vi captum.* Mox ed. prisca *via degressus.* Gebh. Vulgatum *vi receptum,* quod in omnibus excusis inveni, in solis Lov. 2. et 5. obvium fuit: *castellum captum* præfert cod. Mog. *castellum vi captum* reliqui mei, et Hearnii L. 1. quod recepi. In optimo enim cod. *τὸ vi* haustum est a vocis præced. litera finali. Vide ad X. 46. § 11. Hinc *redditum* sine sensu Voss. Lov. 1. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *reddidit* Lov. 2. 3. 5. et edd. principes, pro quo Ascens. 1510. et hinc Frob. 1535. *reddit* dederunt. Vide ad Epit. Liv. l. XCIX. Paullo post *a via degressus* Lovel. 2. *via degressus* Voss. Lov. 1. 4. 6. Gaertn. et edd. principes. Sed male.

§ 5 *Hujus amnis fontes Celenis oriuntur. Celenæ urbs*] *Celænas,* addita diphthongo, scribendas esse, Græcorum scriptura ostendit. Loquitur autem de fontibus Mæandri fluminis, de quo eadem Solinus c. 43. [vel c. 40.] 'Ex arce Celænarum Mæander amnis caput tollit, qui recurrentibus ripis flexuosus inter Cariam et Ioniam præcipitat in sinum, qui Miletum dividit et Prienem.' *Sigon.*

Novæque urbi Apameæ nomen inditum ab Apamea, sorore Seleuci regis] Strabo lib. XII. non ita longe a fine, [p. 578.] ait, Antiochum Sotera ex Celænis homines in Apamiam transtulisse, urbemque appellasse de nomine matris Apamæ, Artabazi filiæ, quæ Seleuco Nicatori nupta fuit. Livius in his barbarorum nominibus non admodum solicitus fuisse videtur, aut forte alios secutus. *Glar.* Hæc mulier Straboni lib. XII. p. 578. et l. XVI. p. 749. ac Stephano voce Ἀπάμεια est Ἀπάμα. Alias quoque mulieres hoc nomine, Ἀπαμείαν nullam, quod sciam, memorant historiæ. Ἀπάμα, Prusiæ uxor, apud Stephan. est voce Μύρλεια: et Ἀπάμη Antiochi filia, Seleuci neptis, apud Pausan. I. 7. Appianum quoque in Syriac. pag. 93. uxorem Amyntandri, quæ Livio XXXV. 47. est *Apamia,* Ἀπάμην vocare, ibi adnotavit Sigonius. Plutarch. in Demetrio p. 1655. ed. Steph. Ἀπάμα Περσικὴ uxor Seleuci Nicatoris, mater Antiochi. Apocr. liber Esdræ IV. 29. Ἀπάμην παλλακὴν τοῦ βασιλέως. Considerandum puto, an in Livium nomen urbis pro nomine mulierum irrepserit, et hic *Apama,* XXXV. 47. *Apamam* scribendum sit. *Duk.* *Urbi Apamiæ* vel *urbi Apamia,* et mox etiam *Apamia sorore* Lovel. 2. 4. et Mead. 2. Urbs Græcis Ἀπάμεια dicitur, quod Latini vel *Apamea* vel *Apamia* proferre possunt. Vide Salmas. ad Solin. p. 580. et quæ notantur ad l. XXXI. c. 43. § 5. Ceterum Livius hic diversus abit a plerisque scriptoribus, in primis Strabone loc. laud. et Alex. in B. Syr. p. 124. qui Apameam Syriæ ab 'Apame,' regis Seleuci non 'sorore,' sed 'uxore,' adpellatam testantur. Hinc permotus Salmas. loc. laud. legendum censet *ab Apame uxore Seleuci.* Cujus libertate obfensus Falconer. Diss. de Numm. Apamensi, quam Gronov. inseruit Antiq. Græc. tom. X. p. 682. nihil mutandum contendit, et inter μνημονικὰ ἁμαρτήματα Livii refert, quod urbem ex nomine sororis regis Seleuci adpellatam crediderit. Vide etiam P. Burm. ad Vales. Emend. II. 18. In Excerptis codd. quibus utor, ad vocem *sorore* nihil notatum invenio; nihilominus ex vocibus perpetua serie exaratis *Apameuxore,* sive, ut scribere solebant, *Apameucsore* indoctos librarios facile efficere potuisse puto *Apamea sorore,* pro *Apame uxore.*

In Lov. autem 6. invenio *ab Apama sorore*. Insuper Livius, Straboni consentiens, Celænas ab Apamea distinguit, quum Plin. v. 29. Apameam olim Celænas, dein Ciboton adpellatam dicat.

§ 6 *Marsyas amnis, haud procul a Mæandri fontibus oriens*] De hoc flumine, quod ad hunc locum pertinet, egregie Q. Curtius III. 1. 'Media illa tempestate Celænarum mœnia interfluebat Marsyas amnis, fabulosis Græcorum carminibus inclytus. Fons ejus ex summo montis cacumine excurrens in subjectam petram magno strepitu aquarum cadit. Ceterum, quamdiu intra muros fluit, nomen suum retinet: at cum extra munimenta se evolvit, majore vi ac mole agentem undas Lycum appellant.' Eadem Strabo XII. 577. de Marsya. *Sigon.* Confer etiam Herodot. VII. 26. Insuper *procul Mæandri fontibus* sine præpositione Lov. 6. de quo vide ad XXIV. 28. § 1. Uni tamen codici credere temerarium puto. Mox *Marsiliam* Voss. et Lov. 1. *Marsian* Mead. 1. qui dare voluit Græca terminatione *Marsyan*. Præterea *cantu decertare* Gaertn.

§ 7 *Media urbe decurrens*] *In edita urbe* Lov. 4. Tum *discurrens* Lov. 5. et edd. principes; cujus lectionis auctor cogitasse videtur sinuosos Mæandri cursus omnibus notos. Non tamen videtur tam prope fontes in urbe Celænis flexuosis recursibus errasse, sed demum ubi longius inde recessit. Recte igitur Aldus ex Msto Mog. *decurrens*, concinentibus reliquis nostris. Testatur enim Livius, Mæandrum in arce summa Celænarum oriri; unde nunc addit *decurrens*, ex loco nempe edito. Vide ad X. 28. § 8. Paullo post *in sinu maris* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. principes. Sed ultima litera *τοῦ sinum* intercepta est a prima vocis seq. Vide ad XXIII. 8. § 9. Præterea *editum* Lov. 1. *conditum* Lov. 6. *conditur* Lov. 2. et 3. Vide ad XXII. 40. § 8. Denique *quod inter Prienen* Voss. Lov. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Moguntinos, qui recte ex cod. suo dederunt *qui inter Prienen*. Non tam enim ipsum mare, quam ejus sinus, inter Prienen et Miletum erat. Multæ etiam edd. perperam *Prienem*.

§ 8 *Ad Antiochum in castra consulis Seleucus, Antiochi filius*] Libri omnes legunt *ad Antiochiam*. Gebh. *Ad Antiochum* operarum errore præfert ed. Modiana, quod a proximis servatum Gronovius demum emendavit. Tum *Antiochi frater* Voss. et Gaertn. Si codd. adsentirentur, neque *frater*, neque *filius* requirerem, sed simpliciter legerem *Seleucus Antiochi*. Vide ad XXXVII. 18. § 1. Sed reliqui codd. *filius* defendunt. Voces *cum Scipione* desunt in Lov. 6. Insuper § seq. *Romano militi tantum* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Tum *ut Seleucus dicebat* Voss. Lovel. 1. 4. Mead. ambo, et Gaertn. nullo commodo sensu.

§ 10 *Discussa ea quoque est constantia*] Libri omnes exhibent *Decussa ea quoque est*. Gebh. Similiter Vossian. Lov. sex, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. vett. pro quo Frob. 1531. recte ex cod. Mog. *Discussa* substituit. Liv. II. 52. 'Periculum audacia discussit:' ubi vide quæ notavi, et ad Epit. Liv. l. v. Infra XXXIX. 10. 'Obsecrare, ut eam rem quocumque discuteret modo.' XLI. 25. 'Discussa res veteres etiam iras excitavit.' Tum *est ea quoque* Lovel. 1. et Gaertn. *est quoque*, omisso *τῷ ea*, Lov. 6. Sed *est* exsulat a Voss. Lovel. 5. et edd. Camp. ac Rom. 1472. Contra voculam *quoque* aut recidendam, aut inmutandam esse, existimat Crevierius: ei enim hic locum non esse, quum de nulla alia disceptatione superius mentio facta sit.

Qui misso tribuno edixit] Sic primus Frobenius, et habet Vossianus. Priores *dimisso:* quod potest defendi. Lib. XXXV. c. 13. 'Nabis extemplo circa omnes vicos maritimos dimisit

ad seditiones in iis miscendas.' Lib. XXXIX. c. 15. 'Ad hæc officia dimissis magistratibus, consules in rostra escenderunt.' Intellige per legiones et corpora exercitus. *J. F. Gronov.* Lib. XXIX. c. 37. 'Per provincias dimiserunt censores, ut,' &c. Virgil. Æn. I. 576. 'per litora certos Dimittam.' Sed in his omnibus plures dimissi dicuntur, non unus, ut hic. *Duk.* *Misso* præferebat Crevierius, qui eam lectionem in Victor. invenerat. Mihi eadem obvia fuit in Lovel. 3. 6. et Gaertn. Reliqui præferunt *dimisso,* quod primus recepit Aldus. 'Mittere' et 'dimittere' a librariis confundi, videbimus ad c. 60. § 6.

§ 11 *Inde ad Gordiuticos, quos vocant, processum esse*] Qui sint illi populi, fateor me ignorare: nam quod de 'Gordio,' vel 'Juliagordo' authores scribunt, nihil huc pertinere puto. Fortassis autem *Orcaorcos* legendum, quorum Strabo meminit l. XII. p. 568. postquam de Pessinunte dixit. Quidam legunt *Gordiutichos,* quod tolerabilius, quanquam locus obscurus est. *Glar.* Stephanus Γορδίου τεῖχος πόλις Μίδου κτισθεῖσα ἀπὸ τοῦ παιδὸς Γορδίου. Id est, *Gordiutichos urbs Midæ condita a filio Gordio.* Nam pater Gordius Gordium urbem condidit. Quod cum ita sit, ergo ineptissime Glareanus, qui Gordiutichos populos esse arbitratus est, et *Orcaorcos* emendandum esse censuit. ['Immo Glareanus *Gordiutichos* probat, sed *Gordiuticos* negat se intelligere.'] *Sigon.* Lege *quod vocant.* Est enim Γορδιουτεῖχος. *J. F. Gron.* *Cordurthicos* Lov. 6. *Cordenechos* Gaertn. *Chordiuchos* Voss. *Cordiutichos* Harl. et Mead. ambo. *Cordiuticos* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. et edd. principes, pro quo Frob. a. 1531. duabus vocibus *Gordiu tichos* dedit. Præterea *quos vocant* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. antiqq. At Frob. eodem anno *quod* correxit; id autem reliqui servarunt usque ad Gruter. qui iterum *quos* admisit.

Ad Thabas tertiis castris] Idem Strabo in eodem libro XII. 576. *Tabeas* vocare videtur, proximas Peltis. Cum autem Livius subjungit, 'quæ vergit ad Pamphylium mare,' id neutiquam intelligo. *Glar.* De *Tabis* sic Steph. Τάβαι πόλις Λυδίας· οἱ δέ φασι, τὸν Κιβύραν καὶ Μαρσύαν ἀδελφοὺς, τὸν μὲν κτῖσαι Κιβύραν, τὸν δὲ Τάβας. *Sigon.* *Ad Tabasteros castra perventum* Lov. 1. *ad Thabas ternis castris* Lov. 5. et ed. Camp. *ad Thabas tertiis castris* Lov. 2. et quædam ex priscis edd. *ad Thibas tertiis castris* Mead. 1. *ad turbas tertiis c.* Gaertn. Sed Τάβαι memoratur apud Hieroclem in Synecd. ἐν ἐπαρχίᾳ Καρίας p. 689. ubi vide Wesseling. Mox *posita urbs est* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo.

Feroces ad bellum habebat viros] *Ad debellandum* Lov. 1. 5. 6. Hearnii L. 1. et edd. vett. pro quo Aldus *ad bellandum* ex cod. Mog. emendavit, concinentibus ceteris meis. Vide ad Epit. Liv. l. XXXVII. Insuper *habebant* Mead. 1.

§ 12 *Equites, in agmen Romanum eruptione facta, haud modice primo impetu turbavere*] Illud *equites* amphibolon, sitne nominativi casus, an accusativi. *Glarean.* *Equites* rectus est casus. Tabensium autem equites intelligit. Sic paulo post c. 18. 'Apparuere cum magno tumultu hostium equites, nec turbarunt tantum stationes Romanas repente invecti.' Hoc dixi, quia hac de re laborare valde Glareanus videtur. *Sigon.* Malim *Tum quoque equites agmen Rom., eruptione facta.* J. F. Gron. Conjectura hæc necessaria non est, si 'turbare' absolute accipiamus, pro turbas edere. Vide Sciopp. Verisim. II. 11. Apud Plautum ea vox ita sæpe usurpatur. Deinde *in agrum Romanum* Lov. 3. Tum *haud modico primo impetu turbavere* Lovel. 2. 3. 4. 6. et Gaertn. neque aliter Lovel. 1. nisi quod nesciat vocem *impetu.*

Dedere urbem parati] Pal. 1. *dedere*

urbem pacti. Gebh. Eadem lectio est in Lov. 3.

§ 13 *Decem millia medimnum tritici*] Ms. *decem millia modium tritici.* Modius. *Decem millia modium tritici* Pall. uterque. *Gebh.* Similiter Lov. 2. 3. 6. Harl. et Gaertn. Sed vide ad cap. seq. § 14. *DCCC. M. edimnum* Voss. *decem millia edimnum* Lov. 4. et Mead. 1. *decem millia ediminum* Lov. 1. Paullo ante *quinque C. et XX. talenta* Hearnii L. 1. *quingenta et viginti talenta* Lov. 2. Quæ summa argenti major esse videtur, quam ut ab unius urbis Tabarum incolis conferri potuerit. Tota Ætolorum gens pacis caussa tantum quingenta talenta Euboica dare jubetur, ducenta præsentia, trecenta per annos sex pensionibus æquis, supra c. 9.

Cap. xiv. § 1 *Tertio inde die ad Chaum amnem perventum*] Neque *Chaum,* neque *Erizam,* sed neque *Thabusion* facile invenias. 'Indus' quoque hoc loco fluvius, ni fallor, a Plinio 'Ninus' dicitur v. 28. Quod de Chao dicimus, idem postea de Muleo (quod quidam Sylæum vocant) ac Allimne; sed Cibyrensis regionis sunt ad Mæandrum. *Glar.* Vet. ed. *ad Cahum amnem proventum.* Pal. 1. *ad Causamenem perv.* posterior *ad Casuannem.* Gebh. *Tertio deinde die* Mead. 2. *Tertio in die* Voss. *Tertio die* Lov. 6. Dein *ad Casuamenem perventum* Lov. 2. et Mead. 1. *ad Causamenem perventum* Lovel. 3. et Harl. *ad Casuamnem perventum* Lov. 4. et Mead. 2. *ad Casum amnem perventum* Voss. Lov. 2. in marg. et Lov. 6. *ad Casum flumen esse perventum* Gaertn. *ad Cahum amnem proventum* Lov. 5. et ed. Camp. *ad Cahum amnem perventum* ed. Rom. 1472. Alibi Chai amnis mentionem fieri non memini.

Inde profecti Erizam urbem] Ms. *Erilam urbem.* Modius. *Erigum urbem* Lovel. 1. *Crizam urbem* Lov. 3. *Erisam urbem* Lov. 6. et Hearnii L. 1. qui omnes errarunt; nec minus librarius cod. Mog. *Erilam* exhibens: certe Cellar. Geogr. Ant. iii. 4. p. 99. ex actis concilii Quinisexti, et CPolitani iii. profert ἐπίσκοπον πόλεως τῶν Ἐρίζων τῆς Καρίας. Sed Ἔρεξος ἐν ἐπαρχίᾳ Καρίας, memoratur Hierocli in Synecd. p. 689. 'Erezii' recensentur a Plinio v. 30. ubi vide Harduin. in Emendat.

§ 2 *Ad Thabusion castellum*] Habet Pal. 1. *Ad Tabission castellum* admodum vitiose. *Gebh. Tabusion* Lov. 2. 4. 5. Mead. 2. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. *Tabission* Lovel. 3. *Tabision* Harleian. *Tabiision* Mead. 1. *Thabusum* Gaertner. *Bission* Hearnii L. 1.

Indus, ab elephante dejectus] 'Indum' hic pro rectore elephanti dici, quod putat Cuper. Exercit. de Elephant. in Numm. i. 11. non certum quidem, sed tamen non improbabile est. Nam magistros elephantorum a scriptoribus Græcis ac Latinis sæpe vocari 'Indos,' etiamsi natione Indi non essent, ostenderunt Freinsh. in Indice Curtii, et Bochart. Hieroz. part. i. lib. ii. cap. 27. Quod autem Cuperus suspicatur, Indum hunc ab elephante in bellis inter Romanos et Syriæ reges dejectum fuisse, de eo amplius cogitandum est: quia non constat Romanos in bello adversus Antiochum, cum quo solo ex Syriæ regibus priore anno bellum gesserant, in hæc loca venisse. Ex itineribus L. Scipionis in Asia, quæ l. xxxvii. capp. 37. 38. et 45. refert Livius, non apparet illos eousque progressos fuisse. *Duk. Ab elephante* primus Gronov. vulgavit, idque editores eum secuti servarunt. Verum non modo libri antea typis inpressi, sed et manu exarati, quos consului, *ab elephanto:* qua forma Livius semper hac voce usus est. Vide ad xxxi. 36. § 4. 'Indum' fluvium memorat Plinius v. 28. Sed, eum vero nomine 'Calbim' dictum esse, in quem Indus Livii influit, et hinc nominum confusio.

nem apud Plinium natum esse, existimat Cellar. Geog. Ant. III. 3. 59. *Ninus*, pro *Indus*, apud Plinium legebat Herm. Barbarus ex Alexandri Lyciacis, cujus testimonio utitur Steph. Byz. voce Δαίδαλα, isque Glareano inposuit. Verum si hac regione fluvius Ninus fuit, potuit ab Indo diversus esse, et quidem unus sexaginta perennium fluviorum, aut centum et amplius torrentium, quos Indum suum sive Calbim recipere Plinius testatur.

§ 3 *Nec legatio ulla a Moagete, tyranno civitatis ejus*] Moagetem tyrannum Cibyræ extremum fuisse, scribit Strabo XIII. 631. ἡ Κιβύρα ἐτυραννεῖτο ἀεί· ἐπὶ Μοαγέτου δὲ ἡ τυραννὶς τέλος ἔσχε. *Sigon.* Pal. 1. *a Megete tyranno:* alter, et vet. ed. *ab Megeate.* Gebh. *A Meagete* Lov. 2. 4. et Hearnii N. *a Megete* Voss. Lov. 6. Mead. 1. Gaertn. et Hearnii L. 1. similiter Lov. 3. in contextu, in quo *a Meggante* inter versus adscriptum est: *a Megēte* Lov. 1. *ab Megeate* Lov. 5. et edd. vett. pro quo Aldus ex cod. Mog. recte *Moagete* reposuit. Nam Μοαγέτης etiam vocatur apud Polyb. Exc. Leg. num. XXX. qui cum his Livii conferendus. Vox insuper *ulla* exsulat a Voss.

§ 4 *C. Helvium*] Pal. 1. et vet. ed. *C. Manlium.* Pal. alter *C. Mulvium.* Gebh. *C. Nulium* Lov. 6. *C. Mulinum* Voss. *C. Milvium* Harl. et Mead. 1. *Cn. Milvium* Lovel. 2. *C. Mulvium* Lov. 4. et Mead. 2. *C. Mlium* Lov. 1. *C. Manilium* Hearnii L. 1. *C. Munlium* Lov. 3. 5. Gaertn. et edd. principes, pro quo recte Gelenius ad § 6. eique obsecutus Frob. 1535. *C. Helvium* reposuerunt. Nam et Ἑλούϊον eum vocat Polyb. in Exc. Leg. num. XXX. Mox *et CC. consul* Voss. *et CC. equitibus consul* Lovel. 1. et 6. *et CC. militibus consul* Hearnii L. 1. At nihil muto. Solito enim major numerus equitum missus videtur, quod jam ex eruptione Tabensium cap. præc. memorata didicerat Manlius, incolas hujus regionis præsertim equitatu valere.

Huic agmini, jam fines ingredienti, legati obcurrerunt] Pall. et vet. ed. *jam primis ingredientibus occurrerunt.* Amplius Pal. 1. *occurrentibus:* alter *currerunt.* Mox idem prior *nunciantes, tyrannum imperata facere paratum esse.* Gebhard. Lectionem, quæ nunc exstat, Aldus ex cod. Mog. restituit. Antea edebatur *jam primis ingredientibus occurrerunt*, quod retinent Voss. Lovel. 1. 2. 5. Gaertn. et Hearnii L. 1. neque aliter reliqui nostri, nisi quod *occurrentibus* sit in Lov. 3. *currerunt* in Lov. 4. et Mead. utroque, *cucurrerunt* in Harl. *occurrunt* in Lov. 6. Mox *tyrannum imperata facere paratum esse* Lovel. 3. *tyrannum paratum esse imperata facere* Lov. 6.

§ 5 *Et coronam auream quindecim talentum adferebant*] Legi debet, *et in coronam auream quindecim talenta afferebant.* Gelen. Libri omnes *et in corona aurea quindecim talenta afferebant.* Gebh. Vertit hæc Livius ex Polybio, quem videmus Legat. Excerp. XXX. ita prodidisse, προὔτεινε στέφανον ἀπὸ πεντεκαίδεκα ταλάντων. Comparavit ista quoque inter se Ursinus. Sed, quod miror, non advertit longe hæc diversa esse, Polybianis verbis jam factam coronam XV. talentorum explicantibus, Livianis vero tantum auri ad eam faciendam. Quam diversitatem non opinor ab auctoribus ipsis venisse. Et conciliabis egregie, si in Livio reposueris *in corona aurea*, quomodo diserte Thuanæus et quidam editi. Quippe in sequentibus etiam ostendit Livius, coronam ab legatis oblatam fuisse. *Juc. Gron. In corona aurea* etiam duo libri Hearnii habent. Mss. Vossii, quod indicio Oudendorpii ad Front. II. 11. § 5. cognovi, *et coronam auream quindecim talentum adferebant munus.* Si verum est, quod Lips. de Magnit. Rom. II. 9. Casaub. ad Monum. Ancyran. Jac.

Gothofr. ad l. 1. C. Theod. de Auro Coronar. et alii tradunt, et ex Cic. Agrar. I. 4. et in Pison. c. 34. videtur confirmari, non solum coronas aureas, verum etiam pecunias et aurum, quæ ducibus exercituum Romanorum, re bene gesta, a provinciis, et sociis civitatibus, ac regibus dabantur, 'aurum coronarium' dici, scriptura vulgata Livii per se nihil vitii habet, nec ullam aliam ob causam postponenda est lectioni paucorum Mss. et edd. quam quod verba Polybii ex sententia Gronovii omnino de 'corona jam facta' accipienda sunt; quum præsertim Livius paullo post dicat, 'nihil aliud petere, quam ut coronam acciperet.' Non volo de hoc contendere, etsi mihi nondum liquet, 'coronam' in verbis Polybii et Livii necessario intelligendam esse eam, quæ 'jam facta sit,' et in Thes. Ling. Gr. H. Stephani lego esse, qui phrasin Græcam, qua non uno loco utitur Polybius, aliter interpretentur. Illud quidem certum est, *στεφανοῦν* Græcis non tantum esse *coronare*, sed etiam pecuniam aliaque honoris causa dare. Hoc docet Stephanus ex Harpocrat. et Suida, qui voce *Στακτὴ* hæc e Polybio de Gerræis descripsit: Gerræi (*Γερραῖοι*, non *Γεραιοὶ*, ut apud eumdem in *Ἀξιουμένοι* perperam editur, et vertitur *senes*, et *seniores*) Antiochum *ἐστεφάνωσαν πεντακοσίοις ἀργύρου ταλάντοις, χιλίοις δὲ λιβανωτοῦ, καὶ διακοσίοις τῆς λεγομένης στακτῆς*. Sic apud Athenæum XII. 9. Gorgus Alexandrum *στεφανοῖ χρυσοῖς, μυρίαις πανοπλίαις, καὶ τοῖς ἴσοις καταπέλταις, καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις βέλεσιν εἰς τὸν πόλεμον ἱκανοῖς*. Sed et ipsas pecunias, quæ coronæ loco dabantur, *στέφανον* vocat Polyb. Legat. LXXXIII. de Antiocho missis Romam legatis pacto, se CL. talenta daturum, scribens, *πεντήκοντα μὲν στέφανον Ῥωμαίοις· τὰ δὲ λοιπὰ τῶν χρημάτων εἰς δωρεὰν τισὶ τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα πόλεων*. Eoque etiam facit locus Suidæ in *Στεφανικὸν τέλεσμα*. Etsi autem hæc pro vulgata lectione hujus loci probabiliter dici posse puto, (nam *in coronam auream XV. talenta* non minus recte Latine dici potest, quam Græce *πεντήκοντα τάλαντα στέφανον*) tamen nec displicet *in corona aurea*, nec indignam, quæ consideretur, habeo scripturam cod. Voss. quam probat, et collatis aliis locis Livii confirmat Oudendorpius. *Duk.* Si in lectionem Gelenii, quam Frob. 1535. adoptavit, consentirent codd. nostri, vel eam Ms. Mog. fidei innisam constaret, eamdem mutare non anderem, licet Polybius, unde Livius sua vertit, ea aliter protulisset. Nam et alibi Livius, sensum Polybii servasse satis habens, verba pro habitu mutat. Ita in ipso hoc bello dona, quibus Sagallasseni pacem a Cn. Manlio obtinuerunt, memorans Polyb. Exc. Leg. num. XXXII. inter alia inquit, *καὶ λαβὼν πεντήκοντα ταλάντων στέφανον προσεδέξατο τούτους εἰς τὴν φιλίαν*· quod Livius ita cap. seq. reddit, *Pacti quinquaginta talentis pacem impetraverunt.* Nunc aliter sentio; nam et Moguntini nihil ex cod. suo adtulerunt, nullusque meorum lectionem Gelenii firmat, nisi forte unus Lov. 2. unde in excerptis nihil notatur. Edd. principes præferunt *et in corona aurea quindecim talenta adferebant*, quemadmodum Gronov. legendum censuit: neque aliter est, in Lov. 3. 4. 5. Harl. Mead. utroque, et Hearnii L. 1. ac N. *et in corona aurea quindecim talenta adferebant nuncii* Lov. 6. *et coronam auream quindecim talentûm*, vel *talentorum*, *adferebant munus* Voss. et Lovel. 1. Aldus vero eumque secuti proximi editores vulgarunt *et coronam auream quindecim talentum adferebant*, consentiente Gaertn. Utraque lectio, vel hæc posterior, vel illa quæ Gronovio placuit, admitti potest. Ego posteriorem recepi. Vide ad XLV. 25. § 7. Paullo ante *prohiberetque* Harl. *coër-*

ceretque Voss. et Gaertn. Tum vox *agri* deest in Lov. 6.

§ 6 *Manlius, integros a populatione agros servaturum pollicitus*] Lege debet *Helvius integros,* non *Manlius.* Gelen. Eadem hic obcurrit lectionum diversitas, ac supra § 4. nisi quod *Livius* legant Voss. Gaertner. Lov. 1. et 6. a m. pr. Præterea *a populatione integros agros servaturum* Gaertn. *integros servaturum,* mediis omissis, Lov. 1. Voces *integros* et *agros* ignorat Lov. 6. Mox § seq. *bonæ voluntatis ullum erga nos tyrannum habemus* Lov. 3. et Gaertn.

§ 8 *Potestatem tyranno, et copiam loquendi ac purgandi se*] *Tyranno potestatem* Voss. Lovel. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum *ac copiam* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. ante Moguntinos, qui *et copiam* ex membranis suis adoptarunt. Paullo ante *nihil aliud petiere* Lov. 2. 3. 6. et Hearnii L. 1. Insuper voculæ *ut* et *que* desunt in Harl.

§ 9 *Vestitus comitatusque vix . . . . habitum: et oratio*] *Vestitus, comitatus,* sine copula, Voss. et Gaertn. Tum vocula *vix* deest in Lovel. 6. Hinc *ejus oratio* Lov. 2. Mox *submissa, infracta,* neglecta iterum conjunctione, Voss.

§ 10 *Erant autem sub eo, præter Cibyram, Muleum, et quæ Alimne adpellatur*] Archetypa *Syleum* habent, non *Muleum.* Et *Syleum* apud Stephanum legitur. *Gelen.* Stephanus: Σύλειον πόλις Φρυγίας. Τίνες δὲ Παμφυλίας. *Sigon.* Ms. habet, quomodo et ego legerim, *præter Cibyram, et Syleum, et Allimnen, quæ adpellatur.* Modius. Pal. 1. *Erant autem præter Tyberam sub eo Mulleum, et Alimnem quæ appellatur.* Alter *Erant autem sub eo præter Cybera Mulleum et Alimnemque appellatur.* Gebh. Primo ordine inverso *Erant autem præter Cibyram sub eo* Voss. Lov. 1. 3. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. Deinde *Tybera,* pro *Cibyram,* Voss. et Gaertn. *Tyberam* Lov. 3. 6. et Hearnii L. 1. *Cyberia* Lov. 1. *Cybera* Lov. 2. 4. et Mead. 2. *Cybera* Mead. 1. *Cyberam* Harl. *Cybira* Lov. 5. et edd. antiqq. Insuper *Miletum* Harl. *Mileum* Lovel. 2. et Hearnii L. 1. *Milleum* Lov. 1. *Mulleum* Lov. 3. 4. 5. *Muleum* Voss. Lov. 6. Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. Præterea *et Alimnen quæ appellatur* cod. Mog. *et Alimnem quæ appellatur* Voss. Harleian. et Mead. ambo: *et Alumpnem quæ appellatur* Hearnii L. 1. *et Alinem quæ appellatur* Gaertn. *et Alimne quæ appellatur* Lovel. sex, nisi quod tertius *appellantur* præferat. Eumdem harum vocum ordinem præferunt etiam vett. edd. usque ad Frob. qui eas trajecit. Sed legerem *et Syleum, et Alimne quæ adpellatur.* Polyb. Exc. Leg. num. xxx. Ἐκράτει δὲ τῆς Κιβύρας, καὶ Συλείου, καὶ τῆς Ἀλίνδης πόλεως. Ita Ursin. conjecit, quum in Msto unico corrupte invenisset καὶ τῆς ἐντεμένη πόλεως· agnoscit tamen, ex Livio etiam legi posse Ἀλίμνης. Verum quum 'Alimnes' apud neminem, 'Alindes' apud plures mentio obcurrat, posses etiam ex ejus sententia apud Livium legere *et Alinde quæ adpellatur:* sed alio codd. vestigia nos ducunt. Quæ Polybio Σύλειον dicitur, Σύλλιον vocat Arrian. de Exped. Al. M. I. 27. Sed nomen hoc διὰ τῆς εἰ διφθόγγου scribi monuit Steph.

Ut se suosque spoliaret, quinque et viginti talenta se conlecturum] Archetypa *confecturum* habent, non *collecturum.* Gelen. Libri omnes *collecturum* profitentur. Mox Pal. 1. *infidens.* Gebh. Similiter omnes nostri; quod tamen ex glossa natum, et lectionem cod. Mog. *confecturum,* a Gelenio probatam, unice veram esse puto. IV. 60. 'Unde enim eam pecuniam confici posse?' v. 50. 'Quum in publico deesset aurum, ex quo summa pactæ mercedis Gallis confieret.' Similiter 'conficere milites,'

pro colligere, inlustratur ad XXIX. 35. § 10. Præterea *suosque exspoliaret* Voss. Lovel. 3. et Gaertn. Verbum illud 'exspoliare' probæ notæ est, et majorem emphasin habet, quam simplex 'spoliare.' Notat enim ita se suosque spoliare, ut nihil supersit. Aliquoties ea voce usus est Cic. Ita orat. pro Dejot. c. 9. 'Seseque exspoliare maluerit, quam tibi pecuniam non subministrare:' et alibi. Similiter quoque Justin. XXVI. 1. 'Omnibus rebus exspoliatæ in carcerem recluduntur.' Superest etiam in Mss. et Ciceronis, et aliorum scriptorum, ubi vulgo *spoliare* editur. Vide Græv. ad Att. X. 4. et Burm. ad Phædr. II. 2. 1. etiam Torren. ad Val. Max. I. 1. 21. Similiter etiam in Mss. Livii II. 55. § 5. VI. 42. § 5. XXXI. 12. § 5. XXXVII. 44. § 3. XL. 35. § 10. et Epit. Liv. l. XLII. Quum tamen in ipso Livio nondum invenerim, in contextum recipere ausus non sum. Ceterum voces *quinque et viginti talenta se, &c. inpudentia persistas* desunt in Hearnii L. 1. culpa librarii ob earumdem vocum repetitionem. Vide ad X. 11. § 11. Mox τὸ *prope* non adparet in Lov. 6. Tum *infidens* Lov. 3.

§ 11 *Non erubuisse absentem, quum per legatos frustrareris nos, nisi præsens quoque in eadem inpudentia persistas*] Pal. 1. *non erubuisse, absentes cum per legatos frustraretis. Nunc quoque præsens in eadem perstas imp.* Et ita posteriora quoque ostentat vet. ed. Pal. vero post. *non erubuisse, absentes cum per legatos frustrareris; nunc præsens quoque in eadem perstas imp.* Gebhard. *Non erubuisse, absentes* (Harl. *absens*) *cum per legatos frustrareris, nunc præsens quoque* (*quoque præsens* Lov. 3. 5. 6. et edd. vett.) *in eadem perstas inp.* scripti nostri, et typis inpressi, nisi quod *absentem* præferant Lov. 1. 2. 5. et 6. cum ed. Campani. Codex Moguntinus *non erubuisse absentem, quum per legatos frustrareris nos: præsens quoque in eadem imp. persistas;* quod, paucis mutatis, Aldus admisit, edens *frustrareris, nisi præsens*, Froben. vero 1535. *frustrareris nos, nisi præsens;* quod reliqui editores servarunt. Integram tamen vocem, invitis omnibus libris, inmittere pessimi exempli existimo, si alia loco adfecto subcurrendi ratio superest. Vide igitur num potius legendum *frustrareris nos: præsens quoque in eadem inp. perstas*, vel, unica tantum in lectione Moguntina litera mutata, *persistis:* quod recepi. Insuper in præcedentibus τὸ *est* exsulat a Voss. et Lov. 1. ac 6.

§ 12 *Quinque et viginti talenta tyrannidem tuam exhaurient*] Pal. 1. et vetus ed. *exhaurirent*. Gebh. *Exhaurient* primus vulgavit Frob. a. 1535. consentientibus Lov. 2. Harl. Mead. 2. et edd. secutæ usque ad Gronov. id etiam voluisse videtur Mead. 2. cujus librarius *exhaurientur* scripsit, passim obvio in Mss. errore: de quo vide ad XXXIX. 22. § 8. Sed *exhaurirent*, quod Gronov. restituit, erat in primis edd. et reliquis codd. Utrumque et *exhaurient* et *exhaurirent* convenire potest. Mox *numeres* Vossian. et Gaertn. adversantibus ceteris Mss. Insuper *in urbem* Voss. Lov. 3. 5. 6. Mead. 1. Hearnii L. 1. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. *populationem in urbe*, tribus mediis vocibus omissis, Lov. 4.

§ 13 *Conterritus, perstare tamen in pertinaci simulatione*] *Territus* Gaertn. *deterritus* Harl. Tum *perstare tantum* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. Vide ad IX. 12. § 6. Dein præpositionem *in* nesciunt Voss. Lovel. 1. et Gaertn. Male. Vide ad VIII. 33. § 6. et XXII. 16. § 4.

§ 14 *Adjecta decem millia medimnum frumenti*] Obtinent antiquum membranæ in eo quoque, quod passim *modium*, pro *medimnum*, præferunt. *Modius. Modium* legenti cod. Mog. consentiunt Harl. et Gaertn. Sed

vulgatum præfero; cui, ut voci minus notæ, notiorem *modium* librarios substituisse existimo. Pariter in quibusdam codd. erratum est c. 13. § 13. c. 15. § 11. et alibi. Vocem *medimnus* adhibuit in hac historia etiam Polyb. Exc. Legat. num. XXX. Ἔπεισε τὸν Γνάϊον, ρ' τάλαντα καὶ μυρίους μεδίμνους λαβόντα πυρῶν, προσδέξασθαι πρὸς τὴν φιλίαν αὐτόν. 'Medimnus' autem vulgo sex modios continere creditur. Vide viros doctos ad Nepot. in Att. c. 2.

Hæc omnia intra sex dies exacta] De iis loquitur, quæ tyranno imperata erant, eaque ait intra sextum diem persoluta. Moguntinus tamen cusus Livius alio longe sensu legit *Hæc omnia intra dies sex acta*. Modius. Quatuor posteriora vocabula exsulant ab Harl. *Hæc omnia intra sex acta* legunt Voss. Lov. 4. et Mead. ambo. *Hæc intra sex dies acta* Lov. 6. *Hæc omnia intra dies sex acta* Lov. 5. et edd. principes. Lectionem cod. Mog. *intra sex dies exacta* adoptarunt Aldus, et secuti editores usque ad Gruterum, qui *intra sex dies acta* edidit, quod recentiores servarunt. Sed cum Aldo codicem Mog. secutus sum.

Cap. XV. § 1 *A Cibyra per agros Idensium exercitus ductus*] Quidam *Sidensium* emendarunt: sed 'Sida' Pamphyliæ maritimum est oppidum longe ab hoc tractu. Strabo XII. 570. inter Pisidiæ urbes et Sindam nominat, et lib. XIII. ad finem p. 630. rursus ejus meminit; ubi et 'Cibyræ' et 'Cabalensium.' Plinius v. 27. 'Sindam' ait esse in confinibus Galatiæ atque Cappadociæ. 'Calaurem' amnem, 'Carallitenque' paludem haud scio, an usquam legerim. Strabo XII. 568. 'Tattæ' paludis meminit in hoc tractu. At ego nihil definio. *Glarean.* 'Sida' maritimum est Pamphyliæ oppidum, 'Sinda' Pisidiæ mediterraneum, neque a Cibyra valde remotum, auctore Strabone libb. XII. et XIII. Itaque *Sindensium*, non *Sidensium*, legendum. *Sigonius.* *Ydensium* Lovel. 3. et Mead. ambo. *Idensum* Harl. *Idensium* Lov. 4. 5. 6. Gaertn. et edd. vett. *Indensium* Voss. Lov. 1. 2. et Hearnii N. quod verum est, si, sibilo ex fine vocis proximæ in hujus initio repetito, legamus *Sindensium*, ut viri docti docuerunt. Per eos, qui *Sidensium* emendarunt, apud Glareanum intelligendus est Frobenius, ita ex fide cod. Mog. edens a. 1531. Neque in illa scriptura aliud deest, quam nota literæ *n* capiti literæ secundæ *i* adposita. Similiter *Sinda* pro *Sida* emendarunt viri docti XXXV. 13. § 5.

§ 2 *Postero die est præter Caralitin paludem agmen ductum*] Hujus paludis meminit Strabo XII. p. 568. non longe ab Iconio, quod est in Lycaonia, de qua tamen se nihil legisse ait Glareanus. ['Glareanus non dixit, se nihil de ea legisse; sed haud scire, si unquam de ea quid legerit: sæpe legimus, sed non meminimus.'] *Sigonius.* In nomine paludis licet dissentiant codd. inter eos tamen convenit, primam syllabam per *a* scribendam esse: contra apud Strabonem l. laud. in iis quidem edd. quibus usus sum, scribitur Κώραλις, quum Livio vocetur *Caralitis*. Urbs Καραλία hac fere regione memoratur apud Hierocl. in Synecd. p. 682. quæ ab aliis Κάραλλις ἢ Καράλλεια vocatur, ut ad eum locum dòcuit Wesseling. Præterea τὸ *est* primum vidi in ed. Frob. 1535. Priores ejus loco legunt *et*, quod servant omnes scripti mei, et Hearnii L. 1.

Ad Manandrum manserunt] Exemplaria nostra *Mandrupyum* habent, quam *Mandropolin* Stephanus appellare videtur. *Gelen.* *Ad Mæandrum* legendum puto, reclamantibus omnibus exemplaribus: neque enim adhuc ab hoc flumine declinavit Manlius. Quidam pro *Mæandrum* substituerunt *Mandrupyum*, quod ego ne-

scio. *Glarean.* Vet. lib. *Mandropum.* Vereor ne *Mandropolis* sit, de qua Stephanus, Μανδρόπολις Φρυγίας πόλις. *Sigon.* Vet. ed. et Pal. alter *ad Madamprum:* sed Pal. 1. *ad Mandaprum.* Gebh. Illud *Manandrum*, quod tempore Gelenii exstabat, cujusque loco Glareanus *Mæandrum* legendum conjicit, demum adparuit in edd. Asceusii. Priores præferunt *Madamprum*, consentiente Lovel. 5. *Madambrum* Hearnii N. *Mandamprum* Voss. Lov. 1. 4. Mead. ambo, et Gaertn. *Mandanprum* Lov. 6. *Mandaprum* Lov. 3. Hearnii L. 1. et Thuan. apud Gronovium. *Mandrapum* Harl. *Mamdamprum* Lov. 2. *Mordiæum* emendandum existimat Jac. Gronov. Diss. Epist. ad Loc. Livii Geogr. ep. v. p. 40. Semel dicendum, in hoc Manlii itinere plura obcurrere, quæ apud alios scriptores non memorantur; his autem ignotis notiora substituere, anceps videtur inceptum.

Inde progredientibus ad Lagon, proximam urbem, metu incolæ fugerunt] *Lagum* urbem apud neminem invenio. *Glar.* Pall. uterque, et vet. ed. *inde progr. ab Lago, proxima urbe.* Gebh. Forte *progredientes.* J. F. Gronov. *Progredientibus* servant omnes codd. id vero minime mutandum, ad oram Livii sui monuit Jac. Perizon. adscripto loco Livii ex XXXVI. 14. 'Adpropinquante faucibus, super quas siti Thaumaci sunt, deserta urbe, juventus omnis armata silvas et itinera insedit.' Gronovius vero ita conjiciens jungebat *incolæ fugerunt progredientes*, ut 'eos fugerunt majores nostri' c. 17. § 6. ubi vide. Sed codd. auctoritatem sequor. *Ab Lago, proxima urbe* codd. quos vidi, cum Hearnii L. 1. et priscis edd. quod si placet, non cohærent *progredientibus ab Lago*, nondum enim Lagum pervenerant, sed *progredientibus* scil. iis, *incolæ fugerunt ab Lago.* Frobenius demum a. 1535. vulgavit quod nunc exstat. Vox *metu* deest in Lov. 3.

§ 3 *Vacuum hominibus, et refertum rerum omnium copia, oppidum diripuerunt*] Pal. alter *vacuum omnibus oppidum diripuerunt.* Vet. vero ed. et Pal. 1. *vacuum hominibus opp. dir.* Gebh. *Vacuum omnibus* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo, sæpius obvio scribarum lapsu. Vide ad III. 54. § 6. Tum voces *et refertum rerum omnium copia* desunt in omnibus scriptis meis, et edd. antiqq. Primus eas Aldus ex cod. Mog. recepit.

Inde ab Lysis fluminis fonte, postero die ad Cobulatum amnem progressi] *Ab Lyci fluminis fonte* legendum puto, cujus in hoc tractu omnes meminerunt; 'Cobulati' autem, quod equidem sciam, nemo. *Glar.* Cum antea legeretur *Lysis*, atque ita in omnibus Mss. libris legatur, Glareanus tamen emendavit *Lyci:* quam recte, ipse viderit. Ego potius veterem scripturam retinendam censeo. *Sigonius.* Neque ego sane vel fando cuiquam illud auditum nomen *Cobulatum* puto: quare dum curatius membranas excutio, video in illis perscriptum exstare *ad Coriatum amnem.* Modius. Cum apud Polybium in fragm. XXXI. sit, Ἡνίκα Γνάϊος διῄει τὸν Κολοβάτον προσαγορευόμενον ποταμὸν, &c. videndum an apud Livium in eo nomine literarum transpositio facta sit, et *Colobatum* sit scribendum. *Ursinus. Lysis*, vel *Lisis* præferunt omnes scripti, et editi. Licet autem Lycus notus hac regione fluvius sit, tutius tamen videtur, ut vulgatum cum Sigonio tueamur, quam ut cum Glareano, adversantibus omnibus libris, *Lyci* legamus, quum ignobilis torrens vel fluvius sub nomine 'Lysis' indicari potuerit, cujus apud neminem nunc, quam hoc loco apud Livium, mentio obcurrat. Certe pessime sese dedit Ortelius in Thes. Geogr. in voce 'Lysis,' conjiciens hunc fluvium esse illum, qui apud Antig. in Histor. Mirab. vocatur Λούσις. Omnino indicasse videtur locum c. 152. ubi non

ejus nominis fluvium, sed *τὴν ἐν Λούσοις κρήνην* memorat, ac testatur eam *ἔχειν ἐν ἑαυτῇ μῦς, ὁμοίους τοῖς κατοικιδίοις.* Meursius autem ad eum locum docet, intelligi *Λούσους τῆς Ἀρκαδίας.* Pausan. etiam VIII. 18. in Arcadia recenset *χωρίον καλούμενον Λουσούς.* Ceterum non spernenda est lectio, quam Frob. 1531. recepit: *inde ad Lysis fluminis fontem, postero die, &c.* ut sensus sit, exercitum Romanum *inde*, id est ab urbe Lago, primis castris ad Lysis fluminis fontem, alteris ad Cobulatum amnem progressum esse. Eam lectionem secuti editores diu servarunt, nisi quod interim Vascos. et alii usque ad Sigon. ex emendatione Glareani *ad Lyci fluminis fontem* vulgarint. Gruterus tandem principum edd. scripturam *a Lysis fluminis fonte* revocavit; quæ licet displiceat, iterum tamen ejicere non audeo, quod nesciam, utrum Frobeniana ex Msto profecta sit. Insuper *Combulatum* Lov. 4. et Mead. 2. *Coriatum* cod. Mog. Utrum vero apud Livium ex Polyb. scribendum sit *Colobatum*, ut Ursin. existimat, (quem etiam vide ad Polyb. Exc. Legat. num. XXXI.) an contra apud Polybium ex hoc loco Livii *Κοβουλάτον*, non dijudico. Id certius puto, non audiendum esse Nic. Heinsium, qui ad Val. Flacc. v. 103. apud Livium *Crobialum*, vel *Cobialum* scribendum monuit. Nam *Κρωβίαλος πόλις περὶ Παφλαγονίαν* est, auctore Schol. Apoll. Rhod. ad Argon. IV. 944. vel *πολιχνίον πρὸς τῇ Ποντικῇ*, ut testantur Steph. Byz. et Eustath. ad Homeri Catalog. vs. 362. quorum scriptorum testimonia ipse Heinsius laudavit: Paphlagonia autem et Pontus longe a Pisidiæ et Pamphyliæ finibus, sive a locis, in quibus exercitus Manlii esse dicitur, abest. Mecum sentit etiam Dukerus.

§ 4 *Telmesenses eo tempore Isiondensium arcem*] Exemplaria nostra habent *Termesenses*, non *Telmesenses*. Nam 'Telmesus' maritima est, 'Termesus' mediterranea. *Gelen.* Utrumque nomen corruptum existimo. 'Telmissus,' per *l* in prima syllaba, et *i* in secunda, (ut ante diximus) Lyciæ est urbs; 'Termessus' vero, per *r* in prima syllaba, ac *e* in secunda, Pisidiæ. Cum igitur Pisidia supra Pamphyliam, ubi consul Manlius jam piscabatur, ego *Termessenses* legendum puto. Sed pro *Isiodensium* legam ex Plinio V. 27. *Hyriensium.* Glar. Antea legebatur *Thermenses;* a 'Termeso' autem *Termesenses* correxit Glareanus. Ego autem veterem hoc etiam loco scripturam tueor. Id autem ut faciam, pervetustum quoddam decretum, quod Romæ visitur, me impellit, in quo ita est [apud Gruter. p. D.] QVEI. THERMENSES MAIORES. PISIDAE. FVERVNT. QVEIQVE. EORVM. LEGIBVS. THERMENSIVM. MAIORVM. PEISIDARVM. ANTE K. APRIL. FVERVNT. L. GELLIO. CN. LENTVLO. COS. THERMENSES. MAIORES. PEISIDAE. FACTI. SVNT. Est autem 'Termesus' urbs Pisidiæ, Strabone, Stephano, Eustathio auctoribus. *Sigon.* Duo menda in hæc Livii verba irrepserunt: unum quia *Thermenses* in *Thermessenses* mutatum est, cum antiqua ænea tabula [apud Gruter. p. D.] edat *Thermenses*, et V. C. minus corrupte *Telmenses*, ut etiam Polybianum Fragmentum *Τελμησσὸς*, sed male pro *Τερμησσός.* Græci enim nummi habent ΤΕΡΜΗϹϹΕΩΝ. Alterum quia *Isindæ* ex auctoritate Stephani Byzantii, non *Isiondæ* scribendum fuit, licet in Polybii fragmento XXXI. sit *Ἦλθον πρὸς αὐτὸν πρεσβεῖς ἐκ τῆς Ἰσιόνδης προσαγορευομένης πόλεως, δεόμενοι σφίσι βοηθῆσαι.* Quæ scriptura quia constanter apud Polyb. altero etiam loco reperitur, poterit retineri apud Liv. quoque. Nam, quod docti viri reposuerunt, *Hyriensium* plane ineptum est. *Ursin.* Pal. 1. *Elmenses.* Alter et vet. ed. *Telmenses.* Sigonius et post eum Ursinus evice-

runt, legendum *Thermenses*. Gebh. Male Sigonius, antea *Thermenses* editum fuisse, et Glareanum id in *Termesenses* mutasse, existimat. Edd. enim principes constanter *Telmenses* legunt; pro quo *Termesenses* Gelenius emendavit, Froben. autem a. 1535. *Termessenses* edidit; quod Glareanus probavit. Neque emendationi Sigonianæ ullus codd. favet. *Elmenses* est in Lov. 4. *Elemenses* in Voss. et Gaertn. *Elinenses* in Mead. 1. Verum quatuor hi codd. literam initialem *t* in finem vocis præced. rejecerunt, dantes *progressit*. Sed *Elmenses* legunt Lov. 1. et 3. *Elinenses* Harl. et *Hilmenses* Hearnii L. 1. licet servent *progressi*. Denique *progressus est*. *Zelmenses* Lov. 6. *Telinenses* Mead. 2. *Telmenses* Lov. 2. 5. et Hearnii N. Ursinus ad Legat. Polyb. parum referre existimat, utrum hic *Termessenses*, an, ut Sigonius voluit, *Thermenses* legatur; codicum tamen Livii lectionem propius ad *Thermenses* accedere. Quum autem ad XXXVII. 16. § 13. dictum sit 'Telmessum' Cariæ vel Lyciæ, 'Termessum' Pisidiæ vel Pamphyliæ urbem esse, *Termessensium* rectius hic a viris doctis emendatum existimo; apud Polyb. autem ab Ursino Τερμησσεῖς, et Τερμησσῷ. Vide etiam Cellarii Geogr. Ant. III. 4. p. 118. Deinde *Usidonem* Gaertn. *Ysidonem* Hearnii L. 1. *Isidonem* Voss. et Lov. 1. *Isidionem* Lov. 6. *Isiondem* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. *Isiondensium* emendarunt proximi editores; pro quo *Isindensium* legendum esse, existimat Ursin. ad Polyb. Exc. Leg. num. XXXI. Ejus emendationem probat Berkel. ad Steph. Byz. voce Ἴσινδος. Mox *spes nulla esset* Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. 1472. *spes auxilii nulli esset* Lov. 2. Tum *orantem opem* Voss. unde videri posset, dedisse Livium *oratum opem*. Potius tamen existimo, librarium errasse ob caussam quam dedi ad VI. 3. § 8.

§ 5 *Volenti consuli caussa in Pamphyliam divertendi oblata est: adveniens*] Libri omnes *revertendi*. Alio tamen ordine prior Pal. *Volenti consuli in Pamphyliam revertendi oblata est caussa*. Gebh. Eodem ordine Lov. 3. *revertendi* autem omnes scripti mei, et editi usque ad Aldum, *divertendi* adsciscentem ex cod. Mog. quæ lectio probari potest. Vide ad XLIV. 43. § 2. Videri etiam posset legendum *devertendi*. Vide ad I. 51. § 8. Ita præfert ed. Lambini apud Cic. Phil. XIII. 6. 'Nunciant, se Pompeii conveniendi caussa devertisse Massiliam:' ubi nunc *divertisse* editur: vide Ryckium et Jac. Gronov. ad Tacit. Hist. II. 62. et 100. *divertendi* tamen præfero. Tum *veniens* Lov. 3. Paullo ante *in arcem inclusos* codd. nostri, et priscæ edd. quod commode defendi potest. Vide ad c. 59. § 10. quum tamen *in arce*, quod primus Aldus edidit, auctorem habeat cod. Mog. illud mutare nolui. Mox iterum *Isiodenses* Lov. 1. 2. 3. et Voss. *Isidonenses* Lov. 6. *Idisiodenses* Gaertn. *Hysiodenses* Harl.

§ 6 *Termesso pacem dedit, quinquaginta talentis argenti acceptis*] *Thelmesso* Voss. *Thelmessio* Lov. 6. *Helineso* Hearnii L. 1. *Telmenso* ejusdem N. Lov. 5. et edd. principes. *Telemesso* Gaertn. *Telmesso* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. Vide ad § 4. Tum vox *acceptis* deest in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. quorum nonnulli insuper legunt *argenteis*, unus etiam *argetis*. Sed Polyb. in Exc. Leg. num. XXXI. Λαβὼν ν' τάλαντα.

§ 7 *Ad flumen Taurum primo die, postero ad Silenu, quam vocant, comen*] *Xylinen comen* lege, quemadmodum alibi [XXXII. 13.] 'Macram comen,' et paullo superius [hoc lib. c. 12.] 'Hieran comen.' *Gelen*. Videtur Livius hoc loco historiam valde accidisse, tædio, ut puto, tot locorum in longinqua natione, at interim obscu-

ritas in aliis mansit locis. Itinera enim diligenter perscripta locis multum lucis adferunt: quod in Herodoto clarum est, et in C. Cæsare. 'Tauri' fluminis hoc tractu nemo, quod equidem sciam, meminit. *Silenu come* quæ sit, æque ignotum. Quidam *Xylinen comen* emendarunt; quod nescio quam probem. *Glar.* Ms. *ad fluvium Taurum.* Modius. Similiter, ut Modius in cod. Mog. esse monet, etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Mead. ambo: quorum auctoritati cedendum putavi. Sæpius hæ voces a librariis commutantur. Vide ad VIII. 13. § 5. X. 2. § 7. XXX. 25. § 4. XXXIV. 28. § 7. hoc lib. cap. seq. § 15. XXXIX. 30. § 10. et alibi. Deinde *Taurum primo, postero die* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. *Taurum, postero die* Lov. 3. Præterea *Sillenem* Lov. 6. *Silenem* Voss. et Gaertn. *Silemnem* Lov. 2. *Silenen* Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. et Mead. ambo. *Sylenen* quædam principum editionum. *Silenu* dedit Frob. 1531. quasi Ξιλήνου κώμη. Vide ad XLIV. 28. § 7. *Xylinen,* ut Gelenius emendavit, et Frob. 1535. recepit, præfert cod. Mog. Proxime eam lectionem *Silinen* se in Oxonn. L. 1. N. et ed. principe Aleriensi invenisse, testatur Hearnius. Ortelius in Thes. Geogr. *Xylinen comen* esse conjicit, quæ Ξυλίνη vocatur, et Cappadociæ oppidum esse dicitur Ptolem. v. 6. Verum Ptolem. ibi describit tractum Cappadociæ litoralem ad pontum Euxinum, unde nunc longissime aberat Manlius, in Pisidia degens.

Ad Cormasam urbem pervenit. Darsa proxima urbs] *Cormasam* Ptolemæus v. 5. in Pisidia ponit. *Darsam* nemo, quod sciam. *Derba* et *Perga* videntur ab hac piscatione nimis distantes. *Glarean.* *Ad Cormassam* Lov. 2. et Hearnii L. 1. *ad Carmassam* Lov. 3. *ad Cōmasam* Gaertn. *ad Comasa* Voss. *ad Cormasa* Lov. 4. 5. 6. Mead. 2. Hearnii N. et edd. principes; quod recepi. Polyb. Exc. Leg. num. XXXII. Κύρμασα πόλιν λαβὼν ὁ Γνάϊος· ubi Ursin. Κόρμασα ex Ptolem. v. 5. legendum monuit.

§ 8 *Legati ab Lysione*] Lege *Lysinoë,* non *Lysione.* Gelen. *Lexino* Lov. 6. *Lysivo* Gaertn. *Lysince* Harl. et Mead. 1. *Lysino* Voss. et Lov. 1. *Lysione* Lov. 5. Reliqui cum Gelenio *Lysinoë.* Apud Polyb. similiter legendum censuit Ursinus Παρεγένοντο πρέσβεις ἐκ Λυσινόης, quum in Msto invenisset ἐκ Λυηνόης.

§ 9 *Inde in agrum Agalassenum*] *In agrum Sagalassenum* legendum puto, ut etiam quidam emendarunt. 'Sagalassus' enim Pisidiæ urbs, ut testatur Plinius v. 27. et Strabo XII. 569. ait, ab Apamea itinere unius diei distare. Ptolem. in Lycia ponit, longe ab hoc tractu. *Glar.* Stephanus item Σαγάλασσος πόλις Πισιδίας. Contra Ptolemæus in Lycia statuit. Pro Livio est Arrianus I. 29. Ἦν δὲ Σαγάλασσος οὐ μικρὰ πόλις, Πισίδαι δὲ καὶ ταύτην ᾤκουν. *Sigon. Galassenum* Mead. 1. *Agalasenum* Lov. 2. 3. *Agallasenum* Lov. 6. et Gaertn. *Agalassenum* Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. Mead. 2. et edd. princc. quarum quædam *Agalessenum* præferunt. *Agalesenum* Hearnii L. 1. Sed recte jam Froben. 1531. ante Glareanum *Sagalassenum* edidit. Polyb. Exc. Leg. num. XXXII. Ἐνέβαλεν εἰς τὴν τῶν Σαγαλασσέων γῆν. Vide Wesseling. ad Hierocl. Synec. p. 673.

Colunt Pisidæ, longe optimi bello] *Ipsidæ,* vel *Ypsidæ,* transpositis literis, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Deinde ultima vox deest in Mead. 2. Male. Supra XXV. 18. 'Uter bello melior sit, decernamus.' Vide ad IV. 2. § 2. et VII. 9. § 8. Idem autem, quod de incolis Sagalassi hic prædicat Livius, de iisdem testatur etiam Arrian. de Exped. Alex. M. I. 29.

Quum ea res animos facit, tum agri fœcunditas et multitudo hominum] *Tum ea res* Vossian. Lov. 2. 3. 5. Harl. et

edd. ante Aldum, qui *quum* ex cod. Mog. adoptavit. Vide ad VI. 23. § 3. Deinde *fecit* Lov. 6. Tum *agri fertilitas* Harl. quod vel ex proxime præcedenti *uberem fertilemque*, vel ex interpretis glossa natum esse censeri debet. Insuper *multitudo omnium* perperam Voss. et Lov. 1. Vide ad III. 54. § 6. Mox *inter paucas minutas urbes* Harl. et Mead. 1. *intra paucas munitas urbes* Lov. 1.

§ 10 *Quia nulla legatio ad fines præsto fuerat*] Reposuimus e Mss. *finem*. Sic amat Noster. Lib. II. c. 49. 'Qua Tuscus ager Romano adjacet, sua tuta omnia, infesta hostium, vagantes per utrumque finem, fecere.' IV. 58. 'Quibus venientibus ad finem legatio Veientium obviam fuit.' XXXIII. 37. 'Redeuntes inde Ligurum extremo fine incidunt in agmen Romanorum.' *J. F. Gron.* *Fines* in uno tantum Lov. 5. inveni. Hearnii Oxonn. et reliqui mei *finem*, nisi quod proxime verum *fidem* legant Lov. 3. et Gaertn. de quo errore vide ad VIII. 24. § 5. De voce *finis* numero singulari hoc sensu usurpata vide ad IV. 58. § 1. IX. 6. § 10. et XXXV. 27. § 9. Ita XXVII. 40. 'Per extremum finem agri Larinatis ducentem in Sallentinos exercitum.' XLIII. 23. 'Eo die ad finem agri Ætoli castra posita.'

Ut ferri agique res suas viderunt] Pal. 1. *ut ferro agi ignique res suas viderunt*. Gebh. Similiter Lov. 3. *ferro ignique agi* Lov. 6. Sed, codd. hos perperam interpolatos esse, docere possunt quæ notantur ad XXXIII. 13. § 10.

§ 11 *Viginti millibus medimnum tritici, viginti hordei*] Tertium et postremum hic moneo, ubique in membranis *modium*, pro *medimnum*, legi. *Modius*. Cod. Moguntino *modium* legenti concinunt Harl. et Gaertn. Male. Polyb. Exc. Leg. num. XXXII. Καὶ λαβὼν ν' ταλάντων στέφανον, καὶ δισμυρίους κριθῶν μεδίμνους, καὶ δισμυρίους πυρῶν, προσεδέξατο αὐτὸν εἰς τὴν φιλίαν. Vide ad cap. præc. § 14.

§ 12 *Progressus inde ad Rothrinos fontes*] Fortassis legendum *ad Obrimæ fontes*, ex Plinio V. 29. Nam inter cætera flumina in Mæandrum labentia et 'Obrimæ' meminit. *Rothrinos fontes* nemo, quod sciam, memorat. *Glar.* Pal. alter *Prægressus*. Amplius omnes *ad Rhotrinos fontes*. Gebh. *Prægressus* Voss. Lov. 4. et Harl. Vide ad IX. 10. § 7. Deinde *Rotrinos* Lov. 2. et 3. *Rhotrinos* Lov. 1. 4. 5. et Mead. ambo. *Rothrinos* Lov. 6. *Rhocrinos* Harl. *Rothimos* Hearnii L. 1. *Rhotinos* Voss. *Rhetinos* Gaertn.

Vicum, quem Aporidos comen vocant] Principes edd. habere *Adonides*, nec sibi ullam aliam varietatem ex antiquis libris notam esse, nisi quod Voss. præferat *ad pro dios*, scribit Jac. Gronov. in Diss. Epist. ad Livii Loc. Geogr. epist. V. p. 40. Miror neminem ad Livium monuisse, a quo ortum fuerit *Aporidos*. *Acaridos*, quod idem conjicit Gronovius, non placet Wesselingio, qui ad Hieroclis Synecd. p. 669. non contemnendis rationibus disputat, in Livio *Adonidos comen* legendum esse. *Duk.* Quod Gronovius de edd. principibus testatur, eos habere *Adonides*, id Hearnius, emendationem ejus contracte proponens, refert ad Mss. et edd. vett. Quod moneo, ne quis, ab Hearnio deceptus, Mstos etiam *Adonides* præferre credat. Certe ex undecim codd. scriptis, quibus in hac operis Liviani parte usus sum, nullus ita exhibet; sed *Adprodios* legunt Voss. et Gaertn. *Aporides* Lov. 2. et 5. *Aporidios* Lov. 1. *Apridos* Mead. 2. Nescio etiam, quid de eo statuam, quod Gronovius docet, principes edd. legere *Adonides*. Certe ex illis quæ ante a. 1500. prodiere, octo ante oculos habeo, nempe Camp. Rom. 1472. Parm. Mediol. 1480. Tarvis. duas, ac duas Venet. quæ omnes constanter legunt *Aporides*; neque aliter est in reliquis ex-

cusis usque ad Aldum, qui fide integerrimi cod. Mog. substituit *Aporidos:* quo et quorumdam codd. nostrorum vestigia ducere eorum adlatæ lectiones docent. An vero, hac Cynosura relicta, nihilominus *Acaridos* vel *Adonidos comen* legendum sit, aliorum relinquo arbitrio.

§ 13 *Apameam dimisisset, ducibus itinerum ab Seleuco acceptis, profectus eo die*] *Apameæ dimisisset* Lovel. 2. 5. et edd. Rom. 1472. ac Camp. *Apamia* Gaertn. *Apamea* Voss. Lov. 1. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et edd. proximæ usque ad Moguntinos, qui ex cod. suo *Apameam* vulgarunt, quod et in Lov. 3. fuisse videtur. Tum *ducibus iterum* Lovel. 5. et edd. priscæ, nisi quod *ducibus interim* sit in ed. Parm. Aldus deinde *ducibus itinerum*, præeunte cod. Mog. restituit, quod servant ceteri omnes, quos consului, codd. Præterea *profectus est eo die* Gaertn. *profectus eu die* Lovel. 5. et edd. ante Frob. qui anno 1535. *eo die* vulgavit, adsentientibus reliquis scriptis. Certe mox sequitur *postero die*, non *postera*. Vox *profectus* deerat in Harl.

Postero die Dymas Phrygiæ processit] Et quæ præcedit urbs 'Metropolis,' et quæ sequitur 'Synada,' aut potius *Sinnada*, in magna Phrygia a Ptolemæo numerantur. Cæterum *Dymas* haud scio, an uspiam reperias. Didymus mons non longe inde a Ptolemæo locatur. Sed judicet lector. *Glar.* Τὸ *die* deest in Lov. 3. et 6. Deinde *Dymas* vel *Dimas* Lovel. 3. 5. et 6. *Divias* Gaertn. *Dinias* edidit Frob. 1535. et recentiores servarunt. Neque aliter præferunt reliqui codd.

§ 14 *Inde Symada venit*] *Symada* Vossian. et Lov. 1. *Symacla* Gaertn. *Sinada* Lov. 2. et 3. *Synada* Lov. 6. Harl. et Mead. 1. At, nomen hoc duplici *n* scribendum esse, ostendunt monumenta antiqq. quæ laudat Holsten. ad Steph. Byz. in voce Σύνναδα: ostendit et Stephan. ipse, qui refert, urbem hanc ἀπὸ τῆς συναγωγῆς καὶ συνοικήσεως Συνναία προσαγορευθῆναι· μετὰ δὲ ταῦτα παρεφθαρμένως ἀπὸ τῶν πλησιοχώρων Σύνναδα κληθῆναι: ita enim ibi legendum est, non Συναία, ut vulgo edunt. Scriptoribus tamen Græcis recentioribus sæpe Σύναδα male vocatur. Vide Cellar. Geogr. Ant. III. 3. p. 90. De hac urbe plura vide apud Trist. Comment. tom. II. p. 202. Mox *præda jam grave* Lov. 2. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Præterea, *toto die* ex Mss. legendum esse, Gronov. pr. ed. nott. monuit; quod iteratis curis omisit. Nostri etiam nihil mutant.

Ad Beudos, quod vetus adpellant] Quidam libri *Beundos* legunt. Sed Ptolemæus παλαιὸν Βεῦδος vocat. Quanquam in Pisidis nimis ad meridiem hnic itinere, ut Synnada nimis ad septentrionem. *Glar.* *Beudos* legendum. Ptolemæus enim V. 5. Βεῦδος παλαιὸν vocat. *Sigonius.* Ms. *ad Eubodos.* Modius. *Abeundosque vetus* Voss. *Abeundos quod vetus* Lov. 1. 4. Mead. 2. et Gaertn. *ad Benudos, quos vetus* Lovel. 6. *ad Beüdis quod vetus* Mead. 1. *ad Beundus quod vetus* Harl. *ad Beundos quod vetus* Lov. 2. 3. 5. et edd. antiqq. *ad Beudos quod vetus*, ut Glareanus voluit, Vascos. recepit.

§ 15 *Ad Antibura inde*] Lege *Anabura*, non *Antibura*. Gelen. *Antibura* nusquam, quod sciam, legitur. *Anaburu* apud Strabonem lib. XII. inter Pisidarum civitates numeratur ex Artemidoro. *Glar.* Ms. *ad Anabura*, non *ad Anaburam*. Modius. *Ad Tibura* Lov. 4. *ad Antibura* Voss. Lov. 2. 5. Harl. Mead. 1. et edd. priscæ: *ad Antybura* Gaertn. *ab Antibura* Lov. 6. *ad Antibira* Mead. 2. *ad Antiburam* Lov. 1. 3. et Hearnii L. 1. *ad Anabura*, quod Frob. 1535. ex emendatione Gelenii recepit, nititur fide cod. Moguntini. Quum postea Paris. 1573. *ad Anaburam* edidissent, inde Modio occasio data est lectorem docendi, quæ cod. Mog. scriptura fuerit. Ipse tamen ut et Gruterus errorem ed.

Paris. servarunt.

Ad Alexandri fontes] Puto corruptum, legendumque *ad Mæandri fontes*. *Abassum* autem, quod sequitur, oppidum non puto facile reperiri. *Glar.* Vet. lib. *ad Alexandri*. Glareanus *ad Mæandri* restituit. Ego *ad Alandri*. Non enim vidit Glareanus, si *ad Mæandri fontes* consul iret, eum regressurum, non progressurum fuisse. Jam autem finibus Tolistoboiorum vicinus erat, inter quos paulo post meminit Livius fluminis 'Alandri.' *Sigon.* Ms. *ad Brassium posuit castra.* Modius. *Ad Alexandri* omnes codd. nostri, et edd. vett. *ad Mæandri* ex Glareani sententia edidit Vascos. pro quo *ad Alandri* Sigonius reposuit; quod ex eo tempore ab omnibus receptum est. Doujatius tamen principi juventutis Francicæ persuadere voluit, 'vulgo' ante Glareanum lectum fuisse *ad Mandri fontes*, inde vero Glareanum fecisse *ad Mæandri fontes*. Sed homini incauto inposuit error, quem in edd. Gruterianis commiserunt operæ notas Sigonii excudentes. Crevierius etiam olim *Mandri* editum fuisse monuit. Sed non nisi in capite Scholii Sigoniani typographi Gruteri ad hæc verba dederunt *ad Mandri*, pro *ad Mæandri*. Deinde *ad Babasum* Lov. 1. *ad Babasium* Vossian. *ad Adbasium* Gaertn. *ad Abbasium* Lovel. 4. Harl. et Mead. ambo: *ad Abbasum* Lov. 3. 5. *ad Abassium* Lov. 2. *ad Alcasum* Lov. 6. et Hearnii L. 1.

Quia perventum erat ad Tolistobogiorum fines] Galatas in Asia tres in populos divisos, omnes fere consentiunt. Atqui operæ pretium est videre, quam differentibus nominibus varient. 'Tolistobogi' et 'Tolistobogii' reperias et in Græcis, et in Latinis. Quidam etiam, sed corrupte, per *o* in secunda syllaba. Codd. quidam Ptolemæi corruptius *Tolibosti* legunt. *Tectosages* Plinius ac Strabo, si codd. non fallunt, per *g*, et in tertia declinatione ponunt, ut C. Cæsar lib. VI. Comment. Ptolemæus per *c*, et in prima. Livius, nisi et ejus codd. errare quis dicat, in secunda: omnes tamen pluraliter. Eodem modo *Trogmi* Plinius per *g*, Ptolemæus per *c*, Τρῶκμοι, uterque disyllabon. In Strabonis codd. vero *Trogini* per *g* trisyllabon, et in multis Livii codd. *Trocini* per *c* etiam trisyllabon reperias, errore, ut puto, librariorum. In Græcis Τεκτοσάγες et Τεκτοσάκας βαρύτονον, καὶ Τεκτόσαγες παροξύτονον passim invenias. Is error unde in codd. veniat, non est difficile conjectu. Idem differentiæ accidit in oppidis illorum. Nam quod Plinius ac Strabo *Tavium* Trocmorum oppidum, per quintam vocalem, sed consonantem factam *u* vocant, in aliis per *n* *Tanium* legas; et quod Strabo Πεσσινοῦς, οὔντος, alii Πισινοῦς corruperunt. Itaque de his omnibus cavere difficile est. *Glar.* Vet. lib. *Tolistobojorum*. Recte. Sic Stephanus: Τολιστόβοιοι ἔθνος Γαλατῶν Ἑσπερίων μετοικησάντων ἐκ τῆς Κελτογαλατίας εἰς Βιθυνίαν. Item Appianus in Syriac. 107. Γαλατῶν τ' ἔθνη, Τεκτοσάγαι τε καὶ Τρόκμοι καὶ Τολιστόβοιοι. Iidem tamen *Tolistobogii* etiam dicti sunt. *Sigonius.* Pall. *Tolostobojorum*. Vet. ed. *Tolobostogrum*. Gebhardus. *Thobosteborum* Voss. *Theobosteborum* Gaertn. *Theostehogiorum* Lovel. 6. *Tobostagiorum* Hearnii L. 1. *Tobostobojorum* Mead. 2. *Tobostobosiorum* Lov. 4. *Tolobostogrum* Lov. 5. et ed. Camp. *Tolostobogiorum* Lov. 1. et 2. *Tolostobojorum* Lovel. 3. Harl. et Mead. 1. Vide ad Epit. l. XXXVIII.

Cap. XVI. § 1 *Galli, magna hominum vis*] Ms. *Hi Gulli, mugna hominum vis.* Modius. *Hi Galli, magna* Ms. Modii: nostræ edd. destituebantur illo *Hi.* Gruter. Libri omnes destituuntur τῷ *Hi.* Amplius Pal. 1. *Galli hominum vi magna.* Gebhard. Voculam *Hi*, quam se Moguntini in cod. suo invenisse testati sunt, primus Gruterus recepit, et secuti editores servarunt. Eamdem ignorant non modo

omnes priores edd. sed et Mss. quibus usus sum, et Hearnii L. 1. Et recte. Hoc enim cap. Livius non solorum Tolistoboiorum, quorum verbis proximis meminerat, et ad quos illud *Hi* referendum foret, originem narrat; sed et reliquorum, qui in Asiam transierunt, Gallorum, nempe Trocmorum et Tectosagorum. Hinc prouomen iterum induxi. Deinde *hominum vis magna* Gaertn. *hominum vi magna* Lov. 1. 3. 6. et Voss. Id si placet, *pervenerunt magna vi hominum* dictum erit, pro cum magna vi hominum. Vide ad I. 14. § 7. Sed præfero vulgatum, et *Galli, magna vis hominum* dictum accipio per adpositionem. Ea autem figura apud Livium frequentissime obcurrit. Vide ad XXV. 34. § 10. et XL. 36. § 8.

Per quas ituri essent] Omnes libri *per quam ituri essent*. Gebh. *Per quas* primus edidit Frob. 1535. quod reliqui servarunt usque ad Jac. Gronov. qui veterem lectionem *per quam* revocavit. Et ita omnes scripti nostri, et Hearnii L. 1. *Brennone* Lov. 5. hic et mox § seq. consentientibus edd. antiqq. Pro eo Frob. 1535. *Brenno* dedit, quod est ex Msto Mog. et reliquis nostris. Eadem forma id ducis Gallici nomen apud Justin. et alios obcurrere, notum est.

§ 2 *Cum Lomnorio ac Lutario regulis*] Strabo XII. 566. *Leonorium* vocat. *Lutarium* etiam nomen esse Gallicum Cæsar lib. VII. c. 5. et seqq. satis indicat, quanquam in codd. Cæsaris *Luctarium* legas. *Glar.* Suidas eandem historiam recitat in voce Γαλᾶται· Οἱ δὲ ἐπὶ Θράκην καὶ τὴν Ἀσίαν ἐτράποντο, ἀμφὶ τὰς δύο μάλιστά που καὶ αὐτοὶ μυριάδας ὄντες· καὶ κρατήσαντες τῷ πολέμῳ πάντων μικροῦ τοῦ ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου Ἀσιανῶν γενῶν, τοὺς μὲν ἄλλους ὑποτελεῖς ἐποιήσαντο φόρου, αὐτοὶ δὲ τὰ περὶ τὸν Ἅλυν ποταμὸν χωρία κατασχόντες ἐνέμοντο τὰ μεταξὺ Βιθυνῶν τε καὶ Καππαδοκῶν κείμενα. Pro *Lomnorio*, vet. lib. *Lonorio*. Strabo *Leonorio*, quo pacto legendum esse puto. Ejus hæc verba sunt, ubi de Asiaticis Gallis loquitur XII. 566. Ἀρχηγὸς δὲ μάλιστα δοκεῖ τῆς περαιώσεως τῆς εἰς τὴν Ἀσίαν γενέσθαι Λεονόριος. *Sigonius.* Pal. 1. *Lonorio.* Alter *cum Linorio ac Litterano.* Sigonius ex Strabone verum præstat *Leonorio.* Gebh. Hoc *Lenorio* nuper natum. Scripti et olim editi *Lomnorio.* Sigonianus *Lonorio.* Straboni Λεονόριος est: Memnoni apud Photium p. 374. Λεωννόριος. Eidem alter Λουτούρια. Idem vocabulum Cæsari *Luterius*, Agathiæ lib. I. pag. 12. Λωθάριος et Λεύθαρις. Utrumque nomen est Germanis etiam nunc in usu, *Leonhartus* et *Lotarius*, vel *Luderus.* J. F. Gronov. *Louorio* Lovel. 4. Harl. et Mead. ambo. *Lothorio* Lov. 6. *Lonnorio* Lov. 5. *Lonorio* Lov. 2. et 3. *Locorio* Voss. et Lov. 1. *Loncorio* Gaertn. *Locnorio* et infra *Lonnorius* Hearnii N. *Lenorio*, pro quo Gronov. *Leonorio* revocavit, in sola ed. Heinsii Elzevir. exstitit. Monet autem Hearnius, hunc in Strab. Chrestom. sive Excerpt. *Leonetem*, apud Polyb. *Comonorium* vocari. Verum in Exc. Strab. p. 161. ed. Oxon. præfert Λέοντός τινος ἡγουμένου αὐτῶν· apud Polyb. IV. 46. vulgo dicitur Κομοντόριος: an autem idem sit, qui hic memoretur, ideo dubito, quia Polybio narratur rex fuisse Galatarum, qui non transierunt in Asiam, sed in Thracia subsistens regni sui sedem Thulæ instituisse; quum Livius Leonorium, adjuvante Nicomede Bithyniæ rege, in Asiam trajecisse mox narraturus sit. Deinde *Lucario* Hearnii L. 1. *Luchario* Lov. 1. *Luctario* Harl. *Luterario* Mead. 2. *Litterario* Lov. 4.

In Thraciam iter averterunt] *In Threciam* Mead. 1. Vide ad XXXVII. 33. § 3. *In Thracia* Lov. 5. Harl. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Dein *advertunt* Voss. *avertunt* cod. Mog. Lovel. 1. 2. 4. 5. 6. Hearnii L. 1. et edd. principes, pro quo Aldus *averte-*

vnnt primus vulgavit. Vide ad x. 12. § 4. et mox § 4.

§ 3 *Vectigalem habendo, regionis ejus urbes*] *Vectigalis*, vel *vectigules hubendo regionis ejus urbes* Lov. 2. 3. Harl. et Mead. ambo: *vectigales habendo regiones ejus urbis* Gaertn. *vectigales habendo regiones ejus urbes* Voss.

§ 4 *Cupido inde eos in Asiam transeundi*] Τὸ *eos* deest in Lovel. 1. 3. 6. et Voss. Mox *ubertas ejus terræ* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harleian. et Mead. ambo. Tum *descenduut* Lov. 6. Vide ad § 2.

§ 5 *Exiguo divisis freto cernentibus Asiam*] Sallust. Jug. c. 18. 'Freto divisi ab Hispania.' Virg. Ecl. I. 67. 'Et penitus toto divisos orbe Britannos.' Præferrem tamen, si qui libri faverent, *divisam;* non solum quia non valde concinnum videtur, *divisis cernentibus*, sed etiam, quia veteres sæpius hoc, quam illo modo loquuntur. Mela II. 7. 'Duæ grandes fretoque divisæ' insulæ. Vell. I. 2. 'Insulam perexiguo a continenti divisam freto.' Florus III. 10. 'Quamvis toto orbe divisa, tamen, qui vinceret, habuit Britannia.' Livius XXV. 11. Arx 'ab urbe muro tantum ac fossa divisa.' Et activa forma Cic. Tusc. I. 20. 'Europamque Asiamque rapax ubi dividit unda.' Curtius IV. 2. § 7. 'Urbem a continenti quatuor stadiorum fretum dividit.' *Duk. Divisi freto cernentes Asiam* Lov. 1. *divisam freto cernentibus Asiam* Lov. 6. quam lectionem Crevierius etiam in Victor. suo inventam contextui inseruit. Eum autem sequi, accedente Dukeri testimonio, non dubitavi. Liv. XXXII. 18. 'Ex adverso Peloponnesum, exiguo maris spatio divisam, habebant.' Mox τὸ *oræ* deest in Lov. 5. et edd. antiqq. quod Moguntini ex membranis suis addiderunt, concinentibus reliquis Mss. nostris.

Alia rursus nova inter regulos orta seditio est] Pall. uterque *inter regulos seditio orta*. Gebh. Lectio hæc primum adparuit in ed. Aldina. Priores legunt *seditio orta*, omisso τῷ *est*. Neque aliter Voss. et plerique scripti nostri cum Hearnii L. 1.

§ 6 *His, alios utque alios dies noctesque transvehendo*] Primæ voci perperam deest adspiratio in Voss. et Lov. 1. frequenti scribarum lapsu. Vide ad II. 14. § 9. VI. 1. § 8. IX. 40. § 13. XXXV. 10. § 9. pluribusque aliis locis. De vocibus aliis, quæ adspiratione perperam addita ac detracta confunduntur, vide ad XXXV. 26. § 7. Tum *travehendo* Voss. Vide ad XXIV. 21. § 7. *Trajiciendo* Gaertn. Hinc *dies noctemque* Lov. 4. et Mead. 2.

§ 7 *A Byzantio transmisit*] Thuan. *tramisit*. Jac. Gron. Similiter Lov. 4. Vide ad XXVIII. 5. § 18.

§ 8 *Et auxilia Nicomedi dant*] Lib. III. cap. 23. 'Similitudo ipsa periculi reposcere datum auxilium videbatur.' Justin. XXXVIII. 5. 'Quam patri suo præmium dati adversus Aristonicum auxilii concesserant:' ubi nihil muto cum viro celeberr. qui legendum censebat *lati*. Duk.

Adversus Zybœam] Moguntinæ membranæ faciunt *Zibœtam*. Optime. Idem enim Memnoni apud Phot. Bibl. p. 373. Ζιποίτης Βιθυνὸς, ὃς τῆς Θυνιακῆς ἐπῆρχεν Θρᾴκης. Diodoro Ζιβύτης, ut Ῥοιμετάλκης, Ῥυμετάλκης. J.F. Gronov. *Cibœam* Lov. 1. et 2. *Cybœam* Harl. *Eubœam* Hearnii L. 1. *Zybocam* Lov. 6. *Zyboam* Lov. 3. *Zybœtam* Mogunt. codex. Vide quæ notarunt Scalig. ad Hieronymi Chron. p. 78. et viri docti ad Pompeii Trogi Prologos lib. XXVII.

§ 9 *Bithyniaque omnis in deditionem Nicomedis concessit*] Ms. *in ditionem Nicomedis concessit:* probe. *Modius.* Libri omnes *in ditionem Nicomedis decessit*. Gebh. *In deditionem* tantum inveni in edd. Paris. 1573. et proxima Francof. 1578. Reliquæ priores et recentiores *in ditionem* præferunt; neque aliter est in Mss. uno excepto Gaertn. qui *in dedictionem* male exhi-

bet. Præterea *concessit* exsulat a Voss. sed *decessit* legunt reliqui scripti nostri, Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui *concessit* ex cod. Mog. adscivit. Supra XXIX. 29. 'Gens Massylorum omnis in ditionem imperiumque Mazetuli concesssit.' XXX. 7. 'Voluntate concesserant in ditionem.' XXXVI. 14. 'Athamania omnis in jus ditionemque Philippi concessit.' Vide Cortium ad Sall. Jug. c. 18. § 12. Alteram locutionem 'in deditionem concedere' illustramus ad XXXIX. 2. § 4. Paullo ante vocem *maxime* ignorant Lov. 5. et edd. ante Aldum, qui eam ex cod. Mog. adoptavit; cui concinunt reliqui Mss. nostri.

Non plus ex viginti millibus hominum, quam decem armata erant] Ms. paulo aliter, *non plus ex vig. mill., quam decem hominum millia armata erant*. Modius. Si Moguntinis credimus, in cod. suo potius invenerunt *non plus ex vig. mill. hominum, quam decem millia hominum armata erant*. Verum inconcinna *τῶν millia hominum* repetitio indicio est, codicem illum hic interpolatum, easque voces ex margine, cui ab interprete adscriptæ erant, perperam in contextum irrepsisse. Livium vocem *millia*, quæ, ut sensus integer foret, repetenda erat, semel omisisse, ubi nulla inde ambiguitas oriri potest, vidimus ad XXXI. 34. § 7. Ceterum perperam *non plus viginti millibus hominum, et quam decem armati erant* Lov. 1. *armati erant* etiam Gaertn. Mox § seq. *tantum terrorem* Lov. 3. et 6. Sed vide ad XXXIV. 27. § 1.

§ 11 *Tolistoboii, Trocmi, Tectosagi*] Apud Græcos hi populi modo *Tectosagæ*, modo *Tectosages* vocantur, ut apud Appianum et Strabonem. Item Stephan. ait voce Τεκτόσαξ· Τεκτόσαγες ἔθνος Γαλατικόν· εὕρεται Τεκτοσάγης εὐθεῖα, καὶ Τεκτοσάγας. In vet. lib. etiam non *Tectosagi* legitur, sed *Tectosages*. Sigon. Pal. 1. *Tolostoboi, Trecini, Thectosagii:* alter *Tolostobogii, Troncini, Tectosagi*. Vetus ed. *Tholobostogi, Trocini, Tectosagi*. Gebhard. *Stolostobogii, Stolostoboji, Tolostobogii* vel *Tolobostogi* codd. et edd. vett. Vide ad cap. præc. § 15. Tum *Trocini, Trogini, Trongini, Trecini, Trecnii;* et deinde *Tectosagi, Tectosagii, Tectosani, Tectosages*, et *Tetrosāi* scripti, et excusi. Vide ad Epit. hujus libri.

§ 13 *Sedem autem ipsi circa Halyn flumen ceperunt*] Libri omnes *Sedem autem ipsi sibi*. Amplius prior *citra Halim fluvium*. Gebh. Thuan. *Sedem autem ipsi sibi circa*. Jac. Gron. Τὸ *sibi* superest in omnibus codd. nostris, Hearnii L. 1. et edd. ante Modium, qui primus perperam omisit. Loco itaque reposui. Tum *citra Halim fluvium* Lov. 3. Vide ad cap. 15. § 7. *Circa Halim* Harl. *circa Alim* Gaertn. *circa Allim* Lov. 6. Vide ad c. 25. § 7. Mox *Multitudine et magna sobole aucta* Harl. Vide ad XXII. 47. § 9. *Etiam multitudine* Lov. 6.

§ 14 *Primus regum Asiam incolentium abnuit*] In Ms. non est *regum*, ut non de regibus solum intelligatur, sed de dynastis quoque ac liberis civitatibus. *Gelen.* Vet. ed. *Primus regum Asiam incolentium*. Pal. vero prior, *dare abnuit*. Gebh. *Primus regum Asiam incolentium* Voss. Lov. 1. 5. 6. et Gaertn. Sed vocem *regum*, quam Gelenius expunxit, ignorant ceteri Mss. Tum *stipendium abnuit* Vossian. et Gaertn. *dare abnuit* Lov. 3. *stipendium dare abnuit* Lov. 6. Sed tres voces *regum, stipendium*, et *dare* ex proximo versu repetitæ sunt.

Audacique incepto, præter omnium opinionem, adfuit fortuna, et signis conlatis] Ms. *affuit fortuna, unde et signis collatis superior fuit:* placet sane. *Modius. Audacique cœpto* Gaertn. Tum *omnium* deest in Lov. 2. et Harleian. *præter opinionem omnium* legunt Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, et edd. ante Aldum. Vestigia autem lectio-

nis *unde et signis collatis*, quam Moguntini in cod. suo invenerunt, exstant etiam in Harl. quæ præfert *fortunam et signis*. Una enim serie olim per compendium scriptum fuisse videtur *fortunaunetsignis;* ex quo indoctior librarius lectionem, quæ hodie in illo cod. visitur, perperam confecit.

Non tamen ita infregit animos eorum] Pal. 1. *non tamen ita refregit*. Gebh. Similiter in contextu Lovel. 3. Ita v. 37. ' Vim suam ingruentem refringi non vult.' Contra *non tamen fregit* Lov. 6. *non tamen ita infregit* reliqui codd. quibus adsensus nihil mutandum arbitror. Supra VIII. 39. ' Prœlium Samnitium res ita infregit.' XLV. 8. ' Vir erit, cujus animum nec prospera ' fortuna ' flatu suo efferet, nec adversa infringet.' Similiter ' infractus ' est fractus II. 59. ' Quibus nihil infractus ferox Appii animus.' VII. 31. ' Adeo infractos gereret animos, ut se ipse suaque omnia potestatis alienæ faceret.' XXXVIII. 14. ' Oratio fuit submissa et infracta.'

Ut absisterent imperio] Ms. *ut abstinerent imperio*: frequensque est apud auctores horum verborum inter se commutatio. *Modius*. Similiter Lov. 5. 6. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. eamdemque lectionem Lov. 3. inter versus adscriptam ostentat. Similiter Justin. I. 1. ' Contentique victoria imperio abstinebant.' Potius tamen vulgatum præfero. Verbum enim ' absistere ' Livio eo sensu frequens est. Vide ad XXIV. 20. § 15. Solent autem librarii ' absistere ' et ' abstinere ' confundere. Vide quæ notantur ad XXXI. 17. § 10.

§ 15 *Eisdem opes usque ad bellum Antiochi cum Romanis*] Libri omnes *Eædem opes*. Gebhardus. Scribe cum membranis Barber. *Eædem opes*. Illud elegantius intelligitur. Justinus de Parthis XLI. 2. ' Vestis olim sui moris, posteaquam accessere opes, ut Medis pellucida ac fluida.' *J. F. Gron. Eorundem opes usque ad* Lov. 2. *Ejusdem eolides usque ad* Gaertn. *Edē ephesusque ad* Mead. 1. *Edēophes usque ad* Mead. 2. *Demophesusque ad* Harleian. *Ejusdem opes usque ad* edd. Rom. 1472. et Parm. *Eædemque opes usque ad* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Hearnii L. 1. N. et ed. Camp. Tum voces *cum Romanis* desunt in Hearnii L. 1.

CAP. XVII. § 1 *Cum hoc hoste, tam terribili*] Ms. *Cum hoc jam hoste tam terribili*. Modius. *Hoc cum hoste* Voss. Lov. 1. 3. et Gaertn. Sed non displicet lectio cod. Mog. a Modio prolata. Solet enim eleganter τὸ *jam* transitioni et connectendæ orationi inservire. Vide ad V. 51. § 6. et IX. 17. § 5. Mox *in hunc maxime modum* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Tum *est adlocutus* Lov. 3.

§ 3 *Promissæ et rutilatæ comæ*] Pal. 1. *propensæ et rutilantes comæ*. Gebh. *Propensæ* etiam Lov. 3. *prolixæ* Voss. et Gaertn. Sed præstat vulgatum, quod inlustravi ad V. 41. § 9. Vide etiam Gebhard. ad XXVII. 34. § 5. Solent autem alibi sæpe ' promissus ' et ' prolixus ' confundi. Vide ad l. XXVIII. c. 35. § 6. Deinde *rutilantes comæ* Lov. 3. et Gaertn. Sed neque hoc placet. Tacit. Hist. IV. 61. ' Propexum rutilatumque crinem patrata demum cæde legionum deposuit.' Gallos autem capillum sapone rutilasse, auctor est Plinius Hist. Nat. XXVIII. 12. quamvis ' rutilare ' de capillis idem esse, quod crispare, testetur Gronov. ad Senec. Herc. Fur. 948. Mox *plongi gladii*, id est *perlongi*, Lov. 2. Male. Vide ad XXXI. 39. § 10.

§ 4 *Ad hoc cantus ineuntium prœlium*] Vetus cusus *ad hoc inchoantium prœlium cantus*. Modius. Pall. *cantus inchoantium prœlium*. Vet. ed. *ad hæc inchoantium prœlium cantus*. Gebhard. *Ad hoc inchoantium prœlium cantus* edd. vett. pro quo Aldus substituit *ad hæc cantus ineuntium prœlium*. Et quidem *ineuntium* adoptavit ex cod. Mog. cui consentit Hearnii L. 1. Ejus loco

Gronov. *inchoantium* revocavit, in pr. ed. nott. præfatus, ita esse in Mss. Similiter etiam præferunt omnes nostri. Caussam tamen non video, cur a Mog. discederem. Supra XXVIII. 6. 'Nec fuga effuse petita, nec pertinaciter prœlio inito:' ubi vide Gebhard. XLIV. 34. 'Aut victoria egregia, aut morte memorabili inituros bellum.' *Ad hæc* etiam Lov. 2. 3. 6. et Gaertn. Sed Frob. iterum *ad hoc* 1535. restituit. Vide ad XXI. 52. § 10.

In patrium quemdam morem horrendus armorum crepitus] Ita primus Aldus edidit. At scire velim, unde vocem *morem* hauserit; certe non ex cod. Mog. cujus lectiones adoptare solitus est: Moguntini enim, qui cod. illum excusserunt, nullam ad hæc verba lectionis varietatem notarunt. Forte igitur alium cod. secutus est, cujus scripturæ firmandæ inservire possent, partim quæ notantur ad X. 26. § 11. partim quod librarii voces *morem* et *modum* inter se confundere soliti sunt, ut vidimus ad XXVII. 4. § 13. Potius tamen priscam lectionem *in patrium quemdam modum* prætuli, quum pro ea stent Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. Ita mox hoc cap. 'Pecorum in modum consternatos cædunt.' XXVII. 4. 'Lascivientium piscium modo exsultasse:' ubi alia vide: et c. 48. 'Advenit Livius peditum omnibus copiis, non itineris modo, sed, ad conserendum extemplo prœlium, instructis armatisque.' Deinde *armorum strepitus*, pro *crepitus*, Lov. 3. et Hearuii L. 1. Alibi sæpe hæc vocabula commutantur. Vide ad V. 47. § 4. XXXIX. 15. § 9. et Broukhus. ad Prop. IV. 7. 21. Adde Burm. ad Val. Flacc. VI. 28. Hic tamen, reliquis codd. adsensus, nihil muto. Supra XXV. 6. 'Clamorem pugnantium crepitumque armorum exaudimus.' Senec. de Ira II. 2. 'Equos castrenses erigit crepitus armorum.' Similiter arma dicuntur 'increpare' I. 25. 'Ut primo statim concursu increpuere arma:' 'concrepare' VI. 24. 'Simul primo concursu concrepuere arma.' XXIV. 44. 'In Jovis Vicilini templo arma concrepuisse.' XXVIII. 8. 'Ubi hostium arma concrepuissent.' c. 29. 'Gladiis ad scuta concrepuit.' Similiter 'crepitus æris' XXVI. 5. 'Tantum cum æris crepitu edidit clamorem.' XLIII. 10. 'Ululantium mulierum cum crepitu undique æris.' Vide Broukhus. ad Tibulli II. 5. 73. et, qui eum laudarunt, Oudend. ad Jul. Obseq. de Prodig. cap. 104. et Burmann. ad Petron. Sat. c. 122. et ad Nas. Met. XV. 784. ubi etiam videuda quæ notantur de more militum ante prœlium arma gladio vel hasta concutientium; qui hic Gallis ut proprius adscribitur, et provocatori Gallo etiam adtribuitur VII. 26.

Romanis, Gallici tumultus adsuetis, etiam vanitates notæ sunt] Doujatius, præfatus vocabulum 'adsuetus' cum dandi et auferendi casu, aut cum accusativo et præpositione *ad* vel *in* legi, cum genitivo vero alibi non facile reperiri, existimat *adsuetis* hic absolute poni, et illa *Gallici tumultus* referenda ad *vanitates;* ut Livius velit, Gallici tumultus vanitates Romanis jam adsuetis notas esse. Verum, præterquam quod inordinata hæc verborum confusio merito omnibus displicere possit, quemadmodum hic 'adsuetus,' ita etiam 'insuetus' cum genitivo jungitur VI. 34. 'Quum ad id, moris ejus insueta, expavisset minor Fabia.' Pariter 'insolitus' X. 28. 'Insolitos ejus tumultus Romanorum conterruit equos.' Etiam 'inconsuetus' apud Silium XI. 282. 'stupet inconsuetus opimæ Sidonius mensæ miles.' Cæsarem etiam 'insuetus' et 'insolens' eodem modo construxisse, viri docti docuerunt ad ejus B. Gall. VII. 30. Ad vocem autem *vanitates* ex præcedenti repetendum *Gallici tumultus.* Vide ad II. 40. § 10. et IX. 22. § 8. Sic X. 34. 'Milioniam

obpugnare adortus cepit.' XXXV. 30. 'In castra inpetum faciunt, et diripiunt.' Ejusdem moris ex Græcis exempla laudavit Bossius ad Act. Apostol. II. 3. Paullo ante τὰ *Sed hæc, quibus insolita atque insueta sunt, Græci* perperam omisit librarius Harl. *Sed quibus hæc insolita* legunt Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn.

§ 6 *Ad Alliam eos olim fuderunt: majores nostri ex eo tempore*] Loquitur de Aliensi clade. Itaque lege, ut est in vet. lib. *Semel pr. cong. ad Aliam olim fuderunt majores nostros: ex eo tempore, &c.* In priore autem membro subandiuntur 'Galli,' in posteriore 'majores nostri.' *Sigon.* Manifeste falsum est, quod ait *ad Alliam eos olim fuderunt majores nostri:* quis enim nescit, quis pugnæ Alliensis, et quam Romanis non tantum luctuosus, sed prope etiam exitiabilis finis fuerit? nec tamen aliter habent antiquissimi manu exarati libri, in quis et Longobardicus Mogunt. qui disertim et sine litura præfert, *ad Alliam eos olim fuderunt majores vestri:* nam quod Sigonius affirmat ex veteri libro, *Semel pr. congr. ad Aliam olim fuderunt majores nostros, ex eo tempore, &c.* perlubenter scire velim, quam vetus ille liber, et cujus notæ fuerit: ipse enim quoque in veteri libro eandem scripturam repperi, sed edito Moguntiæ, quo anno jam sæpe professus sum: cujus generis codd. si veteres vocat, ut facile illi concesserim, locum, ut ait, in eis inveniri, ita in nullis membranis eam reperiri tantum non recentibus in quidvis pignus paratus ut sim dare, Longobardicus noster, quo non temere aut antiquiorem, aut notæ (licet etiam ipse suos nævos habeat) probioris alium usquam gentium exstare existimo, codex facit. Quare etiam non ausim hic tam longe a recepta semper et vetustissima scriptura discedere, sed, leviter una litera commutata, scripserim *Semel primo congressu ad Aliam eos olim fugerunt majores nostri: ex eo tempore, &c.* fuga enim ibi potius sua et trepidatio Romanis exitio fuit, quam Gallorum virtus. Vide si vacas, nostrum historicum lib. v. et fortasse (quid fortasse?) imo plane mecum facies. *Modius.* Non aliter, quam *ad Alliam olim fuderunt majores nostros,* habetur in binis Pall. membranaceis codd. et vet. ed. Quare frivola est Modii conjectura. *Gebhard.* *Ad Alliam olim fuderunt majores nostros: eos ex eo tempore* legit Gaertn. *ad Alliam olim fuderunt majores nostros: ex eo tempore,* ut Sigonius reposuit, Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et edd. antiqq. *ad Alliam eos olim fuderunt majores vestri: ex eo tempore* cod. Mogunt. quod Frob. 1535. recepit, substituens tamen *majores nostri.* Non multum inde abeunt Voss. et Lovel. 1. quorum ille exhibet *ad Alliam olim fuerunt majores nostri eos; ex eo tempore,* hic *ad Alliam olim fuderunt majores nostri: ex eo tempore.* Non displicet Modii conjectura, qui, unica tantum litera in Frobenii lectione mutata, *fugerunt* emendat pro *fuderunt.* Solent autem illa verba etiam alibi in Mss. commutari. Exempla vide mox § 14. ad v. 43. § 3. VIII. 36. § 8. et alibi. *Eos fugerunt* ut X. 27. 'Cerva fugiens lupum.' XXXVIII. 38. 'Victorem hostem fugerent.'

Plures prope de Gallis triumphi] Ita Aldus ex cod. Mog. edidit, concinentibus omnibus Mss. meis, uno excepto Lov. 5. qui eum edd. antiqq. præfert *plures quoque.* Sæpius voces 'prope' et 'quoque' in codd. commutantur. Vide ad v. 51. § 2. X. 21. § 10. XXII. 24. § 14. XXVIII. 39. § 6. XXXII. 28. § 7. et alibi. Mox *facti sunt,* pro *acti,* Lov. 3. et 6. Vide ad VI. 28. § 2.

§ 7 *Jam usu hoc cognitum est*] Τὸ *usu* ejiciunt libri omnes. *Gebh.* Eamdem vocem ejiciunt etiam omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui ex cod. Mog. adscivit: cui potius, quam reliquis omnibus, credo. 'Usus'

est experientia. Supra VI. 36. 'Artifices jam tot annorum usu tractandi animos plebis.' VII. 38. 'Et ætate, et usu doctus.' XLII. 59. 'Usu belli et ingenio inpavida gens.' Vide Cortium ad Sall. Catil. Excursu II. n. 6. Mox *sustinueritis* Voss. Lov. 1. 5. 6. Gaertn. et edd. ante Froben. qui a. 1535. *sustinueris* vulgavit, quod in reliquis membranis superest. Et ita mox *admoveas* dixit, non *admoveatis*.

§ 8 *Quantam Gallicam rabiem vinceret Romana virtus*] Pal. 1. *quantum in Gallicam rabiem vicerit*. Gebh. Similiter Lovel. 3. Paullo ante priscam distinctionem reduxi. Modius eumque secuti recentiores omnes interpunxerunt *congrediendo*. *T. Manlius*.

§ 9 *Scandentes in Capitolium Gallos detrusit*] Pal. 1. *dextruxit:* alter *destruxit*. Gebh. *Destruxit* etiam Lov. 1. 3. 4. et Mead. ambo. Vide ad Livii II. 10. § 10. *Detraxit* Vossian. et Gaertn. Nihil mutandum. De verbo 'detrudere' vide ad d. l. Livii: 'deturbare' dixit Liv. V. 47. 'Gallum umbone ictum deturbat.' Mox *genitis in terra sua* Harl. et Mead. 1. *in sua genitis terra* Lovel. 2. *in sua terra genitis* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. Mead. 2. et Gaertn. cum ed. Camp.

Ut jam degeneres sunt misti et Galli et Græci, unoque nomine Gallogræci vere adpellantur] Emendatior lectio *Hi jam degeneres sunt, misti, et Gallogræci vere, quod appellantur*. Gelenius. Ms. omisso τῷ *quod, et Gallogræci vere appellantur*. Modius. Pal. 1. *misti et Gallogræco nomine quidem appellantur*. Alter *Hi jam degeneres, ut mixti et Gallo et Græci vero quod appellantur*. Vet. editio *mixti et Galli et Græci unoque nomine Gallogræci appellantur*. Gebh. Lectio, quæ ante Gelenium exstitit, in uno tantum superfuit Lov. 5. Reliqui vel ita exhibent, ut Gebhardus in Pall. invenit, vel in paucis apicibus variant. Sed verum est, quod Gelen. restituit. Locutionem 'quod adpellantur' exponere conatur Jensius in Lection. Lucian. I. 8.

§ 10 *Ad servandam indolem valent, quantum terræ proprietas*] *Ad servandum indolem* Voss. Lov. 1. 3. Gaertn. et edd. principes. Vide ad XL. 49. § 1. Tum *quam terræ proprietas* Gaertn. Vide ad XXIV. 26. § 7. *Quantam proprietas terræ* Lov. 3.

§ 11 *Colonias habent, in Syros, Parthos, Ægyptios degenerarunt*] *Colonias habitant* Lov. 1. quod ex librarii glossa receptum videtur. Vide Nic. Heinsium ad Nas. Met. IV. 773. et Met. V. 497. Tum *in Syrios* Vossian. et Gaertn. Hinc *degeneraverunt* Lovel. 2. 3. et Harl. Sed vide ad XXI. 44. § 7. Paullo ante *Seleuciam et Babyloniam* Lov. 3. et Gaertn.

§ 12 *Massilia inter Gallos subtraxit aliquantulam ab adcolis animorum, nisi quod ex Spartana, dura illa*] Restituimus ad fidem archetyporum, *Mass. inter Gallos sita traxit aliquantum ab accolis an. Tarentinis quid ex Sp., dura illa et horrida, disciplina mansit?* Gelen. Pal. 1. *Mass. inter Gallos se traxit: aliquantum ab accolis animorum vis. Quid ex Spart. vera illa et horrida disciplina mansit?* Alter *M. int. G. sic traxit aliquantum ab accolis anim., nisi quid ex Sp. illa et horrida d. m.* Vet. ed. fere consentit, nisi quod *sabtraxit*. Gebh. Lectionem a Gelenio damnatam servat solus Lovel. 5. In prima autem parte horum verborum *inter Gallos ita traxit aliquantulum animorum* legit cod. Mogunt. *inter G. etsi traxit al. ab accolis animoram* Lovel. 1. *inter G. se traxit aliquantum ab a. a.* Lov. 2. et 6. neque aliter Lov. 3. nisi quod in fine τὸ *vis* addat: *inter G. sic traxit aliquantum ab a. a.* Harl. ambo, Mead. et Gaertner. quibus consentit Lov. 4. nisi quod *aliquam* præferat: *inter G. si traxit aliquantam ab a. a.* Voss. In posteriore parte verborum *nec tñ nⁱ pat'na nã illa*, sive *nec tamen nisi paterna natura illa*, legit Lov. 1. *nisi quod ex Sp. natura illa* Vossian. *nisi quod ex Sp. nativa illa* Lovel. 6.

nisi quod ex Sp. illa Gaertn. *nisi quid ex Sp. illa* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo: *quidem Sp. vera illa* Lov. 3.

§ 13 *Generosius in sua quidquid sede gignitur*] Assentior Florebello legenti *quidque*. Sigon. Lege *quidque*. J. F. Gron. Ita in uno meorum Lov. 2. inveni. Crevierius vero nihil mutandum contendit, *quidquid* pro 'quidque' poni probans ex Cic. pro Cluent. c. 19. 'Sed, ut ego quidquid adprehenderam, statim accusator extorquebat e manibus.' Mox *in id quod gignitur* Voss. *in id quod alitur* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Ascens. 1513.

§ 14 *Magis vereor, ne parum inde gloriæ, quam ne nimium belli sit*] Vet. lib. *Magis id vereor, ne*. Sigon. Libri omnes *Magis vereor*. Gebh. Similiter Vossian. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *Magis inde vereor, ne parum mihi gloriæ sit* Lov. 2. *Magis inde vereor* etiam Harl. Tum *ne minimum belli* Lovel. 1. 3. et Vossian. Vide ad XXXIV. 15. § 6. Mox *Attalus rex sæpe* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. *Attalus rex eos sæpe* Lov. 3. *Attalus sæpe eos* Lov. 6. Hinc *fugit fugavitque* Voss. Vide ad § 6.

§ 15 *Tantum recens captas feritatem*] *Recentes*, vel *recentis captas* omnes nostri manu exarati, et edd. vett. pro quo Ascens. demum an. 1513. *recens* emendavit. Mox *dein quum diu manibus* Mead. 1. Vide ad III. 3. § 6. *Deinde quum manibus* Lovel. 2. 5. et edd. Camp. ac Rom. 1472.

§ 16 *Eosdemne hos creditis esse*] Omnia hæc verba deerant in Harl. neglegentia librarii ob repetitionem τοῦ *esse*, quod proxime præcessit. Vide ad IX. 11. § 11. *Eosdemne homines* legit Lov. 3. inter versus. Tum *credetis* Lov. 1. 4. et Mead. 2. *credatis* Vossian. Lov. 2. 3. 6. Mead. 1. et Gaertn. Mox *T'riciam*, pro *Thraciam*, Lov. 3. a m. pr. *Threciam* Lov. 1. et Mead. 1. Vide ad XXXVII. 33. § 3.

Pugnando cum ferocissimis gentibus, emensi] Freinshemius ad Florum III. 10. § 22. corrigit *emersi*: quoniam cum hoc verbo conjungit, quod præcedit, 'per asperrimam Illyrici oram.' Cæterum id non opus est, si recte distinguas, et quidem ita: *ext. in. agr. prof. domo per asp. Illyrici oram: Pæon. inde Thr. pugnando cum feroc. gentibus emensi, has terras ceperunt.* Ea phrasi apud Plautum Pseudolo IV. 4. est, 'quin hinc metimur gradibus militariis.' Nescio an hos satis Latine, inquit vir nobilis: rescribo *metamur*, hoc enim purum putum castrense ac militare vocabulum. Immo maneat antiquum. 'Metamur' castra, agrum, hospitium; 'metimur' cum alia, tum translate eleganter 'viam,' quam carpimus. 'Metari' est fines seu metas statuere et designare: 'metiri' est eadem cognoscere, mensuram modumque colligere. Horatio Od. II. 15. 14. 'decempedis metata porticus' est, ut ait Acro, 'mensurata, disposita: nam metari castra magna cura ducum peritiaque constitui.' Eidem 'metatus agellus' Sat. II. 2. 114. est adsignatus et divisus limitibus constitutis. Valerio Catoni in Diris, 'metata agellos pertica.' Virg. decore Georg. II. 274. 'si pinguis agros metabere campi,' id est, eliges et secernes vitibus ponendis, locum vitibus capies in agro pinguis campi. Latinus Pacatus in Paneg. 'Divinus ille animus venturus in corpus dignum prius metabatur hospitium.' A quo usu *metata* in jure nostro, quæ et μετάτα ἢ μιτάτα posterioribus Græcis. Seneca Ep. 88. 'Metiri me geometres docet latifundia.' Id mox explicat: 'scire agellum in partes dividere, colligere subtiliter pedes jugeri, et comprehendere etiam, si quid decempedam effugit.' Ut metatoris est modum ac limites agro vel castris constituere, hospitium capere et adsignare; ita mensoris 'agri mensuram agere,' et 'modum ejus renunciare,' ut loquuntur Paullus et Ul-

pianus D. Si mensor falsum modum dixerit. Ad castra (etsi Lucilium ausum sciam) et hospitia non pertinet, nisi quatenus metator ante metitur, vel mensoris opera utitur in castris aut agris adsignandis. Ab eo 'metiri viam' tralate Horatio Epod. IV. 7. ubi Acro, '*metientem* dixit *ambulantem*, ut, 'Instabili gressu metitur litora cornix.'' Qui versus est Lucani v. 556. L. 2. π. 8. Si quis caution. 'Nisi angustiæ non patiebantur terra iter metiri.' Et sic 'emensi,' 'permensi,' 'remensi viam' dicimur. Ennius Annali primo: 'Hinc campum celeri passu permensa parumper, Conjicit in silvam sese:' ubi frustra sollicitarunt. Appuleius Metam. I. princ. 'Roscida cæspitum et glebosa campornm emensa.' Frontin. Strateg. III. 11. 'Cum tridui iter discedens confecisset, idem illud uno die remensus.' Sic ergo Plauto 'metimur hinc,' puta viam, 'gradibus militariis,' nihil est aliud quam Trucul. II. 2. 'abimus hinc grandi gradu.' *J. F. Gronov.* *Cum fortissimis gentibus* Voss. Male. Supra hoc cap. de Gallis 'ferox natio.' Vide ad XXVIII. 42. § 4.

§ 17 *Clementibus adcolarum ingeniis omnis illa, cum qua venerant*] Ms. *clementibus accolarum ingeniis ea, cum qua venerant.* Modius. Nostri codd. omnes stant pro vulgato. Paullo ante *accipit terra* Lov. 3. Tum *nitidissimo cœlo* idem cod.

§ 18 *Vobis, mehercule, Martis viris*] Romani a Marte, patre Romuli, dici possunt 'Martis genus,' 'Martis proles,' et quæ his similia sunt. Seneca Octav. 291. 'Vera priorum virtus quondam Romana fuit, verumque genus Martis in illis sanguisque viris.' Silius XII. 582. 'Populus Martigena.' Florus III. 3. § 2. 'Martius populus.' 'Martis viros' sive Romanos, sive aliarum gentium milites dici, vix credo, et suspicor legendum esse *Martiis;* quod et ad originem, et ad virtutem militum Romanorum respicere potest. Ovidius Met. XIV. 798. 'dum Martius arma Indueret miles: quæ postquam Romulus ultro Obtulit.' Manil. IV. 716. 'Martia Romanis orbis pater induit ora.' Sed et 'Martius' obvium est epitheton omnium militum, inprimis apud poëtas. Ἄνδρες Ἀρήϊοι Homer. Iliad. N. 499. 'gravis et Martia classis' apud Flor. III. 6. § 4. id est, apta bello et prœliis, opponitur levibus ac fugacibus myoparonibus piratarum. *Dak.* Eadem conjectura placuit Freinsh. ad Flori III. 6. § 4. et Perizonio ad marginem Livii. Similiter sibi scribendum videri, me monuit Heumannus. 'Martia gens' Romani vocantur X. 27. *Martis* autem pro *Martiis* eodem errore scriptum est, quo toties *regis* pro *regiis* habuimus. Vide ad XXXII. 6. § 6. Codd. nihil mutant, nisi quod *in arte viris* legant Voss. et Lovel. 1. *in arte nitidis* Lov. 6. Insuper *Nobis, mehercule* Lov. 5. et edd. vett. *Vobis* substituit Aldus ex cod. Mog. Nec aliter reliqui Mss. nostri. Vide ad XXXIV. 2. § 2.

Tantum hæ peregrinæ voluptates, &c. possunt; tantum contagio disciplinæ morisque] Pal. 1. *tantum peregrinæ vol. hæ a. e. v. a. possunt, quantum cont. disc. morumque valet.* Illud *tantum, quantum* repræsentatur quoque in Pal. altero, et vet. ed. *Gebh.* *Tantum peregrinæ voluptates hæ* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Dein *quantum contagio* Voss. Lov. sex, Harl. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Frob. qui anno 1535. recte *tantum* restituit. Hæc enim per adclamationem intelligenda sunt, cui inservire solet τὸ *tantus.* Infra XXXIX. 33. 'Tantus furor illo tempore gentem Ætolorum, tantusque magistratus eorum cepit.' Vide Lamb. ad Lucret. I. 102. et Cerd. ad Virg. Æn. I. 33. Solent autem hæ voces a scribis confundi. Vide ad lib. XXIV. c. 35. § 4. Tum *morumque* Lov. 3.

§ 19 *Sicut vim adversus vos nequa-*

quam] *Adversus eos* Lovel. 3. Harl. et Mead. 1. *adversus nos* Lovel. 5. 6. Gaertn. et edd. vett. pro quo recte Aldus ex cod. Mog. *adversus vos* restituit: sequitur enim mox 'habebitis' et 'vicissetis.' Consentiunt reliqui nostri.

§ 20 *Si servantes antiquum specimen animorum Gallos vicissetis*] *Antiquam speciem animorum* Lovel. 1. 5. et edd. priscæ, pro quo jam ed. Ven. a. 1498. *antiquum specimen* recte substituit. Eamdem enim lectionem præferunt reliqui calamo exarati. Solent sæpe hæ voces a librariis commutari. Vide ad VIII. 7. § 18. XXXVIII. 58. § 6. XXXIX. 35. § 3. et Broukh. ad Prop. IV. 11. 93. *Servantes antiquos specimen animorum Gallos* Lov. 3. *servantes antiquum specimen animorum Gallos* Lov. 6. Paullo ante voces *inter socios* deerant in Lov. 2.

CAP. XVIII. § 1 *Ad Epossognatum*] Ita constanter omnes edd. quas vidi: sed, altero sibilo omisso, *Eposognatum* scribunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harleian. Mead. uterque, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. quod recepi, quia Polyb. in Exc. Legat. num. XXXIII. ubi hæc Manlii legatio describitur, similiter τὸν Ἐποσόγνατον vocavit. Mox *in Eumenis manserat amicitia* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

Ad Alandrum flumen, postero ad vicum, quem vocant Tyscon] Neque *Alandrum* flumen, neque *Tyscon* vicum usquam invenio. *Glar.* Pal. alter, et vet. ed. *ad Aladrum.* Gebh. *Ad Aladrum flumen* Lov. 1. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. priscæ: *ad Alladrum flumen* Vossian. *ad Allandrum flumen* Lov. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. *ad Allandrum venit flumen* Lovel. 2. *ad Alandrum flumen venit* in Lov. 4. superfuisse videtur. *Alandrum* Aldus recepit ex cod. Mog. qui legit *ad flumen Alandrum.* Eamdem vocem ex conjectura Livio Sigonius restituit c. 15. § 15. ubi vitiosæ codicum lectiones potius *Alandrum*, quam *Aladrum*, legendum docent. Deinde *postero quum ad vicum, quem vocant Tysco, esset ventum* Lov. 5. et edd. principes. *Tysco* etiam Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. et Mead. uterque. Sed Moguntini monuerunt, in cod. suo esse *Tyscon.* Cujus lectione adoptata Aldus insuper edidit *postero ad vicum, quem vocant Tyscon, ventum*, duabus vocibus *cum* et *esset* expunctis. Similiter Lov. 3. 6. et Gaertn.

§ 2 *Eo legati Orondensium quum venissent*] Quod *legati Orondensium* legitur, errore trium nominum accidit, ut opinor. Nam Plinius V. 27. 'Oranda' urbem in Pisidiæ montanis ponit. Sed idem lib. eodem cap. ultimo 'Œandenses' Galatiæ populum ponit: ergo hic absque dubio *Œandensium* legendum. Tertium nomen est 'Œnoanda' Cabaliæ oppidum, ut idem Plinius meminit lib. eodem cap. 27. Strabo lib. XIII. ad finem *Œnoandrum* vocat. Ex his igitur nominibus error ille facile nasci potuit. *Glarean.* Pal. 1. *legati Onchadensium.* Gebh. *Orcadensium* Voss. Lov. 2. 3. 6. et Mead. 1. *Orchadensium* Gaertn. Mead. 2. et Harl. *Orcandensium* Lov. 1. et 4. *Oroandensium* Lov. 5. et edd. princc. pro quo *Orondensium* dederunt Mediolanenses 1505. quod deinde Ascens. 1513. et ex eo reliqui servarunt usque ad Frob. qui a. 1535. *Oroandensium* restituit. Vide ad cap. 37. § 11.

§ 3 *Ad Plitendum: deinde ad Halyattos castra posita*] Hæc nomina corrupta esse, etiam ante nos quidam conquesti sunt: sed neque a nobis, neque ab illis restituta. *Glareanus.* Stephanus, Ἀλυαττὰ χωρίον Βιθυνίας. *Sigonius. Plicendum* Harl. *Policendum* Lov. 3. Reliqui libri, scripti et editi, in vulgatum conspirant. Id cur corruptum nomen existimarit Glarean. nullam aliam caussam habuisse videtur, quam quod alibi memoratum non invenerit. Eam autem admodum fal-

lere posse, vox sequens ostendit: nam et hanc non aliam ob caussam suspectam reddere conatus est; quam tamen Sigonius Stephanum memorasse postea docuit. In ea magis variant scripti. *Alliacas* legit Gaertn. *Alliacos* Voss. *Aliacos* Lov. 2. *Aliatos* Lovel. 1. *Aliactos* Lovel. 3. Harl. et Mead. 1. *Halliattos* ed. Camp. *Halyattos* edd. reliquæ ante Moguntinam, quæ adspirationem recte, ut videtur, expunxit, scribens *Alyattos;* in quo reliquos codd. et recentiores edd. consentientes nacta est. Certe Crœsi pater, Lydiæ rex, qui ante adventum Galatarum etiam his regionibus præfuit, sine adspiratione dictus est *Alyattes,* licet fluvius hujus regionis vocatus sit *Halys.*

Et legati Compulsi reguli orantes] Vox *Compulsi* non est in vet. lib. ut sit: legati missi ad Epossognatum, et legati reguli Epossognati eo redierunt. *Sigon.* Libri omnes *redierunt legati reguli orantes.* Gebhardus. Certe pellendus est regulus ille *Compulsus,* ipsi olim Livio incognitus. Delet vocem Sigonius, neque comparet in Barber. Pet. Voss. sed Naudæanus retinet, et videtur ex duabus aliis corruptis conflata, scriptumque fuisse quondam: *Eo missi ad Eposs. redierunt, et legati cum illis reguli orantes, ne Tect. bellum inferret: ipsum in eam gentem it. Eposs., pers., ut imp. faceret.* Miserat ad Epossognatum Gallorum regulum legatos consul: hi in castra ad Alyattos redierunt, unaque cum illis legati ab regulo, ad quem ierant, Epossognato. Delevimus et vacantem particulam ibi: *et ipsum in.* J. F. Gronov. *Redierunt legati orantes* Hearnii L. 1. *redierunt, et legati reguli orantes* Mead. 1. *redierunt legati reguli orantes* Voss. Lovel. sex, Mead. 2. Harl. et edd. vett. *redierunt legati Compulsi reguli orantes* Gaertn. et Ald. ejusque traduces: *redierunt, et legati Compulsi reguli orantes* ed. Frob. 1535. Voces *redierunt, et legati, &c. iturum Eposognatum* desunt in Hearnii N. ob vocis *Eposognatum* repetitionem. Vide ad IX. 11. § 17.

Ne Tectosogis bellum inferrent] Constanter codd. *Tectosagis,* nisi quod librariorum errore Voss. *Cepetosagis,* Lov. 3. *Tedosagis* præferant. Sed pro *Tectosagis* Polyb. *Tolistoboios* memorat in Exc. Leg. num. XXXIII. Παρεκάλει τὸν Γνάϊον, τὸν τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸν, μὴ προεξαναστῆναι, μήδ' ἐπιβαλεῖν χεῖρας τοῖς Τολιστοβόγοις Γαλάταις. Livium itaque per incuriam lapsum esse, docuit Jac. Perizon. in Observ. Hist. IX. p. 394. idque et ex sequentibus patere. In fine enim cap. reversos Eposognati legatos renunciare, regem nihil æqui impetrasse, sed Gallos montem Olympi petisse: cap. autem seq. Oroandensium legatos similiter adferre, Tolistoboiorum civitatem montem Olympum cepisse. Inde igitur constare, ad eosdem etiam profectum esse Eposognatum, quos Livius hic male 'Tectosagos' vocat; quum Polyb. ibidem etiam tradat, Tolistoboios se in montem Olympum contulisse. Deinde legendum est *inferret* ex Lov. 1. 5. et 6. quod et series narrationis Polyb. exigit. Et id Crevierius in ed. Andreæ invenit, et in contextum recepit.

Et ipsum in eam gentem iturum, et Eposognatum] Vet. lib. *et ipsum in eam gentem iturum Epossognatum.* Sigonius. Pall. uterque *ut Tectosagis* (alter tamen *ne*) *bellum inferrent: ipsum in eam gentem iturum Epossognatum.* Gebh. Lectio vulgata demum invaluit, postquam 'Compulsus' regulus invito Livio obtrusus est, ut ambos et Compulsum et Epossognatum in gentem Gallorum, quam belli immunem volebant, ituros indicarent. Primus enim Frob. 1535. utroque loco voculam *et* exhibuit. Verum ita etiam dandum fuerat *persuasurosque.* Recte igitur, ejecto illo ὑποβολιμαίῳ

Compulso, conjunctionum posteriorem Sigonius, priorem Gronovius delevit. Neutram etiam vel codd. vel edd. antiquiores agnoscunt. Unum tantum Eposognatum ad Tolistoboios profectum esse narrat etiam Polyb. loc. laud. *Διότι πρεσβεύσει πρὸς τοὺς βασιλεῖς αὐτῶν Ἐποσόγνατος, καὶ ποιήσεται λόγους ὑπὲρ τῆς φιλίας, καὶ πείσεσθαι πρὸς πᾶν αὐτοὺς παραστήσεσθαι τὸ καλῶς ἔχον.*

§ 4 *Data venia regulo: duci inde exercitus per Axylon*] De Axylo haud scio an usquam meminerint authores, sicut nec de 'Euballo,' quod quidam 'Cuballum' legunt. Sed tam minuta videntur neglectui merito fuisse. *Glar.* Ita distinguunt recentiores. Malo tamen cum antiquioribus minima interpunctione post *regulo* distinguere, ut *data venia* sint casus sexti. Τὸ *inde* deest in Mead. 1. Mox *aut ullum alium alimentum* Harl. *aut ullum aliquid alimentum* Voss. *aut ullum aliquod alimentum* Lov. 1.

Fimo bubulo pro lignis utuntur] Pal. 1. *Fimo bovillo.* Gebh. Ulpianus l. 55. π. 6. D. de Legatis Tert. 'In quibusdam provinciis et editu boum ad hanc rem utuntur.' *J. F. Gron.* Alibi loco lignorum ossibus ad ignem alendum utebantur. Mela II. 1. fine: 'Terræ late patent, et ob excedentia ripas suas plerumque flumina nusquam non ad pabula fertiles. Alicubi usque adeo steriles ad cetera, ut, qui habitant, lignorum egentes, ignes ossibus alant.' Quæ Mela descripsit ex Herodoti IV. 61. Ceterum *Fimo bovillo* etiam Lov. 3. Sed *fimo bubalino* Lov. 6. Corruptius *si moblo* Lov. 1. *Fimo bulo* Voss. et *Fimo bouũ* in margine.

§ 5 *Ad Cuballum, Gallogræciæ castellum*] Ms. *Ad Coballum Gallogræciæ castellum.* Modius. Vet. ed. *Ad Euballum.* Gebh. *Ad Cuballum* primus edidit Frob. 1535. et adsentiuntur Voss. Lov. 2. 6. Mead. 2. et Gaertn. Antea edebatur *Ad Euballum*, quod servat solus Lov. 5. *Ad Cubalum* legunt Lov. 1. 3. 4. Harl. Mead. 1. et Hearnii L. 1. Per Cuballum Gallogræciæ castellum intelligi illam urbem quæ *Κύβελλα Φρυγίας* Steph. Byz. in voce *Κυβέλεια* vocatur, existimat Berkel. ad Steph. l. laud. quod ob rationes multas probabile sibi non videri testatur Hemsterhus. ad Luciani Judic. Vocal. § 7. De eo vide Wernsdorff. Rempubl. Galatarum c. 5. p. 217.

§ 6 *Fudit fugavitque Gallos, et aliquot fugientes occidit*] Pal. 1. *fundit fugatque Gallos.* Gebhard. Similiter Lov. 3. Tum *aliquos fugientes* Voss. et Gaertn. Vide ad XXXII. 10. § 12.

§ 7 *Explorato deinde et cum cura coacto agmine procedebat*] *Explorate* Gaertn. Male. Supra XXIII. 42. 'Ingrediebantur fines nostros ante explorato, et subsidiis positis.' XXXI. 2. 'Ad demetenda frumenta profectus, neque explorato circa, nec stationibus satis firmis positis.' Similiter 'inexplorato,' de quo vide ad VI. 30. § 4. et Gronov. ad XXII. 5. § 4. Dein *et cum coacto agmine* pleræque edd. vett. pro quo Moguntini *et cum cura coacto* ediderunt cod. sui auspiciis, cui consentiunt omnes nostri. Similitudo ductuum in vocibus *cum* et *cura* effecit ut posterior excideret: contra eamdem ob caussam excidisse priorem in nonnullis codd. apud Sall. in Jug. c. 54. Cortius observat; qui idem ad Sall. Catil. c. 51. § 38. monuit *cum cura* locutionem esse Livianam. Illis, quæ conlegit, adde XXVII. 24. 'Cavitque cum cura, ut omnia in potestate sua essent:' ubi quædam vide. XXXVIII. 23. 'Prædam cum cura per milites divisit.' XXXIX. 7. 'Vicenosquinos et semesses in millia æris quæstores urbani cum fide et cura solverunt.' c. 14. 'Quod eam rem cum singulari cura investigasset.' c. 41. 'Reliquias Bacchanalium quæstionis cum omni exsecutus est cura.' XLII. 3. 'Quæ ad

religionem pertinent, cum cura facta.' lib. XLV. cap. 32. 'Leges Macedoniæ dedit cum tanta cura.' 'Agmine cum cura coacto,' est accurate coacto, ut 'cum silentio venire' est tacite venire; vide ad XXIV. 31. § 10. 'Cum studio venire' est studiose venire; vide ad XXXIX. 39. § 11. 'cum fide' est fideliter; vide ad XLV. 8. § 4. 'Coactum agmen' hic est densatis ordinibus incedens. Lib. XXXIII. c. 37. 'Neglegentius coactum agmen Romanorum inproviso adgressuros se rati:' vide Burm. ad Calpurnii Ecl. v. 108. Ceteroquin 'cogere agmen' dicitur, qui ultimus incedit; ut XLII. 64. XLIV. 4. et alibi.

Continentibus itineribus quum ad Sangarium flumen pervenisset] *Et continentibus* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. *et attinentibus* Lovel. 6. Illud *et* primus omisit Sigonius; sed utrum ex cod. an ex ingenio, an denique operarum neglegentia, incertum est. Loco igitur pristino restitui. Tum *Sangarrium* Lov. 6. *Sagarium* Gaertn. *Sagonium* Hearnii L. 1. sed scribarum culpa, qui iidem mox recte *Sangarius* legunt. Denique *venisset* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. 2. et edd. Camp. ac multæ sequentium usque ad Aldum, qui *pervenisset* reposuit, quod non tantum erat in reliquis codd. sed et in edd. Rom. 1472. et Parm.

§ 8 *Sangarius, ex Adoreo monte per Phrygiam fluens, miscetur ad Bithyniam Tymbri fluvio*] *Sangarium* Plinius VI. 1. in Phrygia oriri ait, Ptolemæus non longe a Didymo monte, Strabo XII. 543. apud 'Sangiam' vicum. Gallum autem suscipere fluvium et Strabo et Plinius perhibent. Addit Plinius *Tembrogiam*, Livius *Tymbram*, quidam *Tymbretum*. Sed mendam puto in Livio: sicut et hoc, cum in Propontidem illum se effundere ait, quod apud neminem authorem reperias, opinor. *Glar.* Vet. lib. *Thymbri*. Græci enim, ut Strabo XIII. 598. ut Stephanus Θύμβριον ποταμὸν nominant. *Sigon.* Reponendum ex omnibus libris *miscetur ad Bithyniam Thymbri fluvio*. Gebh. *Tiberi* Gaertn. *Timbri* Lov. 2. 3. 4. *Tymbri* Lov. 5. et edd. antiqq. pro quo Froben. an. 1535. *Tymbreti* dedit ex cod. Mog. Sigonius *Thymbri*. Quamvis autem eadem lectio supersit in Voss. Lov. 1. 6. Harl. et Mead. utroque, codici tamen Mog. adsensus *Tymbreti* revocavi. Certe eum 'Tembrogium' adpellat Plinius H. Nat. VI. 1. Ita Τέμβριον urbem Phrygiæ ab aliis Τύμβριον vocari, testatur Steph. Byz. ea voce. Omnino autem erravit Sigonius, ad h. l. monens, Tymbretem vel Thymbrem Livio memoratum Straboni et Stephano Θύμβριον dici, quum diversissima flumina fuerint. Certe Tymbretes miscetur Sangario, at Thymbrius incidit in Scamandrum agri Trojani torrentem, teste Strab. XIII. 598. Πλησίον γάρ ἐστι τὸ πεδίον ἡ Θύμβρα, καὶ ὁ δι' αὐτοῦ ῥέων ποταμὸς Θύμβριος, ἐμβάλλων εἰς τὸν Σκάμανδρον κατὰ τὸ Θυμβραίου Ἀπόλλωνος ἱερόν· τοῦ δὲ νῦν Ἰλίου καὶ πεντήκοντα σταδίους διέχει. In Troade etiam Thymbrium inveniri, Stephanum existimasse, ex verbis ejus patet. Plures alii eumdem, in quem Sigonius incidit, errorem commiserunt. Vide Ortel. Thes. Geogr. voce 'Thymbris,' Vales. ad Amm. Marc. l. XXII. c. 8. et Cellar. Geogr. Ant. III. 8. p. 177. qui, ne verba Stephani, Thymbrium ex Troade deducentis, adversentur, frustra docet Troadem aliquando latius accipi, et, quæ a Propontide usque ad Olympum montem sunt, comprehendere. Apud Stephanum enim Troadem proprie dictam intelligi, ex conlato Strabone constat. Addit Ortelius l. laud. Thymbris fluvii Bithyniæ etiam meminisse Cointhum Smyrnæum, apud quem tamen nullam ejus mentionem reperi; nisi forte innuat locum XIII. 337. ubi memorat Θύμβρην, pro quo

Rhodom. Θύμβριν legendum conjicit. Verum intelligitur ibi Tiberis, quam a Græcis Θύμβριν vocari, Stephan. Byz. ea voce docuit. Quanta hic itcrum cura in Livio versatus fuerit Doujatius, inde colligi potest, quod Delphinum Franciæ moneat, alias *Thymbreti* legi; quod in nullo vel scripto, vel inpresso libro obvium fuit. Verum, hæc minima prætorem non curaturum, forsitan JCtus sibi persuaserit.

In Propontidem sese effundit] Loquitur de Sangario flumine. Itaque malim legi *in Pontum*, quam *in Propontidem*. Sic enim Arrianus I. 30. Τοῦ δὲ Σαγγαρίου αἱ μὲν πηγαὶ ἐκ Φρυγίας εἰσίν· αὐτὸς δὲ διὰ τῆς τῶν Θρακῶν τῶν Βιθυνῶν χώρας ἐξίησιν εἰς τὸν Εὔξινον πόντον. Ita Eustathius in Dionysium. *Sigon.* Orpheus in Argon. 714. Σαγγάριός θ', ὃς κύματ' ἐπιτρέχει Εὐξείνοιο. Livium errare, et Sangarium non in Propontidem, sed in Pontum Euxinum sese effundere, præter alios docuit etiam Cellar. Geogr. Ant. III. 3. p. 97. et c. 8. p. 177.

Non tamen tam magnitudine memorabilis, quam quod piscium, &c.] Non magnum esse, inde etiam colligitur, quod olim Ξηραβάτης dictus sit: τῷ γὰρ θερινῷ καταστήματι ξηρὸς ὁρᾶται πολλάκις, teste Plutarch. de Flum. in cap. quod inscribitur Σάγαρις. Tymbretes, sive Tembrius, in eum influens, ἰχθυόεις vocatur Orpheo in Argon. 713. Τέμβριος ἰχθυόεις θαλεραῖς πλημύρεται ὄχθαις. Vel igitur similiter Sangarius piscibus abundat, vel eorum copiam Tembrius ei subficit.

§ 9 *Galli Matris Magnæ a Pessinunte obcurrere, &c. vaticinantes, &c.*] Hanc historiam sic expressit Græce Suidas v. Γάλλος· Γναῖος ὁ ὕπατος Ῥωμαίων διερχόμενος ἐγεφύρωσε τὸν Σαγγάριον ποταμὸν, τελέως κοῖλον ὄντα καὶ δύσβατον, καὶ παρ' αὐτὸν τὸν ποταμὸν στρατοπεδευσαμένου παραγίγνονται Γάλλοι παρ' Ἄττιδος καὶ Βαττάκου τῶν ἐκ Πεσσινοῦντος ἱερέων τῆς Μητρὸς τῶν θεῶν, ἔχοντες πρὸς τῇ ἰδέᾳ καὶ τύπον, φάσκοντες παραγγέλλειν τὴν θεὰν νίκην καὶ κράτος· οὗς ὁ Γναῖος φιλανθρώπως ὑπεδέξατο. *Sigonius. Matris Deæ* Lov. 2. et Harl. Verum ita legendum foret *Matris Deum*, ut ita expresserit Livius verba scriptoris Græci, ex Suida a Sigonio laudati, quem Polyb. esse viri docti conjecerunt. Sed reliquis Mss. pro vulgato stantibus nihil muto. Vide ad XXXVI. 36. § 2. A verbis Polybii (si Polybii esse credendum sit) stricte reddendis abstinuit, quod mox *Deam* subjungat, licet et Græcus τὴν θεὰν subdat. Paullo ante *ponte facto* Voss.

§ 10 *Postero die ad Gordium pervenit*] *Gordium* olim Galatiæ caput fuisse, Plinius author est lib. V. cap. ultimo. Strabo autem XII. 568. suo tempore in vicum redactum scribit. Apparet non longe a Pesinunte abfuisse. Cæterum quomodo tria maria pari fermc distantia intervallo habeat ad Hellespontum, ad Synopen, et alterius oræ littora, qua Cilices maritimi colunt, id in Ptolemæi pictura non apparet. Adjicit Strabo, Cleonem quendam ex Gordio rursus urbem fecisse, et Juliopolim appellasse. Plinius libro jam dicto ait, Gordiu Comen postea Juliopolim dictam. Ptolemæus sane V. 2. Juliogordum ad Sipylum montem; duas autem Juliopoleis, alteram in Bithynia ad Sangarium V. 1. alteram in Phrygia magna Galatis finitimam V. 2. ponit, ut planum non sit, quid in his potissimum sequendum. Quanquam de toto hoc consulis Manlii itinere non opus est, usque adeo sollicitum esse quenquam, cum ille nec proxima iverit, nec nomina constent, ut multis demonstravimus. *Glarean. Ad Concordium* Voss. et Lov. 1. *ad Corduum* Harl. *ad Cordium* Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. principes, pro quo ed. Mediol. a. 1505. hinc Ascens. a. 1513. et postea omnes *ad Gordium* receperunt. Γόρδειον vocatur Polybio Excerpt. Legat. num.

XXXIII. Γόρδιον reliquis. Eadem fere lectionum varietas obcurrit in scriptis Curtii III. 1. Paullo ante τὸ *consul* deest in Gaertn. τὸ *ipso* in Lov. 3.

§ 12 *Hellespontum, ad Sinopen, et alterius oræ litora*] De Gordio urbe loquitur, de qua sic Curtius III. 1. 'Gordium Sangarius amnis interfluit, pari intervallo Pontico et Cilicio mari distans.' *Sigon.* Merito offensus his verbis scribit Freinshemius ad Curt. III. 1. § 12. 'Hellespontum, pontum ad Sinopen, et alterius oræ litora.' Sed sciendum, omnem veterem lectionem ante Curionem fuisse *ad Hellespontum;* quam vocem accipiendam non pro mari, sed pro regione terrarum: atque ita sine ulla ambiguitate intelliges mare unum ad Hellespontum, alterum ad Sinopem, tertium ad litora Cilicum. *J. F. Gronov.* Idem Gronov. in priori ed. nott. ad XXXVII. 54. voce 'Hellespontum' in duas divisa, *Helles pontum* legendum, ejusque posteriorem partem *pontum* intelligendam esse in sequentibus *ad Sinopen, et alterius oræ litora:* quam conjecturam merito in curis secundis omisit. Verum neque in illa, quam ei substituit, omnino adquiesco. Nam præferunt quidem vet. edd. *ad Hellespontum*, quod primus non Curio, sed Frob. a. 1535. mutavit, expuncta præpositione *ad:* at simul sciendum est, nullum cod. nisi solum Lov. 5. τὸ *ad* agnoscere. Alia igitur ratione loco subcurrere Jac. Perizonius conatus est, in margine Livii conjiciens *Hellespontium, ad Sinopen, et alterius oræ litora.* Si res mei foret arbitrii, vel, recepta ea conjectura, insuper legerem *Hellespontium, ad Sinopen, ad alterius oræ litora;* vel, ea, quæ Gronovio placuit, admissa, refingerem *ad Hellespontum, ad Sinopen, ad alterius oræ litora.* Nihil enim in Livio frequentius obcurrit, quam non tantum ut præpositiones repetat, (vide ad VI. 28. § 6.) verum etiam ut eas ἀσυνδέτως repetat. In ipsa hac præpositione *ad* exempla habemus IX. 38. 'Ad castra, ad silvas diversi tendebant.' XXVI. 13. 'Ad mœnia ipsa, ad portas accessit.' Ita unus cod. XXX. 30. 'Quod ego fui ad Thrasimenum, ad Cannas, id tu hodie es.' XXXI. 42. 'Ad tumulum, ad castra Athamanum perfugiunt:' ubi quædam alia vide. Similiter iteratur præpositio *a* vel *ab.* VI. 18. 'Ut vos a barbaris hostibus, a superbis defenderem civibus.' X. 19. 'Dimitti ab Appio eum, sed ab republica, ab exercitu retineri:' ita iterum plures codd. *ante;* vide ad IX. 41. § 17. *cum;* vide ad XXXI. 29. § 15. *de*, XXXVI. 7. 'Quum de Eubœa, de Achæis, de Bœotia agebatur:' *in;* vide ad XXXIX. 40. § 11. *per*, II. 32. 'Eam per æqua, per iniqua reconciliandam civitati esse.' IX. 39. 'Per arma, per corpora evaserint.' X. 19. 'Per vallum, per fossas inruperunt.' XXX. 12. XXXVIII. 10. *pro*, XXXVIII. 51. 'Nutus ejus pro decretis Patrum, pro populi jussis esse.' l. XLII. c. 12. 'Nec, pro quibus meritis, pro qua munificentia tantum ei tribuatur, cernere:' *sine;* vide ad VII. 2. § 4. *sub*, XXIX. 18. 'Nihil nostra interest, utrum sub illo legato, sub illo præsidio Locros esse sinatis.' Mox *quam Cilices* Lov. 1. et 3. *quæ Cilices* Lov. 5. et edd. vett. pro quo Aldus recte ex cod. Mog. *qua* adscivit. Nec aliter reliqui nostri. Displicuit, credo, librariis, qui eam lectionem repudiarunt, 'colere' sine casu poni. Ita tamen XXI. 26. 'Colunt autem circa utramque ripam Rhodani.' XXIV. 49. 'Extremi prope oceanum adversus Gades colunt.' XLV. 29. 'Qui prope Axium flumen ad regionem orientis colerent.' Similiter et 'incolere;' vide ad XXI. 31. § 5.

§ 14 *Ibi stativa habentibus legati ab Eposognato venerunt*] Pal. 1. habet *Ibi stativa hiberna habentibus.* Gelen. Similiter Lov. 3. Omnia autem hæc vocabula desunt in Lov. 1. culpa li-

brarii ob præced. vocis *invenerunt* similitudinem. Vide ad IX. 11. § 11.

§ 15 *Ex campestribus vicis agrisque frequentes demigrare*] Omnes libri *frequentes migrare*. Gebh. Consentiunt omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui auspiciis cod. Mog. *demigrare* adscivit; quod verbum apud Livium frequens. II. 10. 'Pro se quisque in urbem ex agris demigrant.' VI. 25. 'Non demigratum ex propinquis itineri locis.' XXXVIII. 23. 'Omnis generis turbam secum traxerant, demigrantium modo.' c. 28. 'Timuisse se aiebant, ne demigrare cogerentur.' l. XLI. c. 18. 'Tardius ex agris demigrantes obpressi.' XLIV. 6. 'Ipse ab Dio ocius demigrare Pydnam cogit.' Vide quæ notavi ad Silii XII. 517.

Quæ ferre atque agere possent, præ se agentes portantesque] Pal. 1. *apportantesque*. Forte legendum *asportantesque*. Gebhard. *Apportantesque* etiam Lov. 3. *ac portantes* Lov. 1. ac 6. Præterea *quæ ferre ac gerere* Lov. 5. et ed. Camp. *ferre ac agere* reliqui typis descripti usque ad Aldum, qui ex cod. Mog. *atque agere* dedit: *quæ fere atque ægre possent* pessime Voss. Vide ad X. 36. § 17. De locutione 'ferre atque agere' vide ad XXXIII. 13. § 10. Tandem *possint* cod. Mog. quod recepi.

Olympum montem petere] Nusquam in Galatia *Olympum* invenias, neque eum facile credo fuisse, qui in Mysia est Propontidi imminens, ut Strabo ait XII. 574. etiamsi ea regio, quæ ad Hellespontum est, Trocmis vectigalis fuerit: quare hoc nomen corruptum puto, maxime quod paulo post consul Ancyram venisse dicatur tertiis castris. Ego plane *Didymum*, quem ita Ptolemæus vocat, describi existimo. *Glar.* Hoc in bello crebra est mentio 'Olympi' montis, ad quem victi Tolistobogii sunt: pro quo *Didymum* restituendum esse censet Glareanus. Quam vere autem ita censeat, ostendit Appian. in Syriac. p. 115. ubi hujus belli meminit ita: Μάνλιος τῶν Γαλατῶν τοὺς Τολιστοβοίους ἀναφυγόντας ἐς τὸν Μύσιον Ὄλυμπον ἐπιμόχθως τοῦ ὄρους ἐπιβὰς ἐτρέψατο φεύγοντας, ἕως ἀπέκτεινε. *Sigon.* Polyb. Exc. Legat. num. XXXIII. Ἠθροικότες ὁμοῦ τέκνα καὶ γυναῖκας, καὶ τὴν ἄλλην κτῆσιν ἅπασαν εἰς τὸ καλούμενον ὄρος Ὄλυμπον, ἕτοιμοι πρὸς μάχην εἰσίν. Ejus etiam Livius meminit capp. 19. et 24.

CAP. XIX. § 1 *Œnoandensium legati*] Ita Gronov. edidit 1665. forte propter illa, quæ Sigon. notavit ad c. 37. § 11. Lectionem hanc servarunt Doujatius et Clericus. Verum si ita hic legendum existimaret, oportuerat, ut similiter restituisset c. 18. § 2. Quibus enim ibi concessum est, ut de pacis inpetratæ conditionibus domum nunciare liceret, nunc reversi certiora de Gallogræcis adferunt. Nihil mutandum esse, ex codd. etiam constat, in quibus manifesta alterius lectionis vestigia obcurrunt. Nam *Orcandensium* legunt Voss. et Lovel. 4. *Orcadensium* Lov. 2. 3. 6. et Harl. *Orocadensium* Mead. 1. *Orchandensium* Mead. 2. et Gaertn. *Oroandensium* Lov. 1. 5. et edd. vett. quod cum Hearnio et Crevierio revocavi. Vide etiam ad cap. 37. § 11. Mox *cepisse* deest in Lov. 3. et Gaertn.

Tectosagos] *Tectosagas*, ut ad c. 16. § 11. *Sigon.*

Alium montem, qui Magana dicatur, petisse] Nec hic mons apud ullum, quod sciam, authorem invenitur. Ego ex itinere descripto conjicio eum esse, quem Ptolemæus V. 4. 'Giganta' vocat: quanquam apud eum codd. variant: quidam enim *Olysanta*, quidam *Oliganta* nominant: sed variationem eam accidisse puto ex articulo Græco masculini generis ὁ, deinde una aut altera immutata litera, ut nimis sæpe usu venisse videmus. *Glar.* Pall. *Magnava*. Gebh. Recte Freinshemius [ad l. Flori mox laudandum] *Magaba*. Qui et divine apud

Flor. II. 11. 'In altissimos se montes recepissent, quos Tolistoboii Olympum, Tectosagi Magaba insederant.' Andreas *Magava*. J. F. Gron. *Magana* demum inveni in ed. Paris. a. 1573. nisi quod una vel altera vetustiorum similiter præferat: et ita legunt Lov. 2. et 6. *Magna* Mead. 2. *Magnana* Harl. et Mead. 1. *Magnava* Lov. 1. 3. et Gaertn. *Magnavi* Lov. 4. *Magava* Lov. 5. et Hearnii N. *Magabæ* etiam meminit Sext. Rufus in Breviar. c. 11. 'Manlius proconsul Galatas persecutus est, et confugientes partim in Olympum, partim in Magabam montem, qui nunc Modiacus dicitur, de arduis eos in plana detrusit.' Præterea pronomen *qui* post vocem sequentem rejiciunt Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. et Mead. ambo. Insuper *dicitur* Lov. 2. 5. et Harl.

§ 2 *Tunc trium populorum reguli Orgiago, et Combolomarus, et Guulotus*] Legendum *Ortiagon* ex vet. lib. Floro II. 11. eo, qui scripsit de Viris Illustr. c. 55. et Suida. Inquit enim, Ὀρτιάγων Γαλάτης, &c. *Sigon*. Pal. 1. *Orthiago, et Cumbolocrus*. Alter *Ortiago et Comb.* ut et vet. ed. Amplius Pall. uterque, et vet. ed. *Gaudotus*. Gebh. *Tunc* Aldus ex cod. Mog. recepit. Priores vel eam voculam omiserant, quæ neque in Harl. adparet, vel ejus loco præferunt *tum*, consentientibus Lovel. 3. 4. 5. 6. Mead. utroque, et Gaertn. Vide ad II. 12. § 15. Deinde *Orgiago* primum vidi in Frob. a. 1535. ed.: priores habuerunt *Ortiago*, quod etiam servant omnes codd. nostri, nisi quod unus Harl. legisse videatur *Ortiagon*. Vide etiam c. 24. § 2. De vero hujus reguli nomine vide Schott. aliosque ad Aur. Vict. de Vir. Inlustr. c. 55. Torren. ad Val. Max. VI. 1. ext. 2. sed præcipue Duker. ad Flori II. 11. § 6. Dein *Cobolomarus* Gaertn. *Combolūmarus* Lov. 1. *Cumbolocrus* Lov. 3. in contextu, et Hearnii L. 1. Tum *Gaudotus* omnes nostri, Hearnii L. 1. N. et edd. principes. *Gandotus* ed. Ascensii a. 1513. in margine. *Gaulotus* Aldus ex cod. Mog. adscivit. Paullo ante *urmatorum agmen* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. Tum *ferre* deest in Lov. 2.

§ 3 *Se fatigaturos hostes censebant*] Ms. *se fatigaturos hostem:* quod malo. *Modius*. *Hostem* etiam Voss. Lov. 2. 3. 4. Mead. uterque, et Gaertn. quod recepi. Lectionem mutarunt, qui animadverterunt, mox omnia, quæ ad vocem *hostem* referenda subjunguntur, numero multitudinis efferri *ausuros eos, conarentur, quietos sedentes, laturos*. Sed vide ad XXI. 41. § 15. Paullo ante *ratio belli sumendi* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum *editissimos regionis ejus* iidem, primo et ultimo excepto.

§ 4 *Prohiberi ac deturbari posse*] *Aut deturbari* Vossian. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. uterque, Gaertn. et edd. ante Frob. qui a. 1535. *ac deturbari* substituit, adsentiente, ut videtur, Lov. 3. Voces *ac deturbari* desunt in Harl. Mox *montium gelidorum* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. In præcedentibus *tum* deerat in Lov. 1.

§ 6 *Minima adpuratus missilium, &c.*] Pal. 1. *Minime app. miss. telorum fuit cura, et saxa affatim præb. asp. ipsam loc. credebant*. Gebh. Pariter errat librarius Lov. 3.

Cap. XX. § 1 *Locis obpugnandis, futuram præceperant*] Ita Aldus ex cod. Mog. Antea edebatur *expugnandis*, quod etiam superest in Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. solito scribarum errore. Vide ad XXI. 57. § 6. Deinde *perceperat animo* Voss. Lov. 2. 3. 6. et Harl. De locutione 'percipere animo' vide ad VII. 26. § 8. Hic tamen præstat recepta lectio. Supra IV. 27. 'Conferendo vires spem universæ victoriæ suos præcipere.' IX. 5. 'Omnia tristiora experiundo factura, quam quæ

præceperant animis.' x. 26. 'Tanta lætitia ac gratulatio fuit, ut præciperetur victoria animis.' XXXI. 49. 'Non id, quod animis præceperant, questus est.' Cæsar B. Civ. III. 87. 'Ac jam animo victoriam præcipiebant.' Passim hæc verba commutantur. Illis, quæ notata sunt ad VII. 26. § 8. adde ad XXI. 32. § 7. XXX. 8. § 9. XXXV. 35. § 5. et alibi.

Ingentem vim pilorum, velitarium hastarum] 'Velitares hastæ' erant jaculatoriæ, id est, quibus eminus jaculabantur, proinde aliis leviores. De his Ovid. ita scribit in Ibin vs. 47. 'Utque petit primo plenum flaventis arenæ Nondum calfacti velitis hasta solum; Sic ego te nondum ferro jaculabor acuto.' 'Hastam velitarem' Polyb. videtur γρόσφον appellare: quod enim de velitibus hunc in modum scribit Livius c. 21. 'Gladiis a velitibus trucidabantur. Hic miles tripedalem parmam habet, et in dextra hastas, quibus eminus utitur: gladio Hispaniensi est cinctus.' Polybius ita Græce scripsit VI. 20. Καὶ τοῖς μὲν νεωτάτοις παρήγγειλαν μάχαιραν φορεῖν, καὶ γρόσφους, καὶ πάρμην· ἡ δὲ πάρμη καὶ δύναμιν ἔχει τῇ κατασκευῇ, καὶ μέγεθος ἀρκοῦν πρὸς ἀσφάλειαν· περιφερὴς γὰρ οὖσα τῷ σχήματι τρίπεδον ἔχει τὴν διάμετρον. Et mox subjecit, Τὸ δὲ τῶν γρόσφων βέλος ἔχει τῷ μὲν μήκει τὸ ξύλον, ὡς ἐπίπαν δίπηχυ, τῷ δὲ πάχει δακτυλιαῖον, τὸ δὲ κέντρον σπιθαμιαῖον, κατὰ τοσοῦτον ἐπὶ λεπτὸν ἐξεληλαμένον καὶ συνωξυσμένον, ὥστε κατὰ ἀνάγκην εὐθέως ἀπὸ τῆς πρώτης ἐμβολῆς κάμπτεσθαι, καὶ μὴ δύνασθαι τοὺς πολεμίους ἀντιβάλλειν. Ita Polybio 'hasta velitaris' hastile est longitudine duum cubitorum, crassitudine digitali, ferro dodrantali, ita in tenuitatem et gracilitatem ducto et spiculato, ut primo statim jactu necessario inflectatur: a 'velitari' autem et 'manipulari hasta' differebat 'amentata,' quæ gravior erat et major, et, ut majore impetu torqueretur, habena vel amento media vinciebatur, cui digitus inserebatur ad conatum jactus adjuvandum. D. Ambrosius: 'Intorquenda est amentata illa, non manipularis sententia.' *Turneb.* Advers. XIV. 11. 'Hasta velitaris' etiam memoratur XXVI. 4. 'Eis parmæ breviores, quam equestres, et septena jacula, quaternos longa pedes data, præfixo ferro, quale hastis velitaribus inest.' Vide Lipsium de Milit. Rom. III. 1. Ceterum *ingentem numerum pilorum* Hearnii L. 1. quod ex glossa interpretis natum videtur. Vide ad XXIX. 35. § 5. similiter etiam *ingentem vim telorum*, quod est in Gaertn. Mox *glandiumque* Lov. 2. et Harl. *glandis*, sine particula *que*, Lov. 3. Dein *et parvorum, qui funda mitti possent, lapidum* Lov. 3. inter versus: *et modicorum, qui funda mitti lapidum possent* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et edd. ante Frob. 1535.

§ 2 *Instructusque missilium adparatu ad Olympum montem ducit*] Vet. ed. *instructosque miss. app. ad Olymp. m. d.* Pal. 1. *instructumque missilium apparatum ad Olymp. m. d.* Gebh. *Instructisque missilium apparatum a. O. m. ducit* Voss. et Lov. 1. *instructumque missilium apparatum a. O. m. ducit* Lov. 3. *instructusque missilium apparatum a. O. m. ducit* Lov. 4. Mead. ambo, et Gaertn. *instructosque missilium apparatu a. O. m. ducit* Lov. 5. et edd. ante Aldum; qui ita edidit, ut nunc vulgo exstat. Neque aliter mei Lov. 2. et Harl. Optime. Reliquæ lectiones natæ sunt ex eorum interpolatione, qui 'ducere' absolute sine casu poni ægre ferebant: quod tamen Livio frequens esse vidimus ad I. 23. § 5. et XXIII. 18. § 13. Mox vocula *et* deest in Lov. 6. vocula *a* in Lov. 1. *ferme* deesse in ed. Rom. principe, monuit Hearnius: *a quinque fere millibus* legit Lov. 6. Vide ad XXXVII. 38. § 5. *A quinque millibus ferme* Voss. *a quinque millibus fere* Gaertn. Tum

castra locat Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 3 *Situmque Gallicorum castrorum*] Pal. 1. *Gallorum castrorum.* Gebhard. Similiter Lov. 3. Paullo ante *quingentis equitibus* Gaertn. Deinde *prægressum* Harl. Vide ad IX. 10. § 7. Vox *montis* deest in Lov. 3.

Duplex numerus, effusi castris in fugam averterunt] *Duplex numerus effusus e castris.* Gebh. Similiter Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. *effusum se castris* Voss. et Lov. 1. qui codd. eo modo duplicem lectionem *effusum* et *effusus e castris* servare voluisse videntur. Frob. deinde 1535. *effusi castris* dedit. Si ex cod. Moguntino, jubente Gelenio, non adversor : sin, præsertim prepositionem *e* servandam arbitror. Supra XXVI. 19. 'Legationes ad famam adventus ejus ex omni se provincia effuderant.' Vide ad XXXVII. 30. § 9. Deinde *in fugam verterunt* Voss. Lov. 2. et Gaertn. Scriptum fuisse videtur *in fugã averterunt.* Facile igitur prima litera *τοῦ averterunt* ob ultimam vocis præced. excidere potuit. Supra I. 37. 'Non sisterent modo Sabinas legiones, sed subito in fugam averterent:' ubi plura vide. XXV. 15. 'Inconditam Thurinorum turbam in fugam averterunt.' l. XXXIV. c. 15. 'Dissipatos in fugam averterunt.'

§ 4 *Terrenos et placide adclivos ad quemdam finem colles esse*] Pall. *acclives.* Gebh. Similiter Lovel. 2. 3. 4. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Insuper *meridiano genĩce terrenose et placidaditus ad quemdam finem esse colles* Voss. *terrenos et placiteatus ad quemdam finem esse colles* Lov. 1. *terrenosos ad quemdam finem esse colles* Lov. 6.

Ad septentrionem arduas et rectas prope rupes] Pall. vitiose *septentrione ardue ereptas prope rupes atque omnibus ferme aliis invisa itinera tria esse.* Gebh. Lectio, quæ nunc exstat, unice debetur cod. Mog. ex quo eam Aldus adoptavit. Antea edebatur *septentrione ardue erectas prope rupes.* Similiter *septentrione* præferunt omnes codd. nostri ; quomodo dedisse videntur librarii, quia melius convenire putabant *meridiana regione* et *septentrione,* quam *ad septentrionem.* Verum, constructionis varietatem illam Livio convenire, pluribus videbimus ad l. XXXVIII. cap. 39. § 10. Dein *ardue erectas* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. et Mead. 2. *ardue trectas* Lov. 1. *arduas tetricas,* omissis duabus sequentibus vocibus, Lov. 6. *ardue et rectas* Mead. 1. Sed merito Aldus Moguntinam lectionem prætulit.

§ 5 *Omnibus ferme aliis inviis, itinera tria esse*] Hanc iterum lectionem idem Aldus ex cod. Mog. adscivit, quum olim ederetur *omnibus ferme aliis invias: itinera tria esse,* quod in uno tantum Lovel. 5. vidi: *omnibus aliis ferme invisa* Voss. et Lov. 6. *omnibus ferme aliis invisa* Lov. 1. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Præterea *tria itinera esse* Lov. 2. et Harl. Mox *ab æstivo casu,* pro *occasu,* Lov. 2. et Harl. duabus literis omissis, quarum prior proxime præcesserat, altera sequitur.

§ 6 *Postero die, sacrificio facto*] Vox *die* deficit in Voss. Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambobus, et Gaertn. quasi illa, quum præcesserit 'eo die,' facile inde repeti possit. Sed reliqui eam servant. Voces etiam *sacrificio facto* non adparent in Lov. 3. Mox § seq. *cum magna parte,* pro *maxima,* Vossian. et Gaertn.

§ 9 *Ab æstivo occasu erigere agmen*] *Ab occasu æstivo* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Mox *bifariam* Lov. 3. Tum *proxima tumuli planitie* Lov. 2. 3. Harl. et Mead. 1.

§ 10 *Edictum præfectis, ut intenti, quid ubique geratur, animadvertant; opemque ferre*] Pal. 1. *Edicit pr. ut intenti, quod ubique g. a. ut opem ferre, quo p. r. prop.* Gebh. *Edicit* Lovel. 3. Tum *quod ubique geratur* Voss. Lov. 6. et Gaertn. Hinc *ut opem ferre* Lov.

3. Deinde *postulat res* magis ex more Livii fore putat Crevierius. Codd. nihil mutant. Tandem *possent*, pro *properent*, Harl. *possint* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn.

Cap. xxi. § 1 *Galli, duobus lateribus satis fidentes invia esse*] Libri nostri omnes *Galli et ab duobus lateribus.* Gebh. Similiter Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Mead. 1. et edd. vett. *et a duobus lateribus* Lov. 3. Harl. et Mead. 2. *ab duobus lateribus* Lov. 2. Gaertn. et prima editionum Mediol. 1505. tum Ascens. 1513. Vocem vero *ab* deinde abjecit Froben. 1535.

Quatuor ferme millia armatorum] Pal. 1. negligit τὸ *ferme.* At posterior legit *quatuor millia fere.* Iterum Pal. 1. *a castris oppugnandum mittunt.* Gebhard. *Fere milia* Lovel. 5. et edd. antiqq. vide ad xxxvii. 38. § 5. *millia fere* Voss. Lovel. 1. 4. 6. et Harl. *millia ferme* Lov. 2. Mead. ambo, et Gaertn. Τὸ *ferme* deest in Lov. 3. Quod nunc editur, primum vidi in Ascens. 1510. Mox *minus C^c^c passuum* Hearnii N. quod recte ex non intellecta numeri millenarii nota ↀ ortum esse suspicatur. Vide ad xxxv. 35. § 4. Tum *a castris oppugnandum* Lov. 3. Denique *veluti castello* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 2 *Ante signa modico intervallo velites eunt*] De hoc loco agunt Lipsius de Milit. Rom. iv. 2. et Schelius ad Hygin. p. 1052. ubi adversus Salmas. disputat, qui c. 17. de Re Milit. Rom. 'velites' et 'antesignanos' eosdem esse contendit, et Livium inconstantiæ arguit, ut qui interdum 'velites' ab 'antesignanis' distinguat. De armatura velitum vide Schel. c. 14. ad Polyb. et Lipsium de Milit. Rom. iii. 1. et de scutis Gallorum in Analect. ad iii. de Milit. Rom. 2. *Duk.*

Et Tralli Thraces] Ego *Triballi* legendum existimo, quos Ptolemæus iii. 10. in inferiore ponit Mysia, Thracibus vicinos. Tralles autem ad Mæandrum fluvium non ita longe a Sardibus idem collocat v. 2. quod in superioribus jam sæpius admonuimus. Nisi quis existimet, et in Asia quoque Triballos habitasse, ut Tralles ac Mysos; quod tamen absque authore non facile dixerim. *Glar.* Vet. lib. *et Tralli, et Thraces:* recte: neque enim assentiendum est Glareano, qui pro 'Trallis' 'Triballos' invexit, quos Illyriorum esse populos supra docuimus. *Sigonius.* Pall. *et Trallis Threces.* Vet. ed. *et Trallii Thraces.* Gebh. Edd. principes *et Trallii*, vel *et Tralli, Thraces.* Vascos. deinde ex sententia Glareani *et Triballi Thraces* emendavit. Postea Sigonius quidem in notis *et Tralli et Thraces* scribendum vidit, verum *et Tralli Thraces* in contextum recepit; sequentes tamen editores lectionem Glareani servarunt usque ad Gruteri ultimam, quæ iterum *et Tralli Thraces* revocavit; quod hodie adhuc obtinet. Ea autem lectio ferri nequit. Tralles enim fuerunt populi Illyrici, memorati xxxi. 35. 'Tralles (Illyriorum id, &c. est genus) et Cretenses trecentos, &c. misit.' Thraces vero et Illyriorum Tralles distinguuntur xxxiii. 4. 'Thracumque et Illyriorum (Trallis nomen est genti) par numerus.' Neque etiam ferri posse videtur lectio Glareani. Nam Triballi etiam a Thracibus diversi fuerunt, ut non modo constat ex Ptolem. quem ipse Glarean. laudavit, sed etiam ex Arrian. de Exp. Alex. M. i. in princ. ubi narrat Alexandrum decrevisse ἐλαύνειν ἐπὶ Θράκης, ἐς Τριβαλλοὺς καὶ Ἰλλυρίους. Triballi tamen Thracibus vicini sunt ibid. c. 2. οἱ Θρᾶκες οἱ πρόσχωροι τοῖς Τριβαλλοῖς. Non convenit quidem inter codd. quidam enim *Tralli*, quidam *Tralles*; præterea alii *Treces*, alii *Threces*, alii *Thraces* exhibent. In eo tamen consentiunt, nihil eos inter duas illas voces medium agnoscere, uno excepto Harl. qui *Tralles et Threces* legit. Nihil itaque verius video, quam ut vel cum Sigonio restituamus *Tralli et*

Thraces, vel proxime ad cod. Harl. *Tralles et Thraces. Threces* scripti præferunt, ut itidem *Threcia*. Vide ad XXXVII. 33. § 3. *Tralles* autem æque ac *Tralli* Livio in usu fuisse, dictum est ad XXXI. 35. § 1.

§ 3 *Per arduum, leni gradu ducuntur*] *Levi gradu* Lov. 2. 3. 5. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. Sed recte Aldus *leni grada* ex cod. Mog. adscivit, consentientibus reliquis meis. 'Lenis' enim 'gradus' est placidus, lentus, qualis hic convenit; at 'levis' foret velox. Solent autem 'lenis' et 'levis' in Mss. confundi. Vide ad XXXVI. 31. § 8.

§ 4 *Commissum est, primo par, Gallos*] *Commissum et primo Gallos* Voss. Lov. 6. Harl. et Gaertn. *commissum, et primo pars Gallos* Lov. 1. 3. 4. et Mead. ambo: *commissam, et primo pares Gallos* Lov. 2. 5. et edd. principes. Quum deinde Moguntini monuissent se in cod. suo *commissum est* invenisse, hinc Aldus dedit *prœliam commissum, et primo par est, Gallos*. Frob. deinde 1535. substituit, quod nunc vulgo editur. Mox *plane male tegebant* Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 5 *Nec jam tela habebant, præter gladios*] Ita primum inveni in Gruteri ed. postuma. Priores obferunt *Nec jam tela alia habebant*, quod superest quoque in Lov. 5. Nec differunt reliqui scripti, nisi quod, mutato ordine verborum, legant *Nec tela jam alia habebant*, vel, ut est in Lov. 6. *Nec tela alia jam habebant*. Ut vocem autem *alia* omitteret, hanc caussam habuisse videtur, quod salvo sensu abesse potuerit. Verum non omnia, quæ abesse possunt, confestim ejicienda sunt. Similiter fere II. 44. 'Nihil præterea aliud, quam suas vires, sua arma horrebant:' quod dicere etiam potuisset, *nihil præterquam suas vires*. Cic. de Orat. II. 69. 'Rogavit, num quid aliud ferret, præter arcam.'

§ 6 *Quod cuique temere trepidanti ad manum venisset*] *Quod unicuique* Voss. et Gaertn. quod ex glossa natum videtur. Simili modo peccatur in nonnullis codd. VIII. 21. § 1. XXII. 55. § 6. et alibi. Præterea vox *temere* exsulat ab omnibus scriptis et edd. antiquioribus. Aldus eam primus adscivit ex cod. Mog. Mox *et ut insueti* scribendum conjicit Crevier. ut vocula *et* respondeat præcedenti membro *nec modicis*. Ea itaque censenda est excidisse ob literas ultimas vocis præced. de quo vide ad XXXV. 41. § 7. Sed et vulgatum placet. Non enim necesse est, ut *nec* hic capiatur pro 'et non,' sed *nec modicis* accipi potest, pro 'non modicis,' ut 'necopinatus,' pro 'non opinatus,' 'inopinatus,' et similia alia passim. Vide Zinzerl. Promuls. Crit. c. 23.

§ 7 *Ira et pavore occæcatis animis*] *Eccæcatis* Mead. 1. unde videri posset legendum *excæcatis*. At reliqui *occæcatis* recte tuentur. Supra VIII. 32. 'Si obcæcatus ira infestam multitudinem in se movisset.' Livium id verbum amasse, vidimus ad XXII. 43. § 11. Paullo ante *incauti et ab omni parte configebantur* omnes scripti, et edd. ante Frob. qui a. 1535. copulam *et* expunxit.

§ 8 *Invicem pati ac inferre vulnera licet*] Primo divisis vocibus legendum *in vicem*. Vide ad I. 40. § 6. Deinde *ac inferre* demum vidi in ed. Paris. 1573. Priores, quas consului, *et* pro *ac* legunt; quod quum etiam servent omnes codd. nostri, eo magis Livio reddidi, quod rarissime, aut forte numquam, utatur vocula *ac* ante vocem, quæ a vocali incipit. Vide ad X. 36. § 17. Præterea *inferri* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, et edd. primæ; pro quo Moguntini ex membranis suis recte emendarunt *inferre*, quod obvium etiam fuit in Lov. 2. Harl. et Gaertn.

§ 9 *Detegebat vulnera eorum, quod nudi pugnant, et sunt fusa*] *Detegebant* perperam Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl.

Mead. ambo, et Gaertn. Tum *et quod nudi* Lov. 5. et edd. vett. Copulam *et* prima omisit ed. Paris. 1573. quam ex reliquis codd. nullus agnovit. Tum *pugnabant* Lov. 1. et 6. Mox *nudantur* Lov. 1. 3. 6. et Voss. Hinc *ex multa carne* Lov. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo.

§ 10 *Insecta cute, ubi latior, quam altior, plaga est*] J. Periz. ad marg. Livii conjecit scribendum esse *ubi altior, quam latior*, quod a mente Livii alienum est. Videtur enim describere, quid levius, quid gravius vulnerati Galli facere soleant. Si latior, quam altior plaga, et cutis tantum quasi insecta est, vulneris obligandi caussa ex prœlio non excedunt; sed, manante per membra nuda cruore, pugnam instaurant, arbitrati se ita gloriosius pugnare. Contra si vulnus altius penetravit, et telum vulnere evellere nequeunt, non in hostem ruendo certæ mortis vindictam sumere conantur; sed, omisso certamine, corpora humi prosternunt, et inutilibus querelis tempus terentes inulti pereunt.

§ 11 *Scrutantes, quæ vellant*] Quæ vellerent, nisi telum? illud investigandum illis erat, qua via et quo pacto, si forte fixum ossibus hæreret, evellerent aculeum teli. Lego nulla prorsus mutatione *qua evellant*. Jac. Perizon. In vulgatum conspirant omnes nostri, nisi quod *quo vellant* vel *vellent* legant Voss. Lov. 6. et Gaertn. Ingeniosa Perizonii conjectura est, nulla litera vel addita, vel expuncta. Ea tamen opus non videtur. Tenue enim vulnus non tantum inlatum erat sagitta, sed et funda; et hinc non tantum scrutandum erat *qua*, sed etiam *quæ*, sive aculeum, sive glandem, vellerent. Haud male cum hoc loco conferri potest alius Virgilii, Æneam vulneratum describentis, Æn. XII. 387. 'Sævit, et infracta luctatur arundine telum Eripere, auxilioque viam, qua proxima, poscit: Ense secent lato vulnus, telique latebram Rescindant penitus, seseque in bella remittant.' Mox trajectis vocibus *versi pestis* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Dein *sicut passim* una voce Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. et Gaertn.

§ 14 *Pauci supererant jam Gallorum*] *Pauci jam supererant* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Mox *et stare* scripti omnes, et edd. vett. pro quo Aldus recte *et instare* ex cod. Mog. reposuit.

Cap. XXII. § 1 *Dederunt, ascendissent*] Thuan. *escendissent*. Jac. Gron. *Exscendissent* Lovel. 1. *escendissent* Lov. 4. et Mead. 2. Vide ad II. 28. § 6.

Postquam ad invia ventum est] Pal. 1. *priusquam*. Vet. ed. *ad invia perventum*. Gebhard. *Priusquam* etiam Lov. 3. reliquis omnibus invitis.

Flexere iter in partem montis, quæ una habebat iter] 'Flectere iter' compluribus locis dicit Livius, nec minus sæpe multas voces præter necessitatem iterat. Vellem tamen, libri essent, qui priore loco non haberent *iter*. III. 8. 'Ex Gabino in Tusculos flexere colles.' XXVII. 43. 'Flexit in Picenum.' XXVIII. 16. 'Clauso transitu fluminis ad oceanum flectit.' *Duk.*

§ 2 *Sequi consulis agmen, modico uterque intervallo, &c. cœperunt*] *Sequi consulis agmen L. Manlius, C. Helvius*, in paucis tamen nominum illorum apicibus dissentientes inter se, tantum non omnes legunt codd. Verum ducum nomina perperam ex initio cap. repetita sunt.

Quod primo optimum factu fuisset, in id necessitate ipsa compulsi] *Primo* deest in Voss. sed *primum* legunt Lov. 6. et Gaertn. Tum *optimum factum* Lov. 1. 3. 4. 6. Voss. et Mead. uterque. Male: *optimum factu*, ut 'fœdum inceptu,' 'fœdum exitu' supra in Præf. Quæ librariis errandi caussa fuerit, vide ad VI. 3. § 8. Tum

nisi in id necessitate ipsa compulsi Lov. 6. *ni id necessitate ipsa compulsi* Lov. 3. *in id necessitate impulsi* Gaertn.

§ 3 *Subsidia enim in talibus iniquitatibus locorum maximæ spei suis fuerant*] Antiqua scriptura *maximo sæpe usui fuerunt*. Gelen. Continet Pall. uterque *Subsidia e. i. t. i. l. maxime sæpe suis fuerant*. Vet. ed. *Subsidia e. i. t. i. l. maximæ spei suis fuerant*. Gebh. Similes ferme lectiones in omnibus nostris inveni, nisi quod *Subsidio* legant Voss. Lov. 2. 6. et Gaertn. Veram lectionem Gelenius Livio vindicavit; quam se etiam in cod. suo reperisse Moguntini testati sunt, nisi quod is servet *fuerant*. De locutione 'maximo usui esse' vide ad XXXI. 42. § 8.

Secundi et tegant pulsos, et integri pugnam excipiant] Pal. 1. *secundi regant pulsos, et integri pugnam accipiant*. Alter vero *secundi contegant pulsos*. Gebh. *Secundi regant pulsos* Lov. 3. Vide ad XXXVII. 11. § 3. *Secundi contegant pulsos* Lov. 4. et Mead. 2. Tum *pugnam accipiant* Lov. 3. et Gaertn. Sed 'excipere' in hac re proprium. Vide Dukerum ad XXX. 18. § 9. *Secundi et tegerent pulsos, et integri pugnam exciperent* Lov. 2. et 6.

§ 4 *Prima signa legionum*] Ultimam vocem ignorant Lov. 2. et Harl. Mox *respirare et requiescere* Gaertn. *respirare et compescere* Lov. 1.

§ 5 *Tale prælium ediderit*] *Prælium tale* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et edd. ante Aldum. Præterea *edidit* Voss. et Gaertn. Vide ad XL. 14. § 10. Mox *ferocissimorum militum* Lov. 2. Vide ad XXVIII. 42. § 4. Tum *compulsus levi armatura* Voss. et Lov. 1. 3. 6.

§ 7 *Quo plures ac densiores erant*] *Plures et densiores* Gaertn. *plures atque densiores* Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. et edd. ante Aldum. Mox *vani intercideret*, vel *intercederet, quidquam teli* Lov. 1. 3. et 6. Præterea *stationibus tamen firmis* Lov. 3. et 4. Vide ad IX. 12. § 6. Insuper § seq. *telorum missilium* Harl. et Mead. 2. Tum *coniciebantur* Gaertn. quasi *vis* conlective sumeretur. Vide ad VIII. 28. § 6.

§ 9 *Hi vero non vulnerabantur*] Hoc incredibile est reputantibus, quæ et ipse Livius, et alii apud Lipsium de Milit. Rom. III. 4. de vi ac vehementia ictus pilorum prodiderunt, et quoties conjectu eorum non scuta solum transverberata, sed, his trajectis, corpora quoque vulnerata ac prostrata memorentur: quod nunc quoque factum fuisse eo verosimilius est, quod Gallorum scuta 'plana,' id est, sine umbonibus, quibus ictus telorum repellerentur, fuisse dicit Livius. Lipsius l. d. addita voce citat, *ii vero non solum vulnerabantur*. Vidit sententiam, sed haud dubie liberalis fuit de suo. Nam nec quisquam *solum*, aut aliam ejusdem significationis vocem in libris vett. invenit, nec hujusmodi supplementis opus est. *Non vulnerabantur, sed, &c. hærebant* recte accipi potest dictum pro non modo vulnerabantur, sed etiam hærebant, usitata probatissimis quibusque scriptoribus ellipsi, cujus exempla viri docti ad Front. Strateg. II. 13. § 3. et ad Sallust. Jug. c. 14. § 23. congesserunt. Adde J. F. Gronov. ad Livii XXVIII. 11. *Duk.* Optime hunc locum exposuit Dukerus. Supra X. 6. 'Eam actionem susceperunt, qua non infimam plebem accenderent, sed ipsa capita plebis.' XXI. 41. 'Unusquisque se non corpus suum, sed conjugem ac liberos parvos armis protegere putet.' XXXIX. 28. 'Eumenes enim, non nisi vicissent Romani, sed nisi bellum gessissent, manere in regno suo non potuit:' ubi male unus et alter *non solum nisi vicissent*. Vide Ant. Augustin. Emend. II. 1. Perizon. ad Val. Max. III. 3. ext. 4. et Cortium ad Sall. Jug. c. 14. § 23. Ceterum *hi vero vulnerabantur*, omissa negatione, male Lov. 3. Paullo ante etiam τὸ

suis deest in Lov. 2.

Plerique inter se conserti hærebant] Hoc Lipsius eodem loco commode explicat e Cæsare B. G. I. 25. Quia in arto conserti, et velut testudine facta structis ante se et conjunctis scutis stare debuerunt, non difficulter uno ictu pilorum plura scuta transverberari potuerunt; quibus transfixis et colligatis ipsi inter se conserti hæserunt. *Duk. Inter se hærebant conferti* Gaertn. Vide ad XXII. 28. § 10.

CAP. XXIII. § 1 *Nunc cæci per vias, per invia*] Perspicua menda est in voce *nunc*, pro qua libri veteres habent *ruunt*. Sigon. Illud *nunc* operarum errore exhibet ed. Bas. 1554. Reliqui, et scripti et editi, *ruunt*. Sed *per vias per ima* Lov. 6. Vide ad XXXI. 37. § 11.

Nulla præcipitia saxa, nullæ rupes obstant] Ad hunc modum quidem vet. ed. Sed Pal. 1. *nulla præcipitia et rupes obstant*. Alter *nulla præcipitia, saxa nulla seu rupes obstant*. Gebh. *Nulla præcipitia, saxa nulla seu rupes* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo: *nulla præcipitia, saxa nulla et rupes* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. *nulla præcipitia et rupes* Lov. 3.

§ 2 *Prolapsi aut debilitati exanimantur*] Pal. 1. *debellati*. Gebh. Similiter Lov. 3. Duæ voces mediæ desunt in Harl.

Direptione prædaque abstinet: militem sequi pro se quemque, et instare] Pal. 1. *direptione prædaque abstinere militem: sequi se quemque, instare, et perculsis pavorem addere jubet*. Gebh. Omnes ante Moguntinos *præda quibusque abstinet*. An fuit *direptione prædatibusque abstinet?* Neque enim incommoda vox sit per analogiam *prædatus*. J. F. Gronov. Non male forsitan consul abstinere ea re dicitur, quam militibus suis non permittit, quorum erat capta hostium castra diripere. Malim tamen, cum tam facili negotio sententia hæc commodius et concinnius enunciari queat: *consul c. c. direptione p. abstinere militem, sequi pro se quemque, &c.* Jac. Perizon. Si verba in hunc modum distinguantur *direptione prædaque abstinet militem: sequi pro se quemque, &c. jubet*, retineri potest *abstinet*. IV. 59. 'A cetera præda Fabius militem abstinuit, donec collegæ venirent.' *Duk. Castris captis quemque*, omissis septem vocibus mediis, Voss. *præda quibusque abstinet* Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. ex quorum consensu Gronovii conjectura *direptione prædatibusque* tanto verisimilior efficitur. Vocabulum quidem *prædatus* pro *prædatio*, quam analogia defendit, hodie apud scriptores, qui supersunt, non reperitur; verum similiter *postulatus* pro *postulatio* utitur Liv. IV. 9. § 6. quæ tamen vox apud nullum præterea scriptorem obvia fuit. Similia plura vide apud Torren. ad Val. Max. I. 1. 1. p. 8. Quin et forte *prædatus* restitui debet Vopisco, apud quem vulgo editur in Probo c. 8. 'Quum de prædato, sive ex Alanis sive ex aliqua alia gente incertum est, repertus esset equus non decorus:' in eo igitur legendum videtur, *Quum de prædatu, sive ex Alanis*. Posses etiam, si codd. faverent, *Quum, deprædatis sive Alanis sive aliqua alia gente incertum est*. Quum tamen Moguntini *prædaque* auspiciis cod. sui in contextum receperint, necesse non puto, ut insolitam hanc vocem *prædatibusque* Livio obtrudamus. Et quidem cur numero plurali *prædatibus* Livium dixisse censeremus, quum unitatis numero *direptione* præcedat? Eo magis autem Mog. cod. lectionem *prædaque* probandam censeo, quod eamdem etiam in Lov. 3. invenerim. Deinde *abstinere militem*, ut Perizon. malebat, Lov. 3. et 6. a m. sec. quo nec ipso opus est, si cum Dukero, mutata distinctione, legamus *abstinet militem, sequi*. Et hæc etiam interpunctio placuit Doujatio et Crevie-

rio, quorum posterior eam in contextum recepit. De locutione vide ad II. 22. § 4. Tum *sequi se quemque* Lov. 3. Male. Vide ad IV. 33. § 4. Tum *quemque, instare*, sine media copula *et*, Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui auspicio cod. Mog. addidit.

§ 3 *Nec eos castra intrare sinit: protinus ad persequendos*] *Nec eos castra intrare agmen sivit* Lov. 6. Tum *ad consequendos* Voss. quod probari posset, si plures codd. consentirent. Vide ad XXVII. 20. § 1. Mox *plurimi cæsi forent atque capti* Lov. 2. et Harl. *plurimi forent, aut capti* Lov. 6. in cujus margine est *plurimi forent mortui aut capti*. Dein § seq. *ab direptione* Lov. 4. 6. et Voss. quorum ultimus cum Gaertn. præferunt *interfuerunt* pro *interfuerant*.

§ 5 *Quantum equi in colles subire poterant*] Longobardicus codex *quantum equis subire poterant*. Elegantissime: et ita me illæ deæ ab Aonia, ut reliqua a mala manu sunt. *Modius*. Pal. 1. *quantum equi colles subire poterant*. Gebh. Similiter Lov. 1. 3. 6. in quibus *ĩ* sive *in* excidit haustum a vocis præced. litera finali. Vide ad XXXVII. 41. § 8. Codicis Mog. lectionem, quæ Modio etiam placuit, recepi. Paullo ante *ignari et pugnæ et victoriæ eorum steterant* Gaertn.

§ 6 *Numerus interfectorum haud facile iniri potuit, quia late inter omnes anfr.*] Ms. *per omnes anfractus montium*. Modius. Pal. 1. *Numerus interf. Gallorum haud facile inveniri potuit: qui late per omnes anf.* Gebhard. Eamdem lectionem in Lov. 3. inveni, unde cod. Mog. lectio *per omnes amfractus*, pro *inter*, defenditur. Solent autem *inter* et *per* confundi a librariis. Vide ad XXXV. 11. § 10. Numerum interfectorum incertum fuisse, aliam tamen ob caussam, testatur etiam App. Alex. B. Syr. p. 115. Ἕως ἔκτεινε καὶ κατεκρήμνισεν ὅσσον ἀριθμήσασθαι διὰ τὸ πλῆθος οὐκ ἐγένετο. Mox voces *pars rupibus inviis in profundæ altitudinis convalles delapsa est* desunt in Vossian. propter repetitam vocem *pars*. Vide ad IX. 11. § 11. Eædem voces post voces sequentes *pars in silvis vepribusque occisa* trajiciuntur in Gaertn.

§ 8 *Ad quadraginta millia hominum cæsa auctor est: Valerius Antias, qui magis inmodicus in numero*] Pall. uterque, et vet. ed. *ad quadraginta* (vet. ed. *ad LX.*) *millia hominum auctor est cæsa. Valerius Antias, qui magis in numero augendo esse solet*. Gebh. Magontiaci provenit. Scripti et olim editi *qui magis in numero augendo esse solet*. An dictum, ut XXIV. 27. notavimus, *trahenda re esse?* J. F. Gron. Immo, quum Moguntini, præeunte optimo cod. suo, vocem *inmodicus* inseruerint, et, ut Crevierius etiam agnoscit, sine ea sensus constare nequeat, lectionem illam probandam censeo. *Ad LX. millia* Lovel. 5. et edd. vett. pro quo jam Venetiis a. 1495. *XL. millia* editum vidi; quod non tantum verum esse evincit cod. Mog. sed et reliqui, quibus usus sum, Mss. Deinde *auctor est cæsa* omnes scripti, et excusi ante Aldum, qui *cæsa auctor est* primus vulgavit.

§ 9 *Numerus captivorum haud dubie millia quadraginta explevit*] Appian. in B. Syriac. p. 115. Αἰχμαλώτους δ' ἔλαβεν ἐς τετρακισμυρίους. *Haud dubio* legit Lov. 6. Sed vide ad XXXIV. 2. § 6.

§ 10 *Armis hostium in uno concrematis cumulo*] *Crematis* Lov. 3. quem, reliquis adversantibus, non audiendum arbitror. Vide ad X. 29. § 18. Tum *tumulo* Lov. 2. 4. 5. 6. Harleian. Mead. 2. Gaertner. et edd. ante Aldum. Male. I. 37. 'Spoliis hostium ingenti cumulo accensis.' XLV. 33. 'Cetera omnis generis arma cumulata in ingentem acervum.' Solent autem hæ voces confundi. Vide ad X. 29. § 19.

Vendidit, quod ejus in publicum redi-

gendum erat] Captiva corpora præcipue designari puto: nam ea fere extra prædam erant, et a quæstore vendebantur, quodque inde refectum erat, in publicum redigebatur. v. 22. VII. 27. X. 46. XXVII. 19. Vide P. Fabr. Semestr. II. 3. Sic quoque accipio alia loca, quibus præda partim vendita, partim militi divisa dicitur. XXIII. 37. XXIV. 16. XXXVI. 30. XXXVII. 5. *Duk.* Τὸ *ejus* deest in Lov. 1. Male. Vide ad XXXI. 3. § 2. Mox mallem *inter milites divisit*, pro *per milites*. Præpositiones *inter* et *per* passim a librariis confundi, vidimus ad § 6.

§ 11 *Nam singularis ejus juvenis quum virtus*] Libri omnes *ejus viri*, non *juvenis*. Gebh. Similiter Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. principes. Neque aliter scripti, quos Gronov. excussit, ut in prima ed. nott. monuit. Aldus vero *ejus juvenis* ex membranis Mog. adscivit. Quamvis autem Gronovio parum interesse visum sit utra lectio admittatur; optimi tamen cod. scripturam probandam puto: nam et alibi Livius Attalum 'juvenem' vocavit hoc lib. ut c. 12. 'Consuli ad Magnesiam obcurrit Attalus, &c. Consul, conlaudato juvene, cum omnibus copiis ad Mæandrum progressus castra posuit.' c. 20. 'Attali auxilia trifariam æquo numero divisit: secum esse ipsum juvenem jussit.' Præterea *tum virtus* Vossian. Lov. 2. 5. 6. Harl. et edd. antiqq. Alterum Moguntini ex cod. suo adoptarunt. Et ita reliqui nostri, nisi quod vocem *quum* ignoret Lov. 3. Vide ad VI. 23. § 3. Mox *fuerant* Mead. 1.

Cap. XXIV. § 1 *Angyram, nobilem in illis locis urbem*] *Ancyram* omnes alii vocant: sed hoc fecit mutarum cognatio γ et κ. *Glar.* Sic Suidas in voce Γαλᾶται: Ἐπὶ Γαλάτας ἐστρατεύσαντο Ῥωμαῖοι κοινωνήσαντας Ἀντιόχῳ τῆς ἐπὶ τῷ Σιπύλῳ μάχης, καὶ συμπεσόντες αὐτοῖς περὶ πόλιν Ἀγκύραν Μαν-λίου σφῶν ἡγουμένου μυρίους μὲν τῆς μαχίμου ἡλικίας καταβάλλουσιν, &c. Sigon. *Angiram* vel *Angyram* perperam etiam plerique scripti.

§ 2 *Orisgontis reguli uxor*] Valerius Max. VI. 1. hunc Orisgontem, si codd. non errant, vocat *Orgiagontem*, ubi eandem recenset historiam. *Glarean.* *Digiagontis* Lovel. 6. *Origia gigantis* Hearnii L. 1. *Orgia gentis* Lovel. 1. *Origiagiontis* Harl. *Orgisgontis* Voss. Lovel. 5. et edd. vett. *Origisgontis* Lovel. 2. *Origiagontis* Mead. 1. et Hearnii N. *Orgiagontis* Lov. 3. Mead. 2. et Gaertn. *Orgiaguntis* Lovel. 4. Sed recte Frob. 1535. *Ortiagontis* edidit. Est enim idem, qui memoratur cap. 19. § 2. Uxorem ejus Chiomaram apud Plutarch. de Virtut. Mulier. c. 43. adpellari, docuit Camers ad Flori II. 11. § 7. Jac. Perizonius ad marginem Livii adscripsit, vernaculum reguli nomen fuisse *Ortwin*, uxoris ejus *Widmara*.

Inter plures captivos, cui custodiæ centurio præerat] *Inter plures captivas* Lov. 6. Et ita in Victor. suo reperit Crevierius, qui lectionem illam in contextum recepit, quia Plutarchus etiam loc. laud. huic scripturæ favet. Verba Plutarchi sunt p. 258. Χιομάραν δὲ συνέβη τὴν Ὀρτιάγοντος αἰχμάλωτον γενέσθαι μετὰ τῶν ἄλλων γυναικῶν. Deinde *cujus custodiæ* male Voss. Lovel. 6. et Gaertn. Ceterum Schottus notat ad Aur. Vict. de Vir. Inlustr. c. 55. quem Livius aliique 'centurionem' vocant, a Plutarcho 'tribunum militum' adpellari. Verum Plut. d. l. eum ταξίαρχον dixit; quæ vox recte *Centurio* redditur: ut omnino Schottus errarit.

§ 3 *Is primo ejus animum tentavit: quem quum abhorrentem*] Τὸ *ejus* non comparet in Pall. et vet. ed. Statim Pal. 1. *quam quum abhorrentem a voluptario videret stupro corporis.* Gebhard. Pronomen *ejus* deest etiam in Voss. Lov. sex, Harl. Mead. utroque, Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. Deinde

quam quum abhorrentem Vossian. et Gaertn. reliquis omnibus invitis, qui *quem* tuentur. Hinc *a voluptario stupro* Lov. 3. eodem errore, quo 'voluntas' et 'voluptas' sæpe confundunt-tur. Vide ad v. 6. § 3.

Corpori, quod servum fortuna erat, vim fecit] An *fecerat?* sed et alterum *fecit* superfluum est, scripseratque Livius *corpori, quod servum fortuna fecerat, vim; deinde, ad len. ind. inj., spem red. ad suos mul. fecit.* J. F. Gronov. Priorem Gronovii conjecturam *servum fortuna fecerat* probat etiam Crevierius. Sed *erat* omnes omnino libri tuentur.

§ 4 *Et ne eam quidem, ut amans, gratuito, certo a. p. p.*] Et ne eam spem gratuito, ut amans, fecit, sed certo auri, inquit, pondere pactus. Ideoque alii hæc non recte emendarunt ad hunc modum: *et ne eam quidem ut gratuitam amans. Eam* enim 'spem' refert, non 'mulierem.' *Glar.* Pall. *ut gratuitam amans.* Vet. ed. *ut amans, gratuito.* Gebh. Olim edebatur *ut amans, gratuito,* quod in uno tantum inveni Lov. 5. Quum deinde Moguntini monuissent, se in cod. suo *gratuitam* invenisse, mox Aldus, ea lectione recepta, insuper edidit *ut gratuitam amans,* consentientibus Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. quæ lectio jure Glareano displicuit. Recte igitur Frob. 1535. id recepit, quod nunc exstat. Et ita præferunt Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Vocem *gratuito* non damno; utrum tamen Livius ea usus fuerit, nescio. Rectius itaque *gratuitam* receptum puto, quod apud Livium frequens. Ita 'gratuita parricidia' I. 47. 'voluntaria et gratuita opera' XXVIII. 21. 'gratuita pax' XXXVIII. 59. 'gratuita beneficia' XLV. 42. Præterea male ita Heinsius apud Elzevir. distinxerat: *mulieri facit: et ne eam quidem, ut amans, gratuitam; certo auri pondere pactus: ne quem conscium, &c.* quod ceteri servarunt. Crevierius recte distinctionem, quæ nunc exstat, induxit. Deinde *certo sed auri pondere* Lovel. 6. Paullo ante *ad leniendam indignationem* Lov. 3. sollemni scribarum errore. Vide ad Epit. Liv. l. LVIII. Insuper *mulieri fecit* Voss. Lov. 2. 3. 5. Hearnii L. 1. et edd. ante Frob. 1535. In sequentibus etiam *ne quem suorum conscium* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Mead. uterque, et Gaertn. Vox vero *unum* deest in Lov. 6.

§ 5 *Duo, nec plus, necessarii captivæ cum auro venirent nocte insequenti*] Thuan. et Vossian. *duo, ne plus,* quod præplacet. XXXVI. 1. 'Ut auxilia ab sociis, ne supra quinque millium numerum, acciperet.' *Jac. Gron.* Hanc emendationem recte probavit, et in contextum recepit Crevierius: neque aliter Lov. 1. 2. 4. 5. Hearnii Oxonn. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Quum autem deinde *nec plus* viri docti edere incepissent, Frob. 1535. alterum revocavit; quod obtinuit usque ad Gruterum, cujus ultima ed. iterum perperam dedit *nec plus.* Apud Livium aliosque scriptores frequentes sunt illæ locutiones 'ne plus,' 'ne minus,' 'ne minores,' 'ne amplius,' in quibus *ne* pro *non* ponitur. Supra XXVI. 24. 'Navibus, ne minus viginti quinqueremibus, adjuvaret Romanus.' XXVIII. 39. 'Muneris ergo in singulos dari, ne minus, dena millia æris.' XXX. 17. 'Legatis in singulos dona, ne minus quinum millium.' c. 37. 'Obsides darent, ne minores quatuordecim annis, neu triginta majores.' XXXII. 26. 'Captivi ne minus decem pondo compedibus vincti essent.' XXXVIII. 11. 'Obsides dato, neu minores duodecim annorum, neu majores quadraginta.' XLIII. 12. 'In singulas Romanas legiones ne plus sena millia peditum, treceni equites essent.' XLIV. 45. 'Concessit equitibus prædam circumjecti agri, dum ne amplius duabus noctibus a castris abessent.' Similiter Colum. v. 6. 'Tabulata inter se ne minus

ternis pedibus absint.' Eodem cap. 'Absit autem hic ab arbore ne minus sesquipedali spatio.' c. 11. 'Cuneum tenuem ferreum vel osseum inter corticem et materiam, ne minus digitos tres, sed considerate, demittito.' Vitruv. x. 19. 'Turrem autem minimam ait oportere fieri, ne minus altam, cubitorum sexaginta.' In fragm. LL. XII. Tabularum apud Gell. XX. 1. 'Vincito aut nervo, aut compedibus quindecim pondo, ne minore.' Hanc locutionem restituit Gronov. auctori Epitom. lib. XLIX. eamdem etiam Livio restituere conabor XXXIX. 18. § 9. Restituenda etiam videtur Colum. v. 11. 'Surculos sic inserito, ut semipedem, ne amplius, de arbore exstet:' vulgo editur *nec amplius*, sed cod. Sangerm. legit *vel amplius*, eodem scilicet errore, quo etiam hic *vel plures* legit Lov. 6. Mox *nocte insequente* Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harleian. et Mead. uterque. Similiter variant codd. IV. 47. § 8. XXI. 56. § 8. Sed plura vide ad VI. 21. § 1. *Nocte sequente* Voss. et Gaertn. Sed de voce 'insequens' vide ad IV. 30. § 12.

§ 6 *Extra custodiam centurio educit*] Ms. *extra stationes centurio educit:* haud dubie, nisi judicii fallor, melius. *Modius. Extra custodiam* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. et edd. antiqq. Ejus loco quidem Aldus *extra stationes* ex cod. Mog. adscivit; sed priorem lectionem Curio revocavit usque ad Gruter. cujus postrema editio iterum scripturam cod. Mog. prætulit. Et recte. Vox enim 'custodia' modo præcessit, et membranis illis consentire videntur reliqui codd. nostri. Mox § seq. *Nocte sequenti et duo necessarii* Voss. Vide ad § 6. *Nocte insequenti duo necessarii* Lov. 3. Vide ad II. 44. § 3.

§ 8 *Lingua sua, stringerent ferrum, &c. imperavit*] Pal. 1. exhibet *ut stringerent ferrum.* Gebh. Similiter Lov. 3. 5. Gaertn. Voss. inter versus, et edd. ante Frob. qui a. 1535. τὸ *ut* omisit, quod sæpe post verba *jubendi* per ellipsin subprimi solet. Vide ad X. 41. § 8.

§ 9 *Qui ab Olympo domum refugerat*] Vet. ed. et Pal. 1. *effugerat.* Gebh. Eamdem lectionem ostentant Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. Gaertn. et edd. ante Frob. 1535. quæ ex cod. Mog. *refugerat* recepit. Eamdem lectionem probant reliqui codd. Postea § seq. *aut quid id facinus* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. *aut quod facinus* Gaertn. Tum *esset, injuriam*, omissa media vocula *et*, Lov. 3. Male. Vide ad II. 44. § 3. Particula illa hausta erat a literis ultimis proximæ vocis. Vide ad XXXV. 41. § 7.

§ 11 *Aliaque, ut traditur, et sanctitate et gravitate vitæ*] Illud *alia*, meo quidem judicio, corruptum est: quanquam aliquo pacto intelligitur, si cum *sanctitate* connectas: unde *et* conjunctionem quidam sustulerunt, sed non satis fit cordati lectoris animo, qua propter exemplaria vetusta diligentius inspicienda. *Glur.* Videtur legendum e Pal. priore, *illaque sanct. et grav. vitæ hujus matr. facinoris decus ad ultimum conservavit.* Vulgo sine sensu *aliaque.* Gebh. *Illaque sanctitate* etiam Lovel. 3. Et solent hæ voces confundi. Vide ad XXIII. 7. § 3. Hic tamen ea lectio non admodum placet. Neque etiam servari potest vulgatum, in quod tamen ceteri codd. consentiunt. Nihil propius video, quam *reliquaque, ut traditur, sanctitate,* quomodo legendum esse me monuit Burm. subjectis etiam locis Justin. XVIII. 5. 'Pro reliqua pudicitia libamenta Veneri solutura:' et Censor. de Die Nat. c. 1. 'Pro cetera corporis valetudine crinem Deo pascebam.' Particula *et* priori loco in nullis aliis, quam in Lov. 1. et edd. Mediol. 1505. et Ascens. a. 1513. ac a. 1516. inveni. Tum *hujus* deest in Lovel. 5. et ed. Camp. Denique *irrationalis facinoris* Lov. 1. *rationabilis facinoris* Lov. 6.

Cap. xxv. § 1 *Ad Ancyram in stativa Tectosagum oratores ad consulem venerunt*] Vet. ed. et Pal. alter, *Angiram*, seu *Anchiram in stativa Tectosagum o. a. c. venerunt.* Prior vero *Ad Angiram stativa erant, et oratores Tectos. ad cons. venerunt.* Statim Pall. uterque, *ne ante castra moveret.* Iterum Pal. 1. *nullas non conditiones pacis his bello fore potiores.* Gebh. Similes lectiones in codd. meis inveni. Præpositio *Ad* in initio cap. deerat in Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. utroque, Gaertn. et edd. antt. quam Aldus fide Mog. cod. adscivit. Eadem et in Lov. 3. superest. Præpositionem *in* omittunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. et Mead. 1. Sed intercepta est a vocis præced. litera finali. Vide ad x. 13. § 3. *Ad Angiram stativa erant, et oratores Tectosagum* Lov. 3. Mox voces *ab Ancyra* desunt in omnibus scriptis, et edd. antiqq. Eas Aldus fide Msti Mog. admisit. Tum *nullas non conditiones pacis his bello fore potiores* Lov. 3. Historiam perfidiæ Tectosagum retulit Polyb. in Exc. Legat. num. xxxiv. unde Livius sua hausit.

§ 2 *Constituitur, locusque qui maxime medius inter castra*] *Constituit* Vossian. Lov. 1. 6. et Gaertn. sollemni scribarum errore, de quo vide ad x. 10. § 1. Tum *medius maxime* Lovel. 1. 2. 4. 6. Harleian. Mead. uterque, et Gaertn. Hinc *intra castra* Lovel. 1. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. Vide ad v. 27. § 2.

§ 5 *Consul, se quoque Attalum missurum, dixit*] Paullo aliter Polyb. in Exc. Legat. num. xxxiv. Ὁ δὲ Γνάϊος κατανεύσας ᾤχετο, αὐτὸς μὲν ἔμεινεν ἐπὶ τῆς ἰδίας στρατοπεδείας· Ἄτταλον δὲ καὶ τῶν χιλιάρχων τινὰς ἐξαπέστειλεν μετὰ τριακοσίων ἱππέων. Livium autem Polybii sententiam non expressisse existimat Ursin. ad d. l. Polyb. quod ea fortasse non deceret Romanum consulem.

Actæ sunt pacis conditiones] In vet. lib. aliis *ictæ*, aliis *jactæ*. Ego *dictæ*, quia subjungit, 'Finis rei quia absentibus ducibus imponi non poterat.' Et sic paulo post cap. 37. 'Eo et ab Antiocho legati et ab ipsis Gallis, ut pacis leges dicerentur.' *Sigonius. Jactæ* libri omnes nostri. *Gebh.* Sigonius notat, in veteribus libris aliis fuisse *ictæ*, aliis *jactæ*: sed se malle *dictæ*. Plane et Barber. Pet. Nand. Voss. *jactæ*: id quod aut mutandum omnino non est, aut mutandum non aliter, quam in *jactatæ*, ex consuetudine Livii. Lib. ii. cap. 13. 'Jactatum in conditionibus pacis nequicquam de Tarquiniis in regnum restituendis.' l. xxxvii. c. 35. 'Smyrnam enim, et Lampsacum, et Alexandriam Troadem, et Lysimachiam in Europa jactatas in disceptationibus esse.' lib. xxxix. c. 48. 'Lacedæmonii deinde introducti sunt: multæ et parvæ disceptationes jactabantur.' Quæ mire confirmant lectionem vulgatam lib. xxvii. c. 9. 'Quum alternis hæc consules diu jactassent, nihil moti legati:' in libris est *dimastassent*: ex quo longe melius utique, qui illud, quam qui fabricarunt, quod laudat Sigonius, *demonstrassent*. Confirmant et nostram emendationem xxx. 31. 'Ita infecta pace, ex colloquio ad suos quum se recepissent, frustra verba jactata renunciant.' Plinius Ep. ix. 13. 'Longum est omnia, quæ hinc inde jactatæ sint, recensere.' Tacitus Hist. ii. 10. 'Id senatusconsultum varie jactatum, et, prout potens vel inops reus inciderat, infirmum aut validum retinebatur.' *J. F. Gron. Actæ*, quod Sigonio displicuit, Aldus ex cod. Mog. recepit: antea edebatur *jactæ*, quod etiam servant omnes scripti nostri, et Hearnii L. 1. ac N. Id autem probandum, vel inde formandum *jactatæ* existimat Grönov. Alibi ita lapsos esse scribas, vidimus ad x. 37. § 10. Livium autem aliosque 'jactare' hoc sensu frequenter adhibuisse, exempla a Gronovio laudata probant. Adde iii. 10. 'Jactata per

aliquot dies tum in senatu res, tum ad populum est.' x. 37. 'Jactata res ad populum est, vocatusque eo consul.' XXXVIII. 28. 'Jactata sermonibus res apud Romanos.' l. XLII. c. 13. 'Non ego hæc incertis jactata sermonibus adfero ad vos.' Vide etiam ad XXX. 31. § 10. Probare tamen nequeo consilium Clerici, qui, ne monito quidem lectore, quod tamen se facturum promiserat, conjecturam Gronovii in contextum Livii recepit. Res enim periculi plena et pessimi exempli est: præsertim quum *jactæ*, quod tot numero codd. et edd. antiqq. tuentur, defendi possit, si viros doctos audire velimus. Vide Burm. ad Vell. Paterc. II. 65. Posset et cod. Mog. lectio vera videri, et *conditiones pacis actæ sunt* eodem modo pro 'actum est de conditionibus pacis' dici, quo 'agitur fama,' 'libertas,' 'honos,' et similia, de quibus vidimus ad l. XXVII. c. 34. § 7. Verum quum eodem loco dictum sit, alio sensu usurpari 'agitur fama,' alio 'agitur de fama,' et significatio, quæ priori locutioni tribuitur, huic loco convenire nequeat, verius videtur, librarium Msti Mog. lapsum, et, omissa in capite vocis litera *i*, male τὰ *actæ* et *jactæ* confudisse; quod et alibi factum esse, dictum est ad XXV. 4. § 7.

§ 6 *Convenit, uti consul regesque eo loco postero die congrederentur*] *Conventum est, ut consul* Gaertn. Tum *congregarentur* Voss. et Gaertn. Male. Supra XXV. 8. 'Congressi cum Hannibale rursus fide sanxerunt.' XLII. 39. 'Videndi congredientes nobilem regem et populi principis terrarum omnium legatos:' et mox eodem c. 'Nequaquam ex dignitate pari congredi regem cum legatis.'

§ 7 *Res suas, cum quibus periclitari nolebant, cum conjugibus ac liberis trans Halyn*] Pall. uterque *res suas, quibus periclitari nolebant.* Gebh. Voss. ignorat præpositionem. Forte non male. Nam sic 'periclitatur capite' Martialis VI. 26. Quintilianus Declam. 280. 'Periclitor enim nuptiis, periclitor matrimonio.' Et declam. 325. 'Pecunia potius periclitemur.' Noster XL. 15. 'Quum quid aliud, quam ingenii fama periclitarer?' *J. F. Gron.* Doujatius præpositionem retinendam judicat. Licet enim concedat, recte dici *periclitari capite*, aliud tamen esse 'periclitari rebus,' aliud 'periclitari cum rebus:' illud significare periculum rerum amittendarum, hoc vero rerum secum perituraruin. Id vicissim verum agnosco; quin et, Livium 'periclitari' cum præpositione eadem construxisse, probo ex XLII. 21. 'Ne quis cum tota gente simul in rebus dubiis periclitari auderet.' Insuper Livium etiam *cum quibus* pro *quibuscum* dixisse: vide ad XXXVIII. 9. § 2. Nihilominus tamen Gronovio adsentior. *Cum quibus* enim in solo tantum inveni Lov. 5. contra præpositionem illam ignorant decem reliqui, quos consului, codd. cum Hearnii L. 1. et Victor. Crevierii, qui etiam lectionem illam probat. Eodem modo etiam loquitur Plinius H. Nat. XX. 15. 'Ferunt, eos, qui id quotidie edunt, paralysi non periclitari, nec lienis doloribus.' Quinctil. Instit. Or. VII. 2. 'Si unum aliquid adfirmaris, probandum est, aut caussa periclitandum.' Videndus etiam Burm. ad Quinctil. Declam. 280. Insuper doctior est lectio *quibus periclitari*, quam ut eam indocti librarii substituissent, si Livius *cum quibus* reliquisset. Nam et alibi hoc genus loquendi mutare ac tollere conati sunt. Certe apud Sueton. in Tib. c. 21. optimus cod. Salmas. præfert *Summa imperii sui populus Romanus periclitetur:* quod omnino verum puto. Vulgo pro eo editur *de summa.* Præterea *cum conjugibus et liberis* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harleian. et Mead. 2. *cum conjugibus et liberis suis* Gaertner. Deinde *Halim*, *Halym*,

vel *Alym* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harleian. Mead. 2. et Gaertn. Et ita nunc editur apud Cic. de Divin. II. 56. Græce tamen Ἅλυν effertur. *Halyn* etiam more Græcorum se in antiquissima Ciceronis ed. eodem loco invenisse, testatur Vossius Gramm. IV. 10. Nec aliter editur apud Melam I. 19. Vide etiam h. lib. c. 16. § 13. et c. 27. § 6.

Deinde quod ipsi consuli, parum cauto adversus conloquii fraudem] Pal. 1. *adversus colloquium fraude.* Gebh. Τὸ *quod* non est Livii; qui persæpe caussam sine caussali particula explicat. Vide ad I. 40. simile mendum similiter correctum. *J. F. Gronov.* Probandam putarem hanc conjecturam, si libri scripti essent, qui non haberent *quod.* Sermonis Latini ratio quidem non inpedit, quo minus retineatur. Livius XXXIV. 39. 'Crescente certamine nequaquam erat prœlium par: missilibus enim Lacedæmonii pugnabant, &c. et quod alii vani, alii leves admodum ictus erant.' *Duk.* Adsentior Dukero, et *quod* servandum existimo, quia eamdem particulam etiam omnes nostri tuentur. Deinde *parum cauto adversus colloquium fraude* Lov. 3. Perperam.

§ 8 *Mille ad eam rem ex omni numero audaciæ expertæ delegerunt equites*] Ad primam harum vocum Hearnius lacunam in Oxoniensi N. esse testatur; at qualem vel quantam indicare omisit. Si indicare voluit, primam vocem solam in eo desiderari, id forte accidisse censendum est, quod per notam ꝏ scripta, eaque librario incognita fuerit. Ejusdem erroris alia exempla vide ad XXXIX. 42. § 3. Tum *elegerunt* cod. Mog. Non sequor. Vide ad XXXIV. 29. § 10. ubi, sæpissime has voces confundi, dictum est. Et solent librarii innumeris vocibus literam *d* modo in initio vocum detrahere, modo addere. Ita dederunt *deluvie* pro *eluvie;* vide ad I. 4. § 5. *descendere* pro *escendere;* vide ad II. 28. § 6. *deducere* pro *educere;* vide ad III. 62. § 5. *eorum* pro *Deorum;* vide ad VIII. 30. § 9. *eam* pro *Deam;* vide ad XXIX. 11. § 6. *iræ* pro *diræ;* vide ad XL. 5. § 1. et alia passim. Præterea *milites* pro *equites*, et § 12. *militibus* pro *equitibus* Gaertn. Et ita passim librarios errasse vidimus ad XXXVIII. 13. § 3.

Et successisset fraus, ni pro jure] Ms. *Et successisset fraudi, ni, &c.* Modius. Quamvis omnes codd. nostri, Hearnii L. 1. omnesque edd. vulgatum servent, Gronovium tamen 1665. cod. Mog. lectionem recte recepisse puto. Vide ad XXIV. 19. § 6. Mox *quojus violandi* antique, pro *cujus*, præfert cod. Mog. qui similiter *quoiquum*, pro *cuiquam*, habet cap. 50. § 9. Dein § seq. *quod consulis præsidium et ipsum* Lov. 3. Vide ad XXXVIII. 36. § 4. *Qui consulis præsidium et ipsum* Voss. et Gaertn. Vide ad XXXVI. 33. § 5. *Quia consulis præsidium et ipsi* Lov. 6.

§ 11 *Processisset, nec multum a constituto loco abesset*] *Quinque millia ferme* Lov. 6. et Harl. Vide ad XXXVII. 38. § 5. Τὸ *fere* abest a Lov. 5. Dein *processit, sed nec multum* Voss. Lov. 1. 3. 4. et Mead. 1. *processit, sed nec multum cum* Gaertn. *processit, cum nec multum* Lovel. 6. *processit, sed quum nec multum* Lov. 2. 5. Harl. Mead. 1. et edd. ante Frob. qui primus an. 1535. recte edidit, quod nunc obtinet. Tandem *constituto loco aberat*, omissa etiam præpositione *a*, Lov. 3.

§ 12 *Equitibus jussis, primo constanter initium pugnæ accepit*] Vereor ne scripserit Livius, *constituit agmen: et exp. tela animosque eques jussus, primo const. initium pugnæ accepit, nec cessit.* J. F. Gron. Vide num vulgatum servari, et locus ita intelligi possit: *initium pugnæ primo constanter accepit equitibus jussis, &c.* pro cum equitibus. Ceterum *expedire tela animosque equitibus jussit* perperam Lov. 3. Præterea Ant. Perizon. ad marginem Livii conjecit *excepit.* Nostri vulgatum

constanter tuentur, et mox hoc cap. 'Integri profligatam pugnam acceperunt.' Mox *deinde*, pro *dein*, Lov. 2. 3. 5. 6. et edd. ante Frob. 1535.

§ 13 *Statio pabulatorum, sexcenti equites, obcurrissent*] *Stationi pabulatorum sexcenti* Voss. Voces *sexcenti equites* desunt in Hearnii L. 1. earum posterior in Lov. 1. *CC. equites* legunt Lov. 5. et edd. Camp. Rom. an. 1472. ac Parm. Sed vide ad h. lib. c. 37. § 6. Paullo ante *servandis*, pro *conservandis*, Lov. 3. et Gaertn. Sed vide ad XXXV. 41. § 7.

§ 14 *Clamore pavido suorum exaudito*] *Pavido clamore suorum* Lovel. 1. *clamore suorum*, media voce omissa, Lov. 3. *clamore suorum pavido* Gaertn. *clamore pavido audito suorum* Lovel. 6. *audito* etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. et edd. ante Aldum; quod ex interpretis expositione natum videtur. Certe 'exaudire' pro audire Livio frequens est. Vide ad III. 56. § 8.

§ 15 *Fusi Galli sunt, et ex agris concurrebant*] *Galli fusi sunt* Harl. Tum *et* non adparet in Lov. 2. Hinc *occurrebant* Lovel. 6. et Gaertn. Vide ad XXXVI. 24. § 4. Mox *erat* deest in Lov. 6.

Ut ne fugam quidem facilem] *Ut ne quidem fugam* Voss. Lov. 1. 5. Gaertn. et edd. antiqq. Sed recte ordinem mutavit, et *ut ne fugam quidem* dedit Frob. a. 1535. Similiter peccatur in quibusdam codd. VI. 36. § 6. IX. 4. § 3. XXXVIII. 58. § 10. et alibi. Sed vide ad IV. 3. § 10. Mox perperam *recentibus equis Romanis* Voss. Lovel. 4. Harl. et Mead. 1. Vide ad VI. 3. § 8.

§ 16 *Mujor multo pars per fidem violuti conloquii pœnas morte luerunt*] *Major multa pars* Vossian. *major pars* Lov. 3. Verum de *τῷ multo* comparativis addi solito vide ad I. 48. § 3. Præterea *perfidis violati colloquii pœnas* Lov. 5. et ed. Camp. *perfidiam violati colloquii pœnas* Lovel. 4. et Mead. 2. *perfidiæ violati colloquii pœnas* Lov. 2. 6. Harl. et Gaertn. *perfide violati colloquii pœnas* Vossian. et Lovel. 3. quomodo Ant. Perizon. in margine Livii legendum conjecit, et filius Jac. Perizon. firmavit adscripto loco Gellii XX. 1. 'Pactum perfide ruperat.' Diu ante eos similiter emendabat H. Grotius de Jur. B. et Pac. III. 24. § 3. adversus quem vulgatam scripturam, quæ apud me superest in Lov. 1. et Mead. 1. recte vindicavit Davis. ad Cæs. B. Gall. I. 46. Locutionem 'violare per fidem' inlustrarunt Gruter. ad Livii I. 9. § 13. et Cortius ad Sall. Fragm. Histor. I. p. 950. Viris doctis, receptam lectionem adversus Grotium defendentibus, adsentitur etiam Dukerus, qui non dissimile esse monuit, quum quis 'fide,' et 'propter fidem' alicujus 'decipi' dicitur apud Liv. l. V. c. 29. 'Consulesque increpabant, quod fide publica decipi tribunos eos taciti tulissent:' et apud Terent. Phorm. III. 1. 5. 'Ne quid propter tuam fidem decepta pateretur mali.' Horum enim utrumque dici posse *perfide*.

Romani ardentibus animis, &c. ad hostem perveniunt] Legendum *ardentibus ira animis*. Gelen. Quamvis omnes nostri, et Hearnii L. 1. *τὸ ira* a Gelenio additum ignorent, ejus tamen lectionem veram esse existimo. Similiter II. 56. 'Ardens ira tribunus.' IX. 10. 'In civitate ira odioque ardente.' Similiter 'accensus ira' XXXIX. 13. et ipsa 'ira' dicitur 'accendi' XXXVIII. 38. Tum *pervenerunt* Lov. 5. Gaertn. et edd. vett. Pro quo Frob. an. 1535. adscivit *perveniunt*, consentientibus reliquis Mss. meis.

Cap. XXVI. § 1 *Biduum naturam montis per se ipsum explorando, &c. absumsit*] Legendum, *Biduum natura montis exploranda absumpsit*, non *naturam explorando*. Gelen. Pal. 1. *explorando*. Vet. ed. *Biduum ad naturam montis per se ipsum explorandum, &c.* Ad quam lectionem alludit quoque Pal. alter. *Gebh. Naturam mon-*

tis per se ipsum exploranda Lov. 1. *naturam montis per se ipsum explorando* Voss. Lov. 3. 6. et Gaertn. *naturam montis per se ipsum explorandam* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo: *ad naturam montis per se ipsum explorandam* Lov. 5. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. usque ad Aldum, qui lectionem ad caput hujus adnotationis adscriptam, at Frob. 1535. emendationem Gelenii receperunt. Locutionem 'natura montis exploranda' inlustramus ad I. 53. § 3.

§ 3 *Tectosagi et Trocmi*] Vetus lib. *Tectosagæ*. Sigon. Vide ad c. 16. § 11. Mox *inter æquales rupes* Voss. et Lov. 1. 3. ac 5. *nullus erat inter æquales rupes usus* Lov. 2. Harl. et Mead. ambo: *nullus erat inter inæquales rupes usus* Lovel. 4. Voces *quinquaginta: equitatum, &c. decem millia hominum* desunt in Hearnii L. 1. Repetitio *τῶν millia hominum* hujus neglegentiæ caussa fuit. Vide ad IX. 11. § 11.

§ 4 *Ariarathis Cappadoces et Morzi auxiliares*] Pusillum quidem hoc, tamen consideratione non indignum visum, sitne *Morzi* reguli nomen potius, quam populi. Mihi reguli videtur, ut Ariarathis. *Glar. Morzis* videtur esse legendum. Fuit autem 'Morzes' rex Paphlagoniæ, et Ariarathes Cappadociæ. Quamobrem 'auxiliares Morzis' Paphlagones intelligit. Sic XXXVII. 39. 'auxiliares Eumenis' Pergamenos intellexit, id est, auxilia, quæ secum ad bellum Romanum aut Eumenes adduxit, aut Morzes. Hoc dico, quia utroque in loco hæret Glareanus, hoc autem etiam turpius, quod, Morzi an populi sint, ambigit, cum tamen Strabo XII. p. 562. Paphlagonum fuisse regem, et ejus regiam fuisse Gangra, cui Dejotarus successerit, tradat his verbis: *ὕστατος δὲ τῆς Παφλαγονίας ἦρξε Δηϊόταρος Κάστορος υἱὸς ὁ προσαγορευθεὶς Φιλάδελφος τὸ Μορζέους βασίλειον ἔχων τὰ Γάγγρα.* ['Glareanus ait, reguli nomen esse, non populi.'] *Sigonius. Morti* Voss. et Lov. 1. *Morci* Lov. 2. *Mori* Lov. 3. *Morri* Lov. 5. *mercenarii* Harl. An *Morzii*, vel *Morziæ* legendum? Polyb. Exc. Legat. num. LIX. *Πρὸς δὲ τούτοις τῶν χρημάτων καὶ τῆς γάζης, ἧς ἀπήνεγκε παρὰ Μορζίου καὶ Ἀριαράθου ἀποδοῦναι τοῖς προειρημένοις βασιλεῦσιν ἐννακόσια τάλαντα.* Glareani hæsitationem, utrum populi an reguli nomen fuerit, excusat similis virorum doctorum in loco Strab. a Casaub. in notis ad Strab. memorata. Mox *prima acie* Lov. 5. et edd. principes. Aldus mediam præpositionem adjecit, probantibus reliquis Mss.

§ 5 *Ubi adpropinquarunt, omnia eadem utrimque*] Male *τὸ ubi* deest in Voss. et Lovel. 1. ac 6. Tum *utrique* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. Mox *aucti sunt hostibus*, omissa voce *fractos*, Mead. ambo. Eadem vox etiam deest in Lovel. 1. 2. 3. 4. 5. edd. Camp. Rom. a. 1472. et Parm. *aucti sunt, et hostibus fracti* Harl. Quod si placet, mutanda erit distinctio hoc modo: *præter animos: et victoribus ab re secunda aucti sunt, et hostibus fracti.* Magis tamen placet vulgatum.

§ 7 *Procurrere quisquam ab ordinibus suis, ne nudarent undique corpus ad ictus, audebant*] *Nudaret* et *audebat* Vossian. et Lov. 6. Et ita ediderunt Moguntini; incertum tamen, an præeunte cod. suo. Certe in excerptis ejus nullam ad hæc verba lectionum diversitatem notarunt. Haud male igitur Gronov. *nudarent* et *audebant*, quem vide ad XXXVI. 16. § 6. *Quisque* cum verbo plurali construi, vidimus ad II. 22. § 7. *Ne nudarentur undique copiis aditus* Lov. 2. *ne nudarent undique copiis aditus* Harl. *τὰ ad ictus* desunt in Lov. 6.

Velut destinatum petentibus] *Destinatum* hic videtur esse scopus, et 'destinare' scopum designare, quem petas. Livius XXXVIII. 29. 'Non capita solum hostium vulnerabant, sed quem locum destinassent oris.' Est et 'destinare,' quod petis, attingere et

prendere. Cæsar Bell. Gall. VII. 22. ' Nam laqueis falces avertebant, quas cum destinaverant, tormenta retrorsus reducebant.' Est et ' mittere ' ut tormento aliquo aut arcu. Veget. IV. 18. ' Ad majores ballistas, malleolos vel falaricas cum incendio destinant.' *Turneb.* Advers. XIV. 11. Puto excidisse præpositionem: *et stantes quo densiores erant, hoc plura, velut ab destinatum petentibus* (Romanis) *vulnera accipiebant.* Nam *destinatum* scopus, ut recte explicuit Turnebus. Vir doctus tamen explicat vulgatum: ut destinatum erat petentibus, ut destinaverant petentes. Habeat, cui placet, mihi hoc frigidius et otiosum videtur. *J. F. Gronovius.* Schelius est, quem refellit Gronovius, ita locum explicantem ad Polyb. c. 14. Voce *destinatum* eodem sensu usus est Curtius VII. 5. § 41. ' Adeo certo ictu destinata feriebat, ut aves quoque exciperet.' Aurel. Vict. in Epit. de Cæsar. c. 47. ' Summæque voluptatis divinæque artis credere ferire destinata:' ubi vide Arntz. et Freinsh. in Ind. Curt. voce ' Destinare.' Inauspicata vel festinatione, vel neglegentia notas Gronovii consuluit Doujatius, monens eum putare, excidisse præpositionem *ad*, ut sit *velut ad destinatum petentibus:* eo autem magis perspicuam fieri Livii sententiam. Mox § seq. *Tum consul* Lov. 6. Deinde *alia turba auxiliarium* Gaertn.

Cap. XXVII. § 1 *Fessique et stando et vulneribus*] Particulam *et* ultimo loco perperam omiserunt Voss. Lov. 3. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. quam alii in hac locutionis forma plerumque priori loco neglegere solent. Vide ad II. 44. § 3.

§ 2 *Dextra lævaque palati, qua quemque inpetus tulit, fugerunt*] Legendum *dextra lævaque prælati*, non *palati*. Gelen. *Palati* Gelenius. Andreas Romæ *palati fuerant:* alii post illum *palati fugerunt.* Admitto *prælati*, nam et in scriptis vidi: sed *fugerunt* videtur esse inane supplementum. Quid enim integrius illo? *Fuga ad castra inclin.; sed pauci se intra mun. rec.: pars major dex. lær. prælati, qua quemque impetus tulit:* id est, præterierunt castra. *J. F. Gronovius. Palati* Lov. 3. 5. Mead. 2. et Hearnii L. 1. Sed reliqui omnes *prælati*, nisi quod unus Lov. 2. proxime verum *plati*, id est *perlati*, præferat: *palatus* et *prælatus* etiam alibi commutantur. Vide ad V. 26. § 7. et VII. 24. § 8. De verbo ' præferri ' vide Gebh. ad II. 14. § 7. et quæ notantur ad XXIX. 32. § 8. Deinde *fuerunt* Lovel. 1. 3. 4. Mead. ambo, Hearnii L. 1. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *fugerunt* recte reliqui scripti cum ed. Campani, unde id posteriores editores acceperunt. Solent hæc verba sæpius a librariis confundi. Vide ad XXVII. 32. § 6. Nescio quid Gronov. inpulerit, ut *fugerunt* pro inani supplemento deleret, quum vel id, vel aliud ejus loco, in omnibus supersit scriptis et excusis. Quod enim sine eo sensus constare possit, legitimam expungendi caussam adferre nequit. *Qua quemque inpetus*, omisso *τῷ tulit*, Mead. 1. Male. Liv. XL. 4. ' Viæ ad mortem duæ sunt: qua quemque animus fert, effugite superbiam regiam.' Ovidius Her. XII. 209. ' Quo feret ira, sequar.' De verbo ' ferre ' et ' auferre,' quod proprie de tempestate et fluctibus dicitur, et metaphorice hoc sensu usurpari solet, vide Bentl. ad Ter. Phor. IV. 4. 8. Deinde paullo ante *sese recepere* omnes codd. et edd. ante Aldum, qui *se* dedit. Sed priscam lectionem reduxi.

§ 4 *Galli diutius steterunt*] *Diu steterunt* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. Mox *telorum conjectum* Lov. 1. 3. et Voss. Dein § seq. *non poterat abstrahere* Voss. et Gaertn. Vox *hostes* deest in Lov. 6.

§ 6 *Flumen Halyn trajecerunt*] *Halim* vel *Halym* quidam codd. reliqui *Halyn* servant. Vide ad c. 25. § 7. Tum *transierunt* Lov. 5. et edd. principes. Aldus auspiciis cod. Mogunt. *trajecerunt* dedit; quod est in reliquis omnibus scriptis nostris. Vide ad IV. 31. § 8. Paullo ante τὸ *hominum* deerat in Harl.

§ 7 *Quantum avidissima rapiendi gens, quum, &c. omnia armis per multos tenuisset annos*] *Quanta avidissima* Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. antiqq. Miror Froben. demum a. 1531. tam manifestum vitium deprehendere potuisse. De caussa erroris vide ad VI. 3. § 8. Hinc *capiendi* Harl. Vide ad VI. 23. § 5. Dein *armis tenuisset*, vocibus *per multos* et *annos* omissis, Lov. 4. et Mead. 2. *per multos annos tenuisset* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Videri posset, una voce *permultos* legendum esse, quia Livius sæpissime durationem temporis casu accusativo sine præpositione exprimit. Vide ad X. 21. § 6. Interdum tamen etiam effertur cum præpositione *per*. Supra IX. 45. 'Suo nomine per multos annos inbelles egissent:' ubi etiam Gruteri ultima et quædam aliæ edd. *permultos*, quod recentiores iterum mutarunt. XXIV. 47. 'Romæ fœdum incendium per duas noctes ac diem unum tenuit.' XXXV. 40. 'Per totidem dies feriæ fuerunt.' XL. 45. 'Ludi per dies decem magno adparatu facti.' Paullo ante *Romanorum pars magna* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum proximum pronomen *ea* non adparet in Lov. 6.

§ 8 *Ex dissipata passim fuga in unum locum congregati, magna pars saucii aut inermes*] *Ex dissipata fuga passim congregati*, reliquis omissis, Lov. 5. et edd. vett. Primus Aldus, præeunte cod. Mog. substituit, quod nunc vulgo exstat. Neque aliter reliqui codd. nisi quod *fuga passim* etiam supersit in Voss. Lov. 3. 6. et Gaertn. Dein *magna pars saucia ut inermes* scripti et excusi ante Froben. qui a. 1531. *saucii et inermes*, sed rectius quadriennio post *saucii aut inermes* emendavit. Olim enim unica serie *fauclautinermes* scriptum fuit; quod, male in *saucia ut* divisum, in *saucI aut* dividendum erat: *saucI* nempe scribebatur pro *saucii*. Hinc *LavinI* pro *Lavinii* datum est; vide ad I. 3. § 3. *AscanI*, ad I. 3. § 6. *DI*, ad II. 12. § 5. *ServilI*, ad II. 29. § 7. et c. 51. § 6. Similiter *ClaudI*, *TempanI*, *PostumI*, *ManlI*, *FabI*, *ValerI*, *PompilI* passim obcurrunt; etiam *præsìdI* pro *præsidii*; vide ad XXIV. 37. § 2. et XXXVII. 12. § 2. Adde Pierium et Burm. ad Virgil. Ecl. I. 69. et quos laudavit; ut et Emmen. ibid. vs. 33. Similiter etiam scribebatur in principio vel in medio vocis. Ita *FalerIs* V. 14. § 7. *alIs* XXVIII. 14. § 17. *FormIs* XXXV. 21. § 4. *Idem* XL. 22. § 14. *reliquIs* XL. 57. § 8. Alia vide ad XXXII. 6. § 6. et XXXVI. 20. § 3.

§ 9 *Jam enim medium autumni erat*] Τὸ *enim* non agnoscit Harl. Tum *montis Tauri* Lovel. 5. et edd. vett. Hinc *cedere* Mead. 2. et Lovel. 4. Tandem *oræ maritimæ* Gaertn.

CAP. XXVIII. § 1 *Senatum perlegerunt. Princeps in senatu tertium lectus*] Ms. *senatum elegerunt*. Ego legerim *senatum legerunt*. Modius. Neque *elegerunt*, quod cod. Mog. neque *perlegerunt*, quod codd. nostri, omnesque edd. præferunt, satis placet: sed potius cum Modio *legerunt* probandum videtur, quod in hac re proprium ac sollemne verbum esse, omnes norunt. Vide ad II. 1. § 9. et XL. 51. § 1. Deinde *in senatum* Lov. 5. Harl. Mead. 1. Gaertn. ed. Camp. et plures aliæ. Male. Nam 'in senatum legi' dicuntur, qui nondum senatores in hunc ordinem a censoribus adsciscuntur. Supra II. 1. 'Con-

scriptos videlicet in novum senatum adpellabant lectos.' At 'princeps in senatu legitur,' qui, jam antea senator existens, primo loco a censoribus recensetur. Epit. Liv. l. XLIII. 'M. Æmilius Lepidus a censoribus princeps in senatu lectus.' Ipse Liv. XXVII. 11. 'Lectus a Sempronio princeps in senatu Q. Fabius Maximus consul.' Vox *tertium* deest in Hearnii L. I. At supra est XXXIV. 44. 'Principem senatus P. Scipionem consulem, quem et priores censores legerant, legerunt.' Infra XLIII. 15. 'Senatum deinde censores legerunt. M. Æmilius Lepidus princeps ab tertiis jam censoribus lectus.'

§ 2 *Quatuor soli præteriti sunt, nemo curuli usus honore*] Hæc verba vertit sic Plutarchus in Quinctio p. 379. *ἐξέβαλον δὲ τῆς βουλῆς τῶν οὐκ ἄγαν ἐπιφανῶν τέσσαρες. Sigon.* 'Præteritum' aliquem non semel apud Ciceronem observamus dici, pro repulsam passum in petitione magistratus: uti in orat. pro Plancio cap. 21. 'Quos omnes scimus ædilitate præteritos, consules esse factos:' et rursus c. 3. 'Populus solet nonnumquam dignos præterire:' et in Tuscul. V. 19. 'Quum bonus suffragiis præteritur, et a vano populo repulsam fert.' Si itaque Livii verba illa, *senatum censores perlegerunt*, hoc est, 'elegerunt senatores,' interpretemur, sensus erit, 'quatuor tantum præteritos,' id est, repulsam passos. 'Perlego' enim illud aliquando significat, quod lego, scilicet eligo tanquam bonum et præstantem. Sic Horat. in Carm. Secul. 'virgines lectas' dixit, et Virgil. Æn. IX. 272. 'lectissima matrum Corpora.' Cic. in Verr. I. 6. 'lectissimos viros:' et cap. 26. 'lectissimum adolescentem.' Et 'lectissimam fœminam' ad Att. et lib. de Invent. I. 31. 'uxorem lectissimam,' et 'fœminam lectiorem.' Alia quoque potest afferri interpretatio, quam nobis Festus præbet per hæc verba: 'Præteriri senatores quondam in opprobrio non erat, quod ut reges sibi legebant, sublegebantque, quos in consilio publico haberent, ita post exactos eos, consules quoque et tribuni militum consulari potestate conjunctissimos quosque patritiorum sibi et deinde plebeiorum legebant, donec potestas tribunicia intervenit, qua sancitum est, ut censores ex omni ordine optimum quemque curiatim in senatum legerent; quo factum est, ut, qui præteriti essent, et loco moti, haberentur ignominiosi.' Itaque ex Festo interpretari possumus senatu motos. Cui expositioni etiam major lux afferenda. Statuamus itaque, censores seu dictatorem, ad quos spectabat munus legendi senatum, consuevisse schedulam seu syngrapham habere, in qua senatorum omnium descripta nomina recitarentur: si quando in legendo alicujus mentio fieret, qui antea in senatu non fuisset, in senatorem novum eum electum intelligebatur; si vero ex iis qui in præcedenti schedula senatoria descripti fuerant, silentio præterirentur, eos senatu motos dignoscebatur; ideoque 'præteriti' dicebantur: quod ex ipsomet Livio elicere licet, ita XXIII. 22. scribente: 'Neque enim post L. Æmilium et C. Flaminium censores senatus lectus fuerat, quum tantum senatorum adversæ pugnæ, ad hoc sui quemque casus per quinquennium absumpsissent.' Et paullo post c. 23. de Fabio Buteone, dictatore ad senatum legendum dicto a C. Terentio consule, de se ipso verba faciente, subdit: 'Nam neque senatu moturum quenquam ex iis, quos C. Flaminius et L. Æmilius censores in senatum legissent: transcribi tantum recitarique eos jussurum; ne penes unum hominem judicium arbitriumque de fama ac moribus senatoris fuerit: et ita in demortuorum locum sublecturum, ut ordo ordini, non homo homini præ-

latus videretur. Recitato vetere senatu inde primum in demortuorum locum legit, qui post L. Æmilium et C. Flaminium censores curulem magistratum cepissent, necdum in senatum lecti essent, ut quisque eorum primus creatus erat: tum legit, qui ædiles, tribuni plebis, quæstoresve fuerant, tum ex iis qui magistratus non cepissent, qui spolia ex Romano hoste fixa domi haberent, aut civicam coronam accepissent. Ita centum septuaginti septem cum ingenti approbatione omnium in senatum lectis extemplo se magistratu abdicavit.' Itaque si de priori senatus descriptione nihil immutatum esset, et nova schedula cum præcedenti conveniret; nullum senatorem novum factum, nec aliquem senatu motum, qui viveret, manifestum erat: si qui vero adempti aut additi in legendo deprehenderentur, alius senatus dicebatur. Ita Livius XXVII. 11. de senatus lectione M. Cornelio Cethego et P. Sempronio Tuditano censoribus ait: 'Inde alius lectus senatus, octo præteritis, inter quos L. Cæcilius Metellus erat, infamis auctor deserendæ Italiæ post Cannensem cladem.' Qui itaque senatorum veterum nota aliqua notabatur, quique in recitando senatu, quod quinto quoque anno fieri solebat, præteritus esset, hic senatu motus dicebatur, et e senatorum albo dispunctus et obliteratus, quod comprobare possumus ex pluribus in Liviana historia exemplis; ut ex prædicta Cethegi et Tuditani censura, in qua octo in senatus lectione præteriti; Salinatoris ac Neronis, in qua septem; Flaminini et Marcelli, in qua quatuor; et M. Catonis, in qua septem præteritos legimus: quod et aliquando privato odio factum, nulla saltem præcedente legitima caussa, colligimus ex Livio XL. 51. 'Retinuit quosdam Lepidus a collega præteritos:' unde nonnumquam acres inimicitiæ coortæ, tradente eodem in Epit. lib. LIX. C. Atinium Labeonem tribunum plebis Q. Metellum censorem, a quo in senatu legendo præteritus erat, de saxo dejici jussisse. *M. Donatus.* Ex loco Plutarchi, quem Sigonius laudavit, Donatus videre poterat, non priorem, quam dederat, sed solam posteriorem interpretationem veram esse, et, quum censor dicitur in legendo senatu aliquos 'præteriisse,' indicari, eos ex senatu ejectos esse.

§ 3 *Substructionem super Æquimælium in Capitolio*] Ad quid illa 'substructio,' et quo pacto facta *super Æquimelium*, vix a quoquam intelligi puto: cum alioqui quid sit 'substructio' ex Vitruvii lib. I. satis sit clarum. De Æquimelio item ex IV. 16. Livii. Suspicor itaque, ut, quod sentio, ingenue fatear, hunc locum mutilum. *Glar.* Glareanus in Annot. vix hunc locum intelligi posse tradit; quum tamen, ut mea fert sententia, ex ejusdem Livii verbis facile explicari possit. Superius l. IV. c. 13. et seqq. scripsit, Melium frumentarium divitem equestris ordinis, in annonæ caritate frumentum plebi elargitum, regnum affectasse, ob idque a dictatore Quinctio Cincinnato, Q. Minucio deferente, in jus vocatum, reluctantem ab Ahala Servilio obtruncatum, ejusque bona publicata, atque ejusdem domum dirutam, ut monumento area esset oppressæ nefariæ spei, quam 'Æquimelium' vocatam scribit, idque anno CCCXVII. contigisse testatur, M. Geganio Macerino et L. Sergio consulibus. In eodem vero statu aream Æquimelii permansisse ex præsenti loco colligimus, usque ad a. IↃLXI. M. Fulvio Nobiliore et C. Manlio Vulsone consulibus, sicque per annos CCXLIV. quo tempore censores T. Quinctius Flamininus et M. Claudius Marcellus, deformitatem eam in Capitolio aversantes, eo in loco denuo ædificandum decreverunt: nil enim

aliud ea verba, *substructionem super Æquimelium locasse*, significant, quam ædificium a fundamentis exstruendum in area, 'Æquimelio' dicta, locavisse. Sic Cic. orat. pro Mil. c. 20. dixit: 'Quo in fundo propter insanas illius substructiones facile mille homines versarentur.' Et iterum c. 31. 'Areæ, quas ille cæsis lucis substructionum insanis molibus oppresserat.' Colum. II. 2. 'Quibusdam substructionibus partes agri sunt occupandæ.' Et I. 5. 'Quum ex depressiore loco fuerint orsa fundamenta, non solum superficiem suam sustinebunt facile, sed et pro fultura et substructione fungentur adversus ea, quæ mox, si forte villam prolatare libuerit, ad superiorem partem applicabuntur.' Cæsar B. Civ. l. II. c. 25. 'Altera theatro, quod est ante oppidum, substructionibus ejus operis maximis, aditu ad castra difficili et angusto.' De substructione plura apud Vitruv. lib. I. videre poterit curiosus lector. *M. Donatus.* Nescio, quo auctore scribat Donatus, Æquimælium 'in Capitolio' fuisse, quod non longe ab eo abfuisse ostendunt, qui de urbe Roma scripserunt. Nardin. Rom. Vet. v. 5. verba Livii hoc sensu videtur accipere, substructionem super Æquimælio, quod 'sub Capitolio' erat. Ita præpositio *in* locum vicinum denotabit; qua significatione Latinos quoque ea uti, ut Græcos τῷ ἐν, docet Perizon. ad Ælian. Var. Hist. II. 25. Non contemnenda tamen est conjectura Rycquii. *Duk.* Codd. quibus utor, nihil mutant, nisi quod *in Capitolium* unus legat Lov. 2. Rycquius vero de Capitol. c. 25. legendum censet *super Æquimælium et in Capitolio.* Rationem emendationis non addidit; quæ tamen nulla alia esse potest, quam quod Æquimælium in Capitolio non fuisse existimarit. Sane Sex. Rufus de Region. Urb. Æquimælium memorat in regione urbis IV. secundum divisionem Augusti, quum Capitolium fuerit in regione VIII. Verum Nardin. Rom. Vet. lib. III. cap. ult. putat laciniam hanc male inepteque Livio adsutam esse. Ipse deinde docet v. 5. Æquimælium in vico Jugario fuisse, ejusque vici partem constituisse, ex Livii XXIV. 47. 'Solo æquata omnia inter Salinas ac portam Carmentalem, cum Æquimælio Jugarioque vico.' Vicum autem Jugarium sub Capitolio fuisse, patet ex Liv. XXXV. 21. 'Saxum ingens, &c. in vicum Jugarium ex Capitolio procidit, et multos obpressit.'

Viam silice sternendam a porta Capena ad Martis ædem] Legendum, *a porta Capena ad Martis*, non *ad Martis ædem.* Gelen. Pal. 1. *viam sternendam a porta Capena et usque ad Martis.* Vet. editio omittit quoque τὸ *silice.* Alter vero Pal. *viam siliternendam a porta Capena ad Martis.* Gebh. *Viam sternendam* Lov. 3. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. *viam siliternendam* Mead. 1. *viam silicternendam* Lov. 1. 4. et Mead. 2. *viam silice strinendam* Voss. Supra X. 47. 'Via a Martis silice ad Bovillas perstrata est:' et XLI. 27. 'Censores vias sternendas silice in urbe locaverunt.' Dein *usque ad Martis ædem* Lov. 3. *ad Martis ædem* Lov. 2. 5. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Sed vocem *ædem* rectius ignorant reliqui scripti, cum cod. Mog. quam ellipsi omissam passim supplere, et invitis scriptoribus obtrudere librarii conati sunt. Vide ad X. 23. § 12. Ceterum ædes hæc Martis erat extra portam. Supra VII. 23. 'Quum omnes extra portam Capenam ad Martis ædem convenire armatos juniores jussisset.' Et quidem a porta Capena ad Martis semitam olim straverant ædiles curules. Liv. X. 23. 'Semitam saxo quadrato a Capena porta ad Martis straverunt.' Pro semita nunc viam silice straverunt censores, qui eo usque olim a Bovillis viam straverant. Vide X. 47.

§ 4 *Aquæ ingentes eo anno fuerunt*] Ms. *pluviæ ingentes eo anno fuerunt.* Modius. Vulgatum tamen, quod in omnibus codd. constanter superest, defendi potest ex Livii l. XXIV. c. 9. 'Aquæ magnæ bis eo anno fuerunt: Tiberisque agros inundavit cum magna strage tectorum, pecorumque, et hominum pernicie.'

§ 5 *In Cephaleniam*] Duplicandam esse in hac voce literam *l*, docet Eustathius in Dionys. vs. 431. his verbis: *τοὺς δὲ Κεφαλλῆνας καὶ τὴν Κεφαλληνίαν ἐν δυσὶ λλ ἡ παλαιὰ χρῆσις ἅπασα ἔχει. Sigon.* Eustath. ad Hom. Odyss. A. vs. 105. pag. 26. ed. Basil. 'Αφ' οὗ [nempe *Κεφάλου ἀνδρὸς φυγάδος ἐξ 'Αθηνῶν*] *χρησιμεύσαντός τι ἐν τῷ τότε πολέμῳ, Κεφαλληνία ἐν δυσὶ λ ἡ χώρα ἐκλήθη πρὸς διαστολήν· ἵνα τὸ ἐθνικὸν ὁ Κεφαλλὴν ἔχοι διαφορὰν πρὸς τὴν ἐν σώματι κεφαλήν.* Vide Duker. ad Flori II. 9. § 4. et quæ notavi ad XXXVII. 13. § 11. Mox *dedere se Romanis* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo.

§ 6 *Ne deditionem recusarent*] *Excusarent* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et edd. antiqq. Ejus loco deinde Moguntini ex cod. suo recte substituerunt *recusarent;* quod itidem superest in Lov. 2. Gaertn. et in Lov. 3. pro varia lectione. Mox *pro viribus inopes populi* Lov. 2. 3. 4. Harl. et Mead. 1.

Vicenos autem Cranonii, et Phalenses, et Samei dederunt] Quidam *Granonii* et *Samii* emendarunt. Scholiastes vero in Thucydidis II. 30. *Σάμιος ὁ ἀπὸ Σάμου, Σαμαῖος ὁ ἀπὸ Σάμης.* Ipse autem Thucyd. *Κεῖται δὲ* (inquit) *ἡ Κεφαλληνία κατὰ 'Ακαρνανίαν καὶ Λευκάδα, τετράπολις οὖσα Παλλῆς, Κράνιοι, Σαμαῖοι, Πρόνναιοι·* id est, *Sita autem est Cephallenia ad Acarnaniam et Leucadem, cui quatuor sunt civitates, Pallenses, Cranii, Samæi, Pronnæi.* Quare perperam hic Livii codicem emendarunt, legendumque, *vicenos autem Cranii, et Pallenses, et Samæi dederunt.* Nisi forsitan quis putet, hæc ne Livio quidem admodum nota fuisse; quod mihi tamen non fit verisimile. Pro *Pronnæis* quidam ante *Cranios* posuerunt *Nesiotæ*, atque ita legunt: *vicenos Nesiotæ, Cranonii, Pallenses, et Samæi dederunt.* Glar. Cum in omnibus ante libris legeretur *vicenos autem Cranonii*, emendatum est *vicenos Nesiotæ, Cranonii,* ut quatuor, qui fuisse dicuntur, Cephalleniæ populi redderentur. Quorum tres omnium consensu fuerunt *Cranii, Pallenses, Samæi.* Quartum Thucyd. II. 30. *Προνναίους* vocat, Strabo X. 455. *Πρόνησον* nominat, pro quibus *Nesiotæ* restituti sunt. *Cranii* certe a 'Cranio,' ut ait Stephanus, non *Crannonii* a 'Crannone,' legendum est. *Κράνιον πόλις ἐν Κεφαλληνίᾳ, τῇ νήσῳ· Τετράπολις δὲ ἡ νῆσος ἀπὸ τῶν Κεφάλου παίδων, Προνήσου, Σάμου, Πηλέως, Κρανίου· τὸ ἐθνικὸν Κραναεῖς. Sigon.* Habet Pal. 1. *vicenos autem Granoni, et Palenses, et Tamei dederunt.* Gebh. *Vicenos autem* omnes nostri, et edd. vett. pro eo Frob. 1535. (Doujatius id male Sigonio tribuit) dedit *vicenos Nesiotæ*, forte ex emendatione Gelenii; quæ tamen cui fundamento innitatur, nescio, quum ex cod. Mog. nihil notetur. Doujatius, secutus Strabonem l. laud. qui unam Cephalleniæ urbem 'Pronesum' vocat, legendum censet *vicenos Pronesotæ.* Si quid tamen mutandum foret, et Frobenii lectio non ex cod. sed ex ingenio orta esse constaret, legerem *vicenos Pronæi;* non modo quod Thucyd. ut Sigon. monuit; incolas vocet *Προναίους*, vel, ut alii legunt, *Πρωναίους*, verum etiam quod Polyb. quem Livius in nominibus propriis sequi solet, urbem *Πρόνους* adpellarit, v. 3. *Προσέσχε τῆς Κεφαλληνίας κατὰ Πρόνους· ὁρῶν δὲ τότε πολισμάτιον τοὺς Πρόνους δυσπολιόρκητον ὄν*, &c. Eodem ferunt vestigia lectionum, quæ apud alios obcurrunt, ut apud Auctor. Etym. M. voce *Κεφαλληνία*, ubi incolæ vocantur *Πρόνοοι*, et Tzetz. ad Lycophr. Cassandr. 791. ubi ex Thucyd.

memorantur Πρώνιοι: quo utroque loco forte similiter Πρόναιοι vel Πρώναιοι legendum. Hinc patet, non audiendum Th. de Pinedo, qui ad Steph. in voce Κράνιον in Thucyd. legendum putabat Πρόνησοι, (saltem Προνήσιοι dedisset) quia a Proneso, uno filiorum Cephali secundum Stephan. nomen habent. Certe veterum edd. lectio in Stephano, quam Berkelius exhibet, potius exigit, ut apud eum pro Προνήσου legamus Πρόνου. Deinde *Sarmoï* Gaertn. *Gammoni* Voss. *Gramoni* Lov. 1. *Granoni* Lovel. 2. 3. 6. *Grannoni* Lovel. 4. Harl. et Mead. ambo. *Granonii* Lov. 5. et edd. principes. *Cranonii* Paris. 1529. pro quo Sigonius *Cranii*. Tum *et Brabenses* Lov. 1. *et Palenses* Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *et Phalenses* Lovel. 5. et edd. antiqq. *Palenses*, sine copula, Frob. a. 1535. *Pallenses* Basil. 1554. Legendum videtur *Palæenses*, vel *et Palæenses;* verum tum in præcedenti etiam mallem *et Cranii*. Certe Παλαιεῖς vocantur Polyb. v. 3. Καθωρμίσθη πρὸς τὴν τῶν Παλαιέων πόλιν. Cephali filius, unde hæc urbs ejusque incolæ dicti sunt, unico λ vocatur Πηλεὺς apud Steph. d. l. quod nomen etiam reddendum Eustath. ad Hom. Il. B. p. 232. ed. Bas. Κέφαλος, οὗ οἱ Κεφαλλῆνες παρώνυμοι, πρόγονος ἦν Ὀδυσσέως. Κεφάλου γὰρ Πηλεὺς, οὗ Ἀρκέσιος, οὗ Λαέρτης, οὗ Ὀδυσσεύς. Perperam editur Κηλεύς. Pro eo Dorienses dixerunt Παλεύς. Incolarum nomen simplici λ scribunt etiam Tzetz. ad Lycophr. 791. et Auctor Etym. M. voce Κεφαλληνία; qui locus prodigiose corruptus ex vestigiis Stephani Byz. ita scribendus videtur: Ἐκ Λυσίππης ἔσχεν Πρόνον, καὶ Σάμον, καὶ Κράνιον, καὶ Παλέα, ἀφ' ὧν οἱ ἐν τῇ Κεφαλληνίᾳ Πρόναιοι, Σαμαῖοι, Κράνιοι, Παλεῖς. Quamvis autem incolæ apud eos Παλεῖς, et apud Thucyd. Παλλῆς, non Παλαῖεις, vocentur, hic tamen Polybii scripturam Livium, ut alibi, secutum reor. Tandem *Thamaï* Lov. 1. 3. et Voss. *Tameni* Lov. 6. *Samii* ed. Mog. et quædam aliæ. Eustathius ad Dionys. Perieg. 533. Ταύτης (nempe τῆς Σάμου Ἰωνικῆς) ὁ πολίτης Σάμιος· ὁ μέν τοι τῆς ἐν Κεφαλληνίᾳ Σάμου πολίτης Σαμαῖος, διότι ἐκείνη καὶ Σάμη λέγεται.

§ 7 *Insperata pax Cephalleniæ adfulserat*] Corrupte *Insperata parte Cephalleniæ affulserunt* Voss. *Insperata par Cephalleniæ affulserant* Lovel. 1. *Insuper omni parte Cephalleniæ affluxerant* Lov. 6. Mox *desiverunt* Voss. et Lov. 1. *descivisset* Harl.

§ 8 *Sibi eum finxerint metum, et timore vano quietum excitaverunt malum*] Legendum *timore vano quietem exuerunt*, non *quietum excitaverunt malum*. Gelen. Editio Mog. *quietum excitaverunt malum*. Agnosco probitatem veterum eorum librorum, quos quidam dilaudant. *Modius*. Libri nostri omnes, *et timore vano* (inserit hic *et* Pal. 1.) *quietum excitaverunt malum*. Gebh. *Sibi confinxerint metum* Lov. 5. 6. et edd. vett. pro quo Moguntini ex cod. suo adscivere *sibi eum finxerint*, adcinentibus omnibus nostris, solo Voss. excepto, qui dedit *eum finxerunt*. Tum *timore vano quietum* (*et quietum* Lov. 3.) *excitaverunt malum* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 1. et Gaertn. *timore vano excitaverint malum* Mead. 2. Quod Gelenius ex cod. ut videtur, probavit, eruditius est, quam ut librarium auctorem haberet. 'Exuere quietem,' ut 'exuere servitutem' XXXIV. 7. 'Numquam, salvis suis, exuitur servitus muliebris.'

Perlata ad eos sit, nihil comperti est] *Prælata* sive *prelata* Voss. errore librarii. Alia exempla vide ad II. 59. § 7. III. 46. § 6. IV. 54. § 3. V. 29. § 3. VI. 29. § 3. VII. 24. § 8. VIII. 5. § 3. IX. 38. § 10. Tum *nihil compertum est* Lov. 1. et Harl. Sed mox hoc cap. *nihil pacuti*. Vide ad XXXVI. 7. § 6. Mox § seq. *ad tentandum misericordiam* Lov. 5. et edd. vett. *ad tentandam* Moguntini ex cod. suo dede-

runt, quod in reliquis nostris superest.

§ 11 *Duobus igitur locis admoti arietes quatiebant muros*] Pal. 1. *quatitabant muros.* Gebh. Similiter Lov. 3. et Hearnii L. 1. Alibi id verbum me legere non memini. Antea § præc. *tormentorumque machinarumque* Harl. *tormentorum machinasque* Voss. et Lov. 6.

Cap. xxix. § 1 *Aut opera, aut hostis arceri posset*] *Ad opera aut hostes* Lov. 5. et ed. Camp. Tum *arceri possit* Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Mox *duabus maxime tamen* Harl. et Mead. 1. *duabus maxime tum* Lov. 2. Vide ad xxii. 17. § 5. *duabus inde maxime rebus resistebant* Gaertn. Vide ad v. 13. § 8.

§ 2 *Juxta vallum pro diruto novum obstruentes murum*] Scribe *juxta validum*, hoc est, æque validum. *Gelen.* Libri omnes *juxta vallum.* Gebhard. *Validum* etiam Voss. Lov. 4. et Mead. ambo: reliqui cum margine Mead. 1. *vallum.* Tum *dirupto* Lov. 1. 2. 6. et Voss. Vide ad ix. 45. § 17.

§ 3 *Una ad coërcendos inventa haud magna memoratu res est*] Pal. 1. *Una atterendo inventa haud memorata res est.* Pal. alter, et vet. ed. *Una ad terrendos inventa haud memorata res est.* Gebh. Lectionem, quæ nunc exstat, Aldus recte ex cod. Mog. adoptavit. Antea edebatur *Una ad terrendos inventa haud memorata res est;* quod servant etiam Vossian. Lovel. 1. 2. 4. 5. 6. Harleian. Mead. 2. Gaertn. et Hearnii L. 1. neque aliter reliqui dissentiunt, nisi quod *Una atterendo inventa* præferat Lov. 3. *Una ad ternendos inventa* Mead. 1. qui *Via* pro *Una* margini adscriptum habet: *ternendos* etiam Mead. 2. in margine.

§ 4 *Funda mare apertum incessentes, exercebantur*] *Funda in aërem apertum incessantes* Voss. et Lov. 6. quorum posterior etiam τὸ *exercebantur* ignorat: *incessantes* etiam Lov. 1. et 3. quorum prior omisit τὸ *funda. Funda in mare apertum* legunt Lov. 5. et edd. principes usque ad Aldum, qui præpositionem induxit.

§ 5 *Itaque longius certiusque et validiore ictu, quam Balearis*] Præfert Livius funditores ab Ægio, Patris, et Dymis accitos Balearibus, quos tamen excellentissimos funditores fuisse ipsemet testatur xxviii. 37. et Plinius lib. iii. cap. ult. Baleares funda bellicosos dixit, quod pariter confirmat Cæsar B. Gall. ii. 7. et Virg. Georg. i. 309. scribit, 'Stuppea torquentem Balearis verbere fundæ.' *M. Donatus.* Pall. uterque, et vet. ed. *itaque longius certiore et validiore ictu.* Gebh. *Ita longius* Voss. Lov. 3. 6. et Gaertn. Vide ad xxi. 53. § 7. Tum *certiore ictu* Lov. 3. *certiore et validiore ictu* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Moguntinos, qui lectionem, nunc vulgo exstantem, ex cod. suo adsciverunt. Præterea *Baliaris* et mox *Baliarica* Voss. Lov. 1. 4. et Gaertn. Vide ad xxi. 21. § 12.

§ 6 *Sed triplex scutale, crebris suturis duratum*] Quidam *triplicis scytales* legunt, et ad *duratum* referunt *telum*, quod præcessit. Tolerabilius esset, si *triplex scytale* legeretur, sed *durata* oportebat sequi. Alii putant *scutale* in neutro prolatum genere. Ego puto, Livium describere lancem, cui imponitur lapis, ad quam lora dependent. *Glar.* Hunc locum citat Priscian. vi. 726. ex lib. T. Livii ab urb. cond. xxxviii. iisdem verbis: ut de hac lectione, de qua alii laborarunt, laborandum esse non videatur. *Sigon.* *Scutale* hic existimo corium esse, cujus loris habena consutis facta erat, sic appellatum, quod ex eo genere corii scuta conficerentur. Nam, ut apud Polybium est, exterior scuti facies corio vitulino obducta erat. *Turneb.* Advers. xiv. 11. Glareanus in Annot. inquit ad hunc locum, 'Tolerabilius esset, si *triplex scytale* legeretur.' Sed, quid sibi vellet id

scribens, ignoro. *Scytale* animal venenatum esse, tradidit Colum. VI. 17. et Plinius XXXII. 5. et Gellius XVII. 9. brevem epistolam et Laconicam dixit; utrumque enim σκυτάλη significat apud Græcos; quod si *scytale* est a voce σκύταλον, quod est scutica, seu virga, quid hæc, quæso, commune habeant cum funda, non video: qua de re *scutale* legendum non ambigo, et per *scutale* intelligendum esse partem fundæ mediam, cui globus trajiciendus imponitur, ita appellatam, quod scuti formam præ se ferat, quod in nostratibus fundis videre est, et oculata fide percipere. Sicuti itaque Baleares funditores funda utebantur ex simplice habena constante, sic memorati a Livio fundas habebant, quarum scutale, hoc est media pars, ex triplici loro coriaceo, seu ex triplici tela funiculoque, constabat ad scuti formam, id est orbicularem et in longum protensam, crebrisque suturis duratam, ne fluxa habena volutaretur, et cum ea in jactu glans, sed librata quum sederit, in scutali inquam, velut nervo missa excutiatur. Legendum itaque *scutale*, quod pariter docet Cœl. Rhodig. XIV. 7. Hunc locum quoque advocat Priscian. in calce lib. VI. Turneb. Advers. XIV. 7. minus clare, ne dicam apte, hæc Livii verba interpretatus est. *M. Donatus.* Lipsius quoque Poliorc. IV. 3. *scutale* idem putat esse, quod habenam fundæ, id est, lorum sive funem; ob eam causam, quod alioqui verba Livii 'non simplicis habenæ' idoneum sensum non habeant. Hoc verum esse credo. Nam quum Livius primum dicat, fundas has 'non simplicis habenæ' esse, verbis his, quæ statim addit, 'sed triplex scutale' declarare videtur, quod dixerat, eos 'non simplicis habenæ' esse, id est, non unum modo funem, ut alias, sed tres, sive singulos separatos ac distinctos, sive inter se consertos ac triplicatos habere. Hoc significare voluisse Livium, etiam ex eo quodammodo colligitur, quod funda tali 'velut nervo missam sagittam' excuti dicit: nam vix intelligi potest comparatio 'scutalis triplicis' fundæ cum 'nervo' arcus, si aliud est 'habena,' aliud 'scutale fundæ.' Salmas. ad Spartiani Pescenn. Nigr. X. *scutale* vult esse sinum fundæ, in quo lapides collocabantur: sed hæc interpretatio non explicat, quid sit *habena non simplex* fundæ, nec quomodo medium, sive sinus imus fundæ, nervo comparetur, cui parem firmitatem et εὐτονίαν, certe majorem, quam habena simplex, habet 'triplex' et 'crebris suturis durata' habena. *Duk.*

Velut nervo missa excutiantur] Pal. 1. *emissa.* Gebh. Similiter Lovel. 3. Sed nihil mutandum. Vide ad VI. 8. § 3. et X. 29. § 8. Paullo ante *in ictu*, pro *in jactu*, Lov. 1. Vide ad XXVI. 40. § 10. *In actu* Lov. 3. Vide ad XXV. 4. § 7.

§ 7 *Coronas modici circuli magno ex intervallo loci adsueti trajicere*] Nisi expressus sit jacientis et gestus, et ad scopum certitudo, ego, quid sibi ea verba velint, haud assequor. *Glar.* Quæ essent coronæ modici circuli, funda magno intervallo trajici solitæ, se nescire fatetur Glareanus, subdens, nisi exprimere voluerit Livius jacientis gestum, quo nihil insulsius excogitari potest. Ego non dubito, Livium describere genus glandis seu globi jaculive a jam dictis funditoribus trajici solitum: vocat autem *coronas*, quod coronæ instar orbiculares essent, a similitudine scilicet coronæ, et superficie superna et inferna plana. Addit vero *modici circuli*, quia non ingentes, quales coronæ, sed modicæ magnitudinis essent. Sic circulus circa lunam ἅλως Græcis, Latinis *corona* appellatur ab astrologis et philosophis. *M. Donatus.* Prior Glareani expositio, exprimi jacientis gestum, omnino

subsistere nequit; at optime altera exprimi jacientis ad scopum certitudinem. Per 'coronam' enim 'modici circuli' intelligo modicum foramen rotundum, per quod quum magno ex intervallo loci saxa globosa vel glandem funda trajicere a pueris soliti sint, hinc nunc in bello, ubi opus erat, non tantum capita hostium vulnerabant, sed etiam locum oris, quem petere destinarant. Vox *modici* perperam deest in Lov. 5. et edd. Camp. Rom. an. 1472. ac Parm. Perperam etiam mox *loris*, pro *oris*, Harl.

§ 8 *Ne tam crebro, neve tam audacter erumperent*] *Nec tam* Lov. 2. Mead. 1. et Harl. quomodo etiam peccabatur II. 33. § 1. *Ne tam* Lov. 3. quod defendi posset ex illis quæ notantur ad XXXIV. 3. § 9. Sed unum cod. reliquis dissentientibus, sequi periculosius est. *Neu tam* Lov. 1. et 6. Vide ad XXXIV. 35. § 9. Tum *audaciter* Lov. 2. Vide ad XXII. 25. § 10. Mox *quiete* deest in Lov. 3.

§ 9 *Quatuor menses obsidionem Samæi sustinuerunt*] Pal. 1. *obsidionem Samæa sustinuit*. Pal. alter *Same sustinuit*. Gebh. Scripti *Same sustinuit*. Egit præcipites in mutationem, quod sequitur, 'quum ex paucis quotidie aliqui eorum caderent.' Hoc putarunt requirere *Samæi*, non *Same*. Liberamus illos hac cura. l. XXI. c. 11. 'Annibal, quia fessum militem prœliis operibusque habebat, paucorum iis dierum quietem dedit.' Cur non fecerunt *fessos milites?* XXIV. 27. 'Ad Murgantiam tum classem navium centum Romanus habebat, quonam evaderent motus ex cædibus tyrannorum orti Syracusis, quove eos ageret nova atque insolita libertas, operiens.' Quasi dixisset *apud Syracusanos*. XLIV. 30. 'Ipse ad Bassaniam urbem quinque millia ab Lisso ducit. Socii erant Romanorum.' Corn. Nepos Timoth. c. 1. 'Idem classi præfectus, circumvehens Peloponnesum, Laconicam populatus, classem eorum fugavit.' Vide ad VIII. 11. *J. F. Gron. Quatuor dies* perperam Lov. 1. Tum *obsidionem ferme sustinuit* Mead. 1. sed *fame sustinuit* in margine, quod etiam præferunt Lov. 2. et Gaertn. *Samæa sustinuit* Lov. 3. et 6. *Same sustinuit* reliqui nostri, et Hearnii L. 1. ac N. quod optime Gronov. probavit. *Same* hic ponitur pro incolis urbis Sames, pro Samæis, et hinc Livius, quæ de hac urbe prædicantur, ea flexione eaque forma extulit, quasi non *Same*, sed *Samæi*, præcessisset. Similes locutiones Livio sunt frequentissimæ. Lib. VIII. c. 11. 'Latinis quoque ab Lavinio auxilium, dum terunt tempus, victis demum ferri cœptum:' et postea 'Latium Capuaque agro multati:' vide utroque loco. XXVIII. 19. 'Castulo, quum prosperis rebus socii fuissent, defecerant ad Pœnos.' cap. 22. 'Astapa urbs erat Karthaginiensium semper partis: neque id tam dignum ira erat, quam quod præcipuum in Romanos gerebant odium.' XXXII. 15. 'Inde Atracem est profectus: decem ferme millia ab Larissa abest: ex Perrhæbia oriundi sunt.' cap. 18. 'Elatia clausit portas; nec, nisi vi cogerentur, recepturi mœnibus videbantur aut ducem, aut exercitum Romanum.' XXXIII. 47. 'Pervicerunt, ut legati Karthaginem mitterentur, qui apud senatum eorum arguerent Hannibalem.' l. XXXVII. c. 4. 'Satius visum est, Lamiam obpugnari. Nam et a Philippo prope ad excidium adductos esse, et tunc eo ipso, quod nihil tale timerent, obprimi incautos posse.' cap. 8. 'In Gallogræciam miserat. Bellicosiores ea tempestate erant, Gallicos adhuc, nondum exoleta stirpe gentis, servantes animos.' c. 16. 'Rhodum prius jussus adire, et omnia cum iis communicare consilia.' c. 54. 'Certare ausi sumus cum parentibus quæque civitas.' lib. XXXIX. c. 27. 'Si liberas esse Ænum et Maroneam velint Romani, nihil sui pudoris esse ultra dicere, quam ut

admoneant, re non verbo eos liberos relinquant.' XLIII. 7. 'Qui exclusissent eos, Emathiam, Amphipolim, Maroneam, Ænum incolumes esse:' ubi scripturam hanc contra Sigonium, *quæ exclusissent* conjicientem, et contextui inserentem, defendi. Etiam auctor Epit. Liv. lib. XXIII. 'Casilinum ita fame vexatum est, ut mures essent, et nucibus vixerint.' Vide Gronov. ad IX. 41. § 3. XXI. 39. § 4. XXXIX. 48. § 5. Burm. ad Gratii Cyneg. 509. et Sallust. ad Catil. cap. 8. Similiter Græcos loqui solitos fuisse, exemplis Thucydidis et Luciani docuit vir clariss. in Observ. Miscell. tom. III. p. 246. ubi idem genus loquendi etiam Æliano ex conjectura restituitur.

Qui superarent, fessi et corporibus, et animis essent] *Qui supererant* Mead. 2. Harl. Hearnii Oxonn. et cod. Mog. cujus fide id Aldus recepit, et reliqui editores servarunt, usque ad Gruter. cujus ultima *superarent*, at Hearnius *supererant* revocarunt; quorum hic monuit, *superarent* esse in Gruteri et Gronoviorum edd. contra quam in Mss. aliisque codd. quum tamen idem illud *superarent* invenerim in reliquis Mss. meis, et edd. antiquissimis. 'Superare' autem poni pro superesse, vidimus ad XXII. 49. § 5. Hic autem usus ejus verbi quum doctior sit, quam ut sponte librariis in mentem veniret, verisimilius videtur, scribam Mog. cod. *superarent* literis transpositis in *supererant*, quam reliquos contra mutasse. Ita et variant VIII. 10. § 1. 'Superare' et 'Superesse' sæpe commutantur, aliam tamen ob caussam. Vide ad VI. 4. § 2. Præterea *et animis et corporibus* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. In præcedentibus *τὸ eorum* redundare, Crevierius notavit. Sed vocem constanter codd. agnoscunt.

§ 10 *Quam Cyatidem vocant*] Ms. *arcem, quam Cyneatidem v.* Modius. *Cytidem* Lov. 2. *Thyatidem* Voss. et Lov. 1. *Tiacidem* Lovel. 3. *Thiatidem* Lov. 6. *Tyadidem* Gaertn. *Cyathiden* Lov. 5. et edd. principes.

§ 11 *Inde postero die dediti, &c. sub corona omnes venierunt*] Prima vox deest in Lov. 2. 4. Harl. et Mead. utroque, quæ tamen copulæ vice fungitur. Vide ad VII. 20. § 7. Tum *omnes sub corona* Lov. 2. 3. et Harl. Paullo ante *captam partem urbis* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. ante Aldum, qui ordinem dictionum mutavit. *Captam urbem* Lov. 6.

CAP. XXX. § 1 *Præsidio Samæ inposito*] Τὸ *Samæ* non comparet in omnibus nostris libris. *Gebh.* Eamdem vocem ignorant omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. vett. *Same* ex cod. Mog. recepit Aldus, pro quo ed. Colon. dedit *Samo*, Froben. 1531. *Samæ*; quod posterius recte recentiores servarunt. Ne quis enim *Same* more Græcorum formatum credatur, vide Vossian. Gramm. IV. 2. præterquam quod Livius etiam rarius terminatione Græca utatur.

Jam diu arcessentibus Ægiensibus] Pall. uterque præfert *ægrescentibus*. Gebh. Similiter Lov. 3. 4. Mead. ambo, et Gaertn. *eg'sentibus* Lov. 1. *egresentibus* Lov. 2. Vox illa deest in Lov. 6.

§ 2 *Ægium, a principio Achaici concilii, semper conventus gentis indicti sunt*] Vide ad XLIII. 17. § 5. Paullo post pronomen *id* exsulat a Lov. 2. 4. Harl. et Mead. utroque. Mox § seq. *in eo primum anno* Lov. 5. et edd. ante Aldum, qui recte præpositionem, a reliquis codd. nostris omissam, ejecit. Insuper *conventus ageretur* Lov. 3. et Gaertn.

§ 4 *Damiurgis civitatum, qui summus est magistratus, Ægium evocantibus*] Doriensibus, inquit Hesych. voce Δημιουργὸς, qui publica negotia resque civitatis administrant, 'Demiurgi' vocantur, qui similes sunt iis, qui ab Atheniensibus 'Demarchi' vocantur, id est, tribuni. Peloponnesii autem Dorici sunt generis, quo factum est,

ut 'Damiurgi' Dorice Livius diceret: ἐπιδημιούργους appellat Thucyd. I. 56. τούς τε ἐπιδημιούργους ἐκπέμπειν· ubi annotant, ἐπὶ redundare, et *Demiurgos* esse *Phylarchos*. Sed verius puto, quod et Livius et Hesychius scripsere: *opifices* autem ab interprete explicari, equidem plerunque miratus sum. *Turneb.* Advers. XIV. 11. *Demiurgis* Lov. 5. et edd. vett. pro quo Frob. 1535. dialecto Dorica *Damiurgis* substituit. Et ita fere omnes codd. præferunt lib. XXXII. c. 22. § 2. Quamvis autem hoc loco plerique librarii in illa voce aberrarint, inter eos tamen, si unum jam memoratum excipias, convenit, primam syllabam per vocalem *a* scribendam esse. Vide etiam ad XXXI. 32. § 1. Nihilominus τοὺς Δημιούργους τῶν Ἀχαίων memorat Polyb. Exc. Legat. num. XLVII. Insuper *civitatium* edd. Rom. 1472. et Mediol. 1480. Vide ad XXXIII. 20. § 11. Mox *tum erat prætor* Lov. 1. 3. 6. *tunc erat prætor* Voss. et Gaertn.

§ 5 *Quo quum adpareret omnes fere conventuros*] *Quod quum adpareret fere, conventuros* Voss. *quod quum adpareret fore conventuros* Lov. 1. *quo quum adpareret fore conventuros* Lov. 6. *fere omnes conventuros* Gaertn. Mox τὸ *quoque* non adparet in Lov. 3. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Insuper *favebat, tum Argos venit* Voss. *favebat caussæ, tamen Argos venit* Gaertn.

§ 6 *In sua certamina averterunt*] Pal. 1. *in sua certamina verterunt*. Gebh. Similiter Lov. 3. Sed prima litera τοῦ *averterunt* intercepta est ab ultima præced. vocis. Vide ad II. 44. § 6. De locutione 'avertere in se' vide ad VI. 23. § 8.

Magna pars in maritimis Laconicæ oræ castellis, quæ omnes adepti erant, habitabant] Lege *quæ omnis adempta erat*, videlicet Lacedæmoniis. *Gelen. Permagna pars* Lov. 5. et edd. vett. pro quo Frob. 1535. dedit *magna*, quod in ceteris Mss. superest. Tum *Laconiæ oræ* Lov. 2. 5. et Harl. Sed vide ad cap. seq. § 2. Tandem *quæ omnes adempti erant* Harl. *qui omnis adempti erant* Lov. 2. in contextu: *quæ omnes adepti erant* Lov. 2. in margine, Lov. 3. 5. Mead. 2. et principes excusi: *quæ omnis adepti erant* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. *quæ omnis adempta erant* Mead. 1. An forte legendum *quæ omnia adeinta erant?*

§ 7 *Ut aliquem liberum ad mare haberent aditum*] Pall. uterque *ut aliqua liberum ad mare haberent aditum*. Gebh. Membranæ consensu *ut aliqua liberum*. Verissime: intellige 'via.' Plautus Milite 'Antevenito aliqua aliquos.' *J. F. Gron. Aliquem* servant Voss. Lov. 1. 5. 6. et Harl. *aliqua* Lov. 2. 3. 4. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii N. Supra X. 5. 'Si aut superare aliqua et evadere possent.' XXVI. 27. 'Si qui evasissent aliqua, velut feras bestias per agros vagari.' Vide Nic. Heins. et Burm. ad Nason. Trist. III. 4. 75. Similiter 'ne qua' XLIII. 18. 'Ne qua in regnum vacuum inrumperent Romani.' Etiam 'recta,' 'alia,' 'eadem,' per defectum vocis 'via,' Livio usitata sunt. Vide ad III. 46. § 5. Potest etiam *aliqua* accipi pro aliqua parte. Vide N. Heins. ad Silii XIII. 224. Plene infra est XLIV. 35. 'Ut nudare aliqua parte transitus Enipei cogeretur.'

Simulque ut emporium et receptaculum] Scribo *simul id emporium et receptaculum*, non *simulque ut*. J. F. Gronov. Huic mutationi nullam justam caussam esse video, præsertim quum Gronov. nullius cod. concentum memoret. Si repetitio τοῦ *ut* obfendit, vocula illa hic omitti posset, quum etiam desit in Lov. 2. Mox *ad necessarios usus essent* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo.

Vicum maritimum, nomine Lamin] Hujusmodi vicum nemo, quod equidem sciam, nominat in Laconia. Suspicor legendum *nomine Laan*, sive contracte *Lân*, tribus a Gytheo sta-

diis distans oppido, ut author est Pausanias III. 24. Meminit et Strabo VIII. 364. Item alii, ut Ptolemæus III. 16. *Glarean. Nomine Lamyn* Voss. *nomine Lamym* Lov. 1. *nomine Lanin* Lov. 6. *nomine Lamia* Gaertn. *nomine Lamin* Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. vett. *nomine Lan* ante Glareanum jam recte edidit Frob. 1535. quia nempe cap. seq. § 2. Gelenius ita emendandum docuit. De hoc vico videndum esse Meurs. Misc. Lacon. IV. 7. monuit Hearnius. Ceterum hic vicus non tribus stadiis a Gythio distabat, ut Glareanus dicit, sed, quæ verba sunt Pausaniæ ab eo laudati, θαλάσσης μὲν δέκα στάδια, Γυθίου δὲ τεσσαράκοντα.

§ 9 *Castella omnia vicique*] *Castella omnia utique* Lov. 1. 6. et Voss. Paullo ante *terror inde omnem* Harl. Vide ad V. 18. § 8. *Terror tũ omnem* Lovel. 6. Vide ad XXII. 17. § 5. Etiam § præc. *sub luce* Mead. 1. Vide ad II. 55. § 1.

Cap. XXXI. § 1 *Jam inde ab initio exsulum caussæ amicus, et auctor*] Vet. ed. et Pal. alter *exsulum caussæ et amicus et auctor*. Sed contra Pal. 1. *jam inde ab initio exs. caussæ esse et amicus et auctor semper Ach. minuendo opes et auct. Laced. consil. quær. dedit.* Gebhard. *Et amicus et auctor* omnes codd. nostri, et edd. antiqq. usque ad Froben. qui copulam *et* priori loco expunxit; quam Gronovius restituit. Vide ad II. 44. § 3. Deinde *quærentibus*, quod jam receperunt edd. Parm. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et reliquæ omnes, idem Gronov. recte mutavit in *querentibus*. Alterum Hearnius servare maluit.

§ 2 *Laconicæ oræ castella et vicos tradidissent*] *Laconiæ oræ* Voss. Lov. 5. 6. Harl. et edd. vett. pro quo Moguntini recte ex cod. suo *Laconicæ* emendarunt, concinentibus reliquis scriptis. Supra cap. præc. 'In maritimis Laconicæ oræ castellis habitabant.' c. 34. 'Terra Laconica excederent.' Tum *castella tradidissent* Gaertn. *castella ejus tradidissent* Lov. 3. *castella cui contradixissent* Lovel. 1. *castella contradissent*. Forte voluit *castella contradidissent*. Sola castella cap. præc. loc. laud. memorantur. 'Contradere' autem profertur ex Lucret. I. 402. 'Argumenta fidem dictis contradere nostris:' ita Gifan. legendum contendit. Sed adsentior Lambino, *conradere* vel *corradere* defendenti, quod 'contradere dictis fidem' vix Latinum videatur. Hic etiam vulgatum servo. Paullo ante *referente eo* Lovel. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Froben. qui a. 1535. ordinem vocum invertit. Τὸ *est* exsulat a Voss. et Gaertn.

Et, quum abstinere his ex fœdere Lacedæmonii deberent] *Ut cum abstinere* Lov. 1. 3. 4. 5. et edd. ante Moguntinos, qui ex cod. suo *et quum* dederunt, consentientibus reliquis nostris, excepto Voss. in quo erat *ne quum*. Deinde *ex fœdere Lacedæmonum* Lov. 5. et ed. Camp. *ex fœdere Lacedæmoniæ* Voss. et Gaertn.

Lamis vicus obpugnatus] Lege *Lâs vicus*, non *Lamis*; a quo vastato Castores 'Lapersæ' Græcis denominati sunt. *Gelen. Late vicus* Voss. Lov. 1. 3. et Harl. *Lace vicus* Lov. 4. Mead. ambo, et Gaertn. *Lanum vicus* Lovel. 2. *Lamin vicus* Lovel. 6. *Lamis vicus* Lov. 5. et edd. ante Frob. qui a. 1535. *Las vicus*, præeunte Gelenio, substituit. Vide ad cap. præc. § 7. Insuper voces *cædesque ibi, &c. adfinesque essent* in Harl. omittuntur neglegentia librarii ob vocum *esset, essent* repetitionem. Vide ad IX. 11. § 11. Tandem *ni dederentur* Lov. 2. *ni dederentur* Lov. 1. Vide ad IX. 5. § 3.

§ 3 *Ad exposcendos eos legati*] Pall. uterque *Ad exposcendos eos et legati*. Gebh. Similiter Voss. Lovel. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Omnia hæc verba deerant in Lov. 1.

Ut, si antiqua civitatis fortuna esset] In Pal. 1. *si aliqua civitatis fortuna es-*

scl. Gebh. Consentit Lov. 3. *si antiquæ civitatis fortuna* Lov. 5. et edd. principes: *si antiqua civitas fortuna esset* Harl. et Gaertn. 'Esse antiqua fortuna' videri posset eodem modo dici, quo 'esse eodem statu,' 'esse ingenti gloria,' de quibus vide Gronov. ad II. 22. § 6. et III. 68. § 3. unius tamen vel alterius cod. fide vulgatum hic non muto.

§ 4 *Ne, id quod jam diu moliretur Philopœmenes*] Ms. *quod tam diu moliretur Philopœmen.* Modius. Ita sæpe variant scribæ. Vide ad XXI. 11. § 12. Voces *jam diu* deerant in Lov. 1. a m. pr.

CAP. XXXII. § 1 *Id ubi legati ad Achæos retulerunt*] Pal. 1. *Id ut ad Achæos legati retulerunt.* Gebh. Non aliter Lov. 3. Vide ad XXIV. 15. § 1. *Id ubi ad Achæos legati* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. Mox *omnium civitatium* ed. Mediol. 1480.

§ 2 *Sed etiam navibus e mari fines eorum vastati*] Ita Gronov. an. 1665. edidit; quem præter Doujatium recentiores, quos vidi, secuti sunt. Et tamen ita nullus meorum codd. nisi forte Lov. 4. unde nihil notatur. Priores legunt *a mari*, quomodo non tantum Hearnii L. 1. sed et reliqui nostri, nisi quod præpositio desit in Lov. 3. et *ar mari* legat Mead. 2. cujus librarius *ab mari* dare voluisse videtur. Priorem lectionem revocavi, et *a mari* expono 'a parte maris.' Vide ad XXXI. 24. § 8.

§ 3 *Hic tumultus consulem in Peloponnesum adduxit*] Uterque Pall. *consulem Peloponnesum adduxit.* Gebhard. Eadem apud me lectio exstat in Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Hearnii L. 1. et edd. Camp. Rom. an. 1472. Parm. Mediol. 1480. et aliis: sed præpositio intercepta est a vocis præced. litera ultima. Vide ad X. 13. § 3. Mox *Elim* Harl. et Gaertn. *Helim* vel *Helym* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Mead. 2.

Ad disceptandum acciti] Ms. *ad disceptandum exciti.* Modius. Supra IV. 9. 'Plebs ad expugnandam secum Ardeam Volscos excivere.' Silius V. 191. 'seu ductor ad arma Exciret Tyrius.' Potest et alterum servari. Alibi autem similiter variant libri. Exemplum habuimus III. 4. § 5.

§ 4 *Non disceptatio modo, sed etiam altercatio fuit*] Pall. uterque *sed altercatio fuit*, omisso τῷ *etiam.* Gebhard. Voculam *etiam* non admittunt quoque Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Locutiones 'non solum,' 'non modo, sed,' pro 'sed etiam,' inlustravi ad II. 6. § 1. et VII. 37. § 1. quibus plura alia addi possent, nisi tædio forent. Vide igitur Burm. ad Gratii Cyn. 48. Oudend. ad Front. I. 3. § 10. et Cort. ad Sallust. Catil. c. 18. Hinc *altricatio* Gaertn. Vide ad IV. 6. § 1. Mox *ad senatum legatos* Lov. 1. 2. 3. 4. et Mead. ambo. Insuper § seq. τὸ *Utrimque* deerat in Lov. 6.

§ 6 *Diophanes et Lycortas, Megalopolitani*] *Diaphenes*, vel *Dyaphenes* Voss. Lov. 1. 4. Harl. et Mead. ambo. *Diaphanas* Gaertn. *Diaphanes* Lov. 2. 3. 5. 6. Hearnii L. 1. et priscæ edd. quod recte Sigonius in *Diophanes* mutavit. Vide ad XXXVI. 31. § 6. Tum *Megapolitani* Voss. Lov. 2. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. *Megalepolitani* Lov. 6. Vide ad XXXII. 5. § 5. Mox *convenientem orationem* Voss. et Gaertn. *minime inter se convenientes orationem habuerunt* Lov. 6. Insuper § seq. *finituros*, omisso τῷ *esse*, Lov. 3.

§ 8 *Ex fœdere ac legibus suis, quæ decrevissent*] Scribe cum Pet. et Andr. *quæ decressent.* J. F. Gron. *Et fœdere ac legibus* Voss. sollemni scribarum lapsu. Vide ad XXVI. 45. § 1. Tum *decrevissent*, quod in paucis tantum exstat codd. recepit demum ultima Gruteri ed. Reliquæ priores cum Mss. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. et Mead. utroque *decressent.* Vide ad II. 27. § 8. Deinde § seq. *ut Achæi,*

omissa media vocula, Lov. 3. et 6. Vide ad II. 44. § 3.

§ 10 *Non omnia concessa iis interpretarentur*] *Arbitrarentur* Mead. 2. Mox *hanc potestatem inmodice ac superbe usi sunt* Lov. 3. Sed, Livium alibi more antiquo *uti* cum casu quarto construxisse, non constat. Vide ad II. 34. § 11.

CAP. XXXIII. § 2 *Civitatem in pace futuram, si id fecissent, pollicens*] *Si id fecisset*, nempe civitas, Lov. 1. 4. 5. et Mead. ambo. Sed nihil muto: *fecissent* enim referri potest ad 'Lacedæmonios:' quin insuper, licet *civitatem* respiceret, tamen *fecissent* servarem propter ea quæ notantur ad c. 29. § 11. vel quia civitas considerari potest, ut conlectivum, quod verbum plurale admittit. Supra XXXIV. 41. 'Læta civitas celeberrimum festorum dierum in adventum Romani exercitus ducisque indixerunt.' Vide ad IV. 32. § 2. Dein *pollicentis* Lov. 4. et Mead. ambo: *pollicentes* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. et Gaertn. quod penderet ex præcedenti *legatos*. Sed hic etiam vulgatum præfero: altero enim admisso etiam mox legendum foret *depoposcerant*, ut in uno est Lov. 6. Mox *et alios nihil* Lov. 1. et 6. de quo scribarum errore vide ad XXIII. 7. § 3.

§ 3 *Quos nominatim depoposcerat*] *Deposcerat* Lov. 3. 4. Harl. et Mead. 2. Vide ad XXXVI. 7. § 20. *Depoposcerant* Lov. 6. Vide ad § præc. Mox *a legatis* Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. uterque et Gaertn. Tum *misericordiam futuram* Lov. 2. et Harl. *vim afuturam* Lov. 5. Dein § seq. *ierunt etiam alii* Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *ierunt et alii* Lov. 6. *eunt etiam alii* Lov. 1.

§ 5 *In fines, quia nihil æque alienaturum animos*] *In finis* Lov. 5. et edd. principes: *in finibus* Lovel. 1. et Gaertn. De hoc errore vide ad XXII. 8. § 7. Voces illæ duæ deerant in Lov. 2. et Harl. τὸ *animos* etiam in Mead. 1. lacuna tamen relicta. Mox etiam vocem *exsules* non agnoscit Harl.

§ 6 *Agmine facto occurrerunt*] *Cucurrerunt* Voss. errore ex literarum adfinibus ductibus orto, unde et 'occidit' et 'cecidit' sæpissime confunduntur. Vide ad XXXVI. 36. § 6. Mox *accenderetur ira* Gaertn. Sed vide ad VIII. 30. § 1. Tum *fortissimi exsulum* Gaertn. Vide ad XXVIII. 42. § 4.

§ 7 *Prætor submoveret turbas, et protegeret Lacedæmonios*] Ms. *summovere turbam, et protegere Laced.* Modius. Pall. uterque *summovere turbas, et protegere Laced.* Gebh. Videtur legendum *summoverent, protegerent, arcerent.* J. F. Gron. *Summovere turbas*, (*turbatus* Voss. et Lov. 1.) *et protegere* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. quos tamen simul cum Mog. aliisque codd. errasse puto. Si quid mutandum, cum Gronovio mallem *submoverent, protegerent, arcerent;* quod in Lov. 2. inveni.

Crescebat tumultus concitata turba] Ms. *crescebat turba concitato tumultu.* Modius. Pal. 1. *crescebat tumultu conturbato turba:* alter *crescebat tumultu concitato turba.* Gebh. Moguntinus *crescebat turba tumultu concitato.* Sane et Pet. Naud. Voss. *crescebat tumultu concitato turba.* Barberin. *crescebat tumultu concito turba.* Existimo scribendum esse *crescebat tumultu concita turba.* Sequitur enim statim, 'Et Achæi ad spectaculum primo concurrerunt.' Sic I. 59. 'Elatum domo Lucretiæ corpus in forum deferunt, concientque miraculo, ut fit, rei novæ atque indignitate homines.' XXV. 39. 'Concursu ex castris ad primum clamorem et tumultum facto.' XLII. 64. 'Primæ stationes oppressæ tumultu ac terrore suo cæteros exciverunt.' Ennius Duloreste: 'Extemplo Ægisthi fidem nuncupantes conciebant populum.' Idem verbum restituendum

puto Ciceroni Divin. in Q. Cæcil. c. 13. ‘ Quantam auditorum multitudinem C. Verris infamia concitura:’ ubi et edd. *concitatura*. Quamvis alibi ‘ concitare populum ’ et similia apud eundem obvia non nesciam. *J. F. Gron. Tumultus concitata turba*, ut vulgo ante Gronov. edebatur, in uno tantum Lov. 5. per omnia primis edd. simili, inveni. Quare recte Gronovius eam lectionem sprevit: *tumultu conturbato turba* Lov. 3. *tumultu concitato turba* Lov. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. *tumultu concitata turba* Lov. 1. et 2. Hinc facile formari potest *concita*, neglecta ultimæ syllabæ duplicatione: eam enim librarios in similibus pro arbitrio vel omisisse, vel addidisse, vidimus ad x. 37. § 2. Locutionem autem Livio haud indignam esse, ‘ tumultu concita turba,’ constat etiam ex illis quæ notavi ad II. 26. § 5. Nihilominus consilium Gronovii probare nequeo, qui lectionem illam, nullius Msti fide nisam, in contextum recepit, præsertim quum non tantum lectiones, quas codd. obferunt, optimum sensum præbeant, sed Livius etiam iisdem usus sit. Talis est ‘ tumultu concito:’ certe ‘ concire bellum,’ ‘ seditionem,’ et similia inlustramus ad XLI. 8. § 4. talis etiam est ‘ tumultu concitata;’ ad quam formam est II. 44. ‘ Undique ex Etruria auxilia convenerant, non tam Veientium gratia concitata:’ talis denique est ‘ tumultu concitato;’ pariter enim dixit ‘ concitare bellum,’ de quo vide ad v. 5. § 11. Hanc igitur postremam lectionem, pro qua stant longe plures codd. et inter eos etiam integerrimus Mog. in ordine tantum vocum dissentiens, admittere malui.

§ 8 *Ad spectaculum primo concurrerunt*] Ms. *concurrebant*. Modius. Pall. uterque *ad spectaculum primo concurrebant*. Gebh. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Gaertn. quod eorum fide probavi: *occurrerunt* est in Harl. quod etiam probari posset, si plures consentirent. Vide ad XXXVI. 24. § 4.

§ 9 *Quod in Capitolio, quod Olympiæ, quod in arce Athenis sacratum*] De hac re superioribus libris nihil a Livio dici memini. *Duk.* Neque ego antea narratum memini. De Ætolis simile quid narratur XXVI. 24. *Ratum* Voss. et Gaertn. sed ex errore scribarum, qui unde natus sit, ex aliis codd. intelligitur: nam *Athenisa ratum* præfert Lov. 6. *Athenissa ratum* Lov. 1. Paullo post *obligentur* omnes scripti nostri, Hearnii L. 1. et edd. priscæ. Postea, quum Moguntini monuissent, se in cod. suo invenisse *fœdere integro obligarentur*, Aldus *obligarentur* probavit, ac recepit.

§ 10 *Septemdecim, . . . interfecti sunt: sexaginta tres postero die comprehensi*] Convenit numerus interfectorum cum iis, quæ scribit Polybius, cujus in hac re narranda Livius secutus est auctoritatem: Χρόνῳ δὲ, inquit Polybius de Philopœmene apud Plutarch. p. 365. ἐγκαλέσας τὶ τοῖς Λακεδαιμονίοις στρατηγῶν ὁ Φιλοποίμην, τοὺς μὲν φυγάδας κατήγαγεν εἰς τὴν πόλιν, ὀγδοήκοντα δὲ Σπαρτιάτας ἀπέκτεινεν, ὡς Πολύβιος φησίν. *Ursin.* Perperam igitur *XVIIII.* pro *XVII.* Voss. et Lov. 1. *XVIII.* Hearnii L. 1. et *LXIIII.* pro *LXIII.* Voss. et Lov. 1. Præterea *injecerant* Lov. 2. et Harl. Sed vide ad XXIII. 29. § 16.

§ 11 *Quum aversis auribus pauca locuti essent*] *Adversis auribus* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Nihil tamen muto. Supra XXIV. 26. ‘ Aversis auribus animisque:’ ubi alia exempla notavit Gronov. Tibull. III. 3. 28. ‘ Audiat aversa non meus aure Deus:’ ubi vide Broukhus. Similiter ‘ Dii aversi ’ VII. 3. et apud Ovid. Her. VII. 4. ‘ averso movimus ista Deo:’ ubi vide Nic. Heinsium. Forte tamen eo loco *adverso* servandum. Nullum enim cod.

conjecturæ suæ faventem vir inlustriss. laudavit, et 'adversis Diis' obcurrit etiam apud Flor. III. 11. 'Adversis et Diis et hominibus cupiditas consulis multata est:' et apud Justin. XVIII. 7. 'Adversis tanto scelere numinibus, gravi prœlio victi sunt:' ubi tamen alii ex edd. vett. *aversis* legunt, alii ex Mss. *tanto sceleri*. Solent 'aversus' et 'adversus' a scribis confundi. Vide ad II. 31. § 6.

Damnati omnes, et traditi] Pal. 1. *damnati omnes traditique*. Gebh. Pariter Lovel. 3. *sed traditi* Lovel. 1. Vide ad XL. 58. § 1.

CAP. XXXIV. § 1 *Ut muros diruerent*] Pal. 1. *ut in muro dirimerent*. Alter *uti muros diruerent*. Gebh. *Ut in muros dirimerent* Lov. 3. *ut in muros diruerent* Lovel. 1. *uti muros diruerent* Lovel. 2. 4. Harl. et Mead. ambo.

Apud tyrannos militassent, terra Laconica excederent] *Apud tyrannum* Harl. et Mead. 1. Male. Multi enim Lacedæmone, postquam legitimi reges defecerant, tyranni fuerunt. Liv. XXXIV. 26. 'Lacedæmoniorum exsules permulti tyrannorum injuria pulsi.' Mox hoc cap. 'Quæ servitia tyranni liberassent.' Et iterum, 'Ager Belbinates, quem injuria tyranni Lacedæmoniorum possederant.' Plut. in Philopœm. p. 365. Ὅσοι δὲ ἦσαν ὑπὸ τῶν τυράννων ἀποδεδειγμένοι πολῖται τῆς Σπάρτης, μετῴκισεν ἅπαντας. De his tyrannis vide Meurs. in Regn. Lacon. c. 20. Præterea *terra Laconia* Lov. 3. et Harl. Male. Vide ad c. 31. § 2.

§ 2 *Eos prehendendi, vendendi, abducendi*] Pal. 1. *eos prædandi*. Legendum *prendendi*, ut restat in posteriore Pal. *Gebh.* Τὸ *ibi* exsulat a Lov. 6. Tum *prædandi* exhibent Lov. 1. et 3. *perdendi* Lov. 2. *deprehendendi* Lov. 6. *prendendi* Voss. et Lov. 4. Vide ad II. 29. § 4. Dein *abducendi, vendendi* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Paullo ante *ad diem certam* Lov. 3. inter versus. Præterea § seq. *ita eos unius corporis* Lov. 2. et Mead. 1. Τὸ *eos* exsulat ab Harl.

§ 6 *Lacedæmoniis adscriptos* (*ita enim vocabant*] Hi adscripti vocantur ὑπὸ τῶν τυράννων ἀποδεδειγμένοι πολῖται τῆς Σπάρτης apud Plut. in Philopœm. p. 365. *Lacedæmoniis adstrictos* perperam Voss. Præterea *ita enim vocant* Lov. 2. Paullo ante τὸ *Achæorum* deest in Lov. 3. Tum *de restituendis Achæis factum est* Lovel. 1. 6. et Voss. cujus posterioris margini adscriptum *exsulibus*, pro *Achæis*. Nihil muta.

In agros dilapsos, priusquam dimitteretur exercitus: ire prætorem] Hæc fortassis ita melius distingui possunt: *in agros dilapsos; priusquam dimitteretur exercitus, ire prætorem, &c.* Duk Hanc distinctionem recepi, quæ non modo exstat in multis antiquioribus, et in Sigonii edd. sed nuper etiam a Crevierio revocata est.

Et comprehendere id genus hominum, et vendere] *Et prehendere* Lov. 3. *et comprehendi* cod. Mog. quem hic non audiendum esse, sequentia et præcedentia probant. Forte antiquitus scriptum fuerat *comprehend'e*, idque incautum librarium in errorem induxit. Ceterum, hominum illorum tria millia fuisse, refert Plutarch. in Philopœm. p. 365. vel ὅσον τρισχιλίους Pausan. in Arcad. LI.

§ 7 *Porta ex ea pecunia Megalopoli*] In exemplaribus, quorum ob vetustatem fidem sequimur, *porticus* legitur, non *porta*. Gelen. Vet. lib. *porta* habent. *Sigonius*. Habent omnes libri *porta ex ea pecunia*. Gebh. *Porta* etiam omnes nostri, et Hearnii L. 1. Sed recte Gelenius *porticus* ex suis. Ita enim Plutarch. in Philopœm. pag. 365. Εἶθ' οἷαν ἐφυβρίζων ἀπὸ τῶν χρημάτων τούτων ἐν Μεγαλοπόλει στοὰν ᾠκοδόμησεν. Cur Lacedæmonii porticum Megalopoli diruerint, liquido dicere nequeo. Si tamen conjecturæ, et quidem haud infirmæ, indulgere liceat, dicam fuisse porticum Μυρόπωλον vo-

catam, quam Megalopolitani, fusis Lacedæmoniis, et cæso eorum duce Acrotato Cleomenis filio, ex eorum spoliis ædificarant, teste Paus. in Arcad. c. 30. Quum itaque postea, duce Cleomene Leonidæ filio, Megalopolim Lacedæmonii oppressissent, teste iterum Pausan. ibid. c. 27. porticum hanc, nominis sui dedecus, destruxerunt; quam nunc Philopœmen Megalopolitanus ex eorum spoliis denuo civibus suis refecit.

§ 8 *Et ager Belbinatis*] Hujus agri mentio, ni fallor, est apud Strabon. VIII. 375. et IX. 398. opinor autem insulæ ejus, quæ Salamini proxima: quanquam quibusdam haud immerito dubium videri potest, quomodo tanto a Lacedæmone spatio agrum eum tyranni possidere potuerint. Deinde, quod Livius subnectit, 'eidem civitati,' de Megalopoli intelligo. Belbinam insulam Plinius IV. 12. ait esse contra Trœzeniam. *Glar.* *Belbinitis* scribendum, auctore Steph. qui ita scribit: Βέλβινα πόλις Λακωνική, τὸ ἐθνικὸν Βελβινίτης, ὡς Αἰγινίτης. *Sigon.* *Belbinatis* omnes nostri constanter, nisi quod *Belbibatis* sit in Lovel. 1. *Belbibates* in Lovel. 2. *Belbivatis* in Harl. Urbs Belbina, unde ager nomen habuit, ab aliis *Blemmina*, ab aliis *Belemina*, ab aliis *Blenina*, ab aliis aliter vocata est. Vide viros doctos ad Steph. Byz. voce Βέλβινα, Meursium Misc. Lacon. IV. 4. et Cellar. Geogr. Ant. II. 13. 775. Quum tamen Polyb. II. 54. Βελμινάτιν χώραν memoret, id saltem inde constabit, terminationem, quam Sigonius reposuit, dubio non carere. Penultima igitur syllaba vocalem primam, quam Sigonius tertia mutarat, revocavi. Et sane etiam viri docti jam observarunt, errasse Steph. Byz. vel ejus librarium, scribentem Βελβινίτης eodem modo dici, quo Αἰγινίτης, quum ipse in voce Αἴγιναι gentile Αἰγινήτης formari docuerit. Forte igitur apud Steph. legendum τὸ ἐθνικὸν Βελβινήτης, ὡς Αἰγινήτης: pro quo Dorice dicitur Βελβινάτης. Insuper licet Græce dictum fuisset Βελβινίτης, id Latine non reddendum foret *Belbinitis*, sed *Belbinites* vel *Belbinita*. Id vidit Jac. Gronov. qui non tantum in notis Sigonii *Belbinites* excudi curavit, quamvis priores *Belbinitis* præferant, sed eamdem etiam lectionem in contextum admisit. Quum igitur Polyb. feminine dixerit Βελμινάτιν χώραν, Livius similiter masculine dicere debuit *ager Belbinates* vel *Belbinata*. Et prius quidem recepi, quum, ut dixi, in uno codicum *Belbibates* invenerim. Mox *tyranni Lacedæmonii* Lov. 2. et Harl. Insuper *possiderunt* Gaertn.

§ 9 *Cui per octingentos annos adsueverant*] In Chronicis Eusebii invenies *septingentos annos*, aut *IDCXL*. Tu vide quid legendum. *Glar.* Admonuit Glareanus, videri legendum esse ex Chron. Euseb. *per septingentos annos;* quam lectionem reperi quoque in vet. lib. *Sigon.* *Per septingentos annos* erat in Pal. 2. omnibus literis: nam primus habebat tantum *per LXX. annos*, omisso scilicet sicelico centenarii: primæ edd. et seqq. ante Sigonium repræsentabant *octingentos:* falso. *Gruter.* *Septingentos* Cic. dixit pro L. Flacco sub finem cap. 26. rectius. Vide supra. *H. Vales.* Thuan. *assuerant.* Jac. Gron. *Per octingentos* servat solus Lov. 5. *per septingentos* Harl. et Mead. ambo: *per septuaginta* Lov. 2. *per LXX.* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. Monuit autem Hearnius, Bœcler. ad Vell. I. 6. notasse, in codd. nonnullis *D.* in aliis *DCCC.* esse. Verum haud satis diligenter notas Bœcleri consuluit; qui, loco Livii, ut olim edebatur, laudato, addit, tempus legum Lycurgi alios annorum *DCC.* alios *ID.* numerare, respiciens illa, quæ tradunt Cic. pro Flacco c. 26. et Plutarch. in Lycurg. pag. 58. Ceterum, quo tempore Lycurgus vixerit, et patriæ leges tulerit, non convenit.

Vide Meurs. Miscell. Lac. II. 5. Ex hoc autem veterum dissensu explicandum videtur, quod Cic. licet tanto recentior hoc tempore, quo Lacedæmonii a Philopœmene et Achæis victi leges mutare coacti sunt, attamen eos ad sua tempora tantum 'septingentos jam annos amplius' Lycurgi legibus vixisse dicat. Leges ereptas postea Romani restituerunt Lacedæmoniis. Vide Plut. in Philopœm. p. 365. Easdem itaque diu adhuc postea, etiam sub Nerone et Domitiano, observarunt. Vide Meurs. l. laud. Priscæ autem hoc loco scripturæ defendendæ inservire nequit locus XXXIX. 37. § 5. ibi enim non agitur de legibus Lycurgi, sed de Lacedæmoniis, qui 'sine muris per octingentos prope annos liberi' fuisse dicuntur. Denique *adsueverat* Lov. 2. et 3. quomodo dedisse scribæ videntur, quia præcessit 'civitas.' Sed vocem illam more conlectivorum verbum plurale admisisse, vidimus ad c. 33. § 2. Si plures codd. Gronovii Thuanæo, *assuerant* præferenti, consentirent, id recipiendum existimarem, quia Livius hac forma sæpissime eo usus est. Vide ad IV. 45. § 4.

CAP. XXXV. § 1 *A concilio, ubi apud consulem inter Achæos Lacedæmoniosque disceptatum est*] Pall. *ad consulem.* Vet. edd. *a consule.* Gebh. A Moguntino est, sed suspectum: potuit enim *a consule,* quod prius erat, sive fuerit *ab consule,* displicere illis qui 'disceptare' tantum esse putabant partium, ut vulgarius accipitur, non etiam judicis. Eadem res nocuit Cæsari de B. Gall. VII. 37. 'Cur enim potius Ædui de suo jure et legibus ad Cæsarem disceptatorem, quam Romani ad Æduos, veniant?' Sic et alii et nos in Mss. invenimus. Vulgo *disceptaturi;* alii *disceptatum,* prorsus ab illa, quam dixi, caussa. Plautus Mostell. V. 2. 16. 'Nunc utriusque eccum disceptator adest; age, disputa.' Cicero de Legib. III. 3. 'Juris disceptator, qui privata judicet, judicarive jubeat, Prætor esto.' Noster XXXIX. 25. 'Ibi quum Romani legati disceptatorum loco, Thessali Perrhæbique et Athamanes haud dubii accusatores, Philippus ad audienda crimina, tamquam reus, consedissent.' XLII. 42. 'In senatu vestro, ubi aliquos ego disceptatores non tam æquos, quam te, Q. Marci, habeham.' Valerius Max. II. 10. 4. 'Carthaginienses et Masinissa rex de pace disceptatorem velut consulem et imperatorem habuerant.' *J. F. Gronov.* Cic. de Partit. Orat. c. 3. 'Aut auscultator est modo, qui audit, aut disceptator, id est, rei sententiæque moderator; ita ut aut delectetur, aut statuat aliquid. Statuit autem aut de præteritis, ut judex; aut de futuris, ut senatus.' Livius III. 40. 'Sibi placere de eo senatu disceptante agi.' Adde XXVIII. 21. XXXIV. 62. et Manut. ad Cic. Famil. IV. 4. et XIII. 26. *Duk.* 'Disceptare,' 'disceptator,' 'disceptatio' a Livio et aliis de judice, caussam cognoscente, sumi, certum est. Supra I. 50. 'Disceptatorem ait se sumtum inter patrem et filium.' V. 4. 'Quam orationem, ipso exercitu disceptante, æquam arbitror videri posse.' VIII. 23. 'Nostra certamina, Romani, non verba legatorum, nec hominum quisquam disceptator decernet.' XXXV. 45. 'Phæneas reconciliatore pacis et disceptatore utendum Antiocho censebat.' Hoc lib. c. 32. 'Senatui disceptationem omnium rerum permittebat.' XXXIX. 24. 'Senatus, ne quid absente rege statueret, legatos ad eas controversias disceptandas misit.' XL. 17. 'Inter populum Karthaginiensem et regem Masinissam in re præsenti disceptatores Romani de agro fuerunt.' XLI. 20. 'Sella eburnea posita jus dicebat, disceptabatque controversias minimarum rerum.' Vide Torren. ad Val. Max. II. 8. 2. Faten-

dum tamen, illud *ubi a consule* in antiqq. edd. quidem, sed in nullo cod. exstare, nisi in unico Lov. 5. qui passim inpressis libris adhæret. *Ad consulem* præferunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Gaertn. quod per *apud consulem* exponi potest. Eo autem sensu Livium præpositionem *ad* sæpe adhibuisse, vidimus ad VII. 7. § 4. et VIII. 23. § 8. Ex reliquis, Harl. et Mead. utroque, nihil in excerptis notatur; nihil etiam ex Oxonn. suis Hearne monuit; ut omnes codici Mog. consensisse, et *apud consulem* legisse videantur. Sive autem *ad*, sive *apud* velimus, *disceptare* erit hic litigare; quo sensu etiam sæpe Livius eo verbo utitur. Supra XXXV. 32. 'Verbis potius de iis, de quibus ambigerentur, disceptarent.' c. 33. 'Quanto esse satius, Romam mittere legatos, seu disceptare, seu rogare senatum mallent?' XXXIX. 24. 'Civitatibus, quibus cum rege disceptatio erat.' c. 28. 'Non cum Maronitis mihi, aut cum Eumene disceptatio est.' Vide Cort. ad Sall. Jug. c. 21. Quid tandem malit, eligat lector; ego ab integerrimo Mog. non temere discedo. Mox Fulvii prænomen *M.* deest in Lov. 3.

M. Æmilium Lepidum inimicum, &c. dejecisse tradunt] In exemplaribus, quorum ob vetustatem fidem sequimur, legitur *quum M. Æmilium Lepidum inimicum, &c. dejecisset.* Gelen. Pal. 1. *M. Æmilium ferunt eo quoque anno consulatum petentem decessisse.* Alter vero *M. Æmilium Lepidum inimicum, eo quoque anno petentem, decessisse.* Gebh. Omnia hæc verba desunt in Lov. 6. *M. Æmilium Lepidum inimicum, &c. decessisse* legunt Voss. Lovel. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *M. Æmilium Lepidum ferunt eo quoque anno consulatum petentem decessisse* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *ferunt M. Æmilium Lepidum inimicum, &c. decessisse* Lov. 5. et ed. Camp. Id, quod Gelenius rejecit, in reliquis erat edd. Contra *quum M. Æmilium Lepidum, &c. dejecisset*, quod ei substituit, propria ac sollemnis in hac re locutio est. III. 35. 'Dejectis honore per coitionem duobus Quinctiis.' IV. 44. 'Ejus injuria queri suos honore dejectos.' XXXVII. 47. 'Cn. Manlium, Lepido dejecto, collegam dixit.' l. XXXIX. c. 41. 'Coierantque candidati omnes ad dejiciendum honore eum.' XL. 47. 'Bis a M. Fulvio se certo consulatu dejectum.'

§ 2 *C. Catinius*] *C. Atinius* ex aliis Livii locis, ut supra in tribunatu plebis ejusdem. *Sigon.* Prænomen et nomen deerant in Voss. *C. Catinius* legunt Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harleian. Mead. ambo, Gaertn. et priscæ edd. *C. Catimus* Lov. 3. *C. Carmius* Lov. 6. Verisimile est librarios duplicem lectionem *Catinius* et *C. Atinius* in exemplaribus suis reperisse, et utramque exprimere volentes dedisse *C. Catinius.* Frequentissimus hic error est in Mss. prænomen nomini coalnisse. Id in ipso, quod hic obcurrit, *C. Atinius*, pro quo *Catinius* scriptum est, obcurrit XXXIII. 22. § 2. XXXIX. 7. § 6. c. 17. § 6. et c. 21. § 2. 6. Vide etiam Harduin. ad Plin. VII. 44. *Coppius* dederunt, pro *C. Oppius*, III. 54. § 13. *Licilius*, pro *L. Icilius*, III. 63. § 8. *Malbinium*, pro *M. Albinium*, VI. 30. § 2. *Pelius*, pro *P. Ælius*, X. 9. § 2. *Celius*, pro *C. Ælius*, XXXII. 7. § 13. *Lælius*, pro *L. Ælius;* vide Vinet. aliosque ad Suetonii Illustres Gramm. capp. 2. et 3. *Maburius*, pro *M. Aburius*, l. XXXIX. c. 4. § 3. *Matio*, pro *M. Atio;* vide Burm. ad Suet. Aug. c. 4. *Lagerinus*, pro *L. Agerinus;* vide eumdem ad Suet. Ner. c. 34. Plura alia observavit etiam ad Suet. Cæs. c. 77. Adde Cortium ad Plinii Ep. I. 22. Inde olim nata est disceptatio veterum, utrum *Agellius*, an vero *A. Gellius* scribendum foret: de quo vide Fabric. Bibl. Lat. III. 1. et Petr. Servium Feriis Juvenil. c. 2. Interdum etiam prænomen, unica li-

tera scribi solitum, præcedenti voci adcrevisse, videbimus ad XXXIX. 3. § 1. Paullo ante *Q. Mincius Philippus* Voss. *Q. Minutius Philo* Lov. 3. qui etiam deinde *C. Stratinus* legit. *C. Sterculius* Lovel. 6. *C. Stertunius* Gaertn.

§ 3 *In provinciam ad exercitum redire*] Vet. lib. *et ad exercitum*. Sigon. Similiter Voss. Lov. 1. 2. et Harl. *in provincia et ad exercitum* Lov. 4. et Mead. ambo. Paullo ante *τὸ consulem* exsulat a Lov. 3. qui idem cum Lov. 4. et Mead. 2. voces *in annum* in sequentibus ignorant. Eumdem errorem etiam commissum notavimus ad XXXVII. 50. § 13. *In annum prorogatum imperium est* legit Lov. 6.

§ 4 *Eo anno in ædem Herculis signum Dei ipsius*] Quum mox dicat *in Capitolio*, non intelligo cur hic *in ædem* dicere voluerit: *in æde* certe usitatius est. XXX. 39. 'Quum signa tria ex multaticio argento facta in Capitolio posuissent.' XXXI. 50. 'Signa ænea quinque ex multaticio argento in ærario posuerunt.' XXXV. 10. 'Ex ea pecunia clypea inaurata in fastigio Jovis ædis posuerunt.' *Duker*. Codd. tamen nihil mutant, nisi quod *eodem anno* legant Lov. 6. et Gaertn. (vide ad X. 10. § 10.) et *signandi ipsius* Voss. et Lov. 1. ac 6. Præterea mox *sejugos* Lov. 1. reliquis invitis: 'octojuges' habemus v. 2. Sed 'multijugis equis' XXVIII. 9.

Ab Cn. Cornelio positi: consulem dedisse inscriptum est] Nec consulis nomen expressit, nec annum: itaque hoc totum dubium. *Glar*. Hoc totum dubium esse, ait Glareanus, quia nec consulis nomen expressum est, nec annus: cum tamen utrumque factum sit, si, quod omnino faciendum esse videtur, *a P. Cornelio* legeris; ut intelligamus, P. Cornelium Nasicam, qui biennio antea consul de Boiis triumphavit, hoc demum anno sejuges dedicasse: curasse tamen inscribendum, a P. Cornelio consule esse datos, id est, dum consul esset, non postquam consulatu abierat. Cognomen autem reticuit, quia ejus consulis recens memoria erat. Quod de aliis Corneliis consulibus multis ante annis non ita procederet: errandi etiam causa perspicua est, *a P. ab*. inde duplicata litera *c*, ut prononinis nota existeret. *Sigon*. Nullus meorum codd. Sigonio favet, sed contra vel lectionem, quæ ante eum exstitit, aperte tuentur, quales sunt Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. et N. vel eorum vestigia eodem nos ducunt; nam *ab Cũ Cornelio* legit Lov. 1. *ab C. Cornelio* Lov. 3. *ab M. Cornelio* Lov. 6. Illud *consutem dedisse* ita exponendum docet Perizon. in Animadv. Hist. c. 7. p. 307. eum non illo tempore, quo donum dabat, sed aliquot annis ante, consulatum gessisse: talem vero non tantum *consularem*, sed etiam *consulem*, apud ipsum quoque Livium, vocari, exemplis docuit.

§ 5 *Clipea ærata*] Præfero *aurata* ex uno Hearniano, et libro Pierii apud Hearnium. 'Signa ærata' ab ædilibus aliisve posita, nusquam in Livio legi puto; sed semper 'ænea,' 'aurata,' et 'inaurata.' XXVII. 6. 'Signa ænea ad Cereris dedere.' Sic XXXI. 50. XXXIII. 27. 'His fornicibus signa aurata imposuit.' XXXIII. 27. XXXVII. 3. et hic 'sejuges aurati,' 'signa aurata.' XXXV. 41. 'Quadrigæ inauratæ in Capitolio positæ, &c. et duodecim clipea inaurata.' Et sæpe alibi. *Duk*. Similiter scribendum conjecerunt Pighius in Ann. ad a. IDLXIV. p. 290. et Crevierius ad h. loc. quam lectionem recepi, partim ob rationem a Dukero redditam, partim quia præter Hearnii L. 1. similiter præferunt ex nostris Lov. 3. et Harl. ac Pier. Valerianus se quoque eamdem lectionem in emendatioribus exemplaribus reperisse testatur, non tantum Hierogl. XLII. 48. quem locum Hearne observavit, sed

etiam ad Virgil. Æn. x. 271. Solent autem 'auratus' et 'æratus' a librariis confundi; vide ad XXXIX. 6. § 7. et Pier. ad Virg. Æn. II. 448.

P. Claudio et Ser. Sulpicio Galba] Insere ex membranis vocem necessariam *P. Claudio Pulchro et Ser. Sulpicio Galba.* Modius. Vocem *Pulchro*, quam nullus codd. meorum agnoscit, ob cod. Mog. auctoritatem recepi, quæ tamen abesse potuisset. Non alium enim, quam P. Claudium Pulchrum, quem modo prætorem creatum esse Livius narravit, intelligi posse, adtento lectori sponte patet ex more horum temporum, quibus ædilitate abeuntes vel eodem vel proximo anno plerumque prætores creabantur. Et quidem tanto magis cod. illum nunc audiendum censui, quod ejus etiam opera aliud hinc vitium exemtum sit. Olim enim hic edebatur *et P. Sulpicio Galba;* neque aliter est in scriptis nostris, pro quo *et Servio Sulpicio Galba* Moguntini in membranis suis invenerunt. Id Froben. a. 1535. adscivit. Non obcurrit autem circa hoc tempus P. Sulpicius Galba, qui ædilis esse potuit; sed indicatur Ser. Sulpicius Galba, qui anno proximo præturam adeptus est c. 42.

§ 6 *Nam separatim accusaverant*] Ms. *separatim accusaverunt.* Modius. Pall. *accusati erant.* Gebhard. Livius plerisque locis ita de accusationibus ædilium loquitur, ut appareat ædiles, tam curules, quam plebis, accusationes communiter instituere solitos: nam fere dicere solet, 'ædiles,' non 'ædilem,' aliquem accusasse, et condemnasse. Vide XXV. 2. XXVII. 6. XXX. 39. l. XXXIII. capp. 25. 42. l. XXXV. capp. 10. et 41. Et sic hoc loco de ædilibus curulibus scribit. Sunt tamen etiam accusationis ab uno tantum intentatæ apud eum exempla, sed pauca; nec plura fortassis, quam h. loco, III. 31. et X. 31. unde videri potest, illud hic, tamquam extraordinarium aliquid, adnotasse. Quum autem dicit Q. Cæcilium 'neminem condemnasse,' non significat, neminem ab eo accusatum; sed eos, qui accusati erant, absolutos fuisse: nam utrumque accusasse, argumento est, quod dicit separatim *accusaverant*, non Q. Fulvius separatim *accusaverat.* Duk. *Accusati erant* omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. vett. Moguntini deinde, notantes se in cod. suo *accusaverunt* invenisse, attamen *accusaverant* vulgarunt. Similium errorum plura exempla vide ad XXIII. 29. § 16. Mox *neminem damnavit* Lov. 3.

§ 7 *Quum iniissent, de republica, deque provinciis et exercitibus senatum consuluerunt*] Arbitror 'de republica referre' esse senatum consulere, quemadmodum respublica in annum administranda sit: qui in provincias mittendi, qui revocandi, qui exercitus conscribendi, qui dimittendi, quid domi militiæque agendum: quæ videtur relatio frequens fuisse anni principio, consulibus magistratum ineuntibus. Cæsar B. Civ. I. 1. 'Referunt consules de republica.' Livius XXXVIII. 42. 'Itaque consulibus novis, quo die de provinciis et de republica retulerunt, senatus utrique provinciam Ligures decrevit.' *Turneb.* Adv. XIV. 11. Vide Brisson. de Form. I. 167. *Inissent* Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. omnesque edd. ante Elzevir. Heinsii; quam scripturam reduxi. Insuper *deque exercitibus et provinciis* Lov. 6.

§ 9 *Quina dena millia peditum imperarent, et mille ducentos equites*] Si priore loco distributiva sunt nomina in peditibus, erunt et in equitibus. Sed ego *XV. millia peditum* libentius legam sine distributione. Item paulo post *ut terna millia peditum, ducentos equites:* lego *ducenos equites.* Glarean. Ms. eximit de numero τὸ *dena.* Modius. Recte Glareano displicuit, cardinalem et distributivum numerum hic jungi. Vide ad XXXII. 28. § 11.

Probare tamen nequeo, quod *quina dena millia* in *quindecim milliu* mutarit. Ita enim quisque tantum septem millia et quingentos pedites, sexcentos equites habebit ex sociis scriptos, duas vero legiones civium: quum tamen in exercitu Romano plerumque vel idem, vel major sociorum, quam civium, numerus militaret. Legendum itaque puto *et millenos et ducenos equites*. Alterum enim *et* addendum, clamant codd. tantum non omnes, et edd. ante Aldum. Male etiam cod. Mog. legit *quina millia*. In exercitu enim Romano, ut dicere incipiebam, numerus militum ex sociis conscriptorum vel æquabat, vel potius superabat numerum militum civium. Jam autem legio Romana constabat circa hoc tempus ex quinque millibus et quadringentis, vel potius ducentis peditibus; vide Duker. ad Livii XXXVII. 39. § 7. et trecentis equitibus. Duæ igitur legiones, quas quisque consulum habuit, effecerunt decem millia et quadringentos pedites, sexcentos equites; quibus non recte quinque millia peditum et mille ducenti equites sociales jungerentur. Neque alibi observatum memini, tot equites tam paucis peditibus addi. Si igitur legamus *quina dena millia peditum imperarent, et millenos et ducenos equites*, pedites sociales tertia parte plures erunt, quam pedites cives; equites alterum tantum efficient. In hac re non semper idem observabatur. Interdum alterum tantum sociorum in exercitu Romano erat, sive duæ partes sociorum, tertia civium; (vide Liv. III. 22. § 4.) interdum pedites pares erant, equites duplicabantur: interdum peditum multitudo tertia parte major, equitum dupla erat. Vide Lips. de Milit. Rom. II. 7. Interdum et alia portio observabatur. Vide Dukerum ad XL. 36. § 6. Totum igitur in arbitrio senatus fuisse videtur.

§ 10 *Q. Marcius Siciliam*] [Vide Lectt. Var.] In uno tantum apud me Voss. *M. Claudio peregrina*, omissis tribus vocibus *urbana P. Claudio*; quæ neglegentia librarii ob vocis *Claudio* repetitionem exciderunt. Vide ad IX. 11. § 11. Dein *Q. Murcio Sicilia* Vossian. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii Oxonn. Sed et hoc librariis tribuo. Quid censendum sit de emendatione Gronovii in prima parte horum verborum, *Prætoribus inde sortitis*, pro *Prætores inde sortiti sunt*, vide ad III. 22. § 3. In posteriore parte Gronovio displicuisse videtur intercisa et variata Livii oratio primo per verbum *evenit*, tum *est sortitus*, quum jam *sortiti sunt* præcesserit. Sed vide ad XXXIV. 55. § 5. Mox *C. Thatinius* Voss. *C. Cathynius* Lov. 1. *C. Cachynius* Gaertn. *Gneus Captinius* Lov. 2. *C. Captimius* Lov. 3. *C. Cutinius* reliqui cum priscis edd. ante Sigonium. Vide ad § 2.

CAP. XXXVI. § 1 *Sub C. Lælio fuerant, ad M. Tuccium proprætorem*] *Sub C. Bebio fuerunt* Voss. et Gaertn. *sub C. Bebio fuerant* Lovel. 6. *sub C. Bellio fuerant* Lovel. 1. Dein *ad M. Mucium* Harl. *ad M. Titium* Lovel. 3. *ad M. Tutium* Lovel. 1. 2. 5. 6. Mead. 1. et edd. ante Froben. qui a. 1535. *ad M. Tuccium* reposuit. Vide ad XXXVI. 45. § 9. Tum *prætorem* Harl. Male. Vide ad XXXVII. 50. § 13.

§ 2 *Reduceret M. Sempronius: pro Hispuniis legiones singulæ*] Antiquior lectio, *Romam reducere M. Sempronium proprætorem. Hispaniis legiones, &c.* Gelenius. Lege *Hispaniis*, quia subit 'quæ tum in iis provinciis erant.' *Sigon. Reduceret M. Sempronius: pro Hispanis legiones singulæ* Voss. Lovel. 1. 3. 5. Gaertn. et edd. principes: cujus loco *pro Hispaniis* dederunt Tarvis. utraque, et multæ eas secutæ: nec aliter est in Lov. 6. *reduceret M. Sempronius: pro Hispaniis singulæ legiones* Lov. 4. Harl. et Mead. 2. a quibus in eo tantum differunt Lov. 2. et Mead. 1. quod *pro Hispanis*

exhibeant. Verum recte, ut nunc editur, Gelenius emendavit, et Froben. 1535. in contextum recepit. Quum autem Basileæ 1554. iterum *pro Hispanis* excusum fuisset, id denuo mutandum monuit Sigonius.

§ 3 *Terna millia peditum, ducenos equites ambo prætores in supplementum*] *Tria millia* Lovel. 1. *trina millia* Lov. 2. 3. et 6. Tum *ducentos equites* Voss. Lovel. 3. 6. et Gaertn. quod recepit Ascens. 1513. ac multi postea retinuerunt. Hinc Glarean. cap. præc. § 9. *ducenos* emendat. Verum ita jam Froben. 1535. ante eum ediderat. Tum *ambo in supp. prætores* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. τὸ *prætores* deerat in Lov. 3.

§ 4 *Supplicatio in triduum pro collegio decemvirorum imperata fuit*] Pall. *supplicatio primum pro collegio.* Vet. ed. *primo.* Gebh. *Supplicatio primum pro collegio* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertner. et Hearnii L. 1. *supplicatio prima pro collegio* Lov. 5. et edd. priscæ. Quum deinde Moguntini se *supplicatio triduum* in cod. suo invenisse professi essent, mox Aldus *supplicatio in triduum* vulgavit. Mihi præpositio abesse posse videtur. Vide ad x. 21. §. 6. et xxviii. 11. § 5. Recte autem Crevier. locutionem *pro collegio* exponit ex deliberatione et jussu collegii, addito loco Livii ex iv. 44. Adde iv. 26. 'Tribuni secedunt, proque collegio pronunciant:' et quæ utroque loco notantur.

Quod luce inter horam tertiam ferme et quartam tenebræ obortæ fuerant] Jul. Obseq. de Prodig. c. 56. 'Luce inter horam tertiam et quartam tenebræ ortæ:' ubi N. Heinsius *Lucæ* scribendum conjecit, non aliam, ut videtur, ob caussam, quam quia vocem *luce* supervacuam credebat. Verum recte Oudend. vulgatum tuetur, et etiam hic servandum docuit. *Luce* est interdiu. Vide Gronov. ad xxxii. 29. § 2. Dukerus, qui etiam Oudendorpii sententiam probabat, vulgatum adstruxit locis Liv. viii. 38. 'Eques luce demum ausus incursare in hostem.' xxv. 35. 'Luce, ut senserunt profectos hostes:' et Cic. de Off. iii. 24. 'Ut luce palam in foro saltet.' Inde id etiam firmari potest, quod ut nunc *luce tenebræ*, ita contra 'nocte lux' oborta aliquoties memoretur. Supra xxviii. 11. 'Et nocte Fregellis lucem obortam.' xxix. 4. 'Duos soles ortos, et nocte interluxisse.' xxxii. 29. 'Frusinone inter noctem lux orta.' Hæ autem tenebræ luce obortæ vulgo referuntur ad eclipsin solis, de qua vide quæ notat Dodwell. in Append. Prælect. Camden. p. 757. Ceterum *quia luce* legunt Lovel. 2. et Harl. Solent passim voculæ *quod* et *quia* confundi, vel ob interpretum glossas, vel ob ductuum, quibus earum notæ *q*ᵖ et *q*² scribuntur, similitudinem. Exempla vide ad ii. 7. § 4. c. 8. § 5. iii. 50. § 8. iv. 5. § 3. c. 7. § 2. c. 18. § 3. v. 17. § 7. c. 31. § 6. c. 32. § 7. c. 55. § 1. et innumeris aliis locis. Adde Cort. ad Sall. Jugurth. cap. 26. § 5. Mox etiam *pluvisset* Voss. Lov. 4. et Mead. 2. Vide ad i. 31. § 1.

§ 5 *Quum eos ex senatusconsulto, quod priore anno factum erat*] Pal. 1. *senatusconsultu.* Gebh. Similiter Lov. 3. Sed vide ad v. 13. § 5. *Quum eos secundum quod* Voss. sed illud *secundum* natum est ex non intellecta nota, qua vox *senatusconsulto* scripta fuerat; (vide ad xxii. 10. § 1.) utraque lectione juncta *secundum senatusconsultum, quod* Gaertn. Præterea *Romæ censores censeri* Lov. 5. et edd. vett. Postea Mog. notarunt se in membranis suis invenisse *quod factum erat priore anno,* ad illud exemplum trium posteriorum dictionum ordinem mutavit Aldus, consentientibus reliquis scriptis nostris. At in priori parte eumdem cod. quamvis invitis aliis omnibus scriptis, primus similiter secutus sum.

§ 6 *Si qui prius duxissent*] Prima

vocula exsulat ab Voss. et Gaertn. Jus autem connubii, ac potestatem cives Romanas ducendi, filiasque suas civibus Romanis elocandi, Campanos jam diu ante nactos fuisse, constat ex eo quod de se refert Pacuvius Calavius, qui summum Capuæ magistratum gerebat, apud Liv. XXIII. 2. 'Quippe qui liberos ex Ap. Claudii filia haberet, filiamque Romam nuptum Livio dedisset:' et XXXI. 31. 'Quum ipsos (Campanos) fœdere primum, deinde connubio, atque inde cognationibus, postremo civitate nobis conjunxissemus.' Verum hoc privilegium per defectionem ad Hannibalem amiserunt. Certe de Campanis omnibus, Atellanis, Calatinis, Sabatinis censet senatus Romanus XXVI. 34. 'Ut nemo eorum civis Romanus, aut Latini nominis esset.' Id igitur nunc receperunt. Vide etiam Sigon. de Antiq. Jur. Civ. Rom. I. 9.

Et ante eam diem nati, ut justi sibi liberi] Pall. *et nati ante eamdem diem uti justi sibi liberi.* Gebh. Similiter Lov. 4. *et nati ante eam diem* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. Dein *ut* deest in Lov. 3. *justi* in Lov. 2. a m. pr. Gronovius edidit *uti justi sibi*, in priori ed. notarum monens, ita præferre edd. Andreanas. Non aliter legunt omnes reliqui scripti nostri, ut et editi ante Modium, qui sine codicum auctoritate *ut justi sibi* vulgari curavit. Mox *impetrata utraque res* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. *utraque res impetrata est* Lov. 2.

§ 7 *C. Valerius Tappo*] *Tappus*, ut jam sæpe dixi, ex Cap. Lap. *Sigon. Capo* Lov. 6. *Apo* Lov. 3. *Appo* Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *Tappo* Lov. 5. et Hearnii L. 1. Vide ad XXXVII. 46. § 11.

Uti iis suffragii latio (nam ante sine suffragio, &c.] Hoc de Formianis Fundanisque scripsit VIII. 14. de Arpinatibus X. 1. *Duk.* Et hic *uti* Gronovius in priori ed. nott. ex edd. Andreanis revocavit. Similiter scribunt Lov. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. omnesque edd. ante ultimam Gruteri, quæ *ut* substituit, reliquis Mss. concinentibus. Tum *nam antea* Lov. 1. 2. 3. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 8 *Suffragium, quibus velit, inpartiri*] Civitas sine suffragio dabatur ex auctoritate senatus, et plebiscito, VIII. 14. cum suffragio a solo populo sine senatusconsulto dari poterat. Sigon. de Ant. Jur. Ital. II. 6. et Gruch. de Comit. Rom. II. 3. *Duk. Inpartire* Lov. 1. 4. Harl. uterque Mead. et Gaertn. *inpertire* Voss. et Lov. 6. Composita verbi *partiri* vel literam *a* servare, vel ejus loco *e* adsciscere solent. Vide ad III. 10. § 9. IV. 54. § 9. VI. 37. § 6. XXI. 41. § 13. XXII. 7. § 10. XXIX. 1. § 14. aliisque pluribus locis. Adde Dausq. Orthogr. part. sec. voce 'Impertiri:' et Corte ad Plinii Ep. IV. 23. § 3. Eadem etiam forma vel activorum vel deponentium antiquis in usu fuisse, grammatici observarunt.

§ 9 *Ut in Æmilia tribu Formiani et Fundani, in Cornelia Arpinates*] Edd. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et plures postea præpositionem *in* primo loco neglexerunt. Ascens. deinde 1513. *uti in Æmilia* dedit; Moguntini *ut in Æmilia*, consentientibus omnibus scriptis, edd. primis, et Mediol. 1505. Eamdem præpositionem *in* posteriori loco omiserunt Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Sed, Livium præpositiones repetere solitum fuisse, vidimus ad VI. 28. § 6. Dein *Arpinates forent* Lov. 6.

Ex Valerii plebiscito] Vet. lib. *ex Valerio*, quod placet. Ut enim 'lex Valeria,' sic 'Valerium plebiscitum.' Ita apud Gellium XIV. 8. 'Atinium plebiscitum.' *Sigon.* Unus tantum Mead. 2. *ex Valerii plebiscito.* Reliqui omnes *ex Valerio plebiscito.* Neque aliter typis inpressi ante Aldum, qui *Valerii* dedit. Similiter *rogatio Petil-*

lia. Vide ad c. 55. § 1.

§ 10 *Censa civium capita ducenta quinquaginta octo millia trecenta octo*] *Censa sunt civium capita* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. quod recepi. Hinc *trecenta quinquaginta*, vel *CCCL.* legit Lov. 1. Voces *millia trecenta octo* desunt in Voss. et Lov. 1. ob repetitionem vocis *octo.* Vide ad IX. 11. § 11. *millia* in Gaertn. et Hearnii N. sed ejus loco Gaertn. *et* exhibet. Voces *trecenta octo* exsulant a Lov. 3. 6. et Hearnii L. 1. *trecenta decem et octo* est in cod. Mog. Pighius in Ann. ad a. ıɔLXIV. p. 289. legendum existimat *CCLVIII. ∞. CCCXXVIII.* quia hic numerus in Epit. h. lib. editur. Verum non video, cur potius Livius ex Epitome, quam Epitome ex Livio emendari debeat; immo etiam, cur non ambo numerum diversum ediderint; præsertim quum sæpe dissentire soleant. Vide quæ ad Epit. notavi. Paullo ante vox *censor* deest in Harl.

CAP. XXXVII. § 1 *Hieme ea, qua hæc Romæ gesta sunt*] Vocem *ea* omittunt Voss. et Gaertn. vocem *Romæ* Lov. 2. et Harl. *Hieme, qua ea Romæ* legunt Lov. 3. et 6. Cum illis, quæ Liv. hoc et seq. capp. refert, conferendus est Polyb. in Exc. Legat. num. XXXV.

Ad Cn. Manlium, consulem primum, dein proconsulem, hibernantem] Lege cum Barber. *dein proconsule hibernantem.* Pluries idem Livio restituimus. Lib. VIII. c. 23. 'Ut quum Publilius Philo consulatu abisset, proconsule rem gereret.' Ita Sigonius, et confirmant nostri. X. 31. 'Samnitium legiones quum partim Ap. Claudius prætor, partim L. Volumnius proconsule sequeretur:' sic membranæ Thuaneæ, Voss. Hel. Rott. XXIII. 30. 'M. Marcello proconsule imperium esse populus jussit.' Ita Put. Pet. melior, Menardi. Iidem XXVI. 1. 'Prorogatum et M. Marcello, ut proconsule in Sicilia reliqua belli perficeret.' Quamquam in his videatur vox esse dividenda. Cicero in Verrem III. 91. 'Siciliæ provinciæ, quum esses proconsule, præfuisti.' Cæsar de B. Civ. I. 5. 'Dent operam consules, prætores, tribuni plebis, quique pro consulibus sunt ad urbem, ne quid respublica detrimenti capiat.' Plinius Ep. X. 57. 'Propter quæ videri volunt, eos, qui pro consulibus hanc provinciam obtinuerunt, abstinuisse inspectatione rationum suarum.' *J. F. Gron.* Omnes nostri *proconsulem.* Si autem, quod Gronov. recepit, probandum, omnino duabus vocibus scribendum *pro consule.* Vide ad III. 4. § 10. X. 31. § 5. XXIII. 30. § 19. aliisque locis. *Primum* deest in Gaertn. Tum *dein* scribit Lov. 4. Vide ad III. 3. § 6.

§ 2 *Et ut clarior nobiliorque*] *Sed ut clarior* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. pro quo Frob. 1535. edidit *et ut:* quod est in reliquis scriptis, et Moguntini etiam se in cod. suo reperisse monuerunt. Vide ad XXI. 26. § 6. Dein *victoria Romanis e rege,* pro *de rege,* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Ita II. 50. 'Sæpe ex opulentissima Etrusca civitate victoriam tulit.' VIII. 33. 'Ex hostium ducibus victoriam et triumphum petere.' XXVII. 45. 'Precabantur, ut illis matura ex hostibus victoria esset.' XXVIII. 19. 'Supplicium ex se, non victoriam peti.' Verum iidem libri, mox ter *de* servantes, etiam hic nihil mutandum evincunt. Præterea *ita sociis lætior fuit de Gallis* Lov. 3. nec aliter Lov. 6. nisi quod servet *erat. Ita lætior de Gallis sociis erat* Gaertn.

§ 3 *Tolerabilior regia servitus fuerat*] *Servitus erat* perperam Mead. 2. Mox τὸ *eos* omittunt Voss. et Gaertn. Dein § seq. *pro suis facultatibus adtulerunt* Lov. 3. *pro suis quoque facultatibus adtulerant* Voss. et Gaertn.

§ 6 *Ei ducenta talenta argenti sunt imperata*] Ms. *Huic sexcenta talenta.* Modius. *Ex* pro *Ei* legit Lov. 4. *Et* Mead. 2. Sed *Ei* intercidit in Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. in quibus vocula illa elisa est ab ultimis literis vocis præced. *juvisset.* Mog. codex præfert *Huic sexcenta.* Ex eo *Huic*, quæ vox partitionem hic notabit, magis sibi placere monuit Crevierius. Ego vero utrumque, et *Huic*, et *sexcenta* non tantum probandum, sed etiam in contextum recipiendum duxi. Ad id permoveor partim integerrimi cod. fide, partim consensu Polyb. in Exc. Legat. num. XXXV. Τοῖς δὲ παρὰ Ἀριαράθου εἶπεν, ἑξακόσια τάλαντα δόντας τὴν εἰρήνην ἔχειν. Videtur huic emendationi adversari Appian. B. Syriac. p. 115. Ἀριαράθου δὲ, τῶν Καππαδοκῶν βασιλέως, καὶ τοῦδε συμμάχους πέμψαντος Ἀντιόχῳ, δεδιότος τε καὶ δεομένου, καὶ διακόσια τάλαντα πέμψαντος ἐπὶ τῇ δεήσει, τὴν χώραν οὐκ ἐπέδραμεν. Verum, si Livio vel ab Appiano, vel a Polybio dissentiendum foret, præstaret, ut Polybio, quem in rebus hujus temporis sequi, et tantum non in Latinum vertere solet, consentiret, quam Appiano, qui sæpissime alios, quam Livium, historicos secutus est. Superest tamen ratio eos aliquo modo in concordiam redigendi. Non enim Appianus narrat, Ariarathem ducentis talentis missis pacem obtinuisse; sed, iis solutis, Manlium regnum ejus cum exercitu non ingressum esse. Quid ergo, si dicamus, Manlium pacis caussa sexcenta talenta Ariarathi imperasse, eumque illius pecuniæ ducenta præsentia adnumerasse, ac promisisse, se reliqua, quum ex civibus redegisset, solturum, atque ita Manlium destitisse? Certe, Ariarathem non omnem pecuniam simul solvisse, constat ex c. 39. ubi dimidia pars imperatæ pecuniæ ei remissa fuisse dicitur. Similiter Oroandensium legati, qui priore anno Romanorum amicitiam ducentis talentis emerant c. 18. reliquum ejus pecuniæ hoc anno conferre coacti sunt infra hoc cap. Numerus autem forte notis fuit perscriptus: *Huic IↃC talenta.* Earum prior *IↃ* librariis minus nota sæpius varie fuit corrupta. Vide ad III. 62. § 8. IV. 32. § 8. VIII. 19. § 14. IX. 5. § 5. X. 29. § 17. XXIII. 46. § 4. et alibi. Sæpe autem, quemadmodum hoc loco factum est, pro ea nota data est nota numeri centenarii *C.* Vide ad VIII. 11. § 16. X. 33. § 6. XXVII. 28. § 2. XXXVIII. 25. § 13. et pluribus locis. Verbum *sunt* exsulat a Lov. 1. et 6.

Tum daturum iis leges] Libri omnes *legem.* Gebh. Nec aliter omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. principes. Frob. demum a. 1535. substituit *leges.* Si ex cod. Mog. recte. Similiter enim συνθήκας numero plurali Polyb. l. dicto: Τοῖς δὲ Γαλάταις ἀπεκρίθη, διότι προσδεξάμενος Εὐμένη τὸν βασιλέα, τότε ποιήσεται τὰς πρὸς αὐτοὺς συνθήκας. Mox *civitatium legationes* Lovel. 4. et ed. Mediol. 1480. Vide ad XXXIII. 20. § 11. Hinc *læticiores* Lov. 6. Vide ad V. 34. § 4.

§ 7 *Ex pacto cum L. Scipione fœdere*] Ultimam vocem neglexerunt scribæ Voss. et Lov. 1. Male. Ita 'pax pacta' XXXI. 28. 'Pacem pactam et compositam turbare volunt.' Et eodem capite paullo ante, 'Fidemque hodie pacis pactæ desiderat.' Similiter 'pacisci inducias' apud Cic. de Off. I. 10. et 'pactum fœdus' apud Cic. pro Sextio c. 14. Mox *eo secum exercitum venturum* Lovel. 1. Male. Dixit enim Polyb. l. laud. Συνετάξατο μετὰ τῆς δυνάμεως ἥξειν ἐπὶ τοὺς τῆς Παμφυλίας ὅρους.

§ 9 *Mille et quinquaginta talenta*] Scribe *duo millia et quingenta* ex Polyb. et Livio ipso XXXVII. 45. *Ruben.* Locus Polyb. exstat in Exc. Legat. num. XXXV. Ex quo, ut et ex ipso Livio hunc locum emendandum esse, non modo Rubenio adfirmanti credo, sed insuper *quingenta*, pro *quinquaginta*, in contextum recepi. Ita enim

præferunt ex scriptis Voss. Lov. 1. 2. 4. Harleian. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et N. nec non edd. vett. Frobenius deinde a. 1535. quod totidem literis scriptum erat, notis reddidit, ac vulgavit *M. et D. talenta.* Similiter omnes usque ad ultimam Gruteri, quæ notas illas neglegenter interpretata dedit *millia et quinquaginta talenta.* Eum errorem patientius, quam oportuerat, tulerunt viri docti, etiam postquam eos erroris Rubenius admonuerat. *Quingenta* igitur, pro *quinquaginta*, nunc demum restitui. Quamvis vero et *duo millia* pro *mille*, sive ↀ ↀ pro ↀ, verum credam, invitis tamen scriptis id in contextum adoptare ausus non sum.

Inde ad Pergam ducit] *Ad Pergamum*, et mox § 11. *a Pergamo* omnes codd. nostri, Hearnii L. 1. et edd. antiqq. pro quo recte Frob. a. 1531. *ad Pergam* et *a Perga* restituit. Quamvis *Perga* satis celebris Pamphyliæ urbs fuerit, ubi Dianæ Pergææ templum exstitit, eam tamen ignorarunt librarii, et hinc in notiorem urbem *Pergamum* mutarunt, quæ ab his locis remotior fuit, quam ut convenire posset. Frobenii lectionem firmarunt postea inventa Polyb. fragmenta in Exc. Legat. num. xxxv. ubi etiam urbem Πέργην memorat. Ceterum *Deinde* legit Gaertn. Vide ad xxxvi. 24. § 10.

§ 10 *Triginta dierum tempus petens*] Ita constanter scripti et editi. Polybius tamen triginta et novem dies memorat in Exc. Legat. num. xxxv. Διόπερ ἠξίου λθ' ἡμέρας. Verum culpam in librarium Polybii confert Ursinus. Ipsum enim, quum prius scriptum fuisset τριάκονθ' ἡμέρας, numerum notis significaturum dedisse, λθ', perperam retenta θ' postrema prioris vocis litera.

Ad eum diem præsidio decessum est. A Perga] Omnes, *ad eam diem decessit præsidio.* Gebh. *Decessit præsidio: et a Pergamo* omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. priscæ. Moguntini deinde monnerunt, in cod. suo esse *præsidio decessum.* Hinc Frob. a. 1535. edidit, quod nunc vulgo exstat, quum tamen quadriennio antea, pro *A Pergamo*, dedisset *A Perga*, ut § præc. dixi.

§ 11 *Cum quatuor millibus militum Oronda, &c. misso*] *Oranda* Pisidiæ urbs, ut paullo ante (cap. 18.) ex Plinio ostendimus. Hic autem genere neutro ac plurativo profert numero, ut in sequentibus (capp. 39. et 45.) rursus. In Plinio certum videri non potest, cujus sit generis, nam sæpe ita ponuntur neutra, ut *Patara.* Quidam etiam *Oroanda* scribunt. *Glar. Œnoanda* urbs est Pamphyliæ, auctore Stephano. Strabo mendum habet l. xiii. extremo (p. 631.) προσγενομένων δὲ τριῶν πόλεων ὁμόρων Βουβώνων, Βαλβούρων, Οἰνάνδρου τε· cum sit legendum Οἰναν δῶν τε. Appianus iv. 634. Οἰναν δεῖς nominat. Cum autem hic Pamphyliæ alia, Lyciæque oppida nominentur, profecto *Œnoanda* legendum, non *Oroanda*, quæ inter Gallogræcos esse c. 18. traditum est. *Sigon.* Pall. et vet. ed. *Oroandam.* Gebh. Bis lapsus doctissimus vir Sigonius: primum, quum Stephanum Œnoanda dicit Pamphyliæ tribuisse, cui vero est πόλις Λυκίας, *urbs Lyciæ:* deinde, quum *Oroanda* ponit in Gallogræcia, ubi nulla hujus nominis est. Error tertius, quod mutari vult nomen, ubi nulla caussa mutationis, et repugnat Polybius, cujus Leg. Excerpt. xxxv. hæc sunt verba: Ὁ δὲ Γναῖος, προσπεσούσης αὐτῷ τῆς τούτων παρουσίας, Λεύκιον μὲν τὸν ἀδελφὸν μετὰ τετρακισχιλίων ἐξαπέστειλε πρὸς τοὺς Ὀροανδεῖς πειθανάγκης ἔχοντας διάθεσιν, χάριν τοῦ κομίσασθαι τὰ προσοφειλόμενα τῶν ὁμολογηθέντων χρημάτων. Quis non videt, eamdem Polybii et Livii historiam esse, et hunc ex illo *Oroanda*, non *Œnoanda*, exscripsisse? Quod ad pactionem pecuniæ attinet, illa cap. 18. memoratur, ubi dicuntur 'legati Oroandensium' ad consulem Man-

lium venisse. Miror, J. F. Gronovium cap. 18. *Oroandensium* reliquisse, at hic et cap. 39. a Sigonio persuasum, *Œnoanda*, quod falsum est, in contextum recepisse. *Oroanda* ergo hic et ibi Livio restituimus. Nec c. 18. alia urbs, Oroanda, Galatiæ forsan, si æque Diis placet ut Sigonio, intelligitur; sed idem nomen est, eadem historia, eadem pactio pecuniarum: licet in Gallogræcos expeditio ibidem describatur. Legati enim aliunde advenerunt ex Pisidarum finibus, quibus quod transeundum per Galatiam fuerat, consuli de Gallogræcorum apparatu nunciaverunt c. 19. Neque enim erat, ut *Oroandensium* nomen, c. 18. servatum, statim c. 19. mutaretur in *Œnoandensium*, ut Gronoviana ed. factum est, quamvis nihil ibi Sigonius præceperat. *Cellarius*, Geogr. Ant. III. 4. p. 114. Recte vulgatum defendit Cellarius, quod etiam hoc loco, c. 35. § 1. et c. 45. § 10. contextui reddidi. Idem volunt codd. vel certe illorum vestigia aperte nos eo ducunt. *Oroanda* habent Lovel. 2. 3. et Mead. 1. *Oroandam* Lov. 4. Mead. 2. et Harl. *Oronda* Lov. 1. *Ororandam* Voss. *Orandam* Gaertn. *Horanda* Lov. 6. *Orando* Lov. 5. et ed. Camp. Mox *quod Eumenem* Lov. 2. Vide ad cap. præc. § 4.

Cap. XXXVIII. § 1 *In hæc verba fere*] Τὸ *fere* abest ab omnibus libris nostris. *Gebh.* Abest etiam ab omnibus scriptis nostris, et edd. antiquis. Eam Aldus deinde, præeunte cod. Mog. recepit. Polybius dixit in Exc. Leg. num. XXXV. Ἦν δὲ τοιαύτη τὶς ἡ τῶν κατὰ μέρος διάταξις. Mox *est scripta* Lov. 3.

§ 2 *Amicitia regi Antiocho cum populo Romano*] Omnes libri *Amicitia regi cum populo Romano*, excluso nomine *Antiocho* proprio. *Gebh.* Hic etiam Aldus vocem *Antiocho*, quam non modo edd. priores, sed et omnes codd. nostri ignorant, auspiciis cod. Mog. Livio reddidit. Polybius quidem nomen *Antiocho* exprimit, sed vocabulum *regi* omisit: Φιλίαν ὑπάρχειν Ἀντιόχῳ καὶ Ῥωμαίοις εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον, ποιοῦντι τὰ κατὰ τὰς συνθήκας. Librarii Latini hoc loco *Antiocho* omisisse videntur, quia proximo versu præcesserat.

Cum populo Romano sociisque] *Sociisve*, et mox *eorumve* omnes codd. nostri, Hearnii L. 1. et edd. ante Gronov. qui a. 1665. *sociisque* et *eorumque* vulgavit: qua autem auctoritate, non monuit: utrumque igitur errantibus operis typographorum videtur tribuendum. Polybius tamen utrique mutationi favere videtur. Prius enim ita exprimit: ἐπὶ Ῥωμαίους καὶ συμμάχους· posterius βασιλέα Ἀντίοχον καὶ τοὺς ὑποταττομένους. Mox τὸ *rex* deest in Lovel. 1. *sui* in Voss. et Gaertn.

Neu commeatu, neu qua alia ope] *Nec commeatu* Hearnii L. 1. *ne commeatu* reliqui Mss. et pleræque edd. vett. *neu commeatu* Aldus restituit ex membranis Mog. Præterea *ne qua alia ope* Voss. Lovel. 5. Gaertn. et edd. priscæ: *neu qua alia* Frob. 1535. dedit; cui consentiunt reliqui scripti nostri, et Hearnii L. 1.

§ 3 *Et iis, qui sub imperio ejus erunt, præstent. Belli gerendi jus Antiocho*] Vet. lib. *præstant.* Lege *præstanto.* Ut et mox § 6. 'ante certam diem redeunto.' *Muret.* Omnia hæc verba deerant in Hearnii L. 1. scribarum culpa ob repetitionem τοῦ *Antiocho.* Vide ad IX. 11. § 11.

Cum iis, qui insulas colunt] Omnes libri *cum illis, qui insulas colunt.* Gebh. *Cum illis, qui* omnes scripti nostri, Hearnii L. 1. et edd. ante Froben. qui a. 1535. vulgavit *cum iis.* Mox *transcendito*, pro *transeundi*, Lov. 3.

§ 4 *Usque ad Tanaim amnem, et a valle Tauri*] 'Tanais amnis' in his locis nemo, quod sciam, meminit. De Tanai autem, Asiæ ac Europæ termino, intelligere, absurdum. Vide

sitne legendum *Lalassim amnem*, cujus Plinius mentionem fecit v. 27. ubi de gente Isaurica. Nisi quis de Mela, antiquo fine Ciliciæ, ut eodem loco notat idem, intelligere malit, aut Cataracten Pamphyliæ amnem. *Glar.* Vet. ed. *Tanam.* Pall. *Tanaim:* vulgo *Taniam.* Gebh. Quis hic sit Tanais, merito miratur Glareanus. Dubitat autem, *Lanassim*, an *Melam*, an *Cataractem* substituat. In scripto inveni *ad Accayn amnem.* Fortasse *Halyn.* Budæus quoque jam olim conjecit *Halyn* de Asse IV. p. 386. et confirmat Strab. VI. p. 287. Συνενεωτέρισαν δὲ τοῖς Καρχηδονίοις οἵ θ' Ἕλληνες, καὶ Μακεδόνες, καὶ τῆς Ἀσίας οἱ ἐντὸς Ἅλυος καὶ τοῦ Ταύρου· καὶ τούτους οὖν ἅμα συγκατακτᾶσθαι προήχθησαν· ὧν Ἀντίοχός τε ἦν ὁ βασιλεὺς, καὶ Φίλιππος, καὶ Περσεὺς, &c. καὶ διετέλεσαν πολεμοῦντες μέχρι καταλύσεως ἁπάντων τῶν ἐντὸς Ἴστρου καὶ τῶν ἐντὸς Ἅλυος. *J. F. Gron.* Illud *Taniam* in sola Gruteri prima ed. obvium fuit ex aberratione operarum. Priores vel *Tanaim*, vel *Tanain* præferunt, nisi quod ed. Camp. cum Lov. 5. *Tanam* legant: *usque ad Accaym* Voss. *usque ad Canym* Lov. 1. *usque Achanim* Lovel. 6. ex cujus vestigiis constat, recte *usque ad Halyn* Budæum conjecisse; cujus emendationem ultima Gruteri ed. recepit: eamdem postea ab Heinsio in Elzeviriana rejectam recte Gronov. in notis probat. Polybii Excerpta Legat. hic nihil juvant: codex enim, unde vulgata sunt, quarumdam vocum defectu hoc loco laborat. Dein *et ea valle Tauri* Voss. Lov. 1. 5. 6. Gaertn. et edd. vett. pro quo *et a valle* dedit Ascens. 1516. consentientibus reliquis Mss.

§ 5 *Ne qua arma efferto*] Contra in formula fœderis apud Polybium permittitur militibus, ut arma sua efferre possint. Verba sunt, Μὴ ἐξαγέτω μηδὲν, πλὴν τῶν ὅπλων, ὧν φέρουσιν οἱ στρατιῶται. Hinc Perizon. ad marginem Livii conjecit *ne qua præter arma.* Similiter hæc verba Livii laudavit Bœclerus in Diss. de Fœderis Romanorum cum Antiocho Formula, quæ exstat tom. I. Dissert. Academ. pag. 1092. simul tamen agnoscit, Polybium definite mentionem facere ὅπλων, ὧν φέρουσι οἱ στρατιῶται, sed Livium tantum simpliciter *armorum.* Secundum Polybium itaque, quæ ad adparatum belli spectant, et *armorum* nomine venire possunt, relinquenda fuisse; quod ex Livio colligi nequit. Quid igitur si legamus *Ne qua præter militum arma?* si enim una vox excidit, potuerunt et duæ excidere. Sed nihil definio.

Quæ quoque oportebit, recte restituito] Jac. Perizon. in ora Livii scribendum conjecit *quo quæque oportebit.* Vide tamen num potius vulgatum defendi poterit, *quoque* accipiendo pro 'et quo;' ut jubeantur restitui, quæ oportebit, et quo loco oportebit. Ita apud Polyb. l. laud. Εἰ δέ τι τυγχάνουσιν ἀπενηνεγμένοι, καθιστάτωσαν πάλιν εἰς τὰς αὐτὰς πόλεις. Insuper Bœcler. loco modo laud. verba hæc Livii referens, omittit τὸ *recte*, incertum utrum casu, an sponte, quia nec apud Polybium exstat. Sed nihil muto: *recte* est sine dolo. Vide ad XXXIV. 35. § 4. Mox *ne quem alium* Lov. 1. *neve quem alium* Voss. Lov. 5. Gaertn. et edd. vett. pro quo Frob. 1535. dedit *neu quem*, quod in reliquis codd. supererat. Insuper *acciperet* Lov. 1. 2. 3. et 6.

§ 6 *Intraque fines ejus regni sunt, Apameam omnes ante diem certam redeant*] *Fines regni ejus* Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *regni ejus fines* Lovel. 6. Tum vocem *omnes* neglexit Gaertn. Hinc *ante diem tertiam* legit Lovel. 6. Tandem *redeunt* Lov. 1. unde videri posset legendum *redeunto.* Ita et Muret. conjecit supra § 3.

§ 7 *Apud Romanos sociosque sunt*] Ms. *apud Romanos sociosque nunc sunt.* Modius. De hoc loco agunt Herald. Emend. et Observ. c. 37. et Salmas.

ad Jus Att. et Rom. c. 37. an postliminium fuerit iis, qui armis victi hostibus se dediderant, disputantes. *Dukerus.*

§ 8 *Seu qui liber captus aut transfuga erit*] *Seu liber captus* Lov. 1. *seu quis liber captus* Voss. Lov. 3. 4. 5. 6. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. principes: *seu quislibet captus* edd. Parm. Mediol. 1480. Tarv. utraque, et aliæ usque ad Ascens. qui a. 1513. emendavit *seu qui liber captus.* Præterea τὸ *erit* deest in Lovel. 1. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm.

Elephantos tradito omnes, neque alios parato] *Elephantes* Voss. et Lovel. 6. Sed vide ad XXXI. 36. § 4. Ceterum hæc ita efferuntur apud Polyb. in libro Msto: Καὶ τούτους ἐκπλεύσαντας, τοὺς ἐν Ἀπαμείᾳ πάντας, καὶ μηκέτι ἄλλους ἐχέτω· quæ verba aperte mendosa sunt, et ab Ursino ita emendantur, Καὶ τοὺς ἐλεφάντας, τοὺς ἐν Ἀπαμείᾳ πάντας. Nondum tamen locus persanatus videtur, in quo male me habent voces ἐν Ἀπαμείᾳ. Apamea enim hoc tempore erat in ditione Romanorum, utpote quo Manlius priore anno, adversus Gallogræcos movens, ægros et inutilia inpedimenta dimiserit supra cap. 15. quo etiam hoc anno pecuniam ab Antiocho acceptam deportari jusserit cap. præc. quo denique ipsis his pacis legibus paullo superius hoc cap. redire debuerint, qui earum urbium cives, quæ regno abscedunt, cum Antiocho intraque fines regni ejus erant. Si igitur Apamea in potestate Romanorum erat, quomodo Antiochus elephantos, qui Apameæ erant, Romanis tradere potuisset? Cogitent igitur acutiores, qua ratione loco male adfecto subveniendum sit. Non tamen quædam in exemplari Polybii desunt, ut Ursinus putavit, sed ex præcedentibus repetendum est ἀποδότω.

Neve plures, quam decem naves actuarias, (nulla quarum plus quam triginta remis agatur) habeto: neve minorem ex belli caussa, quod ipse inlaturus erat] Antiq. lectio habet *neve monerem:* ut enim *trierem*, ita *dierem* et *monerem* Græci dicunt. *Gelen.* Qui *monerem*, pro *minorem*, hoc loco legunt, bene legunt. *Glar.* Videtur postremum membrum Livianum non convenire cum Polybii verbis, quæ voluit Livius imitari hoc loco. Sunt autem hæc ex Fragmento XXXV. Καὶ μηκέτι ἐχέτω πλὴν δέκα καταφράκτων· μήδε τριακοντόκωπον ἐχέτω ἐλαυνόμενον· μήδ' αὐτὸ πολέμου ἕνεκεν, οὗ αὐτὸς κατάρχῃ. Liber Ms. Livii habet *neve minorem ea, belli causa, &c.* quod minus placet, quam *monerem*, licet, ut dixi, non respondeat Græcis μήδ' αὐτὸ πολέμου ἕνεκεν. Sed sive Polybium sequamur, sive Livium, uterque aptam lectionem nobis suppeditabit. *Ursin.* Suspicor abundare apud Livium *plusquam*, et pro *monerem ex* legendum esse, ut in veteribus libris, *minorem ea:* et, ut Latina versio cum Polybiana sententia conveniat, repono, pro *ea, eas*, deleta voce *minorem.* Ursin. ad Polyb. Exc. Legat. num. XXXV. In Mss. et primis edd. desideratur τὸ *quarum.* E Moguntino additum est. Ex eodem fecit Gelenius *monerem ex belli causa.* Sane et alia quædam singularia solus hic codex his libris contulit. Doctius fuit, quam ut ferrent librarii: eoque et scriptis et editis inculcarunt *minorem ea.* Ne Moguntini quidem, qui ante Gelenium varias lectiones ejus codicis prodiderunt, corrigendo abstinuerunt manum: notarunt enim *minorem ex belli.* Sed hoc fatuum et abhorrens. Quid enim? permiserunt utique jus belli Antiocho cum populis non exceptis: immo et cum sociis populi Romani, si aliter disceptare nolint. Vetabitur tum habere actuariolas decem scalmorum? Cæterum, Polybium dissentire a Livio, questus est olim Fulvius, tentabatque, *nulla quarum triginta remis agatur, habeto, neve eas belli causa*, et *monere* et *minore* able-

gatis, ad fragmenta Polybii: ad Livium ipsum *monerem* fatetur magis placere, quam *minorem*. Verba Polybii: ἀποδότω δὲ καὶ τὰς ναῦς τὰς μακρὰς, καὶ τὰ ἐκ τούτων ἄρμενα, καὶ τὰ σκεύη· καὶ μηκέτι ἐχέτω πλὴν δέκα καταφράκτων, μηδὲ τριακοντάκωπον ἐχέτω ἐλαυνόμενον, μηδ' αὐτὸ πολέμου ἕνεκεν, οὗ αὐτὸς κατάρχῃ. Appianus B. Syriac. p. 112. in numero dispar (ni vitium est) in navibus longis Polybium sequitur: ναῦς δὲ καταφράκτους δυόδεκα ἔχειν μόνας, αἷς ἐς τοὺς ὑπηκόους πολέμου κατάρχειν· πολεμούμενον δὲ καὶ πλέουσι χρῆσθαι. Nam erratum memoriæ Salmasii est, quum in Appiano κατελάτους, vel κατερέτους, scribendum autumat ex hoc Livii loco ad jus Atticum pag. 728. neque enim id illi excidisset, si Polybii recordatus fuisset. Vult ergo Polybius, licuisse regi decem habere constratas, quæ longarum numero sunt: Livius tantum decem actuarias ei concedit, longas adimit. Rursum Polybius negat ullam actuariam, quæ triginta remis ageretur, permissam: Livius decem actuarias, quæ haud plus quam triginta remis procederent. Et constat tamen, hic Polybio auctore usum Livium fuisse. Si fas, in hujus potius verbis peccatum crediderim, et fuisse olim, *Tradito et naves longas armamentaque earum: neve plures, quam decem naves, actuariam nullam, quæ triginta remis agatur, habeto: neve monerem ex belli causa, quod ipse illaturus erit.* Habes Livium per omnia cum Polybio consentientem. Dixerat, tradito naves, non definito numero; neque omnes tamen addidit, ut maximam partem significaret, et quia mox finiturus erat numerum longarum, quas ei liceret retinere. Τριακοντάκωπον ἐλαυνόμενον vertit *actuariam, quæ triginta remis agitur*. Hic supplendum ex Appiano, quod proxime statutum est, intelligi de illis maritimis viribus, quas ex instituto habiturus erat præsidium regni, et ἐς τοὺς ὑπηκόους πολέμου κατέχειν, (sic enim legendum) ita tamen, ut si ab illis infestaretur, quibuscum ei belli jus reliquerant Romani, posset καὶ πλέουσι χρῆσθαι. Hoc significat Polybii μηδ' αὐτὸ, sed ne hoc quidem numero in eo bello, οὗ αὐτὸς κατάρχῃ· ergo hoc, si quis ipsum adoriatur. Neque enim sana loquendi ratio patitur, ut τὸ αὐτὸ referatur ad solum ἐλαυνόμενον absque τῷ τριακοντάκωπον, et haud probabile est, omnem omnino actuariam prohiberi. Congruit Livius: nam illam ipsam navem, quam prius ita circumscripsit, quæ triginta remis agatur, deinde uno vocabulo vocat 'monerem,' et habere vetat, si bellum ipse inferat: satis sic significans concessam, si lacessatur, non lacessat. *J. F. Gron.* Aliter loca Polybii et Livii tentavit Scheffers de Milit. Nav. II. 2. aliter rursus Meibom. de Fabric. Trirem. pagg. 614. 617. 618. tom. XII. Thes. Antiq. Rom. ubi utrumque errasse contendit, et Livium ita emendat: *neque plures, quam decem naves tectas, et quinquaginta actuarias, quæ triginta remis agantur, habeto: ne has quidem ex belli causa, quod ipse illaturus erit.* De hac emendatione ita vere pronunciat Constant. Oppelius, id est, Johann. Schefferus p. 702. ibid. 'Sic emendat locum Livii, ut ex lectione ejus veteri retineat nihil, inferciat ubique plurima. Quæ scriptores bonos emendandi ratio si locum aliquando inveniet, actum plane erit de ipsis, et pro Livio, Sallustio, ceteris, nescio quorum hominum commenta legentur.' Nec immerito illius παραδιορθώσεις exagitat Jac. Gronovius in Dissert. Epist. ad Livii Loc. Quæd. Geogr. pag. 48. Mihi post virorum doctissimorum conjecturas nondum ita de omnibus liquet, ut Polybii et Livii verba plane intelligam. *Monerem* tamen, quamquam Scheffero et Meibomio repugnantibus, ex Mog. cod. retinendum puto; quum ob causam, quam J. F. Gronovius dicit, tum quod ita fac-

tum e Græco μονήρης, ut 'penteris,' 'hexeris,' 'hepteris,' et 'deceris' e vocibus Græcis. Locus Pichenæ, quem id probasse indicat Jac. Gronovius, est ad Taciti Hist. v. 23. *Duker*. *Ne plures* Voss. Lovel. 1. et Harleian. *neu plures* Lov. 1. 3. 4. 6. et Gaertn. Dein *quam decem naves* (*nulla plus quam triginta remis agatur*) *habeto* edd. antiqq. cum Mss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harleian. Mead. 2. et Gaertn. Consentiunt etiam Voss. et Lovel. 1. ac 6. nisi quod primus legat *in XX. remis*, reliqui duo *in XXX. remis*; et Lov. 6. insuper *quam V. naves*. Vocem *actuarias* etiam in Oxon. L. 1. deesse, Hearnius monuit; quam ex nostris solus Mead. 1. agnoscit. Aldus deinde ex cod. Mog. vulgavit *quam decem naves actuarias, nulla quarum plus quam triginta remis agatur, habeto*. Hinc Scheff. in Diss. de Variet. Nav. transpositis vocibus effecit *quarum nulla plus*. Tandem *neve minorem ea belli caussa* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Gaertn. Harl. Mead. uterque, et edd. antiqq. Aldus iterum ex cod. Mog. substituit *neve minorem ex belli caussa*; sed Gelenius innuit in Mog. legi *neve monerem ex belli caussa*; quod Frob. 1535. recepit. Et eam lectionem firmat Lov. 4. exhibens *neve monerem ea belli caussa*. Literas autem *A* et *X*, et hinc voces *ea* et *ex*, sæpius commutari, videbimus ad XL. 59. § 8.

§ 9 *Neve navigato citra Calycandrum, neve Sarpedonium promontorium*] Legendum *Calycadnum* ex Plinio, Ptolemæo, ac Strabone: quanquam in Ptolemæi plerisque codd. *Calydnus* legitur. Fluvius est Ciliciæ. *Sarpedonem* item legendum, non *Sarpedonium*, ex iisdem authoribus. *Glarean*. *Calycadnum* legendum est ex Strabone, et Appiano in Syriac. p. 112. cujus in hoc fœdere narrando hæc verba sunt: Ὅρω μὲν Ἀντιόχῳ τῆς ἀρχῆς εἶναι δύο ἄκρας, Καλύκαδνόν τε καὶ Σαρπιδόνιον, καὶ τάς δε μὴ παραπλεῖν Ἀντιόχον ἐπὶ πολέμῳ. De Sarpedone idem Strabo XIV. 670. *Sigonius*. *Ne navigato* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. et Gaertn. Deinde *citra Calichandrum* Voss. et Gaertn. *citra Chalchicandrum* Lov. 6. *citra Calycandrum* Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et multæ ex edd. vett. *circa Calycandrum* Lovel. 3. 5. et edd. Rom. a. 1472. ac Parm. *circa Calirandrum* cod. Mog. Sed recte Glarean. et Sigonius *citra Calycadnum*. Voces *circa* et *citra* etiam alibi in Mss. confundi, vidimus ad XXI. 48. § 6. *Calycadnum* legendum esse, evincit locus Polyb. in Exc. Legat. num. XXXV. quem in cod. Msto ita exaratum invenit Ursin. Μὴ δὲ πλείτωσαν ἐπὶ τάδε τοῦ Καλυκάδμου ἀκρωτηρίου. Pro eo quidem Καλυκάδνου legendum monuit, sed male in contextu Καλυκάνδρου edidit. Posteriores demum editores veram lectionem receperunt. Idem evincit Spanhem. de Præst. et Usu Numism. diss. IX. p. 786. ed. secundæ, ex nummo Gordiani, in cujus aversa parte obcurrit nomen ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΚΑΛΥΚΑΔΝΩ: cujus ejusdem ectypon postea exhibuit in Orb. Rom. Diss. II. c. 16. pag. 433. Deinde *neque Scarpadonum promontoria* Gaertn. *neu Scarpedonium promontoria* Lov. 1. et 6. *neu Surpedonium promontoria* Lovel. 3. *neve Sarpedonium promontoria* Voss. Lov. 5. et edd. vett. *neu Sarpedonium promontoria* Lovel. 4. Harl. et Mead. ambo: *neu Sarpedonem promontoria* Lov. 2. Promontorii hujus non meminit Polybius. Prisca lectio *Sarpedonium* firmari posset ex loco App. quem Sigon. laudavit, ubi corrupte Σαρπιδόνιον vocatur. Sed apud alios *Sarpedon* et Σαρπηδὼν appellatur.

§ 10 *Antiocho regi jus ne esto*] *Non esto* Voss. Harl. et Gaertn. Male. Supra hoc cap. 'Belli gerendi jus Antiocho ne esto.' Voculæ *ne* et *non* etiam alibi a librariis confunduntur. Vide ad III. 21. § 6. ad IX. 17. § 16. et Corte ad Plinii Epist. II. 9.

§ 11 *Rhodiorum sociorumve quæ æ-*

des ædificiaque] Cujacius in Postumis ad l. 3. D. de Servitut. Lib. XXI. Pauli ad Edict. hæc recte a Livio separari dicit: nam et 'ædes ædificia,' sed non omnia 'ædificia ædes' esse. De discrimine inter ea deinde egit Noodt. Observ. I. 10. et de Usufr. I. 10. et 12. Popma de Differ. Verbor. falsa veris miscet. Polybius utraque una voce *οἰκιῶν* complexus est: *Ὅσαι δὲ οἰκίαι Ῥοδίων ἢ τῶν συμμάχων ἦσαν.* Quod Servius ad Virg. Æn. II. 512. scribit, 'omne ædificium ædes dicuntur,' ad consuetudinem vulgo loquendi referendum puto. *Duk.* Voces *Rhodiorum sociorumve, &c. ante bellum fuerunt, eo* desunt in Hearnii L. 1. culpa librarii ob duarum primarum vocum repetitionem. Sed vide ad IX. 11. § 11. Solæ voces duæ primæ desunt in Lov. 5. et edd. antiquis; quas Aldus ex cod. Mog. addidit, consentientibus omnibus nostris. Mox *sinito,* pro *sunto,* perperam Voss. et Lov. 1. ac 6. Polyb. loc. laud. *ταύτας εἶναι Ῥοδίων, ὡς καὶ πρὸ τοῦ τὸν πόλεμον ἐξήνεγκαν.*

§ 12 *Conquirendi, cognoscendi, repetendique jus item esto*] Polybius brevius, *ἀναζητηθὲν ἀποδοθήτω·* 'conquiruntur' quæ latent, et occultantur: 'noscuntur' et 'cognoscuntur,' quæ in propatulo sunt, quæque domini sua esse probant. Vide Cujac. Obs. XXIII. 19. Livius XXV. 22. 'Ut desertos de exercitu volonum conquirerent.' XXXIX. 16. 'Ut vaticinos libros conquirerent.' Vell. l. II. c. 41. 'Ministris Sullæ conquirentibus eum ad necem.' Adde Gronov. ad Livii lib. XXV. capp. 7. et 12. Livius X. 20. 'Accitique edicto domini ad res suas noscendas recipiendasque.' Lib. XXVI. 30. 'Ut si nequeant omnia, saltem quæ compareant, cognoscique possint, restitui dominis jubeant.' *Duk. Item jus esto* Lov. 1. 2. 4. Voss. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *idem jus esto* Lov. 3. Vide ad Epit. Liv. lib. LXIX. Vocem *item* omittunt Lov. 5. et edd. princc. Postea Mediol. 1505. datum est *jus idem esto,* quod Ascens. 1513. recepit. Aldus dein *jus item esto* dedit. Mox *et ex iis præsidia deducito,* addita prima vocula, Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Harl. quod recepi fide Polybii, qui similiter addito *καὶ* dixit: *Εἰ δέ τινας τῶν πόλεων, ἃς ἀποδοῦναι δεῖ Ἀντίοχον, ἑτέροις δέδωκεν Ἀντίοχος, ἐξαγέτω καὶ ἐκ τούτων τὰς φρουρὰς καὶ τοὺς ἄνδρας.* In reliquis codd. *τὸ et* interceptum erat a præced. vocis literis ultimis: vide ad IX. 41. § 10. vel etiam a vocula sequenti: vide ad XXX. 6. § 7.

§ 13 *Argenti probi duodecim millia Attica talenta dato, &c. Talentum ne minus pondo octoginta Romanis ponderibus pendat*] Priore lib. cap. 45. ubi Antiocho pacis conditiones a Scipione dicuntur, XV. millia talentum Euboicorum nominantur. Erant autem tria millia persoluta: quæ igitur restant, sunt XII. millia talentum. Sedenim hic nunc Attica, atque ea octogenarum librarum, postulantur, ubi antea Euboica. Euboica autem sunt quinquagenarum septenarum librarum cum singulis trientibus ferè, ut Budæus supputat. Ingens igitur hic esset accessio. Itaque vel Euboicum talentum majus fuit, aut Livius duobus his locis diversos secutus videtur authores. Nam, lapsu hoc factum, non videtur verisimile. Sed neque placet, quod quidam excusant, decem legatos auxisse summam. Budæus, hæc verba Livii inversa esse, recte scripsit: nemo enim Latine dixerit *mille talenta.* Quare ipse legendum putat, *Argenti probi Attica talenta XII. millia,* vel *Atticum talentum.* Glar. Ad hujus loci intelligentiam Antonius Augustinus talia quædam notavit. Quæritur, inquit, a Budæo et aliis, quo pacto talentum Atticum, quod constat sex drachmarum Atticarum millibus, sive totidem denariorum millibus, ut Varroni et Polybio placet, pondo octoginta sit,

cum vix sexaginta pondo attingat. Augent difficultatem ejusdem Livii verba XXXIV. 50. 'Multitudinis eorum argumentum est, quod Polybius scribit, centum talentis eam rem Achæis stetisse, quum quingentos denarios pretium in capita, quod redderetur dominis, statuissent. Mille enim ducentos ea ratione Achaia habuit.' Etenim eadem ratio in his verbis est, quæ in suprascriptis, ut sex millia denariorum talentum efficiant: eandem rem scribit Plutarchus in Apophthegm. pag. 197. et drachmis pro denariis utitur, ut verisimile est Polybium usum fuisse. Sic enim Fannii carmina sunt, quæ docent, majorem fuisse libram Græcis, quam Romanis, et Atticas minas aliis, his verbis vs. 29. 'Hæc magno in Latio libra est, gentique togatæ: Attica nam minor est, ter quinque hanc denique drachmis Et ter vicenis tradunt explerier unam. Accipe præterea, patrio quam nomine Graii Mnam vocitant, nostrique minam dixere priores: Centum hæ sunt drachmæ: quod si decerpseris illis Quatuor, efficies hanc nostram denique libram, Attica quæ fiet, si quartam dempseris hinc, mna. Cecropium superest post hæc docuisse talentum, Sexaginta minas, seu vis sex millia drachmas: Quod summum doctis perhibetur pondus Athenis. Nam nihil his obelove minus, majusve talento.' In his versibus dici videtur, libram Romanis fuisse XCVI. drachmarum, Græcorum minam centum drachmarum, Atticam LXXV. drachmarum; in talento sexaginta minas fuisse, sive sex millia drachmarum. Eodem pertinet, quod Plautus significat in Mostell. duobus talentis magnis CXX. minas contineri; et apud Senecam XXIV. HS. millibus talentum Atticum æstimari. Ex altera parte majores fuisse denarios, quam drachmas Atticas, tum aliis exemplis, tum ex his Livii verbis constat XXXIV. 52. cum de triumpho T. Quinctii scribit, 'Signati argenti octoginta quatuor millia fuere Atticorum, tetradrachmam vocant, trium fere denariorum in singulis argenti est pondus.' Nec dubium est, septem denariis unciam constitisse, quæ Græcis omnibus octo drachmis penderetur. Sunt, qui dubitent, Liviine verba mendosa sint, cum Attica talenta LXXX. pondo æstimant, atque arbitrantur, aut pro Atticis talentis Euboica esse substituenda, aut pro LXXX. tantum pondo LX. scribi oportere. Nos Græca Polybii, ut putamus, verba referemus a Constantino relata, quibus constabit, quid sit, quod mutari debeat: *Ἀργυρίου διδότω Ἀντίοχος Ἀττικοῦ Ῥωμαίοις ἀρίστου τάλαντα μύρια δισχίλια ἐν ἔτεσιν ιβ', διδοὺς καθ' ἕκαστον ἔτος χίλια· μὴ ἔλαττον δ' ἑλκέτω τὸ τάλαντον λιτρῶν Ῥωμαϊκῶν π', καὶ τοῦ σίτου φ' καὶ μ' . . . . . τνθ', ἐν ἔτεσι τοῖς πρώτοις ε', κατὰ τὸ ἔτος τῷ ἐπιβαλλομένῳ καιρῷ καὶ τοῖς Ῥωμαίοις. Ἀποδότω καὶ τοῦ σίτου, καθὼς ἐτίμησεν ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχος, τάλαντα ρκξ' καὶ δραχμὰς χιλίας σ' ὀκτώ, οὓς συνεχώρησεν Εὐμένης λαβεῖν γάζαν εὐαρεστουμένην ἑαυτῷ*, &c. In his verbis sunt quædam mendosa post illas notas *φ' καὶ μ'*, quæ ex Livianis verbis corrigi possunt. Sunt etiam alia, quæ Livius omisit. Tamen illa ipsa, de quibus dubitamus, integra sunt: et, ni fallor, ita accipienda sunt, ut omnis pecunia proba sit, atque Attica, et numerus talentorum idem sit, qui Græcis et Latinis verbis expressus est; sed pondus ejus pecuniæ Atticæ non id sit, quod Athenis talentum expenditur; sed id, quod Romæ LXXX. libras efficiat. Non recte igitur hoc *talentum Atticum* appellabitur, sed *talentum Atticæ pecuniæ Romanum*. Atticum erat sexaginta minarum, in singulis centum drachmæ continebantur: in hoc erunt LXXX. minæ, sive libræ, in singulis XCVI. erunt drachmæ. Simul efficient, ni fallor, 7680.

drachmæ. Si vero singulæ libræ centum drachmarum sint, efficient octo drachmarum millia, sed, ut diximus, Atticarum. Confirmemus hæc aliis Livii verbis: XXXVII. 45. de eodem fœdere cum Antiocho rege hæc sunt Africani verba: 'Pro impensis deinde in bellum factis XV. millia talentum Euboicorum dabitis, quingenta præsentia, duo millia et quingenta, cum senatus populusque Romanus pacem comprobaverint: mille deinde talentum per duodecim annos. Eumeni quoque reddi quadringenta talenta, et quod frumenti reliquum ex eo, quod patri redditum est, placet.' Græca verba ex eodem scriptore, quem Polybium esse credimus, hæc sunt: [in Exc. Legat. num. XXIV.] Πρὸς δὲ τούτοις Εὐβοϊκὰ τάλαντα ἐπιδοῦναι μύρια καὶ πεντάκις χίλια Ῥωμαίοις ἀντὶ τῆς εἰς τὸν πόλεμον δαπάνης. Τούτων δὲ φ' μὲν παραχρῆμα· δισχίλια δὲ καὶ φ' πάλιν, ἐπειδὰν ὁ δῆμος κυρώσῃ τὰς διαλύσεις. Τὰ δὲ λοιπὰ τελεῖν ἐν ἔτεσι ιβ', διδόντα καθ' ἕκαστον ἔτος χίλια τάλαντα. Ἀποδοῦναι δὲ καὶ Εὐμένει ν' τάλαντα προσοφελόμενα, καὶ τὸν ἐλλείποντα σῖτον κατὰ τὰς πρὸς τὸν πατέρα συνθήκας. Remanet scrupulus ex his, quæ ad Sex. Pompeium olim notavimus: neque enim Euboica talenta Atticis sunt quarta parte majora, sed potius Ægyptia, quæ apud Plinium Varro ait LXXX. pondo fuisse. At Euboicas LXX. minas efficere Atticas LXXII. post Ælianum conscripsimus. Vidi tamen alicubi scriptum, ἐπίτριτον esse proportionem inter Antiochena et Attica talenta. Hæc fortasse sunt Romani in hoc fœdere secuti; qui disertis verbis affirmant, quo pondere sibi talenta solvi velint. Est enim alius Livii locus XXXVIII. 9. 'Dein ut quingenta Euboica darent talenta, ex quibus ducenta præsentia, trecenta per annos sex pensionibus æquis.' Et postea c. 11. 'Pro argento si aurum dare mallent, darent, convenit, dum pro argenteis decem aureus unus valeret.' Hæc aptius a Græco scriptore conjuncta sunt et plenius in Exc. Legat. num. XXVIII. Δότωσαν δ' Αἰτωλοὶ ἀργυρίου μὴ χείρονος Ἀττικοῦ, παραχρῆμα μὲν τάλαντα Εὐβοϊκὰ σ' τῷ στρατηγῷ τῷ ἐν τῇ Ἑλλαδι· ἀντὶ τρίτου μέρους τοῦ ἀργυρίου, χρυσίον ἐὰν βούλωνται, διδόντες τῶν δέκα μνῶν ἀργυρίου, χρυσίου μνᾶν, διδόντες ἀφ' ἧς ἂν ἡμέρας τὰ ὅρκια τμηθῇ ἐν ἔτεσι τοῖς πρώτοις ἓξ κατὰ τὸ ἔτος ἕκαστον τάλαντα ν'. Ex his verbis apparet, in Antiocheno fœdere non de Atticis talentis agi, sed de pecunia proba Attica. Hic apertius ἀργυρίου μὴ χείρονος Ἀττικοῦ τάλαντα Εὐβοϊκὰ, &c. Livius hoc loco omisit *Atticæ pecuniæ* mentionem, illic obscure est locutus, dum *Attica talenta* scribit: nec non quod de minis hoc loco dictum est Græce, id Livius de nummis aureis et argenteis expressit, quod eadem esse ratio videretur. *Ursinus.* Immo *Atticum talentum.* J. F. Gron. Budæus de Asse III. pag. 304. legendum censet *duodecim millia Euboicorum talentum*, quia Livius XXXVII. 45. Scipionem *Euboica talenta* pactum esse refert; nisi Atticum magnum et Euboicum talentum idem fuisse, atque utrumque pro eodem Livium usurpasse intelligendum sit. Verum jam tempore Prisciani 'Attica talenta' hic memorata, aut certe nullam 'Euboicorum talentorum' mentionem hic factam fuisse, ostendit locus ejus in lib. de Ponderib. pag. 1349. 'Livius in tricesimo octavo ab urbe condita ostendit, magnum talentum Atticum octoginta habere libras et paullo plus: quum supra dictorum computatio manifestet, octoginta tres libras et quatuor uncias habere talentum, quod est sex millia denariorum. Livius: 'Talentum ne minus pondo octoginta Romanis ponderibus pendat.' Id est, sic decrevit senatus, ut non plus quam ternæ libræ et quaternæ unciæ singulis desint talentis.' Idem Bu-

dæus de Asse II. 257. ordinem verborum perversum esse credit: non enim Latine *duodecim millia talenta*, sed *talentum* dici: Livium igitur scripsisse putat *Argenti probi Attica talenta duodecim millia*, vel *Atticum talentum*. Priorem lectionem recepit Vascos. Basil. an. 1554. et Sigonius. Eamdem firmant Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertner. qui *Argenti probi talenta Attica duodecim millia* legunt. Vide Perizonium ad Sanctii Minerv. IV. 8. Posteriorem emendationem Budæi notis ad h. loc. adoptavit Gronovius. Idem tamen Gronov. alia ratione subvenire conatur de Pecun. Vet. III. 3. pag. 138. Partim enim emendans, partim verba transponens, legit, *Argenti probi Attici duodecim millia talentum dato*. Docet autem, recepta hac lectione, Livium eadem traditurum, ac Polybium, qui scripsit Ἀργυρίου δὲ δότω Ἀντίοχος Ἀττικοῦ Ῥωμαίοις ἀρίστου τάλαντα μύρια δισχίλια. Eidem Livio ita jam conventurum secum, cum alio loco Polybii, et cum Appiano, qui omnes Liv. XXXVII. 45. Polyb. Exc. Legat. num. XLV. et App. in Syriac. p. 112. Antiocho non Attica, sed Euboica talenta imperata fuisse tradiderunt: quibus, quemadmodum etiam sibi, contradixisset, si hic 'Attica talenta' memorasset. Postea Gronov. ejusdem operis c. 4. ostendit, loco Livii depravato deceptum Priscianum a vero aberrasse. Admissa emendatione Gronovii, non opus erit, ut Livium verba Polybii perperam accepisse dicamus cum Usserio in Annal. pag. 299. Verum ibidem Gronovius per talentum octoginta librarum intelligit Ægyptium talentum: cum Syris enim agi, et horum talentorum usum in Syria tam vicina Ægypto frequentem fuisse. At quomodo hoc iterum convenit locis modo laudatis, quibus Euboica talenta Antiocho imperata dicuntur? An igitur dicendum, convenisse quidem inter Antiochum et Scipionem, ut solverentur talenta Euboica; sed Romanos, forte ignorantes, quanti ponderis illa forent, ideo definivisse, ne talenta promissa minus pondo octoginta Romanis ponderibus penderent? Ceterum voces *Attica talenta* desunt in Hearnii N. *τὸ pondo* in Lovel. 6. et Hearnii L. 1.

Tritici quingenta quadraginta millia modium] Vox *quingenta* non adparet in scriptis nostris, Hearnii L. 1. et edd. vett. *tritici quingenta quadraginta modium*, omissa voce *millia*, legit cod. Mog. Sed utrumque est mendosum. In cod. Mognnt. omissa nota numeri millenarii, vel ↀ, quoniam librarius eam non intelligebat; vide ad XXXIX. 42. § 3. vel *M.* quam intercepit proximæ vocis litera initialis. Neque vocem *quingenta* omittendam esse, ostendit Polyb. ibid. Καὶ τοῦ σίτου φ' καὶ μ', licet neque ille locus sanus sit. Præterquam enim quod nomen mensuræ (Livius *modium* vocat) omittatur, literæ φ' καὶ μ' tantum notant *IↃXL.* ut autem quingenta quadraginta millia notent, scribendum, ut notum est, ͵φ καὶ μ͵: ex litera tamen φ, quæ apud Polyb. superest, vocem *quingenta* apud Livium omitti non posse constat.

§ 14 *Eumeni regi talenta trecenta quinquaginta*] Polyb. Εὐμένει τάλαντα τνθ', ἐν ἔτεσι τοῖς πρώτοις ε' τῷ ἐπιβαλλομένῳ καιρῷ, Casaubono interprete, *Eumeni talenta CCCLIX. intra proximos quinque annos pensionibus æquis.* Livius præterit Polybiana illa τῷ ἐπιβαλλομένῳ καιρῷ, et non τνθ', sed tantum τν' expressit. Utrum excurrentium novem talentorum rationem non habendam putaverit, an in Polybio corrupti sint numeri, difficile dictu est. Suspicionem aliquam vitii injicere potest, quod F. Ursinus in exemplari Græco ea, quæ ante τνθ' sunt, defuisse testatur. Si verba τῷ ἐπιβαλλομένῳ καιρῷ vertenda sunt *pensionibus æquis*, non intelligi potest, quo-

modo CCCLIX. in quinque pensiones æquas dividi possit. Sed Casaubonus de suo addidit *pensionibus æquis*, et τῷ ἐπιβαλλομένῳ καιρῷ cum sequentibus καὶ τοῖς Ῥωμαίοις conjuncta vertit *eodem, quo et Romanis, tempore.* Duk.

Et pro frumento, quod æstimatione fiat] Hæc ita connectuntur copula *et*, quasi Romani Eumeni pro frumento pacti fuerint hæc CXXVII. talenta. Idem dicit Polybius, si distinctionem edit. Gronov. sequimur, Εὐμένει τάλαντα, &c. τῷ ἐπιβαλλομένῳ καιρῷ καὶ τοῖς Ῥωμαίοις. Ἀποδότω καὶ τοῦ σίτου· nam in Fulviana est τῷ ἐπιβαλλομένῳ καιρῷ, καὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἀποδότω καὶ τοῦ σίτου. Sed ea ad Eumenem pertinere ostendunt, quæ sequuntur apud Polybium, quamquam mutila: add. Legat. XXIV. Frumentum ab Antiocho ipso æstimatum dicit Polybius *talentis CXXVII. et drachmis CIↃCCVIII.* Livius, drachmis neglectis, numero rotundo usus est. *Duk. Fiet* Lov. 2. et Harl. *fit* Voss. Lov. 1. 4. 5. Mead. ambo, et Gaertn. *sit* Lov. 3. *quod extimatum qui* Lov. 6. omisso τῷ *fiet.* Locum mendosum existimat Crevier. Quid si legamus *quod æstimatum fuit?*

§ 16 *Si qui ... inferent*] *Si quis, &c. inferret* Lov. 3. *si qui, &c. inferrent* Voss. Lov. 1. 2. 5. 6. et Gaertn. Polybius dixit ἐκφέρωσι.

§ 17 *Judicio disceptent, aut, si utrisque placebit, bello*] Membranæ consensu *disceptanda aut.* Lege *ac judicio disceptanto, aut.* J. F. Gron. *Disceptent* servant Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. *disceptanda* Lov. 4. Mead. 2. et Hearnii N. *disceptando* Lov. 2. et Harl. *disceptanto*, ut Gronov. conjecit, fuisse videtur in Mead. 1. unde nihil in excerptis ejus notatur. Tum *precepto*, pro *bello*, Mead. 1. in margine.

§ 18 *Et Lysimacho Acarnane, et Chalcidensibus Eubulida et Philone*] *Mnasymmacho* legendum, et *Eubulo*, ut superiore libro c. 45. a Scipione petuntur. De his tamen duobus Chalcidensibus dubito. Nam XXXV. 37. ubi Chalcis ab Ætolis tentatur, *Euthymidas* princeps ac exsul, et *Herodorus* mercator, similiter exsul, nominantur, non *Eubulus*, non *Philon.* Verum id judicet lector. *Glar.* Vet. liber *Eubulida.* Egregie. Sic enim lib. priore, c. 45. 'Thoantem quoque Ætolum dedetis, et cum eo Mnasimachum Acarnana, et Chalcidenses Philonem et Eubulidam.' Quo in nomine laboravit Glareanus. *Sigon. Mylimasimacho*, vel *Milimasimacho* Voss. Lov. 1. 3. 4. et Gaertn. *Milanasimacho* Mead. 2. *Massiancho* Lov. 6. *Lisimacho*, vel *Lysimacho* Lov. 2. 5. Mead. 1. et Harl. *Mnasimacho* edidit ante Glareanum Frob. 1531. sed *Mnasilocho* legendum conjeci ad XXXVII. 45. § 17. Dein *Eubulo* Lov. 2. et 6. *Eubilida* Voss. Lov. 1. et Gaertn. *Eubulina* Harl. et Mead. 1. *Eubulinã* Mead. 2. *Eubulinam* Lov. 4. Reliqui *Eubulida.* Hinc *Phipomene* Voss. *Philopomene* Lov. 3. *Philopemene* Lov. 2. et Harl. *Philophone* Lov. 1. *Philomene* Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. 1472. *Philopone* Lov. 6. et Gaertn. *Philoponen*, vel *Phyloponen* Lov. 4. et Mead. uterque. Sed vide ad locum modo indicatum. Mox *cum scriptum est* Mead. 1. *conscriptum est* Lov. 2. 4. Mead. 2. et Harl.

Et si quid postea addi mutarive placuisset, ut id salvo fœdere fieret] Plenius vetus lectio *et ut, si quid postea addi, demi, mutarive placuisset.* Τὸ *demi* jam defuit Andreæ: prius *ut* in primo expunctum video Frobenio, priores omnes habent. Vide ad XXVIII. 9. Polybius Exc. Legat. num. XXXV. Ἐὰν δέ τι θέλωσι πρὸς τὰς συνθήκας ἀμφότεροι κοινῷ δόγματι προστεθῆναι ἢ ἀφαιρεθῆναι ἀπ' αὐτῶν, ἐξέστω. *J. F. Gron.* Omnia hæc verba deerant in Lov. 5. et ed. Camp. *ut si quid* legunt Voss. Lov. 3. et Gaertn. *et ut, si quid* reliqui. Τὸ *ut* ante Fro-

benium jam omiserunt Aldus ejusque traduces. Sed vide ad XXII. 11. § 4. Insuper *addi, immutari* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. omissa voce media *demi*, quæ facillime excidere potuit, intercepta partim a fine præcedentis, partim ab initio sequentis dictionis; multo autem facilius, si Livius, ut membranæ nostræ præferunt, *immutari* scripserit; nisi potius primam illam syllabam ex ultima parte vocis elisæ restare, et verbo *mutari* coalnisse dicendum sit.

CAP. XXXIX. § 1 *Consul juravit in hoc fœdus*] 'Consulem' dicit pro proconsule. Vide c. 37. Hic video quærere viros doctos, cur consul, quod Livius et Appian. in Syriac. p. 113. (adde Polyb. Legat. n. XXXV.) tradunt, potius in hoc fœdus juraverit, quam fetiales? quum tamen Livius IX. 5. scribat, 'injussu populi fœdus fieri non posse, nec sine fetialibus cerimoniaque alia solenni.' Quidam respondent, quod quis per alium facit, id eum per se facere censeri; vel, Manlium ipsum quoque fortassis fetialem fuisse. Alii præter fetiales, etiam imperatorem ipsum *suo jussu et imperandi potestate* fœdera confirmasse. Verum Manlius cum X. legatis tum fœdus cum Antiocho non fecit: nam id jam ante, postquam populus Romanus pacem cum Antiocho jusserat, Romæ in Capitolio cum Antipatro legato regis ictum fuisse, auctor est Livius XXXVII. 55. ad quod feriendum ibi haud dubie adhibiti fuerunt fetiales. Et ob eam causam X. legatos ad Manlium missos, quos pro fetialibus habent, nihil amplius de fœdere disceptandum existimasse, quum ex scriptis legibus (fœderis scil. cujus Romæ facti et in æs incisi Manlio exemplar missum fuisse tradit Appianus) transigendum esset, dicit Polyb. Legat. XXXV. Hinc patet, neque necesse esse, hic multum de fetialibus quæri, neque jussui et imperandi potestati consulis locum fuisse, cujus potestas solutior esse potuit in causis civitatum cum X. legatis cognoscendis, quibus eos, postquam Manlius in fœdus juraverat, operam dedisse, Polybius et Livius scribunt. Quod ergo Manlius in hoc fœdus juravit, id eum jussu senatus vel populi Romani fecisse, et ita inter Romanos et Antiochi legatos, quum fœdus Romæ fieret, convenisse arbitror, ut Manlius nomine populi Romani, Antiochus suo in id juraret. *Duk.*

Qui tum forte ab Œnoandis rediit] *Ab Oranda* Lov. 3. *ab Orandis* Lov. 6. et Harl. *ab Ororandis* Voss. et Lov. 1. *Ororandiis* Gaertner. *ab Oroandis* Lov. 2. 4. 5. Mead. ambo, et pleræque ante Gronov. edd. quod, adsentiente Polyb. in Exc. Legat. num. XXXV. restitui. Vide ad c. 37. § 11. Tum *redierat* Lov. 1.

§ 2 *Q. Fabio Labeoni, qui classi præerat*] Vox *Fabio* deest in Lov. 5. omnibusque editis antiquioribus: eam Aldus ex cod. Mog. primus adjecit, cui concinunt reliqui nostri. Ad hunc Q. Fabium Labeonem Ursin. ad Polyb. Exc. Legat. num. XXXV. et ad Famil. Rom. in gente Fabia refert denarium argenteum, ab altera parte Q. FABI ab altera LABEO. ROMA inscriptum, in quo ad indicandam hanc classis præfecturam proræ signum impressum est. Est nempe denarius ille, in quo monetariorum errore Q. FARI legi, monui ad VII. 22. § 2. Mox *Patras* Harl. *Pathera* Lov. 1. *Pathara* Lov. 5. *Patharam* Lov. 3. *Pataram* Voss. Tum *concideret, cremaret*, omissa copula, Gaertn.

§ 3 *Telmessum eadem expeditione, &c. recepit*] *Thelonensum* Lov. 6. *Temelsum* Gaertn. *Thelmessum* Mead. 1. *Telmensum* Lov. 2. et Harl. *Telmesum* Lov. 3. Sed, quum Lyciæ urbem intelligi contextus suadeat, *Telmissum* scribendum est, ut monui ad XXXVII. 56. § 4. Deinde *recipit* Voss.

Lov. 1. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn.

§ 4 *Venirent, totam inde classem in Italiam reduxit*] *Venerunt* Lov. 2. et Harl. Tum *totam eandẽ classem* Lov. 1. *totam classem inde* Lov. 3. qui etiam præfert *traduxit*. Paullo ante *ibi qui relicti* Voss. Lov. 3. 6. *ibi relicti qui erant* Gaertn.

§ 5 *Deinde caussas civitatum, multis inter novas res turbutis*] *Demum caussas* Lov. 1. Vide ad XL. 22. § 1. *Caussas deinde* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Hinc *civitatium* Lov. 4. et edd. Rom. 1472. Mediol. 1480. ac Parm. quomodo eædem edd. etiam mox § 7. præferunt. Vide ad XXXIII. 20. § 11. Tum vox *novas* exsulat a Voss. et Lov. 1. ac 6. Insuper *conturbatis* Lov. 2. Paullo ante *elephantes* Lov. 1. 2. et 6. Sed vide ad XXXI. 36. § 4.

§ 6 *Eumenis beneficio, cui desponderat per eos dies filiam, dimissa*] Antiquior lectio *remissa*, non *dimissa*. Gelen. *Beneficio Eumenis, cui desponderat filiam, per eos dies dimissa* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. et Mead. ambo. Nec aliter Lov. 1. nisi quod legat *demissa*: sed *dimissa* etiam Vossian. Lovel. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. Male. De verbo 'remittere' vide viros doctos ad Justin. I. 9. § 12.

§ 7 *Aliam aliarum fecerunt conditionem*] *Aliarum aliam* Voss. et Gaertn. *τὸ uliarum* perperam deest in Lov. 1. et 6. Cum his et sequentibus confer Polyb. in Exc. Legat. num. XXXVI. Mox *senserunt* Gaertn.

§ 8 *Colophoniis, qui in Notio habitabant*] *Qui Motho* Lov. 3. *qui in Notho* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo Hearnii, L. 1. et edd. vett. *qui in Noto* Lov. 2. et Gaertn. Sed vide ad XXXVII. 26. § 5.

Et Cymæis, et Milesiis] Ascensii commentum Moguntiaci primum receptum. Romana, Med. Tar. Ven. Beccar. *Milosenis*, ut et Mss. Voss. et Buslid. Badius in margine pro alia lectione notavit ad signum *Milesiis*, ut et ex eo Saveterius. Inde acceperunt Moguntiæ, et retinuerunt omnes. Legendum *Mytassenis*, vel *Mylasenis*. Nam Polybius Exc. Legat. num. XXXVI. Κολοφωνίους δὲ τοὺς τὸ Νότιον οἰκοῦντας, καὶ Κυμαίους, καὶ Μυλασσεῖς ἀφορολογήτους ἀφῆκαν. A Mylasis Asiæ, Carum quondam regia, patria Hybreæ oratoris, quem Mylasenum appellat Val. Max. IX. 14. *J.F. Gron.* *Cymæis* rescripsi, pro *Cymeis*. Græcis enim vocantur Κυμαῖοι. Et ita Gronovius in capite notæ scripsit, errorem tamen contextus non emendavit. Vide Nic. Heinsium ad Valer. Flacc. Argon. I. 5. *Cymæis* scribendum esse, viderunt etiam Hearnius et Crevierius. Dein *Mitesiis* in nullo meorum inveni, nisi forte in Lov. 3. et Harl. unde nihil notatur. Prima editionum veterum eam lectionem exhibuit Mediol. 1505. inde Ascens. 1513. in margine ostentavit, Moguntini in contextum receperunt. *Millephenis* est in Lov. 1. *Miltesenis* in Lov. 2. et Gaertn. *Milesenis* in Voss. Lovel. 4. 5. 6. Mead. utroque, et Hearnii N. Hinc non *Mytassenis*, sed, altero sibilo deleto, *Mylasenis* scribendum. Id etiam evincunt plures nummi, quos eruerunt Holsten. ad Stephan. de Urb. voce Μύλασα, Harduin. in Numm. Popul. et Urb. et Spanhem. de Præst. et Us. Numism. diss. IX. p. 905. ed. secundæ, (in ultima enim huc pertinentia omittuntur,) addens, ita legendum etiam apud Strab. Ptolem. Arrian. de Exped. Alex. M. I. 22. et Polyb. in Exc. Peiresc. p. 89. Quibus adde locum Polyb. a Gronovio hic laudatum. Certe in Exc. Peiresc. non tantum perperam scriptum exstat Μυλασσεῖς, sed et mox recte τὴν Μυλασέων πόλιν. Ursinus etiam ad Polyb. Ecl. Legat. num. XCIII. notæ præscripsit Μυλασεῖς, atque inde apud Liv. XLV. 25. alterum sibilum ex voce *Mylassenses* ejiciendum docuit, licet tamen ipse

Ursin. in Polybii contextu ibidem semel Μυλασσεῖς, semel operarum errore Μυλαστεῖς ediderit. Μύλασα et Μυλασεῖς scribit etiam Pausan. in Arcad. x. Apud Ptolem. vero l. v. c. 2. p. 137. ed. Bertii pro Μύλασσα recte codex Coisl. exhibet Μύλασα, teste Montfauc. in Bibl. Coislin. p. 683. Quin et apud Strab. quum XIV. 658. bis Μύλασσα scriptum foret, postea pagg. 659. et 660. sæpius Μύλασα et Μυλασεῖς editur. Vide etiam viros doctos ad Ælian. Var. Hist. I. 25. Ceterum perperam Ursin. ad Polyb. Exc. Legat. num. XXXVI. in Polyb. ex corrupto hoc Livii loco Μιλησίους pro Μυλασσεῖς legendum conjicit; quum potius, ut Gronov. monet, Livius ex Polyb. emendandus sit. De Milesiis et illis, quæ obtinuerunt, in seqq. demum agunt Livius et Polyb. Non opus etiam, ut *Mylasensibus* hic cum Hearnio legamus ex Livii XLV. 25. Licet enim gentile Græcis tantum formetur Μυλασεὺς, æque tamen Latini *Mylasenus*, quam *Mylasensis* formarunt, ut ex loco Valer. Max. a Gronovio laudati patet. Similiter ab Ἀλάβανδα Græci formarunt Ἀλαβανδεὺς, Latini autem non modo *Alabandensis* XLIII. 6. sed etiam *Alabandenus* XLV. 25. ubi vide quæ notantur. Mecum per omnia sentiebat Dukerus, qui insuper videndum monet Cic. ad Fam. XIII. 56. et nullum fundamentum habere sententiam Kuhnii ad Ælian. loc. laud. qui utramque scripturam *Mylasenis* et *Mylassenis* suos auctores habere existimabat: qui enim σ geminarunt, vel ipsos errasse, vel scribas, qui libros eorum descripserunt. Fidem autem nummorum veterum, quos viri docti viderunt, in his rebus certiorem esse, quam omnium librorum.

§ 9 *Donissam insulam dono dederunt*] Antiquior lectio *Drymusam*, non *Donissam*. Gelen. Vet. cod. habet *Dromisam*. Sed *Drymussam* scribendum ex Polybii fragmento XXXVI. in quo est, Κλαζομένοις δὲ καὶ δωρεὰν προσέθηκαν τὴν Δρυμοῦσσαν καλουμένην νῆσον, &c. In Msto tamen Polybii exemplari erat Δρομοῦσσα, propiore scriptura ad librum Ms. Livianum. Sed Stephanus item edit Δρυμοῦσσα. *Ursin. Dromisam* Harl. et Mead. ambo. *Dromissam* Voss. Lov. sex, Hearnii L. 1. et edd. principes. Δρίμυσσαν hodie editur apud Thucyd. VIII. 31. Sed vide quæ ibi viri docti notarunt. Similia, atque hoc loco, Ursin. etiam notavit ad Polyb. p. 293.

§ 10 *Et Iliensibus Rhœteum et Gergithum addiderunt*] Qui pro *Gergithum Gargarum* legendum existimarunt, errant. Strabonis Græcus codex, quem Aldus exhibuit, *Gergethium* per η in medio identidem habet, cum Herodotus per ι scribat. Interpres Strabonis videtur melius habuisse exemplar, quam sit Aldinum, per *i* enim scribit, ut Herodotus. Facit etiam nonnihil ad hunc errorem vulgi abusus, qui ι et η eodem pronunciant sono. *Glar. Rhœtum* Voss. et Gaertn. *Rhœthum* Lov. 1. *Rohetum* Lov. 6. *Rhœcium* Harl. *Rhœtium* Lov. 2. 3. 4. 5. Mead. ambo, et edd. vett. Vide ad XXXVII. 9. § 7. Similiter Ῥοίτιον dixisse Thucyd. lib. IV. c. 52. et l. VIII. c. 101. viri docti observarunt. Vide etiam Harduin. ad Plinii VIII. 29. Alii contra nomen hoc Græce scribendum existimant Ῥοίτειον. Vide Wasse ad priorem locum Thucyd. id igitur Latine *Rhœtium* et *Rhœteum* efferri posset. Certe XXXVII. 37. § 1. ubi iterum Rhœtei mentio fit, licet Mss. vario modo corruptas lectiones præferant, omnes tamen penultima syllaba literam *e* servant. Dein *Gregitum* Lov. 2. *Gagitum* Lov. 3. *Gigerthium* Lov. 6. *Gergitum* Lov. 4. 5. et Gaertn. Ad marginem autem edd. Venetarum monemur videre, an *Gargarum* legendum sit, et consulendos esse Plin. ac Strab. quæ conjectura recte Glareano displicuit. Certe Strabonis XIII. p. 616. memoratur in Æ-

olide prope fontes Caici κώμη Γέργηθα, εἰς ἣν μετῴκισεν Ἄτταλος τοὺς ἐν τῇ Τροάδι, τὸ χωρίον ἐξελών. A Plinio etiam v. 30. recensetur 'Gergithos' Æolidis oppidum, quod suo tempore interiit, et forte illud est, in quod Gergithi Troadis incolas traductos esse Strabo refert. Γέργιθας oppidum memorat Herodot. v. 122. et VII. 43. Ceterum hæc periodus, qua liberalitas decem legatorum erga Ilienses et Dardanios describitur, apud Polybium non obcurrit; quam aliunde Livius accepit, ut beneficia Romanorum erga ultimos originis suæ auctores jactaret.

Non tam ob recentia ulla merita, quam originum memoria] Vox *ulla* deest in Lov. 1. 3. 6. et Voss. Sed reliqui omnes eam tuentur. Dein *originum memoriam* Voss. et Lov. 1. ac 6. quasi præpositio *ob* ἐκ κοινοῦ repetenda foret. Male. Habet enim hæc variatio *non tam ob merita, quam memoria* nescio quid decoris, quod placet, et genium Livii redolet, qui innumeris locis simili aliisque modis orationem variare solitus est. Ita II. 56. 'Quum Volero nihil, præterquam de lege, loqueretur.' v. 1. 'Pro seditionis eum principe, non vani sermonis auctorem, habebat.' c. 19. 'Fatalis dux ad excidium illius urbis servandæque patriæ.' VII. 30. 'Amicitiam in perpetuum, auxilium præsens a vobis petitum:' ubi quædam vide. c. 32. 'Non factionibus modo, nec per coitiones, sed hac dextra, mihi tres consulatus peperi.' c. 21. 'Qui nihil, præterquam de libertate, cogitent.' IX. 2. 'Non fœdere pax Caudina, sed per sponsionem, facta est.' XXV. 40. 'Socios, ad retinendos in fide animos eorum, ferendoque cuique auxilium, adiit.' XXIX. 19. 'Plus prope per seditionem militum, quam bello, amissum.' XXXIV. 52. 'His duceni quinquageni æris in pedites divisi, duplex centurioni, triplex equiti.' XXXV. 10. 'Major gloria in Scipione; Quinctii recentior.' c. 34. 'Media urbe ac per forum manu Eurylochum tenens.' XXXVI. 3. 'Nihil referre, ipsi coram, an ad præsidium nunciaretur.' c. 24. 'Partim per semiruta, partim scalis integros muros transcendunt.' XXXVIII. 20. 'Animadvertit, meridiana regione terrenos colles esse, ad septentrionem arduas rupes.' c. 40. 'Eum scisse, non alia, quam per Thraciam, redituros Romanos.' XXXIX. 8. 'Multa dolo, pleraque per vim audebantur.' XLV. 34. 'Ut in equitem quadringeni denarii, peditibus duceni dividerentur.' Similia et apud alios observantur. Sall. Jug. c. 23. 'Aut per vim aut dolis tentare.' Ovid. Her. v. 15. 'Super stramen fœnoque jacentibus.' Her. VIII. 110. 'Fugio, sicut ab hoste, virum.' Colum. XII. 2. 'Ubi chorus canentium non ad certos modos, neque numeris præeuntis magistri consensit.' Tacit. Ann. I. 7. 'Per uxorium ambitum et senili adoptione inrepsisse.' Sueton. Cæs. c. 16. 'Ut comperit paratos, qui vi ac per arma prohiberent.' Vide Burm. ad Suet. Vesp. c. 19. et Virg. Æn. I. 41. ac Cort. ad Sall. Catil. c. 33. § 1. et Jug. c. 7. § 1. ac c. 22. § 2. Huc refer similes variandi rationes passim obvias. Ita XXV. 40. 'Inde primum initium mirandi Græcarum artium opera, licentiæque huic factum est.' IX. 6. 'Multo sibi mœstiores et abjectioris animi visos.' XXIV. 8. 'Lacus Trasimenus et Cannæ tristia ad recordationem exempla, sed ad præcavendum simile utili documento sunt.' XXXI. 17. 'Matronas omnes in templo Dianæ, pueros ingenuos in gymnasium includi juberent.' c. 26. 'Subeundo muros et comminanda obpugnatione:' de quo etiam vide ad XXIV. 39. § 1. Ita v. 11. 'Plenum vulnerum et pavore incidentem portis exercitum viderint.' XXXII. 21. 'Nostrorum ipsi vulnerum obliviscamur, cædes in media Peloponneso

factas.' Ejusdem generis plura passim observari possunt. In verbis quoque varias variandi rationes Livium captasse, videbimus ad XXXIX. 14. § 9.

§ 11 *Bello præstiterunt, et agro donarunt, et in omni præcipuo honore habuerunt*] *Præstiterant* edidit Clericus: quod utrum deliberato consilio fecerit, an operæ aberrarint, nescio, quia nihil ipse monuit: *præstiterunt* servant non tantum omnes edd. priores, sed etiam codd. quibus usus sum. Clerico nihilominus adhæret Crevierius. Dein *et in omni honore habuerunt, et agro donurunt* Lov. 1. 6. et Gaertn. At verba *et agro donarunt* desunt in Voss. quæ tamen perperam a scriba omissa esse, inde constat, quod eadem exstent apud Polyb. in Exc. Legat. num. XXXVI. Χίους δὲ καὶ Σμυρναίους, ἔτι δ' Ἐρυθραίους ἔν τε τοῖς ἄλλοις προῆγον, καὶ χώραν προσένειμαν, ἧς ἕκαστοι κατὰ τὸ παρὸν ἐπεθύμουν, καὶ σφίσι καθήκειν ὑπελάμβανον· ἐντρεπόμενοι τὴν εὔνοιαν καὶ σπουδὴν, ἣ παρέχοιντο κατὰ τὸν πόλεμον αὐτοῖς.

§ 12 *Phocensibus et ager*] Antiquior lectio *Phocæensibus*, non *Phocensibus*. Leviculum hoc videtur. Interest tamen non parum. Phocensium gens in Græcia est: Phocæensium civitas ultra mare in Ionia. *Gelen. Phocæensibus* legendum, ut sit a Phocæa Æolidis urbe adjectivum Φωκαιεύς. Nihil enim hic de Phocide Græciæ regione. *Glarean.* Virorum doctorum emendationem probat Polyb. l. laud. Ἀπέδωκαν δὲ καὶ Φωκαιεῦσι τὸ πάτριον πολίτευμα καὶ τὴν χώραν, ἣν καὶ πρότερον εἶχον. Similiter codd. errarunt XXXVII. 32. § 11. Vide ad v. 34. § 8. Mox *ante bellum habuerunt* Voss. Lov. 6. et Gaertn. Deinde *permissum est* Lov. 3.

§ 13 *Lycia et Caria datæ usque ad Mæandrum amnem, præter Telmissum*] Pall. *duta ejusque ad Mæandrum.* Forte legendum *datæ eis usque ad Mæandrum.* Vet. ed. *data et usque.* Gebh. *Data usque ad Mæandrum* Lov. 6. et Harl. *data ejusque ad Mæandrum* Lov. 4. et Mead. ambo. Quod quum et Gebhardo in Pall. obvium fuisset, inde legendum conjecit *datæ eis usque ad Mæandrum*, consentiente ex meis Lov. 3. At nihil mutandum puto. Olim una serie scriptum fuerat *Datæusque;* quod inperite librarii in voces diviserunt, unaque litera addita dedere *data ejusque*, quia *Lycia et Caria* numero unitatis *data* requirere putabant. Ex eodem fonte promanavit et altera lectio *data et usque ad Mæandrum*, quæ et in Lov. 5. exstat, et in antiqq. edd. usque ad Moguntinos. Hi autem, quum *datæ* in cod. suo invenissent, vulgarunt *datæ et usque ad Mæandrum.* Froben. tandem a. 1535. emendavit *datæ usque ad Mæandrum;* quod superest in Voss. Lov. 1. 2. et Gaertn. Polyb. loc. laud. Ῥοδίοις ἐχρημάτισαν, διδόντες Λυκίαν καὶ Καρίαν τὰ μέχρι Μαιάνδρου ποταμοῦ. Ex quo etiam loco τὸ *eis* non necessarium esse patet. Insuper *præter Messum* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Mead. ambo, Gaertn. et edd. priscæ: *præter Missum* Lov. 3. 6. et Harl. *præter Thelmessum* emendavit ed. Mediol. 1505. quod Ascens. 1513. recepit: *præter Telmissum* Moguntini, quod rectum est. Vide ad XXXVII. 56. § 4. Primam syllabam vocis *Telmissum* interceperat ultima dictionis præcedentis. Paullo ante *priore anno*, pro *priore decreto*, Lov. 3.

§ 14 *Castella, vicos, agros ejus, quibus finibus*] Τὸ *ejus* delendum hic esse, et res clamat, et monent oportune membranæ: et nihil sane aliud, quam turbando huic alioqui elegantissimo loco est. *Modius. Castella, vicos, agrum, quibus* Lov. 1. 2. 3. Harleian. et Mead. uterque: *et castella, vicos, agrum, quibus* Lov. 5. et edd. vett. Moguntini itaque monuerunt se *agros* in cod. suo invenisse, quod Aldus recepit. Frob. deinde 1535. τὸ *et* expunxit; sed *ejus*, quod Modio displicuit,

vicissim addidit. Polyb. ita exprimit loc. laud. Τότε τῆς μὲν Εὐρώπης αὐτῷ προσέθηκαν Χερρόνησον, καὶ Λυσιμαχίαν, καὶ τὰ προσοροῦντα τούτοις ἐρύματα, καὶ χώραν, ἧς Ἀντίοχος ἐπῆρχε.

§ 15 *Quum Prusias rex ademerat, ei restituerunt*] *Prusia rex* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Utrumque in usu fuit, *Prusias* et *Prusia;* quod posterius exstat XXIX. 12. 'Ab rege fœderi adscripti Prusia Bithyniæ rex, Achæi, Bœoti.' Ea de re vide Quinctil. Iustit. Orat. I. 5. p. 67. et quæ ibi notavit Burm. Deinde vox *ei* deest in Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Gaertn. et edd. antiqq. *ademerat ei, restituerunt* edidit Frob. 1535. Pro *ei* inveni *et* in Lov. 4. Harl. et Mead. utroque. Ceterum dissentit hic Livius a Polyb. qui ita inquit loc. laud. [Εὐμένει προσέθηκαν] Μυσοὺς, οὓς πρότερον αὐτὸς παρεσκευάσατο. Ursinus itaque, ne Livius a Polybio dissentiat, in notis ad d. l. Polybii hic legendum conjicit *Prusiam.* Verum ita nullus sensus erit, nisi forte operæ aberrarint, et *Prusia* vel *Prusiæ* voluerit. Ea tamen emendatione recepta, quid faciendum erit de *ei restituerunt?* An Romani Eumeni restituerunt Mysiam, quam Eumenes Prusiæ ademerat? Ipsa potius Polybii verba vitiata videntur. Et res confecta foret, si pro αὐτὸς legere liceret Προυσίας vel ὁ Προυσίας. Sed id nimis temerarium videtur. Ab aliis itaque auxilium exspecto.

§ 16 *Lucaniam et Myliadam*] Ita, utraque dictione corrupta, exemplaria vulgo habent. Ego *Licaoniam et Misiam* reposui. Proximus id liber demonstrat. *Sabell. Milyada* lege, non *Mityadam.* Gelenius. Antonius Sabellicus hoc loco pro *Mytiadem* putat reponendum *Mysiam,* cum Livius priore versu *Mysiam* post duas Phrygias numerarit. Ego *Milyada* restituendum censeo, cujus in Pamphylia multi meminerunt authores. Præterea *Telmissum* hic Lyciæ urbem designari, non *Termessum* Pamphyliæ, quod Strab. XIII. p. 665. de Eumene fatetur, ubi de Lyciæ urbibus. *Glar.* Monstra lectionum, quæ in his et sequentibus nominibus dederunt librarii, recensere nihil attinet, quum recepta lectio sit genuina. Itidem inter ea, quæ Eumeni data sunt, Polyb. l. laud. memorat Λυκαονίαν, Μιλυάδα, Λυδίαν, Τράλλεις, Ἔφεσον, Τελμισσόν. De ultima urbe dubium injicit Crevier. quasi XXXVII. 56. excipiatur, tamquam neque Rhodiis danda, neque Eumeni. Sed vide quæ ad XXXVII. 56. § 5. notantur.

§ 17 *Inter Eumenem et Antiochi legatos*] Ed. Mog. *inter Eumenis et Antiochi legatos.* Sed frustra est. Ipsum enim Eumenem in re præsenti fuisse, arguit, quod præcessit c. 37. 'Ipse,' (Cn. Manlius consul puta) 'quia Eumenem regem et decem legatos ab Roma Ephesum venisse audierat, jussis sequi Antiochi legatis, Apameam exercitum reduxit.' *Modius. Inter Eumenis et Antiochi legatos* Lov. 5. et omnes edd. ante Aldum, qui recte ex cod. Mog. *inter Eumenem* recepit. Probat eam lectionem Polyb. Eumenem ipsum præsentem fuisse innuens, loc. laud. Εὐμένους μὲν εἶναι φάσκοντος, &c.

Quum esset, quia pars ejus citra, pars ultra Taurum est; integra res ad senatum] Vix definire queas, qui hujus divisionis termini fuerint, ita superius Tanaim fluvium nominavit, cum cis Taurum ditionem definire vellet. Hic ipsam Pamphyliam in duas dividit partes, idque per Taurum montem. Cæterum si idem mons Chelidonio promontorio disterminatur, ut Plinius inquit V. 27. aut potius Tauri initium montes dicuntur, qui supra Chelidonias insulas sunt in Pamphyliæ ac Lyciæ confinibus, ut Strabo asseverat XIV. 666. non video quomodo Ptolemæi pictura, vel ipsi authores jam citati cum Livii hac descriptione conveniant. Mihi sane in codice Li-

vii multa suspecta. Sed judicent doctiores. *Glar.* *Integra ad senatum rejicitur* Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. vett. *ad senatum integra rejicitur* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Verum τὸ *res* vel ultima præcedentis, vel prima sequentis vocis syllaba intercepisse videtur. Ceterum observat Ursinus ad Polyb. Exc. Legat. num. XXXVI. Livium hic non reddidisse sensum Polybii, qui narrat Eumenem contendisse, Pamphyliam citra, at legatos Antiochi, eam ultra Taurum esse: retulit itaque caussam, cur alter regionem illam Asiæ citra, alteri Asiæ ultra Taurum adnumerandam existimarint. Nonnihil subcurri potest, mutata ita distinctione: *quum esset; quia pars ejus citra, pars ultra Taurum est, integra res ad senatum rejicitur.* Ita retulit Polyb. quo argumento hinc Eumenes, inde legati Antiochi Pamphyliam sibi vindicare conati sunt; Livius vero, quid Manlium et decem legatos permovit, ne de eare sententiam tulerint, sed quæstionem ad senatum rejecerint.

CAP. XL. § 1 *Pacem cum Eumene servarent*] *Servaretur* Mead. 1. unde suspicio nasci posset, legendum *pax cum Eumene servaretur.* Sed, nihil mutandum esse, reliquorum vulgatum defendentium consensus ostendit. Unius cod. librarius compendium *servarēt*, id est *servarent*, et *servaret*, id est *servaretur*, perperam commutavit: quo nihil in scriptis est frequentius. Præter exempla quæ laudantur ad II. 26. § 4. vide ad IV. 23. § 5. c. 41. § 7. 10. V. 5. § 10. c. 9. § 6. c. 19. § 11. c. 28. § 9. cap. 47. § 7. et innumeris locis. Paullo ante *cum decem legatis, cumque exercitu* Harl.

§ 2 *Denunciavitque, . . . agrorumque*] Copulam *que* utroque loco omittunt Lov. 2. Harl. et Mead. 1. priori tantum Lov. 3. 4. et Mead. 1.

§ 3 *Contractis deinde ex omni ora navibus*] *Ab omni ora* Voss. et Gaertn. Mox *per Attalum*, pro *per Athenæum*, Lov. 3. Tum *ab Elatia abducta* idem Lovel. 3. Male: *adducta* nempe ad Hellespontum, quo Manlius cum omni exercitu profectus erat. Vide ad XXXVI. 40. § 3. Deinde vox *omnes* deest in Lov. 6.

§ 4 *Thraciam, per quam iter vulgo horrebant, ingrederetur*] *Traiciam* Gaertn. *Threciam* Mead. 1. quomodo etiam quidam codd. *Threcum* mox § 7. Vide ad XXXVII. 33. § 3. Tum *ingrederentur* Lov. 5. et 6.

§ 5 *Melana quem vocant, inde postero die ad Cypselas pervenit*] Hic genere fœminino *Cypselas* quidam legunt, quum XXXI. 16. *Cypsela* genere neutro dixerit. Strabo VII. p. 322. *Cypselon* vocat singulari numero. Est autem locus inter Hebrum ac Melana, Thraciæ flumina. *Glar.* *Melanam* perperam Lov. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. Deinde *quem vocant, pervenit. Ipse postero die* Harl. *quem vocant accolæ: postero die* Hearnii L. 1. *quem vocant accolæ: inde postero die* Lov. 3. Male. XXXIII. 17. 'Leucade ad Heræum, quod vocant, naves adplicuit.' XLII. 53. 'Superatis montibus, quos Cambunios vocant.' c. 58. 'Circa tumulum, quem Callicinum vocant.' c. 67. 'Regionem, Marenen quam vocant, cepisse.' XLIV. 11. 'Romanus munimenta ad Clitas, quas vocant, a Macedonico ad Toronaicum mare perducit.' XLV. 33. 'Ad Spelæum, quod vocant, biduum moratus.' Et ita forte, uno cod. præeunte, emendandum est cap. seq. *Præter Apollinis, Zerynthium quem vocant, templum.* Tum *Gypseium* Harl. *Gypseia*, vel *Gipseia* Voss. Lov. 1. 2. et Mead. 1. *Gipsea* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *Gipsia* Gaertn. *Gypsera* Lov. 6. *Gypseias* Lov. 4. et Mead. 2. *Gypseas* Lov. 5. *ad Gypseas* primæ edd. Mox *a Gypseis*, vel *a Gipseis* omnes codd. *Cypsela* ante Glareanum jam receperat Frob. 1535. Alii scribunt *Cypsella.* Ita fere exhibent codd. XXXI. 16. § 5. Vide Harduin. ad Plinii Hist. Nat. IV. 11. ubi laudando

locum Thucydidis v. 33. Cypsela in Arcadia cum Cypselis Thraciæ confudit: quum tamen, Stephano, quem ipse laudat, diligenter inspecto, errorem hunc vitare potuisset. De variis hujus nominis urbibus vide Wasse in Addend. ad Thucyd. p. 671. Mox § seq. *τὸ erant* deest in Lov. 3. ut ita *inpedimenta media, plaustra cum pecunia publica* per adpositionem, figuram Livio admodum frequentem, dicatur. Verum reliqui eam vocem servant.

§ 7 *Itaque, quum per saltum iret, Thracum decem haud amplius millia*] Pall. uterque *Threcum decem aut amplius millia.* Gebh. *Ita cum per saltum* Voss. Lov. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Ea lectio probari potest. Tum autem *Ita* notabit, ea ratione divisi, agmine composito, ordinato. Sæpius autem alibi hæ voces commutantur. Vide ad XXI. 53. § 7. Si quis tamen vulgatum præferre malit, non adversabor. Tum vero *Itaque* referendum ad præcedentia, ubi via silvestris, angusta, confragosa excepisse dicitur; et *Itaque* notabit, 'quoniam igitur via adeo difficilis et ponendis insidiis opportuna fuit.' In codd. autem *Ita* præferentibus ultima syllaba *que* intercepta erit a sequenti voce *quum.* Vide alia ejus erroris exempla ad II. 35. § 7. V. 8. § 8. VI. 9. § 4. IX. 13. § 12. c. 34. § 26. et pluribus aliis locis. Deinde *Thræcum* Lov. 1. *Threcum* Lovel. 4. Harl. et Mead. ambo. Vide modo ad § 4. Eadem varietas aliquoties adhuc infra hoc cap. obvenit. Insuper *decem aut amplius millia* Voss. Lov. 2. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *aut amplius decem millia* Harl. Alibi sæpe *aut* et *haud* perperam confundunntur a librariis. Vide ad XXVIII. 2. § 11.

Astii, et Cæni, et Maduateni, et Coreli] Astios puto, a quibus apud Ptolemæum III. 11. Ἀστικὴ præfectura; ut a *Cænis* Καινική. Plinius *Cænicos* vocat eos populos IV. 11. *Corelos* non sane reperio. Ptolemæus Κοιλητικὴν vocat præturam: item Plinius d. l. *Cæletas.* Ex his lector dispiciat quid restituendum. De Maduatenis nihil invenio. *Glarean.* Ms. sine ulla litura retinet *et Maduateni, et Corili.* Ed. vero Mognnt. omissis aliis habet *Astii et Cornelii.* Modius. Libri omnes habent *Astii et Cornelii ad ipsas angustias.* Gebhard. *Astri et Cornelii,* reliquis omissis, Voss. *Astu Cornelii* Harl. *Astii Cornelii* Mead. 1. *Astii et Cornelii* Lovel. sex, Mead. 2. Hearnii L. 1. et Gaertn. *Astii et Corneli* edd. vett. *Asti, et Ceni, et Maduateni, et Coreli* cod. Mog. quod Aldus recepit, nisi quod *Astii et Cæni* dederit. Deinde *Cæletæ,* pro *Coreli,* Vascos. ex sententia Glareani recepit. Ex his *Astii* et *Cæni* inlustrati sunt a Glareano ad h. loc. Pro *Maduateni,* qui a nemine memorantur, Ortel. in Thes. Geogr. legit *Mædobithyni,* de quibus videndus est Casaub. ad Strab. VII. p. 295. Verum Strabo eos, deserta Europa, in Asiam transiisse refert; quod ante hæc tempora, nulla sobole in pristinis sedibus, quas Mysi occuparunt, relicta, fecisse, verisimile est: unde etiam hic memorari nequeunt. Doujatius conjecit *Madyteni,* a Madyto vel Madytis, Chersonesi Thracicæ urbe. Si in emendandis scriptoribus adsensum semper meretur, qui vocem corruptæ vel literarum ductibus, vel sono similem substituit, Doujatio hic palma negari non posset. Verum quædam obstant, ne conjecturam ejus probare possim. Primo enim Stephanus testatur, Græcos gentile a Μαδυτὸς formasse Μαδύτιος, a Μάδυτα autem Μαδυτεύς. Latini itaque *Madytius* et *Madytensis.* Non exciderunt, quæ de vocibus *Mylasenus* et *Alabandenus* notavi ad cap. 39. § 8. Verum ibi exemplis docui, ea forma Latinos gentilia hæc extulisse: quod Doujatio similiter faciendum erat. Secundo vetus nomen istius urbis fuit Μαδυτὸς, quo Herodot. VIII. 33. et IX. 119. ac Xenoph. Hist. Græc.

I. in princ. usi sunt. Scylax etiam, si vera est Jac. Gronovii conjectura, in Peripl. p. 67. Eorum exemplo *Madytus* vel *Madytos* vocatur Livio XXXI. 16. et XXXIII. 38. Inde jam secundum Stephanum fit Μαδύτιος sive *Madytius*. Ejusdem urbis nomen recentiores Græci extulerunt Μάδυτα, et hinc formarunt gentile Μαδυτεύς. Jam iterum Doujatio probandum erat, si non exemplis, sed analogia *Madytenus* tueri vellet, jam Μάδυτα tempore Livii Græcos, vel *Madyta* ipsum Livium usurpasse. Tertio de nullo Chersonesi Thracicæ populo hic cogitari potest. Iis enim transitum non daturi videntur, qui Lysimachiam, in Isthmo, sive, ut Mela II. 2. inquit, in radice magnæ peninsulæ sedentem, præsidio obtinebant. Puto igitur gentis hodie incognitæ nomen fuisse, quales plures in regione barbara fuisse verisimile est. *Cæletæ* longius recedunt a voce *Coreli*, quæ in cod. Mog. vel *Corneli*, aut *Cornelii*, quæ in reliquis codd. superest. Vel hic idem dicendum, quod de Maduatenis modo dictum est; vel vide utrum placere possint *Corpili*, aut *Corpilli*, qui a Plinio adcolæ Hebri vocantur Hist. Nat. IV. 11. ubi vide notas et emend. Harduini. Adde viros doctos ad Steph. de Urbib. in voce Κορπιλοί. Donec certior aliunde lux adpareat, cod. Moguntini lectionem reduxi.

§ 8 *Non sine Philippi regis Macedonum fraude id factum: eum scisse, non alia*] *Non sine Philippi scientia regis Mac. id factum esse; scisse non aliter* Lov. 3. *Philippi Macedonum regis* Lov. 2. Harl. et Mead. ambo: *id facturum* Lov. 1. Mox *per Thræciam* Lov. 1. *per Threciam*, vel *per Thretiam* Lov. 4. et Mead. ambo. Vide ad § 7.

§ 9 *Donec armati transirent*] Id est, quamdiu transeunt, interim dum transeunt. Hæc est omnium codicum meorum lectio, etiam cod. Mog. ut et priscarum editionum; quarum postea aliæ, ut Mediol. a. 1480. Tarvis. utraque, plures Venetæ, et seqq. dederunt *transierunt*, pro quo Aldus ex fide Msti Mog. iterum *transirent* revocavit.

§ 10 *Quæ in plaustris erant, diripere, partim sub oneribus jumenta abstrahere*] Τὸ *erant* abest a Voss. quod etiam non requirerem, si plures codd. consentirent. Dein *diripuere, partim, &c. distraxere* Voss. et Gaertn. *diripere, partim, &c. distrahere cœperunt* edd. vett. Sed vide ad I. 50. § 5. Froben. a. 1535. recte edidit, ut nunc vulgo legitur; cui consentiunt reliqui codd. quos adhibui. Insuper *sub oneribus jumenta extrahere* Lov. 3. *ab oneribus jumenta abstrahere* Lov. 5. et ed. Camp. Mox § seq. *pluribus simul locis* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo.

§ 12 *Barbaris per calles notos incursantibus*] *Per calles notas* Lov. 1. 2. 4. 5. Mead. ambo, et Lovel. 6. a m. pr. cum edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm. Vide ad XXII. 14. § 8. ubi Gebhard. testatur, se hoc loco etiam in utroque Pall. et vet. ed. eamdem lectionem reperisse. Dein *concursantibus* Gaertn. *obcursantibus* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. usque ad Gruter. cujus ultima demum *incursantibus* exhibuit. Priscam igitur lectionem revocavi. Supra II. 45. 'His freti obcursant portis, ingerunt probra.' l. XXI. c. 28. 'Galli obcursant in ripam cum variis ululatibus cantuque moris sui.' XXII. 15. 'Numidæ, alii atque alii, obcursantes refugientesque, ad castra prope ipsum pertraxere.' Paullo ante *inpeditos oneribus completosque* Lov. 3.

§ 13 *Ut fors tulit, ... pugnantibus inpedimento sunt*] *Ut sors tulit* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Mead. 2. Gaertn. et edd. vett. pro quo Frob. 1535. recte *fors* substituit: 'sorti' enim hic locus esse nequit. Innumeris locis hæc vocabula miscuerunt librarii, ut vidimus ad I. 4. § 4. Adde quæ notantur ad IV. 43. § 1. V. 13. § 12. VI. 8. § 5. c. 22. § 6. VII. 38. § 8. VIII. 5. §

7. c. 37. § 3. x. 36. § 9. xxx. 30. § 3. xxxii. 28. § 2. aliisque locis. Tum *pugnantibus inpedimentum sunt* Lov. 5. et ed. Camp. *pugnantibus inpedimento fuerunt* Lovel. 2. Paullo ante *ipsaque onera plaustraque* Lov. 1. et 3.

§ 14 *Alii enim pluribus, quam ipsi erant, alii paucioribus, obcurrerant*] Pall. *alii pluribus occurrerant*, recisis reliquis. Vet. ed. respuit *enim*. Gebh. Τὸ *enim*, quod deest in omnibus meis, Hearnii L. 1. et edd. vett. primus Aldus, sed ex cod. Mog. fide, addidit. Præterea *pluribus occurrerant*, mediis omissis, Lovel. 4. *pluribus occurrebant* Mead. 2. *occurrebant* etiam Harl. et Gaertn. Paullo post *fortuna pugnæ est* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Dein *utrimque multi cadunt* Lovel. 5. *multi cadunt utrimque* Lov. 6.

§ 15 *Jam nox adpetebat*] Lovel. 3. *adparebat*, sollemni scribarum lapsu. Vide ad xxxvii. 32. § 14.

Cap. xli. § 1 *Circa templum Mendidium*] *Vendidium* habebant quidam codd. unde quidam *Bendidium* emendarunt, sed non placet. Nam *Mendidia* inter multa alia Thracum sacra Strabo numerat lib. x. *Glar.* Vet. lib. *Mendidium*. At Strabo meminit *sacrorum Bendidiorum* apud Thracas x. 471. Ἀθηναῖοι πολλὰ τῶν ξενικῶν ἱερῶν παρεδέξαντο, καὶ δὴ καὶ τὰ Θράκια καὶ τὰ Φρύγια· τῶν μὲν γὰρ Βενδιδίων Πλάτων μέμνηται, τῶν δὲ Φρυγίων Δημοσθένης. Glareano tamen *Mendidium* placet. *Sigon.* 'Bendis,' ut scribit Hesychius, lingua Thracum Diana appellatur, unde et 'Bendidia' ejus feriæ Athenis vocabantur: nam ejus sacra e Thracia adscita Athenienses receperant, illisque feriis disseruit in Piræeo de optimo reipublicæ statu Socrates, ut a Platone refertur. *Turneb.* Advers. xiv. 11. Pall. et vet. ed. *Mendidium*. Gebh. *Mendidium* omnes codd. nostri, Hearnii L. 1. N. et edd. antiqq. *Vendidium* dedit ed. Mediol. a. 1505. quod Ascensius annis 1513. et 1516. in margine ostentavit; pro quo recte Froben. a. 1531. *Bendidium* reposuit, eamdem lectionem Sigonio et Turnebo probantibus. Præter illos videndus est Meursius in Græc. Feriata lib. ii. voce Βενδίδεια· ubi multis docet, Thracas Dianam Βενδὶν, sacra ejus Βενδίδεια vocasse; eadem autem sacra deinceps Athenienses recepisse, et in Piræeo celebrasse. Βενδὶς, numen peregrinum, memoratur apud Lucian. in Jov. Tragœd. p. 683. Ἡ Βενδὶς δὲ αὕτη, καὶ ὁ Ἄνουβις ἐκεινοσὶ, καὶ παρ' αὐτὸν ὁ Ἄττις, καὶ ὁ Μίθρης, καὶ μὴν ὅλοι ὁλόχρυσοι. Sed Βενδίδειον in Icaromenipp. p. 737. Ἐξ οὗ δὲ ἐν Δελφοῖς μὲν Ἀπόλλων τὸ μαντεῖον κατεστήσατο, ἐν Περγάμῳ δὲ τὸ ἰατρεῖον ὁ Ἀσκληπιὸς, καὶ τὸ Βενδίδειον ἐγένετο ἐν Θράκῃ, καὶ τὸ Ἀνουβείδιον ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ τὸ Ἀρτεμίσιον ἐν Ἐφέσῳ, ἐπὶ ταῦτα μὲν ἅπαντες θέουσι.

Duplici circumdata vallo] *Circumdato* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Infra xxxix. 37. 'Muris, velut compedibus, circumdatis vincti per centum annos servistis.' Vide ad xxx. 19. § 8.

§ 2 *Primis se conjungunt*] *Se jungunt* Gaertn. *se conjungit* Lov. 5. et priscæ edd. forte quia præcesserat 'pars mansit.' At recte Froben. a. 1535. reposuit *se conjungunt*, quod non tantum præfert cod. Mog. sed et omnes nostri reliqui. Id etiam requirit præcedens 'priusquam se moverent.' Usitatum fuisse, ut collectivo singulari in altero membro verbum singulare, in altero plurale aptaretur, vidimus ad xxx. 42. § 16. Paullo ante *quam omoverent*, sive *commoverent*, Gaertn. Male. 'Movere' est castra movere. Et eo sensu capiendum hoc verbum in multis eorum locorum, quæ laudantur ad x. 4. § 9.

§ 3 *Quum et inpedimentorum pars et calonum*] Ms. *quum jam impedimentorum pars*. Modius. Cap. 40. dicit 'jumenta sub oneribus.' Vide Oudendorp. ad Front. ii. 1. § 11. *Duk. Quum*

inpedimentorum et calonum pars Lov. 1. et 3. *quum et inpedimentorum et calonum pars* Voss. Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Mox etiam *milites*, omisso præcedenti *et*, Lov. 3. 4. et Mead. ambo. Tà *et milites* desunt in Harl. *et militum aliquot* legit Gaertn. a m. pr.

Q. Minucii Thermi morte omissum est inceptum] Sincera lectio *plurimum Q. Minucii Thermi morte damni est acceptum*. Gelen. Lectionem, quæ ante Gelenium vulgo exstitit, servant Voss. Lov. 5. et Harl. Neque multum differunt reliqui: nam *amissum* tantum, pro *omissum*, legunt Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. Sed *plurimum Q. Minucii Thermi morte amissum est acceptum* legit Mead. 1. ut in excerptis ejus notatum inveni; qui tamen *inceptum* etiam præfert in margine. Sed Gelenio adsentior.

§ 4 *Præter Apollinis, Geruntium quem vocant incolæ, templum*] Non *Geruntium*, sed *Zerynthium* lege, attestantibus Mss. codd. et Stephano. *Gelen.* Pall. *Zeruntium*. Gebh. *Geruntium*, præter edd. ante Gelenium, legunt Lovel. 3. 5. et 6. *Geriniteum* Gaertn. *Gerentium* Hearnii L. 1. *rerūcium* Mead. 1. *Zeruncium* Lov. 4. Mead. 2. et Harl. *Zeruntium* Voss. et Lov. 1. *Zeryntium* Lov. 2. Sed recte *Zerynthium* emendavit Gelenius. Hinc 'Zerynthia litora' apud Ovid. Trist. I. 10. 18. 'Venimus ad portus, Imbria terra, tuos. Inde levi vento Zerynthia litora nactis, Threiciam tetigit fessa carina Samon:' ubi vide Burmann. et alios. Quum in editione Gron. a. 1665. operarum lapsu *Zerynthum* editum fuisset, eamdem lectionem plerique recentiores servarunt, præter Doujatium et Crevierium, qui verum reduxerunt, atque insuper posterior pronomen *quem*, quod facile suppleri potest, et invito Livio, qui id libentius supprimit, huc inrepsit, ablegandum putat. Ego, si quid mutandum, potius delerem vocem *incolæ*, quam nescit Lov. 2. Ita c. 40. 'Ad amnem, Melana quem vocant, inde postero die Cypsela pervenit:' ubi vide.

§ 5 *Aliæ angustiæ circa Timpira*] Herodot. lib. VII. capp. 108. et 109. 'Strymam' oppidum hoc tractu ponit. *Timpira* quid sit, non reperio. Quidam *Tempyra* legunt, quod mihi æque ignotum. *Glareanus. Tempora* Gaertn. *Tepyra* Lovel. 1. *Teupyra*, quod Frob. 1535. reposuit, non tantum servant reliqui scripti, sed etiam edd. principes, ac nominatim, quas vidi, Camp. Rom. 1472. ac Parm. quibus proximæ Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et plures dederunt *Tympira*. Idem nomen Nic. Heinsius ex Mss. reddidit Ovid. Trist. I. 10. 21. 'Saltus ab hac terra brevis est Tempyra petenti.' Alii etiam Itinerario Antonini p. 322. ubi vide Wessel. Mox *nihil silvæ circa est* Lov. 2. et Mead. 1.

§ 6 *Trausi, gens et ipsa Thracum*] Idem Herodot. lib. V. ab initio *Trausos* vocat, apud alios authores rara illorum mentio. Quidam codd. *Transi* per *n* legunt, sed perperam. Apud Herodot. per T prima, non Θ scribitur. *Glar.* Θραύσους vocat Stephanus eosdem, quos Ἀγαθύρσους. *Sigonius. Thransii* Voss. et Lovel. 3. *Thransi* Lov. 5. et Mead. 1. *Transfigi* Lov. 6. *Transiens et ipsa* Gaertn. *Transigens et ipsa* Lov. 2. 4. et Mead. 2. *Transgres et ipsa* Harl. Ortelius in Thesaur. Geogr. voce 'Thrasum' indicari putat gentem, habitantem in tractu, quem Θράσον vocat Procop. de Ædif. Justin. IV. Ceterum Stephan. non Θραύσους vocat, sed Τραύσους. Mox *ut procul conspicerentur* Harl. τὸ *ut* omittitur in Lov. 4. et Mead. utroque. Tum *signis collocatis* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Insuper § seq. *Confertim abeuntes* Hearnii L. 1. Male. Liv. XXIX. 34. 'Plures simul conferti porta effusi.'

§ 8 *Saren adpellant*] Ed. vetus *Sa-*

lentum appellant. Modius. Pall. *Salent*. Vet. ed. *Salentum*. Gebh. *Salentum appellant* Lov. 3. 5. et Hearnii L. 1. *Salent appellant* Voss. Lov. 1. 4. Harl. et Mead. ambo: *solent appellare* Lov. 2. et 6. *Saren appellant* primus Frob. edidit 1535. Proxime accedit Gaertn. *Salen appellant* exhibens.

Priaticus campus eos excepit] 'Priatici' qui sint, nusquam invenio. Cæterum Herodotus VII. 108. ubi Xerxis a Dorisco iter describit, hoc in loco 'Brianticæ regionis' meminit. Plinius etiam IV. 11. 'Priantarum.' Variatum in *p* et *b* haud magno discrimine. At litera *n* omitti non debuit. *Glar*. Ms. *Triaticus campus eos excepit*. Modius. *Primaticus campus* Lov. 2. *Pariaticus* Mead. 1. Ortelius in Thes. Geogr. voce 'Briantica,' Glareano adsensus, campum hunc esse credit, quam Brianticam regionem Herodot. vocat. Vide Salmas. ad Solin. p. 112. Si vera foret Doujatii conjectura, ita dici a redimendis captivis, et per literam *p*, et sine *n* scribi deberet. At non ego credulus illi. Mox *partem ex agris, &c. partem ex navibus* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Vide ad XXXI. 26. § 9.

§ 9 *Ab stativis diei via Apolloniam fuit*] Hanc urbem author noster, ut ex descriptione liquet, inter Maroneiam ac Abderam ponit. At Plinius loco jam dicto inter Strymonem ac Œsymam memorat. Est autem longe alia ab ea, quæ sequitur paulo post ad Ionium mare. *Glar*. *Diei via Apolloniam ingressus fuit* Voss. et Lov. 1. ac 6. *diei via Apollonia fuit* Lov. 2. De locutione 'via Apolloniam' vide ad XXII. 16. § 4. Ceterum Apollonia conlocatur inter fluvios Neston et Strymona apud Melam II. 2. 'Ultra Nestos fluit, et inter eum et Strymona urbes sunt Philippi, Apollonia, Amphipolis.' Similiter Plinius IV. 11. 'In ora a Strymone Apollonia, Œsyma, Neapolis, Pastos. Intus Philippi colonia, Scotusa, Topiris, Nesti amnis ostium.' Ex utriusque autem Melæ et Plinii testimonio Abdera fuit ultra Nestum. Quomodo igitur Livius iter Manlii, a Chersoneso Thracica in Macedoniam proficiscentis, describens, Apolloniæ ante Abderam, sive ante Abderitarum agrum meminisse potuit?

§ 10 *Per medios Thracas, dies noctesque*] *Per medios Thracas idem exercitus*, omnibus mediis omissis ob repetitam vocem *Thracas*, Voss. et Lov. 1. Vide ad IX. 11. § 11. Mox *tamen suspectum* Lov. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, et edd. ante Aldum.

Donec in Macedoniam pervenerunt] Ptolemæus Macedoniam longius ad septentrionem extendit, quam alii authores: quod antea etiam alicubi monuimus. Itaque Neapolis, quæ Ptolemæo est in Macedonia, Livio et Plinio est in Thracia. *Glar*. *In Macedoniam pervenere* Lovel. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 12 *Præcedenti ad exploranda loca agmen Mutini Numidæ obcurrisse*] *Præcedenti ad e. l. agmini Mutinis* Lov. 6. et Mead. 2. ut *agmini* dicatur de copiis Mutinis: *præcedenti ad e. l. agmine Mutinis* Lov. 2. *præcedenti ad e. l. agmini Mutini* Voss. Lov. 1. et Gaertn. ut sensus erit, obcurrisse Mutini, qui præcedebat agmini. Nihil muto. Virg. Æn. IX. 47. 'Tardum præcesserat agmen Viginti lectis equitum comitatus.' Paullo ante *tunc quoque Claudius* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Vide ad II. 12. § 15. Mox in seqq. *quatuor centum* quædam ex antiqq. edd. Vide ad XXXIII. 4. § 5. Tum *paucos et elephantos* Mead. 1. *paucos eis elephantos* Harl.

§ 13 *Per medios hostes cum centum quinquaginta delectis equitibus*] *Per medios hostium* Vossian. Lov. sex, Harl. Mead. 1. et Gaertn. *Medius omnium* est XLII. 58. Verum *medius omnium* dicitur, qui inter omnes est medius. Vide ad XXVIII. 6. § 2. Hic autem

indicatur, Mutinis filium per mediam partem hostium perrupisse; quo sensu præstare videtur *per medios hostes*, ut Aldus ex cod. Mog. edidit; cui, ut videtur, consentit Mead. 2. Horum, et præsertim illius, auctoritatem spernere nolui. Ita paullo ante, 'Reliquum inde per medios Thracas.' Vide ad III. 30. § 8. Tum vox *quinquaginta* deest in Voss. Lov. 1. 3. 6. Hearnii N. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Hinc *delectis peditibus* legunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. At Livius modo narravit, Mutinem Numidam, præter elephantos, tantum quadringentos equites secum habuisse. Illi igitur, quibuscum filius ejus per medios hostes perrupit, delecti non 'peditum,' sed 'equitum' fuere. Solent ita peccare librarii. Vide ad XXXVII. 40. § 10. Præterea *prorupisse* Lov. 3. Vide ad IX. 43. § 15.

Eumdem mox, quum jam Mutines, in medio elephantis conlocatis] *Eumdem quum mox Mutines jam* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. Gaertn. et edd. ante Frob. 1535. Hinc *medio elephantis collatis*, omissa etiam præpositione *in*, Lov. 5. Vide ad X. 32. § 5. Eadem præpositio deest etiam in edd. antiqq. quam intercepit proximæ vocis litera initialis. Vide ad XXXVII. 1. § 2. Eam primi addiderunt Moguntini, qui quidem de cod. suo nihil monent, nostri tamen reliqui Mss. adsentiuntur; nisi quod præferant *locatis*. Vide ad XXXV. 40. § 7. Mox *in cornu* omnes nostri cum priscis edd. pro quo Moguntini ex cod. suo emendarunt *in cornua*. Præterea *errorem*, pro *terrorem*, librariorum lapsu, Voss. Lov. 3. Mead. 1. et Gaertn. Vide ad XXIV. 30. § 6.

§ 15 *Nondum adeo hiberno contemto mari*] *Nec inde ab hiberno* Voss. et Lovel. 1. *nondum ab hiberno* ceteri codd. et edd. ante Moguntinos, qui *adeo* pro *ab*, fidem Msti sui secuti, dederunt.

CAP. XLII. § 1 *Nulla memorabili in provincia re gesta*] Pall. *memorabili nulla in provincia gesta re*. Gebh. Pariter Lov. 4. *gesta re* etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et edd. ante Aldum. Deinde *ut probabilis moræ caussa esset* Lov. 2. sed *τὸ esset* deficit in Lov. 1.

§ 2 *Comitia consulibus rogandis fuerunt ante diem duodecimum Kalendas Martias*] *Comitia de consulibus rogandis* Voss. Lovel. 1. 6. et Gaertn. Male. Vide ad II. 8. § 3. *Rogandi* erat in Lov. 5. An librarius voluit *coss.* sive *consules rogandi?* Vide ad X. 11. § 3. Potius tamen nihil muto, et existimo ultimam literam vocis *rogandis* excidisse ob similitudinem primæ in voce sequenti. Vide ad IV. 33. § 11. Dein *ad duodecimas Kalendas* Lov. 4. Harl. et Mead. 1. *ad duodecimum Kalendas* Mss. reliqui, cum priscis edd. ante Sigonium, qui recte *A. D.* sive *ante diem*, emendavit. Vide quæ ipse aliique notarunt ad XXVII. 23. § 7.

§ 4 *Postero die prætores facti*] *Posteri die* Voss. quod eodem modo dictum videri posset, quo Ciceronem et alios 'die quinti,' 'die pristini,' 'die crastini,' 'die proximi,' et similia usurpasse, observat Gell. X. 24. Verum, aliunde non constare, eadem Livium sectatum esse, monui ad IX. 23. § 11. Videri etiam posset, librarium dare voluisse *Postridie*. Præstare tamen puto, cum ceteris scriptis nihil mutari.

L. Terentius Massaliota] Membranæ *L. Terentius Massiliota*. Modius. Pall. *Massaliata*. Vet. ed. *Messala*. Gebh. Huic prætori prænomen *Q.* tribuunt Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Moguntinos, qui ex cod. suo emendarunt *L. Terentius:* quod cur verius putem, mox dicam. Tum nomen *Terentius* deest in Harl. At de cognomine adhuc minus convenit. *Nasica* dicitur in Lov. 6. et Crevierii

Victorin. *Messala*, vel *Messalla*, vel *Massalla* in Lov. 5. et edd. principibus. Verum neque hoc, neque illud inter Terentiæ gentis cognomina reperitur. *Massalita* Vossian. *Massilica* Lov. 1. *Massiliaca* Lov. 3. *Massiliata* Gaertn. *Massaliata* Lov. 4. Harl. et Mead. 2. *Masiliata* Lov. 2. et Hearnii L. 1. *Massaliota* Mead. 1. neque aliter Frob. 1535. edidit, quem recentiores secuti sunt. *Massiliota* Moguut. cod. Ei vero fidem abrogare non audeo. Contra Crevierius *Massa* conjecit, et in contextum recepit, quia ita etiam edebatur XXXI. 50. et XL. 35. Verum neutro loco, neque etiam hic, ullus cod. ita præfert; et lectio, quam Crevier. probavit, demum a Grutero recepta est, quod ita scribendum judicaret Pighius in Annal. quem vide locis XXXI. 50. § 3. laudatis, et ad a. IDLXXVI. p. 346. Ceterum utroque loco prænomen Terentio Massiliotæ tribuitur *Lucii*, et quidem priori loco, ubi ædilis plebeius memoratur, idem esse videtur, atque ille, qui hic prætor creatur, quamvis inter utrumque magistratum gestum majus effluxerit spatium, quam effluere soleat. Posteriori loco, ubi fuisse dicitur tribunus militum, prioris filium intelligebat Pighius in Ann. ad a. IDLXXVI. p. 346. eum 'Lucii filium' vocans; quum se prænomen patris prioris Terentii ignorare bis superius indicarit. Non quidem adversor: attamen per L. Terentium Massiliotam tribunum militum etiam illum intelligi posse contendo, qui hoc tempore præturam obtinuit. Cum eo enim alius tribunus militum 'T. Mænius' ibidem memoratur, qui videtur anno post Terentium præturam obtinuisse XXXIX. 6. Ex his etiam colligitur, rectius huic prætori prænomen *Lucii*, quam *Quinti*, tribui.

M. Furius Crassipes] Voss. Lov. 4. 6. et Mead. ambo legunt *Grassus*, sed *Crassus* Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. vett. pro quo Frob. 1531. recte *Crassipes* reposuit. *Crassus* enim non fuit gentis Furiæ cognomen, sed *Crassipes*: certe 'Furius Crassipes' dictus est Ciceronis gener, cui filia ejus Tullia nupsit. Vide Fabricii vitam Cic. ad a. IDCXCVII. Memoratur autem hic *M. Furius Crassipes* triumvir coloniæ deducendæ XXXIV. 53. et XXXV. 40. prætor iterum XLI. 28. Sed duobus prioribus locis varie etiam librarii errarunt.

§ 5 *Comitiis perfectis, quas provincias prætoribus esse*] Pall. *persecutis*. Gebh. Similiter peccabatur in Lov. 1. 4. 6. Harl. et Mead. utroque. Dein *prætoriis* Voss. eodem errore, quo datum est *principiis* pro *principibus*. Vide ad XXI. 60. § 7.

Decreverunt duas Romæ, juris dicendi caussa] Pall. *hi decreverunt*. Gebh. *Hi decreverunt* Lov. 4. et Mead. 2. *ii decreverunt* Lov. 5. et edd. antiqq. Pronomen prima omisit ed. Ven. an. 1498. hinc Moguntina, et post eas reliquæ. Deest etiam in reliquis codd. Sæpe librarios his aliisve pronominibus orationem Livii, minus apte, ut putabant, cohærentem, connectere conatos fuisse, vidimus ad XXXIV. 56. § 1. Tum *juris dicundi* cod. Mog. quod Aldus recepit, et ed. Francof. Feyerab. 1578. iterum mutavit, consentientibus recentioribus. Lectionem igitur Moguntinam revocavi. Mox τὸ *Sicilium* deest in Lov. 2. Postea *atque Sardiniam* legunt Lov. 2. Harl. et Mead. 1. *ac Sardiniam* Lov. 1. 3. 4. 6. et Mead. 2. Præterea *in Italiam* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. Harl. Mead. 1. Gaertn. et edd. vett. At recte Ascens. 1513. *in Italia* restituit.

§ 6 *Sortiri jussi. Ser. Sulpicius*] *Sortiri jussisse. R. Sulpicius* Voss. et Lov. 1. qui voluisse videntur *jussis. Ser. Sulpicius*, ut legunt Lov. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. quod probari posset, si distinctio ita mutaretur, *jussis, Ser. Sulpicius*. Legi etiam

posset *jussi sunt. Ser. Sulpicius.* Nam verbum *sunt* sæpe a librariis notatum est unica litera *s*, eaque voci præcedenti adcrevit. Vide ad XLV. 17. § 6. Vulgatum tamen defendendum contendentibus non adversabor. *Jussis P. Servius Sulpicius* Lov. 3. Sed gentem Sulpiciam præter prænomen *Servius* aliud quidem prænomen adhuc adsumsisse, verum scriptores utraque exprimentes eo casu *Servius* quasi pro gentili habuisse, et gentilitium *Sulpicius* omisisse, vidimus ad IX. 37. § 2.

§ 7 *Jussu M. Claudii prætoris urbis*] Pighius ad Val. Max. VI. 6. 3. pro 'Claudio' substituit 'Culleonem,' prætorem hujus anni. Sed Valerium, qui hoc confert in annum, quo Lepidus et Flaminius consules fuerunt, quod anno priore factum erat, errasse, ibi ostendit Perizonius. Pighius quoque deinde in Annal. ad a. IDLXV. errorem suum ipse correxit. *Duk. Prætoris urbani* Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et ed. Sigonii, quum in multis præcedentibus per epitomen *pr. urb.* at in antiquissimis recte *prætoris urbis* scriptum fuisset. Vide ad XXV. 1. § 11. Paullo ante τὸ *Myrtilus* deest in Lov. 6. et Gaertn. ejus loco *Sergius* præfert Lov. 3. *Mirallus* inter versus. *Mirulus* Lov. 1. 2. Voss. Harl. et Mead. 1. *Mirtillus* Lov. 5. et edd. vett. *Myrtilus* substituit ed. Frob. 1535. quomodo ea vox sæpe in marmoribus vetustis scripta obcurrit. In sequentibus *Carthaginem advecti* Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. 6. Gaertn. et edd. vett. pro quo eadem Frob. ed. recte *avecti* reposuit. Vide ad IX. 4. § 1.

§ 8 *Utrique Ligures provinciam decrevit*] Ita omnes scripti nostri, nisi quod *utique* præferat Gaertn. Verum *utrisque* cod. Mogunt. Vide ad XXXVI. 16. § 6.

§ 9 *Consules ambos in valles Ligurum includi*] *Consules ambo* Lovel. 1. 2. et Harl. Vide ad XXXV. 21. § 5. Deinde *valle Ligurum includi* Harl. *in valle Ligurum includi* Lovel. 2. 4. et Mead. ambo. Forte eam vulgatum mutandi caussam librarii habuere, quod non *in valles*, sed *in vallibus includi* dicendum existimarent. Verum, et alterum in usu fuisse, videbimus ad c. 59. § 10. Et sane in plures valles distincta erat Ligurum regio, et hinc recte *in valles*, quod reliqui codd. servant. Paullo ante *Hinc*, pro *Huic*, Lov. 1. et Mead. 1. Vide ad XXV. 40. § 2.

§ 10 *Velut pro Philippo atque Antiocho substitutos, regnare*] *Veluti* Lov. 3. *velut Philippo atque Antiocho substitutos* Lovel. 2. et Harl. Sed reliqui codd. constanter præpositionem servant. Nihil itaque muto. Cic. in Verr. III. 69. 'Nunc pro te Verrem substituisti alterum civitati.' Dein *pro Philippo et Antiocho* Voss. *pro Philippo Antiochoque* Lov. 1. et 6. Mox *consulem iis*, vel *his*, *potius* Voss. Lov. 3. 6. Harl. et Gaertn.

§ 11 *Vagari eos cum belli terrore*] *Nugari eos* Voss. Lov. 1. 4. et Mead. 1. sed primus et ultimus *Vagari* pro varia lectione adscriptum præferunt. *Nugare* Lov. 6. et Gaertn. Literarum *ua* et *nu* similitudo in scriptura Longobardica caussa fuit, ut hæ voces commutarentur. *Nunc vagari eos et terrore belli* Lov. 3. Amat Livius in similibus adhibere præpositionem *cum*. Vide ad XLIII. 23. § 1. Mox *vindicantes* Lov. 1. *vendicantes* Voss. Lov. 4. 5. 6. Harl. Gaertn. et edd. vett. usque ad Ascens. qui a. 1513. substituit *venditantes*, pro quo Mog. cod. *vændentes*. Vulgatum non displicet. Flor. l. 1. c. 13. 'Mille auri pondo recessum suum venditantes.' Petron. c. 13. 'Tamquam mendici spolium etiam fastidiose venditabat.' Mox *exercitibus* deest in Lov. 5. et quibusdam veterum edd.

Sicut Man. Acilio, L. Scipioni consulibus M. Fulvius et Cn. Manlius successisset] Copula *et* haud dubie falsi calami opus est: quippe sicut mox ante

dixit 'Man. Acilio, L. Scipioni,' sic quis negabit nunc quoque dixisse *M. Fulvius, Cn. Manlius?* Jac. Gronov. Quæ modo præmittitur in capite hujus notæ lectio, in uno tantum exstat Lov. 5. et edd. antiqq. nisi quod codex, et edd. Camp. ac Rom. a. 1472. *sicut M. Tullio* præferant; iis autem edd. proximæ *M. Acilio*, vel *M. Atilio*, vel *M. Attilio* legunt. *M. Tullio* etiam est in Voss. Lov. 1. 3. 5. Mead. 2. et Victor. Crevierii: *M. Attilio* in Lovel. 2. 6. Mead. 1. et Gaertn. at recte *M'. Acilio* Sigonius edidit; cui recentiores dicto audientes fuerunt. In reliqua eorum verborum parte uno ore Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et Crevierii Victor. legunt *L. Scipio consul, L. Scipioni M. Fulvius.* Et ita Frob. 1535. edidit; pro quo Vascosanus priscam, Sigonius Frobenianam, alii iterum priorem lectionem revocarunt. Verum proprie M. Fulvius et Cn. Manlius non M'. Acilio et L. Scipioni, sed uni Scipioni, ut Scipio Acilio successerunt. His igitur permotus lectionem, quam Frobenius proposuerat, totque testes veram esse adfirmant, reduxi. Ita conruit argumentum, quo Gronov. copulam *et* inducendam existimabat, quæ in omnibus etiam libris exstat.

§ 12 *Recepta ab Antiocho Asia*] *Erepta* Lov. 1. et Harl. Veræ lectioni fraudi fuisse videtur, quod librarii existimarint Romanos eo tempore Asiam proprie non 'recepisse,' sed 'eripuisse' Antiocho. Verum 'recipere' pro accipere, capere, sæpissime a Livio usurpari, videbimus ad XXXIX. 23. § 11. Mox *aut consules ad exercitus mitti* Lov. 1. *aut consules mitti* Lov. 4. Deinde *reportare* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Frob. qui a. 1531. recte *reportari* emendavit. Insuper § seq. *decedere de provincia, exercitum inde deducere, et redire* Lov. 3.

CAP. XLIII. § 1 *Inimicitiæ inter M. Fulvium et M. Æmilium consulem*] Æmilii prænomen deest in Lov. 6. *P. Æmilium* legunt Lov. 4. 5. Mead. ambo, et edd. vett. *Paulum Æmilium* Lov. 2. et Harl. Sed recte Moguntini ex cod. suo dederunt *M. Æmilium.* Ita enim non tantum reliqui codd. sed similiter etiam vocatur cap. præc. c. 35. XXXVII. 47. et infra sæpius. Neque aliter fasti Capitol. Dein τὸ *consulem* male omittunt Voss. et Gaertn. *inter M. Fulvium consulem erant et M. Æmilium* legit Lov. 3.

Et supra cetera Æmilius] Vet. lib. *super*, id est ultra. *Sigon.* Ita etiam omnes scripti nostri, et edd. usque ad Frob. qui a. 1535. perperam *supra* dedit. *Super* hic est 'præter,' 'ultra.' II. 27. 'Super hæc timor incessit Sabini belli.' c. 31. 'Super solitos honores locus in circo ipsi datus.' IV. 30. 'Volscorum res, super acceptam in Algido cladem, in jurgia et seditiones versa.' XXI. 31. 'Quum super cetera trepidatione ipsi sua turbarentur.' XXV. 20. 'Super eam cladem volonum quoque exercitus a signis discessit.' XXVIII. 5. 'Quos super Ætolicum bellum Machanidas etiam terrebat.' c. 46. 'Exercitum super morbum etiam fames adfecit:' ubi vide Rhenan. XXX. 8. 'Recenti super cetera victoria terribilem:' ubi vide Sigon. XXXVIII. 39. 'Clazomeniis, super inmunitatem, et Drymusam insulam dono dederunt.' XL. 56. 'Ne super inmunitatem etiam præmio sceleris frueretur.' Vide Burm. ad Phædri III. 11. 2.

Serius biennio se consulem factum, &c. aiebat] Pall. uterque *ducebat.* Vet. ed. *dicebat.* Gebh. *Dicebat* Lov. 1. 3. 6. Hearnii L. 1. Crevierii Victor. et edd. principes: *aiebat* Frob. 1535. omnesque recentiores usque ad Gronov. qui *ducebat* vulgari curavit. Cum eo faciunt ex meis Voss. Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. unde verisimile fit, idem in membranis suis Gronov. invenisse. Ea igitur caussa

fuerit, quæ Gronovium permoverit, ut ita ederet, quam se ignorare fatetur Crevierius; unde etiam *dicebat* revocavit. Mihi *ducebat* præstare videtur: quod, pro 'existimare' positum, potius librarios in *dicebat*, quam contra, mutasse censeo. De verbo 'ducere' hoc sensu usurpato vide ad IX. 22. § 3. Id autem innumeris locis cum τῷ *dicere* commutatur. Vidé ad II. 32. § 2. c. 33. § 3. III. 22. § 4. c. 48. § 4. IV. 39. § 9. VI. 9. § 12. c. 31. § 4. VII. 18. § 3. c. 32. § 10. c. 36. § 2. &c. Vide Burm. ad Nemes. Cyneg. 221. et ejusdem Ecl. I. 63. etiam quæ notantur ad Silii XII. 221. Similiter 'addictus' et 'adductus;' vide ad III. 56. § 8. 'condicere' et 'conducere;' vide ad I. 32. § 11. 'edictus' et 'eductus;' vide ad XXXIX. 15. § 11. 'indicere' et 'inducere;' vide ad X. 38. § 4. 'prodicere' et 'producere;' vide ad III. 57. § 6.

§ 3 *Imperataque a prioribus consulibus fecissent*] Uterque Pall. *imperataque prioribus consulibus.* Gebh. Similiter Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. et Crevierii Victor. *in pace essent imperata, quæ prioribus, &c.* Lov. 5. et priscæ, quas vidi, edd. Aldus deinceps, illud *quæ* ex *que a* coalnisse credens, id, quod nunc vulgo exstat, substituit, concinentibus reliquis scriptis. Præpositionem expunxit Crevierius, laudato loco Livii XXXV. 17. 'Antiocho si Smyrna et Lampsacus imperata faciant, indignum videri.' Vide ad l. VI. c. 11. § 4. Præpositionem addit Livius XXXIII. 13. 'Quæ priore conloquio imperata a Romanis essent.' XL. 34. 'Nulla arma, nisi imperata a populo Romano, sumere.' XLIII. 5. 'Duces sibi ab consule Cassio primum imperatos.' Mox *et quum eadem obedienter præstare* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. *obedienter præstare* etiam Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn.

§ 5 *Omnia exempla belli edita in se*] Pall. pro *edita* exhibent *habita.* Vet. amplius *omnia alia exempla belli habita.* Gebh. *Omnia alia exempla* Lov. 5. et edd. ante Frob. qui a. 1535. τὸ *alia* expunxit. Ea autem vox exsulat etiam a reliquis nostris. Tum *habita in se* omnes codd. nostri, Hearnii L. 1. omnesque excusi usque ad Ascens. qui id anno 1513. mutavit in *edita.* Eam vero locutionem inlustravit Gronov. ad XXIX. 27. § 3. Paullo ante *oppressos, deinde obpugnandos se* Lov. 3. *oppressos* etiam Voss. et Lov. 1. ac 6. Vide ad Epit. Liv. l. LVII. In sequentibus *minis*, pro *ruinis*, Lovel. 3. quomodo hunc locum adducens laudavit Sigon. ad XXIX. 27. § 4. Verum id librario erranti adscribo. Simili modo etiam alibi peccatur. Vide ad IX. 18. § 7. XXI. 8. § 5. et XXXIX. 37. § 3.

§ 6 *Quod se ante omnia moveat*] *Moverat* Lov. 2. Harl. Mead. 1. et, teste Hearnio, ed. Rom. princeps. Mox τὸ *urbe* deest in Lovel. 5. et edd. vett. quod Aldus ex cod. Mog. recepit. Ei vero concinunt omnes reliqui.

Simulacra Deum, Deos demum ipsos, convulsos ex sedibus suis, ablatos esse] Libri omnes *Deos imo ipsos, convulsos ex sedibus suis.* Gebh. Nescio, quis hic male curiosus infuscavit. Scripti et editi omnes usque ad Curionem, ne hoc quidem excepto, *Deos immo ipsos.* Ab eadem prorsus imprudentia, quæ Sigonium adegit vitiare illud l. XXXV. c. 49. 'Nam quod optimum esse dicunt non interponendi vos bello: nihil immo tam alienum rebus vestris est.' Sic et XXVI. 30. 'Maneant immo, inquit Marcellus, ut coram his respondeam.' Quum sic jussisset ex scripto codice legi Rhenanus, nescio, quis posteriorum fecit in vulgatis *Immo maneant.* Quamquam nostris omnibus ea particula absit. Livius iterum XXXIX. 40. de M. Porcio Catone, 'Vivit immo vigetque eloquentia ejus.' *J. F. Gron.* Verba ista *ablatos esse* sapiunt glossema: quo vitii genere contaminata locis prope innu-

meris Livii exemplaria observavimus. *Heraldus* in Arnobii I. 33. quod iterum repetit ad VI. 252. *Deos immo ipsos* omnes codd. nostri, Hearnii L. 1. N. et edd. usque ad Paris. 1573. in qua primum *Deos demum ipsos* vidi: cujus loco recte Gronov. alterum vindicavit. Dein verba, quæ Heraldus pro glossemate habebat, constanter supersunt in omnibus Mss. Cuperus etiam in exemplari suo ad verba Heraldi notarat, aliquid tamen convelli posse, et non auferri. Ceterum *convulsos, et sedibus suis ablatos* præferunt Voss. et Lovel. 3. *sedibus suis* est templis suis. Vide ad I. 55. § 4. et V. 39. § 12.

Parietes postesque nudatos. Quos adorent, ad quos precentur et supplicent, Ambraciensibus non superesse] Rectius aliquanto in Mss. codd. legitur *Ambraciensibus superesse*, quam *non superesse*. Gelen. Lectio *non superesse* probatur, quia sententiam Ciceronis reddit, quæ est in Divinatione in Cæcil. c. 1. 'Sese jam ne Deos quidem in suis urbibus, ad quos confugerent, habere, quod eorum simulacra sanctissima C. Verres ex delubris religiosissimis sustulisset.' *Sigon. Ambraciensibus non superesse* Sigonius, quæ lectio comparet quoque in vet. ed. At Pall. uterque elidit negativam *non*, sensu arguto: quandoquidem Dii Ambraciensibus ex sedibus convulsi et ablati sint, restare tantum ipsis nudatos postes ac parietes adorandos. *Gebh.* Scripti nostri cum Geleniano, *parietes postesque nudatos, quos adorent, ad quos precentur et supplicent, Ambraciensibus superesse.* Quod satis commodum videtur: quum enim Deos sublatos dixissent, si rei divinæ operam dare velint, nudos parietes ac postes, quibus pro Diis preces allegent, sibi, aiunt relictos. Non opus cum Sigonio immittere negationem. Licet et genus loquendi observes, *ad quos precentur*: propter locum Tibulli Eleg. II. 2. 'Dicamus bona verba, venit natalis, ad aras.' Quæ verba in Scaligeri, Douzæ, Passeratii, omnibusque, quas vidi, edd. ita distincta sunt, ut ipsa natalis ad aras venisse intelligatur. Quo sensu quid ineptius? Ita autem sensit poëta: 'Dicamus bona verba ad aras, venit enim natalis.' Cic. Fam. II. 18. 'Gratulatione, quam ad omnia Deorum templa fecimus.' Livius I. 20. 'Quibus hostiis, quibus diebus, ad quæ templa sacra fierent.' Manilius I. 21. 'Ad duo templa precor, duplici circumdatus æstu, Carminis et rerum.' *J. F. Gron. Postes parietesque* Voss. Lovel. 1. 3. 6. et Gaertn. Dein lectio, quam Sigonius revocabat, non modo ante Gelenium et ed. Frob. 1535. in omnibus erat excusis, verum exstat etiam in Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Contra Gelenio favent Lov. 3. 4. Mead. 2. et Hearnii L. 1. ac N. Et quidem pro Sigonio facere videtur Livii imitatio Ciceroniana, quam observavit etiam Muretus Var. Lect. XIX. 14. At altera lectio longe doctior, neque a rudibus librariis orta videtur; quam etiam recepi, ut jam antea fecit etiam Crevier. Præterea *quos adirent*, pro *quos adorent*, Voss. De ea locutione 'Deos adire' vide N. Heins. ad Albinov. ad Liviam vs. 290. et Broukh. ad Tibull. I. 5. 39. Servandum tamen puto vulgatum. *Ad quos precemur*, ut fere XXVIII. 11. 'Supplicationem ad Vestæ haberi placuit.'

§ 8 *Obsoletam viam ingressos Ambraciensis*] Ultima vox exsulat ab omnibus scriptis nostris, Hearnii L. 1. et edd. vett. Moguntini cum ex cod. suo addiderunt; quæ etiam necessaria videtur, ne ambiguum relinquatur, utri hanc viam ingressi sint, Ambraciensesne, qui Fulvium accusarunt; an Patres, quos eorum oratio movcrat.

§ 9 *Ipsum Fulvium ab Ætolis*] *Ipsum M. Fulvium* habet manu exaratus codex. *Modius.* Quod ex cod. Mog. Modius profert, Jac. Perizonius recte

probavit. Ratio enim non est, cur prænomen, reliquorum imperatorum, quos hic memorat, nominibus additum, in solo Fulvio omitteretur. Prænomen excidit in omnibus meis codd. ob ultimam literam præced. vocis *ipsum*. Vide ad XXXIX. 5. § 11. Olim edebatur *et ipsum Fulvium*, quod in uno superest Lov. 5. Moguntini non tantum *τὸ et* in cod. suo deesse, sed et Fulvio prænomen additum fuisse notarunt. In priori iis Frob. a. 1535. obsecutus est; in altero eos deseruit. Tum *ab Ætoliæ Cephaloniæ populis* Lov. 3. *τὸ et* deerat etiam in Lov. 6. et Gaertn. Paullo ante *ab Syracusanis* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. et Gaertn. Postea § seq. *τὰ et captam* non adparent in Lov. 1.

§ 11 *Qui ob has res gestas*] Libri omnes *cum ob has res gestas*. Gebh. Prima vocula abest a Voss. et Lov. 1. 3. ac 6. *cum ob has res* legunt Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. ante Frob. a. 1535. Mox in eadem etiam *et cetera spolia* primum inveni, quum priores typis exarati, omnesque scripti nostri, et Hearnii L. 1. ignorent voculam *et*.

Et fixurus in postibus suis] Solebant postes Romani spoliis hostium ornare. Polybius: *ἔν τε ταῖς οἰκίαις κατὰ τοὺς ἐπιφανεστάτους τόπους τιθέασι τὰ σκῦλα.* Maro Æneid. II. 504. 'Barbarico postes auro spoliisque superbi:' et VII. 183. 'Multaque præterea sacris in postibus arma, Captivi pendent currus, curvæque secures, Et cristæ capitum, et portarum ingentia claustra, Spiculaque, clipeique, ereptaque rostra carinis.' Sed ne ea quidem ædibus abalienatis licebat emtoribus refigere aut tollere, ut Plinius XXXV. 2. literis mandat. *Turneb.* Advers. XIV. 11. Vide Tomas. de Donar. c. 6. Harduin. ad l. laud. Plinii, et quæ notavi ad Silii I. 618. Quod hic 'figere in postibus,' sine præpositione 'figere postibus' dixit Virg. Æn. III. 287. 'clipeum Postibus adversis figo.' Liv. VII. 3. 'Clavus fixus fuit dextro lateri ædis Jovis.' 'Ad postes figere' Horat. Epist. I. 1. 4. 'armis Herculis ad postem fixis.'

§ 12 *Nihil est, quod se ab Ætolis separent*] Livius XXIV. 15. 'Pronunciat Gracchus, nihil esse, quod de libertate sperarent.' Genus loquendi ex Cic. et aliis illustrat Hadrian. Card. de Serm. Lat. p. 157.

§ 13 *Vel, si in hac utique mavult*] Rursus auctius Ms. *vel si in hac utique una vult*. Modius. Olim edebatur *vel in hac utique si mavult*. Consentit Lov. 5. Aldus contra ex auctoritate cod. Mog. voculam *si* loco motam eo trajecit, ubi nunc legitur. Id firmant reliqui nostri, qui tamen uno ore *mavult* retinet.

CAP. XLIV. § 1 *Velut omnibus notam, insimularet*] *Notam omnibus* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. Tum *insinuaret* Lov. 1.

Ne consule inimico Romam veniret] Vet. lib. *rediret*. Sigon. Non solum Sigonii cod. sed etiam Pall. uterque, et vet. ed. *Romam rediret*. Gebh. *Rediret* omnes codd. nostri, iique, quibus usus est Gronovius, quum primum Livium ederet. Neque aliter etiam edd. principes, pro quo Aldus ex cod. Mog. substituit *veniret*. Id vero ad Gronov. usque obtinuit, qui priorem lectionem reduxit. Verum Moguntina mihi præ altera placuit. Si enim *rediret* a manu Livii profectum credamus, ratio reddi nequit, cur scriba cod. Mog. ejus loco *veniret* dederit. At si *venerit* genuinum putemus, ex ejus glossemate *rediret* ortum erit. Eam itaque lectionem recepi. Sæpe autem 'venire' ponitur pro redire. Supra c. 42. 'Ad magistratus subrogandos Romam venit.' Epit. l. CVIII. 'Ut Cæsar ad petitionem consulatus veniret.' Ovid. Her. XIII. 101. 'Quum venies, remoque move veloque carinam.' Phædrus IV. 21. 7. 'Venire in patriam voluit cursu pelagio.' Hygin. fab. 257. 'Sponderet,

eum tertio die venturum:' ubi vide Munker. et N. Heins. ad Nason. Her. I. 116.

§ 3 *Captata occasio est*] *Capta occasio est* Lov. 2. 3. et Voss. 'Capere tempus,' 'occasionem' et similes locutiones inlustrantur ad XXXV. 19. § 2. eas tamen non ubique scriptoribus obtrudendas esse, recte monuit Dukerus ad Flori III. 5. § 5. et ad Livii loc. laud. Quum itaque reliqui scripti vulgatum tueantur, *capta* errantibus librariis adscribo, qui ultimam syllabam geminare neglexerunt. Vide ad X. 37. § 2. *Captus* pro *captatus* librarii perperam etiam dederunt cap. seq. § 2. Mox *fortasse* Lov. 2. Deinde *senatusconsultum factum*, omisso *τῷ* est, Lov. 3.

§ 4 *Portoria, quæ vellent, terra marique caperent*] Vitiose libri omnes *portari ea, quæ vellent, terra marique caperent*. Gebh. Ex hoc loco Sigonius de Ant. Jur. Civ. Rom. I. 16. colligit, cives Romanos non solum portoriorum, quæ in Italia caperentur, immunes fuisse, sed etiam eorum, quæ extra Italiam a sociis exigerentur. Mihi de neutris ex his verbis Livii satis liquet. *Duk. Portari ea, quæ vellent* etiam Lov. sex, Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. Pro eo Ascens. 1513. *portoria, quæ vellent* dedit. Moguntini *portoria ea, quæ vellent*. Sed Frob. 1535. Ascensii lectionem probavit. Paullo ante *suæ res omnes redderentur* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo: *suæ res omnes restituerentur* Lov. 6. *omnes res suæ redderentur* Gaertn. In sequentibus *socii nominis Latini* Lov. 4. et Mead. ambo.

§ 5 *Signa aliaque ornumenta, quæ quererentur, &c. sublata esse, de iis, &c. ad collegium pontificum referri*] Hoc dictum pro *Quæ signa aliaque ornamenta quererentur*. Ita apud Cæsar. B. Civ. I. 41. 'Pons qui fuerat tempestate interruptus, neque erat refectus, hunc noctu perfici jussit.' Ad quem locum eam locutionem ad *ἀνακόλουθον* refert Davis. Sed vide quæ ibid. notavit Clarke.

§ 6 *Postea per infrequentiam adjecit senatusconsulto*] In edd. antiqq. partim exstat *adjecit senatusconsultum*, partim *adjecit SC.* usque ad Gruter. cujus postrema dedit *adjecit senatusconsulto*. Similiter etiam variasse videntur Mss. Partim enim ex iis nihil notatur, partim Lov. 2. 4. 6. Harl. et Mead. 1. legunt *adjecit senatusconsultum*, quod unice verum est. Infra XXXIX. 4. 'Quid ab eo quemquam posse æqui exspectare? qui per infrequentiam furtim senatusconsultum ad ærarium detulerit.' Mox *non videri Ambraciam vi captam esse* Voss. et Gaertn. *τὸ esse* deest in Lov. 3. Insuper § seq. *per triduum fuit* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo.

§ 7 *Latinæ inde fuerunt*] *Latinæ indictæ fuerunt* Lov. 6. *Latinæ inde feriæ fuerunt* Vossian. Ita XXI. 63. 'Auspiciis ementiendis Latinarumque feriarum mora retenturos se.' At simpliciter *Latinæ* dixit Liv. l. v. capp. 17. 19. et XXV. 12. Quum igitur reliqui codd. vocem *feriæ* omittant, eam in uno ex glossa interpretis additam verius videtur. Alias voces, quas Livius subintelligi malebat, a librariis adjectas fuisse, vidimus ad XXXVII. 18. § 1.

§ 8 *Novis enim uterque maluit uti militibus*] *Uterque enim uti maluit novis militibus* Voss. et Gaertn. *uterque uti maluit novis militibus* Lov. 1. et 6. Mox *veteres omnes dimiserunt* Lov. 6. qui etiam § seq. præfert *cui quum absenti supplicatione prætoris senatus, &c.*

§ 10 *Et ipse commemorutis rebus*] Vocem *ipse* nescit Voss. Mox *honores haberentur* Lov. 3. Deinde *et sibi triumphanti* Lov. 6. Hinc § proximo *qui cum eo fuerunt* Voss. et Lov. 1. 3. ac 6.

CAP. XLV. § 1 *Pacis cum Antiocho faciendæ caussa, fœderisque et legum,*

&c. perficiendarum] Non fuerunt isti legati de legibus aliis perficiendis, quam quibus fœdus fieret. Itaque peregrinum sapit copulativa, ac potius scribetur ex membrana Thuan. *fœderisque legum.* XXIV. 29. 'Aut eximendum id de fœdere esse, aut legem eam fœderis non accipiendam.' XXIII. 10. 'Quum negaret, lege fœderis id cogi posse.' *Jac. Gronov.* Copulam ignorant itidem Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. Ita Virg. Æn. XI. 321. 'fœderis æquas Dicamus leges:' et Æn. XII. 190. 'paribus se legibus ambæ Invictæ gentes æterna in fœdera mittant.' Nec tamen alterum facile spernendum, præsertim reliquis Mss. copulativam defendentibus. Liv. l. XXVIII. c. 34. 'Cum quo nec fœdere, nec æquis legibus jungeretur amicitia.' Voces *cum Antiocho* desunt in Lov. 1. Tum *perficiendarum aiebant* Lovel. 6. Sed vide ad XXIII. 45. § 6. Præterea *cum Scipione*, neglecto prænomine, Mead. 2.

§ 2 *Summa ope tetendisse*] Duo priora vocabula exsulant ab Harl. sed sine dubio scribæ neglegentia. Supersunt enim in reliquis, et sæpissime apud Liv. obcurrunt. Vide ad VIII. 16. § 4. Adde Cort. ad Sall. Catil. cap. 38. § 2. Dein *contendisse* Gaertn. Male. Vide ad lib. XXVIII. c. 18. § 4.

Quum sæpe conloquiis petitis captatus esset] *Peti cœptus esset* Lov. 5. et ed. Camp. *petitis captus esset* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. pro quo Ascens. 1513. *captatus* recte reposuit. Vide ad cap. præc. § 3. Mox *conspectum ejus etiam vitasse* Lov. 2. 3. et 6. Sed τὸ *etiam* nescit Voss. Vide ad c. 32. § 4.

§ 3 *Admovisse tamen exercitum*] Pall. uterque *admosse tamen exercitum.* Gebhard. Scriptus *admosse.* Ut lib. præc. c. 53. 'Ultra Tauri juga Antiochum emostis.' *J. F. Gron.* Similiter Voss. Lov. 4. Mead. 2. et Gaertn. Livium similes contractiones amasse, vidimus ad VI. 18. § 10. Præterea *inde*, pro *tamen*, Harl. Sed vide ad V. 18. § 8.

Prope ipsis jugis ad divortia aquarum castra posuisse] *Divortia aquarum* juga sunt, unde in diversa aquæ et cœlestes et perennes divertunt. Lucan. II. 403. 'Fontibus hic vastis immensos concipit amnes, Fluminaque in gemini spargit divortia ponti.' *Turneb.* Advers. XIV. 11. Adde Manut. ad Cic. ad Att. V. 20. Cerd. ad Virgil. Æn. IX. 379. et Oudend. ad Lucan. l. II. vs. 404. *Dukerus.* Prima vox non adparet in Vossian. quam librarii pro lubitu vel addere, vel detrahere soliti fuere, ut notavimus ad VI. 27. § 11. Alia exempla vide XXIII. 15. § 8. XXXII. 10. § 11. et c. 21. § 27. J. Clericus legendum conjicit *divergia*, quia vox propria est in finibus constituendis, ut exempla in glossis Agrimensoriis Nic. Rigaltii docent. Ansam ita conjiciendi arripuisse videtur ex notis Manutii ad Cic. ad Fam. II. 10. quem locum Ciceronis hic laudat, ubi, quum Manut. docuisset, *divortia aquarum* dici locum vel partem illam montium, unde aquæ pluviæ, duas in partes divisæ, incipiunt defluere, aliisque exemplis Cic. Curtii, et hoc Livii illustrasset, addit, Flaccum Siculum in libro de Limit. eodem sensu *divergia aquarum* dixisse. Sed ipsa exempla, quæ Manutius laudat, virum clariss. permovere debuissent, ut manum cohiberet, nec invito Livio genus loquendi usitatissimum ævo, quo vixit, eriperet, substituto alio, quod diu postea demum invalnit. Aliquid fecisset, si vel Livium, vel alios ejusdem ætatis scriptores voce *divergia* usos esse probasset. Verum ne sic quidem a codicum lectione discedendum erat. Similiter Himeræ fluvii Siciliæ, qui, ex Nebrode monte ortus, partim in mare Africum, partim in Tyrrhenum effluit, *divortia* memorat Silius perpetuus Livii imitator, XIV. 353. 'qua

mergitur Himera ponto Æolio: nam dividuas se scindit in oras; Nec minus occasus petit incita, quam petit ortus. Nebrodes gemini nutrit divortia fontis.' Similiter 'divortia itinerum' Liv. l. XLIV. c. 2. 'In id tempus, quo prope divortium itinerum castra posituri erant, deliberatio ejus rei differtur.'

§ 4 *Quum nullam ibi caussam belli inveniret*] Pal. 1. *Cum ibi nullam esse belli caussam inveniret.* Gebh. *Quum ibi nullam caussam belli inveniret* Voss. et Gaertn. *Quum ibi nullam belli caussam inveniret* Lovel. 2. 4. Harleian. et Mead. ambo. *Quum nullam caussam belli ibi inveniret* Lovel. 3. Mox *ad Gallos* Harl. Tum § seq. *non ex populi jussu* Lov. 5. et edd. vett. Præpositionem omisit Frob. 1535. Eadem autem exsulat etiam a reliquis scriptis, nisi quod *non in populi jussu* præferat Lov. 3.

§ 6 *Consultum senatum, populumque jussisse*] Particula *que* vacat ex vet. lib. Sensus est, Bella superiora omnia auctoritate Patrum, jussu populi esse suscepta, neque ea ante a populo jussa esse, quam Patres auctores sint facti. *Sigon.* Eadem particula abest a plerisque scriptis et edd. Soli enim eam exhibent Voss. et Gaertner. Prima autem ed. quæ recepit, est Aldina. Mox voces *res repetitas, postremo, qui bellum indicerent, missos* desunt in Harl. ignavia scribæ ob repetitam vocem *missos.* Vide ad IX. 11. § 2.

§ 7 *Et non tuum privatum latrocinium dicamus*] Ms. *et non tuum privatum latrocinium ducamus.* Rectius meo judicio: nihil tamen hic, ut in aliis quoque, mutare volui, de iis lectorem admonuisse contentus. *Modius.* Legendum quum ex Modii cod. tum ex Pall. utroque *latrocinium ducamus.* Gebh. *Ducamus* admittendum censui. Nam cod. Moguntino consentiunt Voss. Lovel. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Vide ad c. 43. § 1.

§ 8 *Quos tibi hostes desumseras*] Pall. uterque *assumseras.* Vetus ed. *quos tibi assumseras.* Gebh. *Quos tibi asumserat* Voss. *quos ubi hostes asumseras* Harl. *quos tibi assumseras* Lovel. 1. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. *quos tibi hostes assumseras* Lov. 2. 3. 4. 6. Mead. 2. Gaertn. et editi prioribus proximi. Aldus deinde *desumseras* ex cod. Mog. probavit; cui Mead. 1. concinere videtur. Supra IV. 55. 'Duo singuli singulos sibi consules adservandos assidua opera desumunt.' VII. 20. 'Florentemque populum Romanum ac felicissimum bello sibi desumerent hostem.' Paullo ante *An in eo ipso* Harl. *An eo ipso* Vossian. Lovel. 1. 2. 3. 5. 6. Gaertn. Mead. 1. in margine, et edd. vett. *Ad eo isto* Mead. 2. *Ad eo ipso* Mead. 1. Nimirum verum est *At eo ipso,* quod Froben. 1535. recepit.

An et per omnes amfractus viarum, quum via consisteres] Scribo *quum ad bivia consisteres.* Gelenius. *Quum via consisteres* omnes nostri, et Hearnii L. 1. perperam præferunt. Dein *an per omnes* omnes iterum scripti nostri, et editi ante Sigonium, qui voculam *et* addidit. Mox § seq. *stipendia a tyrannis* Lov. 3. *stipem ab tyrannis* Lov. 1. 2. 4. 6. Voss. et Gaertn.

§ 10 *Quid enim tibi cum Œnoandis*] Ita Gronovius edidit. *Cum Orandis* Voss. Lov. 1. 2. et Mead. 1. *cum Horandis* Lov. 6. *cum Ororandis* Gaertn. *cum Oroandis* reliqui scripti, et editi ante Gronov. quod iterum adoptavi. Vide hoc lib. ad c. 37. § 11.

Loco æquo, tempore tuo pugnasti] Pall. *pugnantis.* Vet. ed. *tempore tuo pugnans.* Gebh. *Tempore tuto* Lov. 2. et 6. Interdum librarios hæc vocabula commutasse, vidimus ad IX. 23. § 11. Adde ad XXII. 39. § 21. Nihil muto. Vide ad II. 23. § 5. Præterea *pugnandi* Lov. 1. 6. et Voss. *pugnantis* Mead. ambo, Lovel. 4. et Lov. 3. inter versus: *pugnans* Lovel. 2. 3. 5. Harl. Hearnii L. 1. et edd. vett. pro

quo Aldus ex Mog. cod. dedit *pugnasti.*

§ 11 *Nullo jure gentium bellum inferentis, pœnas luere exercitum noluerunt*] Pall. uterque *nullo gentium jure bellum inf. pœnas luere ex. non siverunt.* Vet. ed. *pœnas luere ex. non sciverunt.* Gebh. *Nullo gentium jure* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Dein *pœnas luere exercitum non siverunt* Lov. 4. 5. et Mead. 2. Voces *pœnas luere exercitum* desunt in Lov. 1. at *τὰ non hostes* in Lov. 4.

Cap. xlvi. § 1 *Nolito nomen tantum existimare mixtum esse Gallogræcorum*] Hæc lectio ad auctorem Gruterum referenda est, qui ita in postrema ed. vulgavit, quasi dicendo *Nolito* L. Furius et L. Æmilius solum Cn. Manlium adloquerentur. Verum non tantum edd. priores, sed etiam plerique codd. nostri, et Hearnii L. 1. præferunt *Nolite*, ut ita adloquantur senatum. Neque aliter legendum, ostendunt, quæ sequuntur, 'imperatore nostro, subiit, subjecit,' et similia. *Nolite* igitur recte a Crevier. revocatum puto.

Et corpore et animo mixti ac mutati sunt] Scribo *et corpora et animi misti ac vitiati sunt.* Gelen. Vetus ed. *et corpore et animo misti ac mutati sunt.* Modius. Pall. et vet. ed. *et corpore et animo misti ac mutati sunt.* Gebh. Similiter omnes nostri codd. Hearnii L. 1. et edd. usque ad Froben. qui a. 1535. Gelenii emendationem recepit. Gelenium vero cod. Mog. lectionem probasse, excerpta ejus probant. Mox § seq. *in imperatore vestro* Lov. 1. 4. 5. Mead. 2. et edd. Camp. Rom. 1472. et Parm. Vide ad xxxiv. 2. § 2.

§ 3 *Ut, si non tela ex superiore loco mitterent, sed corpora sua nuda injicerent, obruere nos potuerint*] Ita primus Frob. 1535. edidit. Antea vulgabatur, *ut non tela ex sup. loco mitterent, sed si corpora sua nuda inj., obr. nos potuerunt:* quod in uno vel altero codd. meorum superest. Legendum puto *subjecit: ut non tela ex sup. loco mitterent, sed corpora sua nuda inj., obr. nos potuerunt:* quod præfert cod. Mog. et multi meorum, nisi quod unus eorum *potuere*, alter *poterant*, legant. *Ut* hic ponitur pro 'quamvis.' Vide ad xxii. 25. § 2. ubi olim ante Gronov. similiter peccabatur, et ad xxiii. 27. § 12. Eodem modo *ut jam*, pro 'licet jam,' inlustrant Nic. Heins. ad Nason. ex Pont. Ep. i. 7. 51. et Burm. ad Epigr. Ovidii, libris ejus Amor. præmissum. Posset et lectio, quæ ante Frobenium vulgo obtinebat, probari, et credi, Livium, quod priori membro *ut* dixerat, posteriori per *si* variandæ orationis caussa extulisse. Alterum tamen ob integerrimi codicis auctoritatem recepi.

§ 4 *Prope adtonitæ erant, tantæ corporum moles*] Quam multa bene, tam hoc male receptum est ex Moguntino. Scripti et prius editi impendio elegantius: *prope attoniti erant, tantæ corporum moles: fundis sag. in fug. const. sunt.* Intelligendum enim, quasi per epexegesin dictum esset: Galli, tantæ corporum moles, attoniti, consternati. Ut in illis 'auxilia irati,' et 'illa furia adsecutus est;' vide ad xxix. 12. *J. F. Gron.* An magnæ moles corporum efficere potuerint, ne attoniti redderentur cladibus eorum, quorum vires suis longe superiores esse norant, aliis considerandum relinquo. Si verba ita distinguantur, *prope attoniti erant. Tantæ corporum moles fundis sag. in fug. const. sunt*, sensus non ineptus erit, nihil minus exspectari potuisse, quam ut tantæ corporum moles tam facile ab levi armatura in fugam consternarentur. *Duk.* Non tantum *attonitæ* primi ediderunt Moguntini, sed etiam *consternatæ*, pro *consternati*, ex cod. suo receperunt: *attonitæ* etiam superest in Lovel. 2. 3. et Harl. *consternatæ* in Lovel. 4. et Mead. 2. Quamvis Moguntina lectio non displiceat, non tamen receptam mutare sustinui; quia pronius librariis fuisse

videtur, ut *attoniti* et *consternati* propter additum *tantæ corporum moles* in *attonitæ* et *consternatæ*, quam contra, mutarent. Ideo vero Furius et Æmilius fortunæ populi Romani et magno ac terribili ejus nomini adscribunt, quod Galli ruina Hannibalis, Philippi, Antiochi prope adtoniti fuerint, quia ceteroqui inde tantopere perterriti esse non debuissent, quibus Syriæ reges stipendium dare non abnuebant, quique, licet, cum Attalo congressi, prœlio superati forent, non tamen inde adeo animis infracti sunt, ut imperio absisterent; ut Livius narravit c. 16. Ceterum eodem modo, quo Dukerus, etiam Crevierius verba hæc distinguenda censuit. Paullo ante τὸ *est* non adparet in Lovel. 6. et Harl. Dein *Philippi et Antiochi* perperam legit Gaertn. Vide ad XXXV. 44. § 5.

§ 5 *Velut avium examina, ad crepitum primum missilium avolavere*] Vet. lib. *velut apium examina*, ut IV. 33. 'Fumone victi, velut examen apum, inermi cedetis hosti?' *Sigon.* Reduxi lectionem, quæ in edd. priscis, et Pall. Substituerat nobis Sigonius *apium*, minus recte. Nam aves utique reliquæ potius avolant crepitu excitato, quam apes. Nec pro eo facit locus lib. IV. Apum enim proprium fumo pelli, non etiam volucrum cæterorum. *Grut. Apum examina* soli præferunt Lov. 6. Harl. et Crevierii Victor. Reliqui constanter *avium*: quod recte Gruterus contra Sigonium vindicavit. Proprie enim apes fumo fugantur. Loco Livii, quem ipse Sigonius laudavit, adde Quinct. Decl. XIII. 13. 'Hoc,' nempe quod apes floribus tuis insident, 'veneno vindicas, quod, mehercle, inhumane etiam fumo prohibuisses?' Vide N. Heins. ad Ovid. R. Amor. 185. Quin contra, apes jam fugientes crepitu quidem terrentur, at simul etiam a fuga desistunt, ac considerent. Vide Virgil. G. IV. 58. et seqq. Varr. R. R. III. 16. et Colum. IX. 12. Et quidem proprie *examina* dicuntur apium, eadem tamen vox etiam de aliis adhibetur. 'Concharum examina' dixit Plin. H. N. IX. 35. et 'piscium examina' XXXI. 1. 'Locustarum examina' Liv. XLII. 10. 'Locustarum tantæ nubes a mari vento repente in Apuliam inlatæ sunt, ut examinibus suis agros late operirent.' Quin etiam, ut hic *avium examina*, ita 'graculorum examina' Plin. H. N. X. 29. 'Immensa alioqui finitimo Insubrium tractu examina graculorum.' Paullo ante *Claudius*, pro *gladius*, aliud agentes dederunt scribæ Voss. Lov. 1. 4. et Mead. 1. in ultimi tamen margine adscriptum fuerat *gladius*.

§ 6 *At, Hercule, nos iidem, (admonente fortuna)*] Pall. *monente fortuna*. Gebh. Scripti *monente*. J. F. Gron. *Inde nos* Voss. et Lov. 1. ac 6. *idem nos* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertner. et editi ante Aldum. Deinde *monente fortuna* Hearnii L. 1. N. et omnes nostri, nisi quod *movente fortuna* sit in Lov. 1. *monet fortuna* in Lov. 2.

§ 8 *Spolia regis Antiochi referens*] *Ferens* Lov. 3. Vide ad Epit. Liv. l. IV. Paullo ante § præc. τὸ *est* non adparuit in Voss. Præterea § seq. *senatus populusque Romanus* legit Lov. 2.

§ 11 *Quum jam senatus censuisset bella*] Scribo *censuisset bellum*: et mox *nunciaretur* singulariter. *Gelen. Censuisset bella* omnes nostri: qui tamen mox et *nunciandum esset*, et *nunciaretur* servantes, nisi quod Lov. 5. *nunciarentur*, ut erat ante Gelenium, exhibeat, emendationi Gelenii non obscure favent. *Bella* male etiam Hearnii L. 1.

An satis esset, ad præsidium aliquod nunciari] *Nunciare* Lovel. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Sed vide ad XXXVI. 3. § 7.

§ 12 *Vultis ergo hæc omnia pollui*] Thuan. *Velitis ergo*, quod non videtur temere fastidiendum. V. 53. 'Veli-

tisne illos Romanos, vos Veientes esse? an malitis hanc solitudinem vestram, quam urbem hostium esse? non equidem video, quid magis nefas sit.' XXIV. 8. 'Studiis, quæ in campum ad mandandos, quibus velitis, honores affertis.' XXXI. 29. 'Sicut vos Naupacti legibus vestris per magistratus a vobis creatos concilium habetis, socium hostemque libere, quem velitis, habituri.' *Jac. Gronov.* Eadem lectio apud me exstat in Lov. 3. apud Hearnium autem in L. 1. Mox *religionis jactura* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo.

Oblivio Deorum capiat pectora vestra] Vet. lib. *nostra.* Sigon. Pariter Lov. 3. Harl. Mead. 1. et Hearnii L. 1.

§ 13 *Non placet? non ad populum ferri*] *Non placeat* Lov. 3. Harl. et Mead. 1. Dein *non adferri*, vel *non afferri* omnes nostri: quæ lectio inde nata videtur, quod vox *populum* per literam *p* notata sit a librariis; quam ob caussam facile excidere potuit. Quum tamen, quod ita restabat, *adferri* commodum sensum non redderet, primi editores ei substituerunt *non referri;* pro quo tandem Aldus ex cod. Mog. *non ad populum ferri* probavit.

§ 14 *Dicto audientes fuerunt*] *Dicto obedientes* Voss. Lov. 1. 5. 6. et priscæ edd. Sed Aldus iterum ex cod. Mog. *audientes* restituit. Locutio 'dicto alicui audiens esse' illustratur XXIX. 20. § 11. Ex ejus autem expositione marginali altera lectio nata est. Eodem errore infécti erant quidam codd. VIII. 32. § 3. Mox § seq. *Merito igitur* Gaertn. Vide ad XXI. 40. § 6. Tum *prospero bello gesto* Voss. *prospere gesto bello* Lovel. 2. et Harl. Tandem *gesserint* Lov. 6.

CAP. XLVII. § 1 *In hunc maxime modum respondisse accepimus*] Unitatis numero Pall. uterque *accepi.* Gebh. Similiter Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Utroque modo, vel unitatis vel plurium numero, Livium efferre solitum fuisse, probant, quæ notantur ad III. 69. § 8. et IV. 41. § 7. Paullo ante *fuit* deerat in Voss.

§ 2 *Si opus esse videretur, parati essent*] Antiq. lectio *si opus esset, viderentur parati esse.* Gelen. Pall. et vet. ed. ingerunt lectionem a Gelenio emotam. *Gebh.* Eamdem ingerunt omnes nostri, et Hearnii L. 1. At sequor Gelenium, qui perantiquam lectionem indicasse videtur, quam in cod. Mog. invenit. In præcedentibus *dederint* legit Mead. 1.

§ 3 *Quod concilium dispensandæ cohonestandæque victoriæ*] Ita Modius primus edidit. Omnes priores *consilium;* quod firmant Voss. Lov. sex, et Gaertn. Et recte. Decem enim legatos imperatoris *consilium*, non *concilium*, dictos esse, docuit Gronov. ad XLIV. 2. § 5. Ita igitur edi jussi. Nec aliter edidit Crevier. Eamdem lectionem reponendam esse, etiam Dukerus vidit. Insuper *quos consilium* Lov. 3. in contextu, qui *quod* in margine adscriptum ostentavit. Et ita omnes. Vide ad XXXII. 30. § 6. Deinde *honestandæ* Voss. Lovel. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Supra XXVI. 5. 'Ingens corpus erat, et arma honestabant.' Sed 'cohonestare' Nostro restituit Gronov. ex fide codicis integerrimi, l. XXV. c. 16. 'Hortaturque, ut, quod unum reliquum fecerit fortuna, id cohonestent virtute.'

§ 4 *L. Furius, L. Æmilius*] *Et L. Æmilius*, addita copulativa, omnes codd. mei, Hearnii L. 1. et edd. vett. Eam primi expunxerunt Moguntini: utrum tamen cod. sui fide fecerint, non indicarunt. Mox *si tribuni triumphare me prohiberent* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo: *si tribuni pleb. triumphare me prohiberent* Gaertn. et id voluit librarius Voss. qui tamen *plus*, pro *pleb.* scripsit, quo eodem errore lapsus est supra § 1. *Tribuni plus antea*, pro *Tribuni plebis*, scribens.

§ 5 *Nullius equidem invideo honori*] Adde *P. C.* Gelen. Voces *Patres conscripti*, quas Gelenius addendas monuit, desunt in omnibus meis, et Hearnii L. 1.

Inpedientes Q. Fabii Labeonis triumphum, auctoritate vestra deterruistis] De triumpho Fabii vide ad XXXVII. 47. De intercessione tribunorum plebis nihil memorat ibid. c. 60. Nec tamen obscure significat, se non minus, quam inimicos Fabii, credidisse, ab eo hostem omnino non visum. Sed tribuit, opinor, Manlio sermonem, quem personæ et causæ illius convenire putabat. *Duk.* *Deterruistis auctoritate vestra* Gaertn. *decrevistis auctoritate vestra* Voss. Lov. 1. 3. et 6. *decrevistis* etiam Harl. Mox *omni modo non vidisse* Lov. 6. Tum *jactitabant* Gaertn.

§ 6 *Cum centum millibus ferocissimorum hostium*] *Ferocissimorum hominum* Harl. Sed vide ad XXIV. 40. § 14. Mox *cepi aut cecidi* Lov. 1. 2. et Harl. Vide ad XXXVI. 30. § 6. Dein *quam terra Italiæ est* Lovel. 3. Sed vide ad XXV. 7. § 4.

§ 7 *Accusantibus meis ipse legatis, dico*] Vet. lib. *accusantibus me his legatis*, quod probo: neque enim legatos decem, ad constituendam provinciam missos a senatu, imperator suos legatos appellaverit. *Sigon.* Pall. uterque *accusantibus me his ipse legatis dico.* Vet. ed. *accusantibus hisce legatis dico.* Gebh. *Accusantibus me meis legatis* Lov. 3. *accusantibus me his*, vel *iis*, vel *is*, *ipsis legatis* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. *accusantibus me his legatis* Lov. 2. *accusantibus me his ipse legatis* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo: *accusantibus hisce legatis* Lovel. 5. et ed. Camp. *accusantibus legatis* edd. reliquæ ante Aldum, qui ex cod. Mog. adoptavit, quod nunc vulgo circumfertur.

§ 8 *Et gestum temere atque inprudenter*] *Sed gestum temere* Lovel. 6. Vide ad XL. 58. § 1. Videri posset prima litera τοῦ *sed*, vel *set*, adhæsisse ex ultima vocis præced. verum ibi alio ordine *cum Gallis bellum* exhibet idem cod. Deinde *et imprudenter* Harl. *atque impudenter* Voss. et Lov. sex, errore scribarum. Vide ad lib. XXXIX. c. 28. § 11.

§ 9 *Ea de illis quoque, qui Asiam incolunt, existimetis Gallis. Remota universæ, &c.*] Vet. lib. *ea de illis quoque, qui Asiam incolunt, existimetis. Gallos, remota un. gentis inf. atque inv. per se ipsos æstimate.* Sigon. Libri omnes *de illis quoque, qui has terras incolunt, existimetis Gallis. Remota un. gentis inf.* Gebh. Non potest non suspecta esse vox *Gallos* locum accuratius consideranti. Non enim communiter quoscunque illius gentis populos, sed illos proprie, qui Asiam incolebant, æstimare jubet senatum, ut patet ex præcedentibus. Nisi igitur excludenda est plane, repone, ut a Moguntinis editum, *ea de illis quoque, qui terras has incolunt, existimetis Gallis. Remota un. gentis inf. atque inv. per se ipsos æstimate.* Jac. Perizon. Edd. principes exhibent *qui terras has incolunt*, neque aliter est in omnibus scriptis nostris, et Hearnii L. 1. nisi quod *has terras* præferant Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Aldus deinde *qui Asiam incolunt* ex cod. Mog. adscivit, quod editores servarunt usque ad Gronov. Is autem in pr. ed. not. *Asiam* glossema esse contendens, *terras has* ex vett. edd. reposuit, præsertim quum scripti etiam *has terras* præferrent. Nihilominus lectionem Moguntinam præstare puto, quia nihil præcessit, unde colligatur, quæ regio per *terras has* intelligenda sit. Quod enim antea dixit 'citra juga Tauri omnia pacatiora, quam terra Italia est, reliqui,' hinc remotius est, quam ut commode eo referri possit. Quin etiam Gronovius, emendationem hanc in repetitis curis omittens, tacite cod. Mog. præstantiam agnovisse, et

alterius lectionis patrocinium deseruisse videtur, licet tamen eam in contextu retinuerit: ex quo nunc iterum ejeci. Insuper, licet Sigonio, interpunctionem mutanti, et *Gallos* emendanti, faveant Voss. Lov. 1. 6. Harl. et Gaertn. priorem tamen lectionem, quam Perizon. probavit, et reliqui codd. tuentur, revocavi. Mox *extimate* Lov. 1. 3. 4. 6. *existimate* Lov. 2. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Verum ea vox modo præcessit. Accedo igitur ceteris Mss. qui vulgatum servant. Vide ad XXXIV. 2. § 5.

§ 10 *Quam me accusantem, audiretis*] *Quam me accusantes* Voss. Lov. 4. 6. et Harl. Ita *accusantes* intelligendum erit de Furio et Æmilio ex decem legatis, qui Manlium accusabant. Sed probo vulgatum *accusantem*, quod est in reliquis scriptis. Accipiendum autem de ipso Manlio, qui inmanitatem Gallorum Asiam incolentium accusabat. Paullo ante *utinam Asiæ omnes civitates* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. et Mead. ambo: *utinam omnes Asiæ civitates* Lov. 6.

§ 11 *Mittite, agedum, legatos circa Asiam ad omnes urbes, et quærite*] Antiq. lectio est *circa omnes Asiæ urbes*. Gelen. Omnes libri *circa Asiam ad omnes urbes*. Gebh. *Agendum* Voss. Lov. 1. et Gaertn. vide ad IX. 33. § 7. *agitedum* Lov. 3. inter versus, cujus lectionis auctori displicebat, *age* vel *agedum* jungi plurali numero. Ita tamen Silius loquitur XI. 169. 'huc, age, adeste.' Pari modo usurpant Græci ἄγε. Vide Raphel. Observ. ad N. Test. ex Xenoph. p. 332. Dein *circa Asiam ad omnes urbes* omnes nostri, et Hearnii L. 1. Tandem *exquirite*, pro *et quærite*, Lov. 3. quod plerumque redditur, diligenter quærite. Verum ea emphasi hic opus non est, et Manlius tantum simpliciter quæri vult. Eam itaque lectionem potius errori scribæ adtribuo, de quo vide ad c. 49. § 4.

Utrum a graviori servitute, Antiocho ultra Tauri juga moto, an Gallis subactis, liberati sint] Antiq. lectio est *utra graviori servitute*, et *emoto* potius, quam *moto*. Gelen. *Utrum graviori servitute* Lov. 1. *utrum graviore servitute* Voss. et Lov. 3. *utrum a graviore servitute* Lov. 6. et Gaertn. *utrum a graviori servitute* reliqui nostri. Verum eruditior est, quam Gelenius probavit, lectio, quam ut ab indocto librario profecta existimari queat. Similiter Cic. de Finib. II. 10. 'Summum enim bonum et malum vagiens puer utra voluptate dijudicabit, stante, an movente?' 'Liberare' autem 'servitute' æque Livius dixit, quam 'a servitute.' Certe 'liberare obsidione' obcurrit XXII. 15. § 9. et XXIII. 37. § 10. ubi quædam vide, et ad VI. 20. § 10. Et ita mox h. cap. 'Liberatos per vos regio imperio.' Quin et forte pro *utra* olim ad marginem adscriptum fuit *utrum*; quam utramque lectionem conservaturus dedisse videtur *utrum, a, graviori*, ut indicaret, se et *utrum* et *utra* invenisse. Vide ad III. 44. § 4. Deinceps *Antiocho* et *emoto* exsulant a Voss. prior vox etiam a Lov. 1. At *moto* habent reliqui mei, pro quo recte *emoto* Gelenium substituisse censeo; est enim verbum Livio familiare. Vide ad XLII. 50. § 6. Insuper *Gallis sublatis* Gaertn. *subjectis* Lov. 3. Vide ad Epit. Liv. CXVIII. Denique *liberati sunt* Lov. 2. 6. et Gaertn.

§ 12 *Quum vix redimendi captivos copia esset, et mactatas humanas hostias inmolatosque*] Pal. 1. habuit *cum his vix redimendi captivos copia esset? Mactatas humanas hostias*. Gebh. Si hoc verum est, sine dubio retinuerunt ex religione antiquæ patriæ; de qua vide Cæs. B. G. VI. 16. et de Britannis Tacit. Ann. XIV. 30. *Duk.* Τὸ *et* deest in Lov. 3. 4. et Harl. et Mead. utroque: quod intercidit ob similitudinem ultimarum literarum vocis præced. Vide ad XXXV. 41.

§ 7. *Sed mactatas* legunt Voss. Lov. 1. 2. 6. et Gaertn. Dein *inviolatosque* Voss. Paullo ante *vastati sunt* Voss. Lov. 1. 2. 6. et Gaertn. Tum *prædæ eorum abactæ* Gaertn. Hinc *referam* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

Cap. xlviii. § 1 *Hoc inpotentius in Asia Galli dominarentur*] *Hoc potentius* Voss. Lov. 2. Harl. et Mead. 1. quod vel ex glossemate natum (vide ad xxx. 16. § 5.) vel stupori librariorum adscribendum est, qui nesciebant 'inpotens' non tantum de eo dici, qui nihil potest, sed etiam qui nimium potest, qui potentia abutitur. iii. 36. 'Inpotentibus instructi consiliis ad Idus Maias rem perduxere.' vii. 39. 'Inpotensque et crudele consulum ac Patrum in se regnum passurum.' xxx. 16. 'Transferentium initium culpæ in Hannibalem inpotentiæque ejus fautores.' xxxiii. 46. 'Horum in tam inpotenti regno (neque enim civiliter nimiis opibus utebantur) prætor factus Hannibal.' xxxiv. 2. 'Domi victa libertas nostra inpotentia muliebri.' Et mox, 'Date frenos inpotenti naturæ et indomito animali.' xlii. 46. 'Se adversus inpotentem superbiam Thebanorum tueri possiut.' Mox *circa Tauri juga* Lov. 2. Hearnii L. 1. et quædam ex antiquis edd. De hoc errore scribarum vide ad xxi. 48. § 6.

§ 2 *At enim sunt hæc ita: verum etiam Delphos*] Nihilo deterior videtur vetus lectio: nempe hæc *At enim sunt quidem ista vera: etiam Delphos.* Eadem figura usus est xxxvii. 54. 'At enim quædam civitates cum Antiocho senserunt: et aliæ prius cum Philippo.' *Gelenius.* Conspirant libri omnes *At enim sunt hæc ita: verum etiam Delphos quondam.* Gebh. Sic quidem [*sunt quidem ista vera: etiam Delphos*] Gelenius. Nostri tamen scripti cum prius vulgatis *At enim sunt hæc ita: verum etiam Delphos.* Et fere hoc probem. Est par brevitas; immo major apud Ciceronem de Amicit. c. 2. ut habent libri emendatiores: *Sunt ista, Læli: nec enim melior vir fuit Africano quisquam, nec clarior:* ubi inseruerunt etiam τὸ *vera.* J. F. Gron. Lectio, quæ ante Gelenium vulgo exstabat, superest in Voss. et reliquis meis, nisi quod Lov. 6. *At enim hæc sunt humana: verum etiam* perperam præferat. Non displicet brevitas hæc, aliis exemplis inlustrata a C. Langio ad Cic. de Amicit. loc. laud. Ne tamen auctoritas codicis integerrimi, ex quo Gelenius tot egregias lectiones eruit, totque loca Livii pessime adfecta pristinæ sanitati restituit, temere spernetur, vide num minima mutatione legendum sit *At enim sunt quidem ista: verũ etiam Delphos,* id est *verum.* Paullo post *Galli spoliaverant* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Tum *bellum dixit* Mead. 1. Verum syllaba initialis vocis *indixit* elisa est a litera ultima præced. Vide ad v. 27. § 6.

§ 3 *Id tempus, quo nondum in jure ac ditione vestra*] *Quod nondum* Lov. 1. 3. ac 6. Sed vide ad xxxvi. 33. § 3. Deinde *ac ditione nostra* Lov. 2. et 6. Vide ad xxxiv. 2. § 2. Hinc *quod in his terris fieret* Voss. Vide ad cap. 10. § 1. *Quid his terris fieret* Gaertn.

§ 4 *Libertatem inmunitatemve civitatibus datis, quo aliis fines*] *Libertatem, inmunitatem,* omissa particula *ve,* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum *aliis finem* Gaertner. In præcedentibus vox *Romani* non adparet in Lov. 6.

Alias agro multatis, vectigal inponitis] Lege addendo *aliis vectigal imponitis.* Gelen. Vocem, quam Gelenius addidit, omittunt omnes nostri. Si itaque codicem ducem secutus est, non adversor. Sin, vide num placeat, quod præfert Lov. 2. *aliis, agro multatis, vectigal inponitis.* Ce-

terum *alios agro* Lov. 2. et 6. Præterea *ultro multatis* Mead. 2. quod capi posset pro 'insuper multatis.' Vide ad XL. 12. § 4. Potius tamen errantis librarii esse videtur. Mox *minuitis, donatis, adimitis* perperam omittunt Voss. et Lov. 1.

Ut pacem terra marique habeant] Forte *terra mareque habeant*. J. F. Gron. Ad *habeant* ex præcedentibus intelligo 'civitates' et 'alii.' Non opus igitur, ut cum Gronov. *terra mareque* legamus. Quin insuper poëtica potius, quam Liviana, locutio videtur, *terra mareque habent pacem*.

§ 5 *Quæ quieta in suis partibus erant*] Lege *quieta in suis arcibus*. Gelenius. Priscam lectionem servant omnes nostri. Sed Gelenio adsentior. Solent hæ voces a scribis commutari. Vide ad XXXVI. 22. § 7. Mox *liberatam Asiam fore*, addita ultima voce, Lov. 6. Insuper vox *effusi* deest in Voss. et Lovel. 1. ac 6. quam neglegentia librarii excidisse puto, quum reliqui omnes eamdem servent.

Dedistis, regi Eumeni] Et hic media vox desideratur in Lovel. 2. et Harl. quæ, licet abesse possit, non magis tamen inducenda est, quam sæpissime supra et infra: ut XXXV. 50. 'Quum ad Chalcidis præsidium et Achæos et Eumenem regem misisse audisset:' et postea, 'Ab Eumene rege modicum auxilium missum.' XXXVII. 17. 'Eumene etiam rege adsumto.' XXXVIII. 16. 'Attalus pater regis Eumenis.' c. 60. 'Regem Eumenem devinxerit populi Romani beneficiis.' Similiter 'Antiochus rex,' quum tamen omnes scirent, Antiochum esse regem. Vide ad XXXV. 41. § 3. 'Rex Masinissa' XL. 17. Vide similia ad I. 35. § 5. et II. 32. § 2.

§ 6 *Cujus ego imperio succedens invicem imperii tui virtutem*] Emendatior lectio *cujus ego mihi, succedens in vicem imp. tui, virt., &c.* Gelen. Lectionem a Gelenio damnatam solus tuetur Lov. 5. At *cujus ego, succedens in vicem imperii tui, virtutem* legunt Lov. 2. et Harl. *cujus egomet, succedens in vicem imperii tui, virtutem* Lov. 3. *cujus ego, cum succederem in vicem imperii tui, virtutem* Lovel. 6. *cujus mihi, succedenti in vicem imperii tui, virtutem* Gaertn. Reliqui omnes Gelenio concinunt.

§ 7 *Sciatisne, in exercitu Antiochi*] *Satisne* Voss. Lovel. 1. 6. et Mead. 1. *scitisne* Lovel. 3. 4. 5. Harl. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. vett. usque ad Frob. qui a. 1535. ex Mog. codice *sciatisne* recepit: quod etiam requirunt sequentia *videritis, pugnaveritis, cecideritis*, et *retuleritis*. Mox § seq. *occideritis* Vossian. et Lov. 6. Vide ad XXXVI. 36. § 6.

§ 9 *Atqui cum Antiocho, non cum Gallis, bellum senatus decreverat, et populus jusserat*] Lego addendo *bellum his senatus*. Gelen. Τὸ *his*, ut superforaneum, rejiciunt optimæ membranæ. *Modius*. Pall. uterque, et vet. ed. *Atqui cum Gallis bellum et senatus decreverat*. Gebh. Pro voce *his* exhibet liber Tbuan. voculam *et*, quam nullus Livio assuetus potest repudiare. Lib. XLII. c. 36. 'Quum jam bellum regi eorum et senatus decresset, et populus jussisset.' XLI. 7. 'Quando id bellum senatus decrevisset, quando populus Romanus jussisset.' *Jac. Gron. Atqui cum Gallis bellum et senatus decreverat, et populus jusserat* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Camp. Rom. 1472. et Parm. Margini tamen adscriptum *Antiocho*, pro *Gallis*, obferunt Voss. et Lov. 1. *Atqui cum Antiocho et senatus decreverat, et populus bellum jusserat* Lov. 6. *Atqui cum Gallis bellum neque et senatus decreverat, neque et populus jusserat* Harl. *Atqui cum Gallis bellum neque senatus decreverat, neque populus jusserat* edd. modo memoratis proximæ usque ad Aldum, qui ex cod. Mog. *Atqui cum Antiocho, non cum Gallis, bellum senatus decreverat, et populus jusserat* de-

dit. Patet, quid loco fraudi fuerit. Repetitio voculæ *cum* effecit, ut neglegentes scribæ voces *Antiocho non cum* omiserint. Vide ad IX. 11. § 11. Verum quum ita Manlius et sibi et veritati adversaretur, variis modis partim librarius Harl. partim librarius Lov. 6. et manus altera in Voss. et Lov. 1. partim edd. primis proximæ subcurrere conati sunt. Unus hic cod. Mog. veram Livii manum servavit, nisi quod cum Gronov. *et senatus decreverat* legendum sit; quum voculam *et* etiam reliqui omnes Mss. nostri, et Crevierii Victor. constanter agnoscant. Certe *his*, quod Gelenius addidit, ob insolitum Livio verborum ordinem, minus placet.

Sed simul, ut opinor, cum his decreverant] Ita erat in rogatione, 'Vellent juberentne cum Antiocho rege, quique secum ejus secuti essent, bellum iniri?' XXXVI. 1. *Duk. Sed simul, opinor* Voss. Utrumque defendi potest. Certe ita *credo*, pro 'ut credo,' sæpius Livium dixisse, vidimus ad IV. 18. § 7. Similiter 'puto' apud Ovid. obcurrit Amor. III. 7. 2. 'At, puto, non votis sæpe petita meis.' Met. II. 566. 'At, puto, non ultro, nec quidquam tale rogantem Me petiit.' Uni tamen cod. credere periculosum est. *Ut opinor* vindicamus Livio ad XXXIX. 37. § 8. Vocula *ut* hic facile excidere potuit ob ultimarum literarum præced. vocis similitudinem.

Qui intra ejus præsidia fuissent] Ita recte scribendum monuit J. F. Gronov. ad XXXV. 11. § 10. et ita Lov. 5. et edd. priscæ: *intra præsidia ejus* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertner. Aldus dederat *inter ejus præsidia*, quod reliquæ ad Gronov. edd. servarunt: *inter præsidia ejus* Lov. 3. Sed vide ad V. 27. § 2. Mox § seq. *Scipio* deest in Lovel. 5. et ed. Camp. Deinde *et quocum nominatim* legit Voss. Tum *arma adversus vos* Lov. 1. et 6. Præterea § 11. vox *pacem* omittitur in Lov. 1.

§ 12 *Et, postquam indomitos atque inplacabiles*] Vocula *et* exsulat a Lov. 3. Mox § seq. *Nunc autem quoniam* Gaertner. Deinde *in qua confiderem* Mead. 1. Tum *etsi non apud Romanum* Lovel. 3. Tandem *pravo consilio gesserunt rem* Lov. 3. *rem pravo consilio gesserunt* Gaertn.

§ 14 *Sed si ego in ea civitate*] Lege *Sed ego*, non *Sed si ego*. Gelen. Alii legunt *Sed si ego*, quod vetusti codd. non habent. Sequitur enim statim post, 'si nollem, si grave ac superbum existimarem,' &c. Nisi quis repetitam conjunctionem *si* putet ob longum, quod interpositum erat, hyperbaton: quod mihi non probatur. *Glar. Sed si ego* soli meorum codicum legunt Lovel. 1. et 6. Reliqui cum edd. priscis voculam *si* ignorant; quam Aldus addidit, necessariam judicans non ob longum, quod interpositum erat, hyperbaton, ut Glareanus existimat, sed ut referret ad verbum 'postularem.' Quum tamen in plerisque codd. omittatur, et sine eo sensum constare Dukerus in sequentibus doceat; ego invito Livio nihil obtrudendum censeo.

Quæ ideo omnibus rebus incipiendis gerendisque Deos adhibet] Τὸ *rebus* deest in ed. prisca. Pall. uterque exhibet *Quæ ideo communibus incipiendis.* Gebh. *Quæ omnino communibus incipiendis* Lov. 3. *quæ ideo communibus incipiendis* Voss. Lovel. 1. Mead. ambo, et Gaertn. *quæ ideo omnibus incipiendis* Lovel. 4. 5. 6. Harl. et vett. edd. At Moguntini ex cod. suo dederunt *quæ ideo omnibus rebus incipiendis.*

Quia nullius calumniæ subjicit ea] Ms. *quia nullus calumniæ subjicit ea*, quod aliam efficeret sententiam. *Modius. Nullus* etiam Lov. 1. et 5. sed vulgatum præstare puto. Dein *comprobaverint* Lov. 2.

In sollemnibus verbis habet] Malim *urbis.* Sigon. Ita legit Lov. 3. Τὰ *ur-*

bis et *verbis* confundi a librariis, vidimus ad VI. 17. § 8. At quænam illa loquendi ratio foret 'civitas id habet in sollemnibus urbis?' At 'sollemnia verba,' ut 'sollemnis comprecatio' XXXIX. 14. Vide Brisson. de Form. I. p. 61. Ceterum hoc Sigonii Scholium ex illis est, quæ post mortem ejus vulgata sunt Venet. a. 1592. Mox *bene et feliciter* Lovel. 5. et edd. vett. *ac feliciter* Aldus, præeunte cod. Mog. substituit.

§ 15 *Pro felicitate mea exercitusque mei, &c. postularem, ut Diis*] Longitudo periodi nonnihil obscurat sententiam, quam hanc esse puto: 'Sed si ego in ea civitate, quæ, &c. nollem, si grave ac superbum existimarem virtute gloria;' sed, omissa jactatione virtutis, hoc tantum postularem, ut propter meam atque exercitus mei felicitatem Diis honos haberetur, et ipse triumpharem, an hoc non mihi solum, verum etiam Diis negaretis? Cur autem negare non debeant, causam hanc dicit, quod in supplicationibus ac triumphis decernendis rationem reipublicæ bene ac feliciter administratæ haberi, ex solennibus verbis constet, quibus supplicationes ac triumphi decernantur: nam ea hæc est, 'Quod bene ac feliciter rempublicam administrarit' is, qui supplicationem aut triumphum postulat: se autem exercitumque suum eam optime ac felicissime gessisse. Post *gloriari* supplendum puto *sed*, quod sæpe reticere Livium adnotavit Gronovius ad III. 71. *Mihi cum Diis*, pro 'mihi et Diis' dictum accipio. Virgil. Æn. I. 292. 'Remo cum fratre Quirinus Jura dabunt:' et III. 588. 'Interea fessos ventus cum sole reliquit.' Sigonii conjecturæ *in solennibus urbis* non facile quis subscribet. Vide Briss. Formul. II. 208. *Duk.* Dukero, docenti ad hæc verba intelligendam voculam *sed*, favet Lov. 2. qui, in ipsum contextum admissa synonyma particula, legit *at pro felicitate mea;* quæ lectio, si plures codd. subscriberent, non displiceret: *postularemque* Lov. 5. et edd. ante Aldum. Tum *uti Diis* Lov. 2. 4. et Mead. ambo.

§ 16 *In Capitolium ascenderem*] *Escenderem* Lov. 3. Ita duo codd. legunt c. 51. 'Ab Rostris in Capitolium escendit.' Vide ad II. 38. § 6.

Negaretis hoc mihi cum Diis inmortalibus] Pall. uterque *negaretis hoc militiæ cum Diis imm.* Gebh. *Negaretis hoc militiæ vel aut cum Diis* Voss. et Lov. 1. *negaretis hoc militiæ aut cum Diis* Lov. 2. et 5. *negaretis hoc militiæ vel cum Diis* Gaertn. *negaretis hæc militiæ cum Diis* Harl. *negaretis hoc militiæ cum Diis* Lov. 3. 4. 6. Mead. ambo, et edd. vett. Quod nunc vulgatur, profluxit ex cod. Mog. unde primus adscivit Aldus: quæ lectio vera est.

CAP. XLIX. § 1 *Quo æquiore potuerim dimicare? Quum montem hostes cepissent, loco munito se tenerent*] *Dimicare potuerim* Lov. 6. Dein *hostes montem cepissent* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum *loco se munito tenerent* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Mox *ad hostes eundum* Gaertn. Tum § seq. *æquiore loco* Voss. et Gaertn.

§ 3 *Eo modo super Aoum amnem juga tenentem montium*] Lege *eodem modo super Aoum.* Gelen. Ita omnes scripti et edd. præter Frob. 1531. quæ sola *eo modo* dedit. Tum *superato amne* Lov. 2. *superatum anne* Lov. 6. *superatum amne* Gaertn. *superatum agnem* Voss. in cujus margine altera manus pro ultima voce *amnem* primo, deinde *agmen* adscripsit: *superatum amnem* Lov. 1. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. Amnis Aous minus librariis notus errandi caussa fuit.

Aut vobis videri velint hostem fuisse] *Vobis* haud dubie legendum, non *nobis.* Est autem syllogismus ἀντιστρέφων, tanquam si Manlii adversarii

objecissent: Si hostis fuit terribilis, temere cum eo congressus es: sin fuit effeminatus, non meruisti triumphum. Ille contra objectionem hanc in eos convertit: Si hostis fuit terribilis, merui triumphum: sin effeminatus ac emollitus, non temere eos invasi. *Glar.* *Nobis* vulgarant primæ edd. pro quo *vobis* ex cod. suo dederunt Moguntini. Neque aliter exhibent Mss. nostri. Τὸ *fuisse* deerat in Lov. 2.

§ 4 *Si timendum et feritate animorum, et robore corporum*] *Timendum efferitate* Voss. Lov. 1. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. sollemni librariorum errore. Ita dederunt *elargiendo*, pro *et largiendo*, III. 1. § 3. *effluere* pro *et fluere* VII. 33. § 14. *exhortari* pro *et hortari* XXVIII. 19. § 6. *effractis* pro *et fractis* XXXVI. 24. § 10. *exquirite* pro *et quærite* XXXVIII. 47. § 11. *effugientium* pro *et fugientium* XL. 28. § 4. Alia exempla vide apud Castal. ad Rutilii Iter I. 495. viros doctos ad Lactant. de Mort. Persec. c. 9. Burm. ad Suet. Cæs. c. 35. Corte ad Plinii Ep. VI. 11. § 1. et quæ notantur ad Silii III. 57. Contrario errore *et quidem* dederunt pro *equidem* V. 54. § 3. *et dicere* pro *edicere* XXX. 5. § 1. *et ornata* pro *exornata* XXXI. 26. § 11. *et fusus* pro *effusus* XXXV. 22. § 8. et alia passim.

Huicne tantæ victoriæ] Voss. *huiccine*. J. F. Gron. Similiter Lov. I. 3. 6. Gaertn. Hearnii L. 1. et Crevierii Victor. Supra I. 3. 'Haud nihil ambigam, hiccine fuerit Ascanius, an major quam hic.' VI. 17. 'Hoccine patiendum fuisse, si ad nutum dictatoris non responderet vir consularis?' VII. 30. 'Hiscine ira impleri non potuit?'

§ 5 *Detrectare virtutes*] Nota id genus locutionis 'detrectare virtutes,' pro laudi detrahere. *Glarean.* Ovid. Met. V. 246. 'Detrectas etiam laudes, fictamque Medusæ Arguis esse necem.' Met. XIII. 270. 'Neque enim benefacta maligne Detrectare meum est.' Trist. III. 10. 123. 'Nec, qui detrectat præsentia, livor iniquo Ullum de nostris dente momordit opus.' Flor. IV. 2. § 9. 'Cato detrectare Pompeium, actisque ejus obstrepere.' Ceterum *detractare* Voss. Lov. sex, et Gaertn. cum edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXXIV. 15. § 9.

Corrumpere honores ac præmia eorum] Lege *præmia earum*, non *eorum*. Gelen. *Præmia bonorum* Lov. 6. *præmia eorum* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. Sed recte Gelenius *earum* restituit, nempe virtutum, quarum præmia sunt honores. Particula *ac* hic est exegetica, quasi diceret honores, quæ sunt præmia virtutum, vel honores, id est præmia virtutum. Vide ad II. 42. § 6. VI. 16. § 8. VII. 15. § 7. XXI. 55. § 2. aliisque locis.

§ 6 *Non cupiditas gloriandi, sed necessaria criminum defensio fecit*] Lege addendo *cupiditas gloriandi de me*. Gelen. Voculæ duæ *de me* exsulant ab Pall. et vet. ed. *Gebh.* Exsulant etiam ab omnibus meis, Hearnii L. 1. et Crevierii Victor. quas, licet non necessarias, non tamen neglegendas esse, persuadet auctoritas integerrimi codicis, in quo se eas invenisse Moguntini testati sunt. Cic. de Senect. c. 23. 'Ut de me ipso aliquid more senum glorier.' Tum *facit* Lov. 2. Ceterum *criminum defensio* est criminum objectorum depulsio. Infra XLII. 48. 'Insidiarum Eumeni factarum crimen et maxima cura, et minime tamen probabiliter defensum.' Ter. Phorm. I. 4. 47. 'Meministin', olim ut fuerit vestra oratio In re incipiunda ad defendendam noxiam, Justam illam caussam, facilem, vincibilem, optimam?' Justin. XXXIX. 2. 'Solam defensionem sceleris superesse adfirmans, si bibat, quod filio obtulit.' Ita 'defendere' sæpe notat arcere, propulsare. Vide

N. Heinsium ad Nason. Her. v. 16. et quæ notavi ad Silii VII. 170. Eodem sensu 'defendere inopiam,' pro depellere, dixit Colum. II. 9. Vel 'defensio criminis' dicitur, quum ostenditur, id, quod crimini datur, crimen habendum non esse. Quinctil. Inst. Orat. VII. 4. 'Quum de pœna judicium est, a parte ejus, qui caussam dicit, aut defensio est criminis, aut, &c. Defensio longe potentissima est, qua ipsum factum, quod objicitur, dicimus honestum esse.' Paullo ante voces *Patres conscripti* non adparent in Lov. 3.

§ 7 *Et præstare, necubi notis sibi latebris delitescerent latrones Thraces*] Pall. *et præstare, ne qui ibi latebris delitescerent Thraces.* Vet. ed. *ne quilibet sub iis lateribus delitescerent latrones Thraces.* Gebhard. Lectionem, quæ nunc vulgo exstat, Aldus ex cod. Mog. recepit: edd. autem antiquiores, et cum iis Lov. 5. eodem modo præferunt, ac Gebhard. ex vet. ed. sua laudavit. Interim tamen ed. Mediol. 1505. eamque secuti Ascensius 1513. aliique ante Aldum *latebris*, pro *lateribus*, recte reposuerunt, quam vocem reliqui Mss. uno illo excepto, servant, licet in aliis dissentiant. Nam *et præstare nequivi ne hiis latebris* legit Lov. 1. *et præstare nequivi, ne ibi latebris* Harl. *et præstare, ne qui in his latebris* Voss. Gaertn. et Hearnii L. 1. *et præstare, ne qui his latebris* Lov. 6. *et præstare, ne qui illis latebris* Lov. 2. *et præstare, ne ibi latebris* Lov. 4. et Mead. ambo: *et præstare potui, necubi in his latebris* Lov. 3. Alibi etiam Livius voce *necubi* usus est. XXII. 2. 'Necubi consistere coactis necessaria ad usus deessent.' XXV. 33. 'In id omni cura intentus, necubi hosti æquo se committeret loco.'

§ 8 *Ne quid sarcinarum raperetur*] *Caperetur* Voss. De hoc lapsu scribarum vide ad VI. 23. § 5. Mox *ne quod jumentorum* Lov. 2. Tum voces *ex tanto agmine* desunt in Lov. 3. qui idem codex cum Gaertn. legunt *extraheretur.* Deinde *neve ex vulnere* Lov. 6.

§ 9 *In hoc casu, quo infeliciter incidit, ut*] Vocula *quo* deest in Lov. 1. 4. 6. et Voss. sed *in hoc iniquo casu, quo infeliciter* legit Lov. 3. *in hoc quo casu infeliciter* Lov. 2. Harl. et Mead. ambo, *in hoc quoque casu infeliciter* Lov. 5. et edd. ante Aldum, vulgati auctorem: *incidit* hic est accidit. Vide ad X. 18. § 14.

§ 10 *Quum adortus hostis nos esset*] *Quum adortus nos hostis esset* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Mead. ambo. Tum *ad impedimenta nostra hærentem* Lov. 1. 3. 6. et Gaertn.

§ 11 *Multa millia ipso die, plura multo post dies paucos ceciderunt*] *Multa millia primo die* Lov. 3. Tum *plura multa* Lov. 4. et Mead. ambo: *multa millia, post dies paucos multo plura* Gaertn. Dein *occiderunt* Lov. 1. et 4. Vide ad XXXVI. 36. § 6. Mox *tacuerunt* Lov. 3. et Gaertn.

§ 12 *Si gladium in Asia non strinxissem*] *In Asiam* Harl. et Gaertn. Livius VII. 40. 'Ergo vos prius in me strinxeritis ferrum, quam in vos ego.' Ovid. in Nuce vs. 174. 'Aut stringi cultros in sua colla videt.' Sed recte reliqui stant pro recepta scriptura.

Tamen triumphum in Thracia duobus prœliis merueram] Lege addendo *tamen procos. triumphum in Thracia.* Gelen. *Tamen per triumphum in Thracia* Lov. 4. et Mead. ambo: quæ lectio firmare videtur emendationem Gelenii, quam Frob. a. 1535. et reliqui servarunt usque ad Gronov. qui vocem *proconsul* a. 1665. expunxit, nulla tamen, ut adsolet, facti ratione reddita. Incertum igitur est, casu acciderit, an dedita opera. Restituendum vero putavi.

§ 13 *Quin pro eo, quod pluribus verbis vos, quam volui, fatigavi*] Ms. *pluribus verbis vos, quam vellem, f.* Mo-

dius. Omnes nostri *volui* servant.

Cap. L. § 1 *Plus crimina eo die, quam defensio, valuissent*] Libri omnes *Plus crimen eo die, quam defensio, valuisset*. Gebh. Similiter omnes nostri, et vett. edd. Se etiam *crimen* in L. 1. reperisse, Hearnius testatur. Vulgatum Aldus ex Mog. cod. adoptavit. Et recte. Non enim unius, sed plurium criminum, Manlium ab inimicis accusatum fuisse, et legatorum, et ipsius orationes doceut.

Ni altercationem in serum perduxissent] Hearnius hic ex tertia ed. Sigonii adnotat *produxissent*, et c. 51. ex uno suorum librorum *orationibus in noctem productis*, pro *perductis*, quod ibi in aliis est. Hæc sæpe permutari, et *perducere* perperam pro *producere* scribi, ostendit Broukhus. ad Prop. I. 3. 39. Nolo adfirmare, hic *produxissent*, et c. 51. *productis* scribendum esse, quia vulgatam scripturam confirmat locus Livii XXXVI. 23. 'Inde cœpta oppugnatio ad mediam rursus noctem perducta est.' Sed tamen credo, sæpius inveniri 'producere in noctem,' et 'in serum,' quam 'perducere.' *In noctem* apud Broukhusium Cic. de Senect. c. 14. et in Somn. Scip. c. 1. dicit: *in serum* Livius XXXIII. 48. 'Multoque vino in serum noctis convivium productum:' a quibus non multum abit hoc Suetonii Aug. c. 78. 'Producebatque somnum ultra primam sæpe lucem.' Pro eo etiam dicitur 'extrahere' et 'protrahere in serum.' Liv. X. 28. 'Extrahebaturque in quam maxime serum diei certamen.' Sueton. Aug. c. 17. 'In serum dimicatione protracta.' et Ner. c. 22. 'Spectaculum multiplicatis missibus in serum protrahebatur.' In his recte adhiberi potuisset *producere*, non æque bene *perducere*. Duk. *Sed in altercationem in serum perduxisset* Voss. Illud *sed* natum est ex ultima syllaba vocis præced. *in*, vero literarum transpositione ex *ni*. Vide ad III. 70. § 4. IV. 52. § 5. VI. 21. § 7. VII. 19. § 1. c. 39. § 14. XXXV. 10. § 12. XXXVI. 33. § 8. et alibi: *ni altercationes* Lov. 6. Tum *in secundum* Lov. 3. *sera* et *secunda* etiam commutabantur XXIII. 37. § 8. Insuper *perduxisset* quoque Gaertn. At præstat numerus multitudinis: intelliguntur enim legati et Manlius. Ceterum mihi quoque magis placet *produxissent*, quam *perduxissent*, licet omnibus codd. invitis. Solent autem hæc verba passim in Mss. commutari. Exempla obcurrunt IV. 25. § 1. V. 15. § 8. VII. 22. § 1. XXII. 22. § 15. Adde Pierium ad Virg. Ecl. I. 73. N. Heins. ad Vell. Paterc. II. 128. § 4. viros doctos ad Suet. Claud. c. 4. et Arntzen. ad Aur. Vict. Vir. Inlustr. c. 1.

§ 3 *Perduellibus devictis, confecta provincia, exercitum reportasset*] Supra c. 42. 'Reportari legiones inde reddique tandem reipublicæ debere.' Justinus XXXI. 3. 'Quum Romanus exercitus in Italiam reportatus esset.' Tamen, qui provincia confecta de ea cum spe triumphi decedunt, fere dicuntur 'deportare exercitum.' Liv. XXVI. 21. 'Questus, quod provincia confecta deportare exercitum non licuisset.' Et lib. XXX. capp. 40. 43. XXXIX. 29. XL. 35. Cicero pro L. Manil. c. 21. 'Bellum in Hispania maximum confecit, victorem exercitum deportavit.' Hæc dubiam possunt facere vulgatam hujus loci scripturam. Supra c. 42. 'reportare legiones,' et in Justino 'exercitum' nihil aliud est, quam reducere, sine respectu ad imperatores, qui confecta provincia ad spem triumphi adspirabant. *Duker*. Vide ad VI. 33. § 12. Ceterum *devictis perduellibus* Lov. 1. 4. 5. Mead. ambo, et edd. ante Aldum: *devictis perduellionibus* Lov. 2. *perduellionibus devictis* Lov. 3. *perduellis devictis* Voss. et Lov. 1. Vide ad XXI. 60. § 7.

Sine curru et laurea, privatus inhonoratusque, urbem iniret] Si privati ur-

bem ingrediebantur, quibus triumphus negabatur; ergo non privati, qui triumphabant: quia ad populum ferebatur, ut iis, quo die triumphantes urbem inirent, imperium esset. Ex hoc et similibus Livii ac Ciceronis locis Gruchius in Refut. ad Posterior. Sigonii Disput. cap. 4. recte, mea sententia, ostendit, *privatum* et *cum imperio esse* inter se contraria esse; quod, præter Sigonium, etiam Muret. ad Cic. Catil. I. 1. negat. *Duk.* Mox *hic pudor et malignitatem vicit, triumphumque* Lov. 1. 6. et Voss. quorum ultimus etiam vocem *frequentes* perperam omisit.

§ 4 *Majus et cum majore et clariore viro certamen ortum*] Libri omnes *majus et cum majore viro certamen ortum.* Gebh. Voces *et clariore*, quæ etiam in omnibus scriptis nostris, et edd. antiqq. desunt, Aldus ex cod. Mog. addidit. Hearnius auctor est, quatuor voces *et clariore viro certamen* omitti in L. 1. et ed. Aleriensi. Quum tamen omnes, quos consului, libri duas posteriores servent, Hearnium hic aliquid humani passum esse, certe quod ad ed. memoratam adtinet, arbitror.

§ 5 *Duo Q. Petilii diem dixerunt*] Appianus item in Syriac. 113. duos tribunos plebis tradit: *καὶ δύο δήμαρχοι δωροδοκίας αὐτὸν ἐγράψαντο καὶ προδοσίας.* Et Plutarchus in Catone p. 344. Petillios: *ὡς ἐπὶ Σκιπίωνα τοὺς περὶ Πετίλλιον·* et in lib. Apophthegm. p. 196. *Πετιλλίου δὲ καὶ Κοΐντου πολλὰ πρὸς τὸν δῆμον αὐτοῦ κατηγορησάντων.* Ex quibus locis intelligi potest, *Petillios* duobus *ll* esse scribendum, ut etiam est in Capitolinis lapid. alter enim eorum Q. Petillius Spurinus nono abhinc anno est prætor (XL. 18.) et paulo post in consulatu moritur. (XLI. 18.) *Sigon.* Eamdem nominis hujus orthographiam probat Sigon. ad XL. 18. § 2. XLI. 14. § 4. et XLIV. 27. § 11. ubi etiam vide, quæ notavi. Ejus sententiam firmant duo hujus gentis nummi, quos publici juris fecerunt Ursin. aliique in Famil. Rom. Unde refelli potest Coler. qui ad Valer. Max. I. 1. 12. *Petilius* scribendum contendit, partim quia nomen illud deducitur a *Petilus*, partim quia in Fast. Capit. PETILIVS scribitur. At sciendum est, ita quidem edidisse Smetium in Inscr. Ant. p. LXII. et Gruter. in Corp. Inscr. p. CCXLIII. sed contra PETILLIVS Pighium in Annal. Rom. tom. II. p. 14. et Sigon. in Fast. Cons. p. 20. a quorum parte stantes nummi efficiunt, ut illis consentire malim, licet Mss. fere omnes unico *l* scriptum nomen exhibeant, certe hoc loco. Mox § seq. *civitatem incusabant, quæ id pati posset* Voss. Lov. 1. 5. 6. Gaertn. et edd. ante Frob. 1535.

§ 8 *Neminem unum civem tantum eminere debere*] *Neminem unum tantum meminisse quem debere* Voss. et Lov. 1. *neminem unum tantum meminisse civem debere* Lovel. 3. et Gaertn. *neminem unum tantum meruisse civem debere* Lov. 6. *neminem unum tantum eminere civem debere* Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. ante Froben. qui a. 1535. vocabula in eum ordinem congessit, qui nunc obtinet. Mox *nihil enim tam æquandæ libertatis esse* Harl. et Gaertn. *nihil tam æquandum libertati esse* Lov. 3.

§ 9 *Quid autem tuto cuiquam, nedum summam reipublicæ, permitti*] Frobenius sic mihi primus. Vetustiores omnes, *summam rempublicam permitti.* Lib. XXVI. c. 10. membranæ optimæ et unicæ, *ibi de summa republica consultatum:* ubi diximus. Lib. XXXIII. c. 45. 'Eam rem esse rati, quæ maturata dilatave non tam magni momenti ad summam rempublicam populi Romani esset.' Atque ex hac consuetudine Livii teneo etiam restituendum XXXVI. 34. 'An, quum satis provideas, nihil id magnopere ad summam rempublicam pertinere censes?' Et l. XXXIX. c. 16. 'Jam majus est,

quam ut capere id privata fortuna possit: ad summam rempublicam spectat:' ubi fecerunt *reipublicæ*. Latine quidem, sed illud auctori nostro placuit. Cicero Philipp. III. 15. 'Sententiæque de summa republica liberæ dici possint.' Sic enim scriptos habere testis Hieron. Ferrarius. Et dubitare quisquam ausit, an hoc sit satis ex usu Romano? An non 'summa res' idem, quod 'summa rerum,' Nostro XXIII. 49. 'Eodem et duo duces et duo exercitus Carthaginiensium, ibi rem summam agi cernentes, convenerunt.' l. XXXIV. c. 32. 'Sed nolo pluribus: summam rem complectar.' Sic etiam 'summæ res' numero plurium. Ennius apud Gellium XII. 4. 'magna cum lassus diei Parti fovisset, de summis rebus gerundis Consilio indu foro lato sanctoque senatu.' Quod intelliges, lassus lato vel allato consilio de summa republica gerenda in foro et sancto senatu. Cæsar de B. Gall. v. 28. 'Postremo quid esse levius, quam auctore hoste de summis rebus capere consilium?' Nihil est aliud, quam de summa re sua, vel summa rerum suarum. Cornel. Nep. Eumen. c. 10. 'Imminebant enim Seleucus, Lysimachus, Ptolemæus, opibus jam valentes, cum quibus ei' [Antigono] 'de summis rebus erat dimicandum.' Notavimus jam ex Cæsare 'summum bellum,' 'summum periculum:' de Gall. v. 17. 'Ex hac fuga protinus, quæ undique convenerant, auxilia discesserunt, neque post id tempus unquam summis nobiscum copiis hostes contenderunt.' Quod est, omni exercitu, omnibus viribus adunatis, sic ut summa res semel ageretur. Denique et 'ullam rempublicam' dixit Livius XL. 44. 'Q. Fulvius consul priusquam ullam rem publicam ageret.' Et sic XLII. 10. 'In provinciam abituros se denunciarunt, nec quidquam rei publicæ acturos.' Libro eodem c. 26. 'Nihil magnopere, quod memorari attineat, reipublicæ eo anno consules gesserant.' Qui minus igitur *summam?* Dent, age, manus libris veteribus et rationi, et Latinitatem hac locutione locupletiorem patiantur. *J. F. Gron. Summam reipublicæ*, quod Frob. 1531. reposuit, probant Lov. 2. et Gaertn. Reliqui omnes cum Hearnii L. 1. N. et prioribus edd. *summam rempublicam*. Infra XLII. 49. 'Cujus imperio consilioque summam rempublicam tuendam permiserunt.' Vide Gronov. ad Liv. l. XXVI. c. 10. § 2. *Quid aliud aut tuto cuiquam* Lov. 1. *Quid autem aliud tuto cuiquam* Lov. 6. *Quid aut tuto cuique* Lov. 3. *quoiquam* more antiquo pro *cuiquam* cod. Mog. Vide ad hujus lib. c. 25. § 8. Mox *in eum vim aut injustam caussam esse* Voss. *in eum vim haud injustam caussam esse* Lov. 1. et Gaertn. *in eum vim aut injusticiam esse* Harl.

§ 10 *Donec dies dicendæ caussæ venit*] *Caussæ dicendæ* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo: *donec dicendi caussa erat dies* Gaertn. In sequentibus *nec ille Scipio consul censorve* Lov. 3. *nec ille ipse Scipio consul atque censor* Gaertn. qui insuper *omnis generis humani frequentia* præfert.

§ 12 *Dicebantur enim ab eodem animo ingenioque, a quo gesta erant*] Simile judicium de Julio Cæsare tulit Quinctil. Instit. x. 1. p. 917. 'Tanta in eo vis, id acumen, ea concitatio, ut illum eodem animo dixisse, quo bellavit, adpareat:' ubi non modo hunc locum Livii laudavit Burmann. sed insuper, durum videri monens *dici ab animo, ab ingenio*, emendandum conjecit: 'Dicebantur enim ab eo eodem animo ingenioque, quo gesta erant.' Nam *eodem* absorpsisse præcedens *eo*.

CAP. LI. § 1 *Tribuni plebis vetera*] Τὸ *plebis* abest a Pall. *Gebh.* Abest etiam a Lov. 2. 4. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. *Tribuni vel vetera* Lov. 1. 6. et Voss. Sed *vel* natum videtur ex compendio *pl. Tribuni illis vetera* Lov. 3.

Locris Pleminianum tumultum] De quo XXIX. 8. *Sigon.*

§ 3 *Nec ad aliam rem eo profectum, quam ut, id quod Hispaniæ, Galliæ, Siciliæ, Africæ*] Galliam inter ceteras nominari puto, quia P. Africanus II. consul eam provinciam habuit lib. XXXIV. capp. 48. et 54. *Duk. Nec ad aliam rem eum profectum* Voss. *non ad aliam rem eum profectum* Lov. 3. qui etiam ignorat τὸ *Siciliæ.*

Omnibus ad orientem versus regibus gentibusque adpareret] Ita in solis Gronoviorum edd. in aliis, et Mss. codd. *versis* esse, ex Hearnio intelligo. De hoc videbunt, quibus utrorumque copia est. Nic. Heinsius ad Vell. I. 15. suspectum habuit *versis;* deinde id rursus ad II. 101. tuetur. Sed *versus* participium cum præpositionibus *ad* et *in* plerumque de situ locorum dicitur: ut in iis, quæ Gronovius ad Livii XXXVI. 15. et Heinsius ad Vell. II. 101. habent. Mela I. 2. 'Ipsa' Asia 'ingenti ac perpetua fronte versa ad orientem.' I. 15. Taurus 'dextro latere ad septentrionem, sinistro ad meridiem versus.' III. 1. 'Ad occidentem versa litora:' et l. III. c. 7. 'Colis alterius partis angulus initiumque lateris ad meridiem versi.' Et Plinius in N. H. plurimis locis. 'Ad' et 'in orientem versus regibus gentibusque' recte dici, non necesse est post Rivium ad Sallust. Catil. c. 56. Langium ad Cic. de Amic. c. 25. et Manut. ad Cic. ad Famil. VIII. 15. multis probari. Nec tamen ita pro *versus* pugnandum puto, ut rejiciatur *versis. Omnibus ad orientem versis regibus gentibusque* potest esse, quorum regna, quarum sedes ad orientem versæ sunt. Plinius H. N. II. 108. 'Sarmatarum gentes ad orientem versas.' et VII. 2. 'Juxta eos, qui sunt ad orientem versi.' *Duk. Omnibus ad orientem versis regibus* omnes scripti nostri, Hearnii Oxonn. Crevierii Victor. et edd. ante Gronov. qui primus dedit *ad orientem versus;* quam lectionem mutare non sustinuit Crevierius, eamque sibi longe elegantiorem videri testatus est. Vellem, ut vir clariss. aperuisset, in quo elegantia istius lectionis præ altera consisteret; deinde, ut docuisset, Livium ab ea elegantia non abhorruisse, ut τῷ *versus,* sive præpositioni, sive adverbio, jungeret præpositionem vel *in,* vel *ad:* cujus me apud eum nondum exemplum notare memini. Falluntur enim alii, qui ad id probandum laudant locum ex lib. I. cap. 18. 'Ab augure deductus in arcem, in lapide ad meridiem versus consedit.' Ibi enim 'versus ad meridiem,' nempe ipse Numa, est ad eam cœli plagam conversus: qua locutione Livium sæpissime usum esse, patet ex illis quæ notantur ad IX. 2. § 5. et XXXVI. 15. § 7. Existimo itaque, *versus* hoc loco in ed. Gronovianam per errorem operarum inrepsisse, eumque perperam recentiores præter Hearnium omnes fere servasse. Ad id autem credendum inducor partim auctoritate codd. Mstorum, partim quia Gronovius factæ mutationis nullam, ut plerumque solet, rationem in notis reddidit.

§ 4 *Unum hominem caput columenque imperii Romani esse*] *Culmenque* Lov. 2. et Mead. 1. *columnamque* Voss. Lov. 1. 3. 6. et quædam veterum edd. Verum utraque lectio illa veræ, quæ vulgo exstat et reliquorum codd. fide nititur, glossema est. Melius tamen sensum Livii ceperunt, qui *columen* exposuerunt per *columnam,* quam qui per *culmen.* Nam verum quidem est, *columen* poni pro 'culmen.' Vide etiam Burm. ad Ovid. Met. I. 689. Si tamen eo sensu hic acciperetur, Livius jungendo *caput columenque* bis idem dixisset. *Columen* igitur eo sensu accipio, quo vocem eamdem exposuit Rhenan. ad Livii I. 39. § 3. Easdem voces junxit Colum. III. 4. 'Id enim quasi caput et columen est inpensarum.'

Nutus ejus pro decretis Patrum, pro populi jussis esse] Ms. *nutum ejus pro decretis Patrum.* Modius. Utro modo, *nutus*, an *nutum* legatur, ad sensum nihil interest: quare cod. Mog. *nutum* obferenti obsecutus sum, licet omnes nostri stent pro altera scriptura. Dein *pro decretis Patrum populique jussis* Lov. 2. et Harl. Male. Vide ad hujus lib. c. 18. § 12. *Pro populi jussu* Voss. et quædam ex vett. edd.

§ 5 *Orationibus in noctem perductis, prodicta dies est: ubi ea venit*] *Preductis* Gaertner. *productis* Hearnii L. 1. Vide Duker. ad c. 50. § 1. Tum *producta est dies: ea ubi venit* Lov. 3. *producta* etiam Vossian. Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Gaertn. Mead. 2. et Mead. 1. in margine. Nec aliter typis editi ante Gronov. qui recte *prodicta* restituit, ut erat in Lov. 1. et in contextu Mead. 1. Vide ad cap. seq. § 1. Mox *conscenderunt*, pro *consederunt*, Lov. 3. Vide ad XXXI. 26. § 2.

§ 6 *Agmine amicorum clientiumque*] *Clientumque* Voss. Lov. 3. 6. Gaertn. et ed. Camp. Vide ad XXIII. 3. § 2. Mox *subit* Lov. 1. Vide ad XXXVI. 20. § 3. *Subivit* Lov. 3. Deinde § seq. *silentio facto* idem codex. Tum voces *in Africa* desunt in Lov. 2.

§ 8 *Litibus et jurgiis supersederi æquum sit*] *Supersedere*, nempe me, Lov. 3. *supersideri* Voss. Vide ad IX. 2. § 3. Sed nihil muto. Mox *et Junonem, et Minervam, ceterosque Deos* Lov. 3. *Junonemque, et Minervam, et ceteros Deos* Gaertn. *Junonemque, ac Minervam, ceteros Deos* Mead. 2.

§ 9 *Quod mihi et hoc ipso die, et sæpe alias, egregie reipublicæ gerendæ*] *Quod mihi in hoc ipso die, et sæpe alias* Lov. 1. et 6. *quod et hoc ipso die, et sæpe alias* Lovel. 2. *quod mihi et hoc ipso die, et sæpe aliis* Lov. 3. Deinde *gerendæ reipublicæ* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et edd. ante Aldum, qui verba transposuit. In sequentibus *mentem sanitatemque dedere* Lovel. 3.

§ 10 *Vestrum quoque quibus commodum est, ite mecum, Quirites*] *Quirites, ite mecum* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. *Quirites, quibus commodum est, ite mecum* Lovel. 5. et editi Aldo vetustiores.

§ 11 *Ita, si ab annis septemdecim ad senectutem semper vos ætatem meam honoribus vestris anteistis*] Pall. *ab annis septem et decem.* Gebhard. Similiter Voss. Lov. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. *ab annis decem et septem* Lov. 1. Vide ad XXXIV. 10. § 4. *Ab annis XVI.* Hearnii L. 1. Tum *ad senectutem semper meam vos honoribus* Lov. 3. *ad senectutem semper meam ætatem vos honoribus* Voss. Lov. 6. et Gaertn. *ad senectutem semper ætatem vos honoribus* Lov. 1. *ad senectutem vos ætatem honoribus* Harl. In sequentibus *honores* deest in Lov. 2. *præcessi* in Mead. 2. ut ita ex his verbis repetendum sit *anteivi.* Sed, potius librarios peccasse, ceterorum in defendendo vulgato consensus ostendit. Jac. Perizonius ad marginem Livii notavit, si Scipio annos honorum intelligit, legendum esse *ab annis XXVII.* nam anno IDXXXVII. ædilem curulem primum ante annos fuisse. Existimat igitur, Scipionem velle, ante proximos viginti septem annos, quo tempore primum ædilis fiebat, Quirites ætatem suam honoribus in se conlatis anteisse. Verum, quum subjungatur *ad senectutem*, melius esse puto, ut per verba *ab annis septemdecim* intelligamus, ab anno ætatis septimodecimo. Nam eo tempore turmæ equestris præfectus patrem in acie periclitantem ex periculo eripuit. Polyb. X. 3. Τότε γὰρ, ὡς ἔοικεν, ἑπτακαιδέκατον ἔτος ἔχων, καὶ πρῶτον εἰς ὕπαιθρον ἐξεληλυθὼς, συστήσαντος αὐτῷ τοῦ πατρὸς διαφερόντων ἱππέων οὐλαμὸν ἀσφαλείας χάριν, συνθεασάμενος ἐν τῷ κινδύνῳ τὸν πατέρα, &c. Biennio postea exstitit tribunus legionis secundæ; quo tempore, qui ex clade Cannensi elapsi Canusium aufugerant, omnium con-

sensu ad eum admodum adolescentem summam imperii detulerunt. Vide Liv. XXII. 53. Triennio deinde interposito creatus est ædilis. Vide Liv. XXV. 2. Ea vero ratione ædilitatem anno ætatis vigesimo secundo obtinuisse debet. Patet igitur nihil in numero mutandum. *Ab annis septemdecim* autem pro ab anno septimodecimo, ut ἀφ' ἥβης μέχρι πέντε καὶ τριάκοντα ἐτῶν apud Ælian. Var. II. 38.

§ 12 *Ab Rostris in Capitolium ascendit*] *Escendit* Lov. 4. et Mead. 2. Vide ad II. 28. § 6. Mox *se universa concio advertit* Voss. sed errore librarii. Vide ad VI. 23. § 8. Præterea *secuta est Scipionem* Voss. et Lovel. 1. ac 3. Vox *Scipionem* deest in Gaertn.

Ut postremo scribæ viatoresque tribunos relinquerent] *Ut viatores tribunos relinquerent* Lov. 5. et edd. principes. Lectionem, quæ nunc vulgo exstat, Aldus ex cod. Mog. recepit. Et ita præferunt reliqui codd.

§ 14 *Favore hominum et æstimatione veræ*] Nonne *vera?* Sic alibi sæpissime 'vere æstimare.' *Jac. Perizon.* Vide ad XXXIV. 27. § 1. *Existimatione* legit Harl. *extimatione* Lovel. 2. 3. 4. 6. Vide ad XXXIV. 2. § 5. *Favore hostium* perperam Lov. 3. Vide ad XXIV. 40. § 14. Τὸ *fuit* non adparet in Lov. 1.

CAP. LII. § 1 *Certamina cum tribunis prospiceret, die longiore prodicta*] *Prospiceret cum tribunis* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Tum *die longiore poita* Lovel. 3. *die longiore prædicta* Gaertn. *die longiore producta* Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. Mead. 2. et edd. ante Gronov. qui recte dedit *prodicta;* quomodo Scalig. legendum monuit ad Festum in voce 'Prodidisse.' Vide ad cap. præc. § 5. et ad III. 57. § 6. In præcedentibus Scipionis prænomen *P.* ignorat Lov. 6.

In Liternum concessit] Scribendum non *in Liternum concessit*, sed *in Liternum*, ut subintelligas *rus:* alioqui *Liternum* dixisset, absque præpositione. *Gelen.* Pall. et vet. ed. *in Liternum concessit.* Gebhard. *In Liternium* Lovel. 5. 6. et ed. Camp. quam lectionem quum ex mente Gelenii Froben. a. 1535. recepisset, et multi editores servassent, postea Basileenses 1555. operarum errore *in Liternium* vulgarunt, at mox Sigon. *in Liternum.* Sed merito Gelenii emendationem Gruterus reduxit. Recte autem intelligendum monetur rus Liternium, vel villam in agro Liternino. Infra hoc cap. 'Ad eum privatum ex villa sua extrahendum ad caussam dicendam non audeamus.' Plinius Hist. Nat. XIV. 4. 'Magna fama et Vetuleno Ægialo perinde libertino fuit in Campaniæ rure Liternino, majorque etiam favore hominum, quoniam ipsum Africani colebat exsilium.'

§ 2 *Ac majori fortuna adsuetus*] Præferunt libri omnes *ac majori fortunæ assuetus*, non *fortuna.* Gebh. *Fortuna* in una exstitit Gruteri editione prima, et ita ex Mss. solus præfert Gaertn. Livium ita loqui solitum fuisse, vidimus ad XXXI. 35. § 3. Hic tamen eum alia loquendi forma usum esse, reliqui codd. et omnes priores typis descripti, *fortunæ* servantes, evincunt. Insuper *et majori* Lov. 1. 3. 6. ac Voss.

Quam ut reus esse sciret, et submittere se] Cod. Mog. *quam ut res esse inciperet.* Forte librarius dare voluit *quam ut reus esse inciperet.* Certe *res* et *reus* etiam alibi commutantur. Vide ad XLV. 37. § 8. Videtur tamen hic patrocinium optimi Ms. deserendum, et vulgata lectio defendenda esse. Similiter loquitur Liv. IX. 4. 'Quoniam ne victi quidem ac capti fortunam fateri scirent:' ubi videnda sunt quæ notantur. Præterea et *submitteret se* Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. 1. Hearnii L. 1. et edd. vett. Primus Frob. 1535. *submittere* vulgavit. Si ex cod. Mog. adsentior; sin

vulgatum mutandi legitimam caussam non video, licet *submittere* firmetur fide Voss. Lov. 4. Mead. 2. et Gaertn.

§ 3 *L. Scipio morbum caussam esse, cur abesset, excusabat*] Scribendum *morbum caussæ esse*, non *caussam*: id casu ita scriptum videri poterat, nisi post aliquot versus repeteretur, 'Cum L. Scipio excuset, morbum esse caussæ fratri,' consentientibus vetustis codd. *Gelen.* Neque hanc reprehendo phrasin. Cæsar de Civ. III. 72. 'Non illi paucitatem nostrorum militum, non iniquitatem loci, &c. caussæ fuisse cogitabant.' Sed aio, veterem lectionem male repudiatam Gelenio esse: *morbum caussam esse.* Ut et infra 'Quum L. Scipio excuset, morbum esse caussam fratri.' Tuetur auctor XXIV. 16. 'Singulos jurejurando adigam, nisi queis morbus caussa erit, non aliter, quam stantes, cibum potionemque, quoad stipendia facient, capturos esse.' Eodemque lib. cap. 18. 'Qui quadriennio non militassent, quibus neque vacatio justa militiæ, neque morbus caussa fuisset.' XXXIV. 56. 'Ut caussas cognoscerent eorum, quibus aut emerita stipendia, aut morbus caussæ essent.' Nam ne errent tirones, 'caussæ' hic plurativo numero dicuntur. Duodecim tabulæ 'si morbus ævitasve vitium escit.' Auctor ad Herennium II. 13. 'Ut major annis sexaginta, et cui morbus caussa est, cognitorem det.' Cælius ad Cic. Ep. c. 8. 'Qui eorum stipendia emerita caussas, quibus de caussis missi fieri debeant, habeant.' Gellius XVI. 4. *J. F. Gron.* Gelenius tamen etiam ad libros veteres provocat, in quibus et hic et paullo post *causæ* legi dicit. Et sic quoque in duobus Hearnianis est. Gronovianos numero vincere facile, *causæ* a scribis profectum ægre possum credere. Ex iis, quæ hic adferuntur, non necessario sequitur Livium semper eodem modo loquutum esse. *Caussam* recte dici, nemo negabit; sed quia libri sunt, qui *causæ* habent, etiam ita argumentari licet, librarios, quum viderent hoc aliis locis in accusativo efferri, sibi persuasisse, hic perperam scriptum esse *caussæ*. Ob eamdem rationem Langius, Gruterus, Grævius, Jac. Gronovius, et alii ante eos, quod in Cic. de Amic. cap. 2. quidam libri habebant, 'Quod autem his Nonis in nostro collegio non adfuisses, invalitudinem causæ, non mœstitiam, fuisse,' videntur prætulisse alteri scripturæ *causam*, quam in omnibus suis codd. quos se plurimos habuisse testatur, fuisse scribit Aldus. *Duk.* Utramque locutionem *morbum caussam esse*, et *morbum caussæ esse* probam esse, quum in confesso sit, ei non inmorabimur. Eo posito, cum Dukero emendationem Gelenii priscæ lectioni, quam Gronovius perperam reduxit, præferendam judico. Pro ea enim stat major Mstorum numerus. Certe hujus partis operis Liviani consului undecim codd. mann exaratos. Ex illis autem *morbum caussæ esse* legunt Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Lovel. 6. a m. sec. Similiter legunt etiam Hearnii L. 1. et N. Deinde pronius librariis fuit, doctiorem et minus obviam locutionem *morbum caussæ esse* mutare in notiorem *morbum caussam esse*, quam contra. Ob has igitur caussas hic et mox § 10. lectionem, quæ Gelenio placuit, Livio reddidi. Mox § seq. *ad caussam dicendum* Voss. Voces autem *et conciones* desunt in Gaertn.

§ 5 *His comitatus, velut captos trahens, triumphum de populo Romano egisset, secessionemque eo die in Capitolio a tribunis plebis fecisset*] Pal. alter *triumphum populi Romani egisset secessionem. Eo die quo in Cap. a tribunis plebis fecissetis, habetis, &c.* Gebhard. *His comminatus* Lovel. 1. et 6. *his comeatus velut captus* Harl. Tum *triumphum P. R.* (vel *populi Romani*) *egis-*

set omnes scripti, et editi ante Aldum, qui *de populo Romano* ex cod. Mog. emendavit. In posterioribus verbis mire variant codd. *secessionem Romæ* (*r.* legit Voss.) *eo die quo* (*τὸ quo* deest in Lov. 6.) *in Cap. a tr. pl. fecisset* exhibent Voss. et Lov. 1. ac 6. *concessionem Romæ eodem die quo in Cap. a tr. pl. fecissetis* Lovel. 2. in margine: *successionem Romæ eo die quo in Cap. a tribuno pl. fecissetis* Gaertn. *secessione ro^e eo die quo in Cap. a tr. pl. fecisset* Lov. 3. *secessionem eo die quo in Cap. a tr. pl. fecissetis* Lovel. 2. et 4. neque aliter Lovel. 5. et edd. priscæ, nisi quod *fecisset* præferant: *secessionem eo die in Cap. a tr. pl. fecissetis* Harl. et Mead. 2. *secessionemque eo die in Cap. a tr. pl. fecissetis* Mead. 1. At lectio, quæ nunc obtinet, primum adparuit in ed. Frob. 1531. In præcedentibus *sententiæ de se dicendæ* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Vox *sententiæ* deest in Lov. 2.

§ 7 *Ut, ad quem ante annis septemdecim, exercitum et classem habentem*] Lib. XL. c. 52. 'Quæ bello Ligustino ante annis octo vovisset.' Plura exempla non habeo, quibus hoc satis, ut mihi videtur, insolens confirmem. Hoc loco scripturam variare, ex Hearnii adnotatis intelligo. *Duker.* Neque aliud mihi hujus locutionis exemplum subcurrit. Eo etiam opus non est, quum aliter Livium reliquisse mihi persuasum sit. *Ad quem antea exercitum* præferunt omnes codd. nostri, Hearnii L. 1. Crevierii Victorin. et edd. principes. Moguntini deinde monuerunt, se in cod. suo invenisse *ut ad quem ante annos quindecim exercitum.* Forte librarii inciderant in codicem, in quo per compendium scriptum erat *ante a. XV.* vel continua serie *antea XV.*; unde se non expedientes, numerorum notis ejectis, *antea* dederunt. Moguntinam lectionem mox Aldus recepit; nisi quod, ea paullulum mutata, dederit *ut ad quem ante annis XVII. exercitum*; id autem reliqui omnes servarunt. Particulam *ut* recte recepit. Eam eliserant ultimæ literæ vocis præced. *decrescit.* Vide ad XXIV. 16. § 17. Pro *annos* vero perperam adscivit *annis*, in nullo cod. obvium. Alterum itaque ejus loco admisi, quod et Crevierio magis placebat. Ut autem Aldus pro *quindecim* daret *XVII.* rationem temporis exigere, existimasse videtur. Certe *quindecim* servari nequit. Nam ad Scipionem ex Sicilia reducendum tribuni et ædilis missi sunt M. Cornelio Cethego, P. Sempronio Tuditano consulibus, qui magistratum obtinuerunt a. IↃXLIX. Vide XXIX. 20. Scipioni autem dies dicta est a. IↃLXVI. quo consules fuerunt M. Æmilius Lepidus et C. Flaminius. Inter eos autem consules elapsi sunt septemdecim anni, si alterutrum tantum annum extremum numeramus, sive primum, sive ultimum; at anni tantum sedecim, si utrumque extremum omittimus. In Livio vero quædam obcurrere exempla, unde statuendum videtur, eum alterutrius extremi in numero annorum colligendo rationem habuisse, dictum est ad IV. 20. § 8. Contra dari alia, quæ probant, eum illo casu annos primum et ultimum exclusisse, videbimus ad XLII. 10. § 5. Priorem numerandi rationem Aldus, *XVII.* emendans, secutus est; sed si posteriorem sequi velimus, emendandum est *sextumdecimum.* Certe numerum cod. Moguntini aperte falsum esse patet.

Tribunos plebis ædilemque in Siciliam mittere ausi sumus] *Tribunos plebis ædilesque* Lovel. 5. *tri. ple. ædilesque* edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm. *tribuni plebis ædilesque* illis proximæ. Moguntini deinde monuerunt, se in cod. suo invenisse *tribunum plebis ædilemque mittere in Siciliam*; ex quo Aldus legendum vidit *tribunos plebis ædilemque*, quia ex sententia Q. Me-

telli missi sunt ' duo tribuni plebis et ædilis,' ut Livius refert XXIX. 20. Et ita in reliquis scriptis nostris fuit, nisi quod panci per compendium *trib. pl.* et Lov. 2. atque Harl. *tribunum plebis* præferant. In transponendis autem vocibus ac legendo *mittere in Siciliam* codici Moguntino adsentiuntur Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo ; quare etiam recepi. Mox *prenderent* Voss. et Lov. 1. 2. ac 4. Vide ad II. 29. § 4.

Ex villa sua extrahendam, &c. mittere non audeamus] *Ex villa sua trahendam* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. Hearnii L. 1. et edd. vett. *ex villa sua traducendum* edd. Ven. a. 1495. et quædam aliæ. Aldus auspicio cod. Mog. *extrahendum* recte legit. Vide ad V. 25. § 13. Deinde *audemus* omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. antiqq. At ita dare debuerunt, quia supra *τὸ ut*, unde pendet verbum *audeamus*, omiserunt: qua particula adscita, pessime tamen Aldus *audemus* servavit ; pro quo Frob. a. 1531. *audeamus* restituit.

§ 8 *Si morbi caussa excusaretur, sibi placere, accipi eam caussam*] *Ut si morbi caussa* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. et priscæ edd. Postea Frob. a. 1531. merito voculam *ut* expunxit. Vox *caussam* exsulat a Lov. 1. Mox *ad collegas* Lov. 2. et Harl. Voluerunt dare librarii *ab collegis*, ut est in Voss. Lov. 1. 4. et Gaertn. Tum *produci* Voss. Lov. sex, Gaertn. Hearnii L. 1. et editi ante Gronov. qui *prodici* dedit. Sæpius ita peccarunt scribæ. Vide ad II. 61. § 7. III. 57. § 6. et cap. præc. § 5.

§ 9 *Tribunus plebis eo tempore T. Sempronius Gracchus erat*] A. Gellius VII. 29. hæc ita recitat, perinde atque P. Scipio pro fratre Lucio hæc egisset, quæ hic Gracchus pro P. Scipione egisse narratur. Valer. Max. IV. 1. tanquam Gracchus pro Lucio, non Publio, hæc egerit, narrat. Livius paulo post omnium narrat opiniones. *Glar.* Voces *eo tempore* exsulant ab Hearnii L. 1. Gracchi prænomen a Lovel. 2. Id *T.* erat in plerisque codd. Sed *Ti.* recte substituit Frob. a. 1535. *erat T. Sempronius Gracchus* legit Lovel. 3. alii *Gracus*. Vide ad III. 25. § 5. *Graccus erat, qui pro P. Scipione intercedebat* Lovel. 3. Mox *suum nomen* Lovel. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Deinde *tristioremque ejus sententiam* Voss.

§ 10 *Quum L. Scipio excuset, morbum esse caussam fratri, satis id sibi videri*] *Morbum caussæ fratri suo, id sibi videri* Lov. 1. *morbum esse caussæ fratri suo, id sibi videri* Voss. et Gaertn. *morbum esse fratri suo caussam, satis id sibi videri* Lovel. 6. *morbum caussæ esse fratri, satis id sibi videri* Lovel. 2. Harl. et Mead. ambo: *morbum esse caussæ fratri, satis id sibi videri* Lovel. 3. et 4. Vide ad § 3. Præterea *excusasset* cod. Mog. Sed præstat vulgatum.

CAP. LIII. § 2 *Quatuor exercitus fudit fugavitque*] Particula *que* non est in Thuanæo, nec aliis Mss. *Jac. Gron. Exercitus funditus fugavit* Voss. *exercitus funditus fudit, fugavit*, duplici lectione juncta, Gaertn. *exercitus fudit, fugavit*, omissa copulativa, Lov. 1. 4. 5. Mead. ambo, et edd. vett. Ita XXVIII. 28. ' Quatuor exercitus Karthaginiensium fudi, fugavi, Hispania expuli.' XL. 48. ' Extemplo fusi, fugati, mox intra vallum paventes compulsi.' Solet autem sæpe in uno vel altero cod. copula inter eadem hæc verba omitti, quæ in vulgatis adest. Vide ad XXIII. 11. § 10. XXXV. 7. § 8. XXXVII. 57. § 6. et alibi. Alia etiam verba Livius *ἀσυνδέτως* junxit. Vide ad II. 57. § 4. IX. 22. § 6. et sæpe. Hic tamen eamdem expungere ausus non sum ob Mogunt. Msti auctoritatem ; qui, quamvis mendose, servata tamen copula, exhibet *fudit necavitque*. Mox *Karthaginem nobis fecit subjectam* Voss. et Lov. 1. *Karthaginem*

vectigalem nobis fecit subjectam Gaertn. *Karthaginem nobis vectigalem fecit* Lovel. 6. at quatuor illa vocabula desunt in Lov. 4.

§ 3 *Antiochum, recepto ejus fratre consorte hujus gloriæ, L. Cornelius Scipio ultra Tauri juga emovit*] Lege per parenthesin (*recepit enim fratrem consortem hujus gloriæ L. Corn. Sc.*) Gelen. Pall. *Ant., recepit ejus fratrem consors hujus gloriæ L. Scipionem.* Vet. ed. *Ant., recepto ejus fratre consorte hujus gloriæ, L. Corn. Sc. ultra Tauri juga emovit.* Gebh. Lectio, quæ ante Gelenium, et ed. Frob. a. 1535. vulgo exstabat, in uno tantum Lovel. 5. obvia fuit: *recepit ejus frater consors hujus gloriæ L. Scipio* Lovel. 2. Harl. et Mead. 1. *recepit enim frater consors hujus gloriæ L. Scipio* Lovel. 3. *cepit ejus frater consors hujus gloriæ Scipio* Gaertn. *ejus frater consors gloriæ L. Scipio* Lov. 6. *recepit ejus fratrem consors hujus gloriæ L. Scipionem* Lov. 4. et Mead. 2. *recepit* (*cepit* Voss.) *ejus fratrem consortem hujus gloriæ L. Scipionem* Voss. et Lovel. 1. Patet in omnibus his vocem *Cornelius* deesse. Licet vero Gelenius in notis *L. Cornelius Scipio* servarit, Frobenius tamen in ed. a. 1535. ad Gelenii mentem formata τὸ *Cornelius* recte omisit. Tum *ultra juga Tauri* Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Mox *de pace Africani* omnes scripti nostri, et edd. vett. Tum *preteritis* Harl. et Voss. *peteritis* Lov. 3. 4. et Mead. 1. *petetis* Gaertn. *de P. Africano palmam peteretis* Aldus ex cod. Mog. recepit.

§ 4 *Nullisne meritis suis, nullis vestris honoribus*] Τὸ *suis* deest in Lov. 5. Deinde *nullisne vestris honoribus* legit Mead. 2. Mox verba proxima *umquam in arcem tutam, &c. inviolata saltem* deerant in omnibus scriptis nostris, Hearnii L. 1. et edd. usque ad Aldum, qui ea recepit auspiciis cod. Mog. in quo tamen perperam scriptum erat *cum qua*, cujus loco recte Frob. a. 1531. *umquam* emendavit. Mox *senectus eorum considerat* Lovel. 1. *senectus eorum consideratur* Voss. Lov. 2. et Harl. *senectus ejus consideratur* Lov. 6. *senectus ejus considat* Lov. 4. et Mead. ambo: *eorum* tamen margini Mead. 1. adjicitur: *senectus eorum concidat* Lov. 3.

§ 5 *Sed ipsos etiam accusatores: et, deliberaturos se, quid sui juris*] *Sed etiam ipsos* Lov. 3. et Gaertn. *sed et ipsos etiam* Lov. 6. Tum vocula *et* non adparet in Vossian. Lovel. 1. 3. 6. et Gaertn. Hinc *quid juris sui* legunt Lovel. 1. 2. 3. et 6. Τὸ *sui* deest in Voss.

§ 7 *Spolia ex Africano triumpho peterent*] Lege *Africani triumpho*, non *Africano*. Gelenius. Similiter omnes nostri, exceptis Lov. 5. et Mead. 2. qui perperam *Africano* tuentur.

§ 8 *Morientem jure eo ipso, &c.*] Malim *rure*. Sigon. Hoc Scholio, quod demum in ed. Ven. 1592. adparuit, Sigonius emendat errorem, qui in nulla alia, nisi ipsius ed. 1572. obcurrit. Paullo ante particula *de* omittitur in Lov. 2. 4. Harl. et Mead. utroque.

§ 9 *Vir memorabilis, bellicis tamen magis, quam pacis, artibus. Memorabilior*] Hanc lectionem et distinctionem demum reperi in Elzeviriana Heinsii ed. Omnes priores cum codd. nostris, et Hearnii L. 1. omittunt *magis*, et verba ita interpungunt: *Vir memorabilis: bellicis tamen, quam pacis, artibus memorabilior prima, &c.* Pro verbis, quæ mox sequuntur, 'prima pars, &c. defloruere, nec præbita est materia ingenio,' nihil aliud præferunt omnes codd. nostri, Hearnii L. 1. et edd. vett. quam *cui par habita est materia ingenio.* Quæ eorum loco nunc circumferuntur, Aldus optimi Msti Mog. auspiciis adscivit, cujus bonitas et præ aliis libris præstantia hinc iterum patet.

Nec præbita est materia quo ad primum consulatum] Verba hæc in plerisque codd. asterisco notata sunt,

quia sunt oppido obscura: at in ultima Frobenii ed. ex veteribus codd. recte emendata. Priore quidem consulatu magis in Africam apparavit exercitum, quam res ullas gesserit: secundo Italiam nunquam egressus est. Ergo prima vitæ pars memorabilior, quam postrema. *Glar.* Vide ad verba seqq.

§ 10 *Quo ad primum consulatum, secundo etiam si censuram adjicias*] Non sine caussa asteriscus hic appositus erat. Nodum dissolverunt codd. antiquæ scripturæ, in quibus ad hunc modum legitur: *Quid ad primum cons. secundus, etiamsi censuram adjicias.* Gelen. *Quo ad primum consulatum secundo etiamsi* Voss. Lov. 1. 5. 6. et Gaertn. *quo ad primum consulatum secundum etiamsi* Harl. *qui ad primum consulatum secundo etiamsi* Lov. 3. 4. et Mead. 2. *qui ad primum consulatum secundus etiamsi* Mead. 1. Sed recte hæc verba emendavit Gelenius: cujus emendationem probavit quidem Glareanus, sed sensum non recte adsecutus est. Ex adnotatione enim præcedenti patet, eum per primam partem vitæ Scipionis intellexisse tempus ante primum consulatum adeptum: quum contra Livius ad primam partem vitæ referat etiam primum consulatum, et dicat, secundum consulatum, etiamsi adjicias censuram, gloria et rerum amplitudine priori conferendum non esse; unde verum esse efficit, primam partem vitæ memorabiliorem fuisse, quam postremam. Eleganter hic particula *ad* inservit comparationi. Supra XXII. 22. 'Homini non ad cetera Punica ingenia callido ut persuasit.' Alia ex Cic. et Terent. exempla vide apud Tursell. de Partic. Lat. Orat. c. 4. Creditur autem ellipticum esse *quid secundus consulatus ad primum*, pro quid secundus consulatus comparatus ad primum. Plene ergo loquitur Terent. Eun. IV. 4. 14. 'Ne comparandus hic quidem ad illum est.'

Et post reditum necessitas] Non est in codd. *necessitas*, sed *necessitate*. Gelen. *Necessitas* exstat in solo Lov. 5. *necessitatem* in Lov. 3. 4. 6. et Gaertn. Reliqui faciunt cum Mss. Gelenii. Paullo ante *filii caussa* Voss. errore, qui in scriptis sæpe obcurrit. Vide ad XXXVII. 17. § 7.

§ 11 *Unam præcipuam gloriam tulit*] *Unus præcipuam* est, non *unam*. Gelen. Omnes nostri lectionem a Gelenio damnatam servant, nisi quod mendosius *viam*, pro *unam*, præferat Voss. Sed recte Gelenius *unus*, id est, solus. Vide ad III. 69. § 3. Paullo ante *nullum neque periculosius* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Mead. ambo. At vocis *neque* repetitio caussa exstitit, ut duæ mediæ dictiones perperam exciderint. Vide ad IX. 11. § 11. *Nullum majus neque periculosius* Vossian. Harl. et Gaertn. Sed neque illud probandum. Vide ad XXXIV. 1. § 5.

CAP. LIV. § 1 *Qui vivo quoque eo adlatrare ejus magnitudinem solitus erat*] Pall. uterque *lacerare ejus magnitudinem.* Gebh. Suspicabar, *quorum pr. fuit M. Por. Cato, vivi quoque allutrare ejus magn. solitus. Hoc auctore exist.* J. F. Gronov. *Lacerare* Voss. Lov. 2. 4. 6. Mead. ambo, Harl. et Gaertn. *ac lacerare* Lov. 1. 3. quomodo fere infra hoc cap. 'Nisi et ipsius fama sepulti laceretur.' Sed nihil muto. Eleganter enim 'adlatrare' dicuntur maledici et invidi, alterius, sese præstantioris, actis obtrectantes. Silius VIII. 292. 'nigro adlatraverat ore Victorem invidia, et ventis jactarat iniquis.' Vide Bentl. ad Hor. Satyr. II. 1. 85. ex quo etiam constat *lacerare* et *adlatrare* a librariis commutari. *Adlatrare* hoc loco jam legit Quinctil. Inst. Orat. VIII. 6. p. 732. ed. Burm. In reliquis verbis nihil codd. mutant, nisi quod *magnitudinem ejus* legant Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harleian. Mead. ambo, et Gaertn. ac deinde *solicitus erat* Voss. et Lov. 1. De quo errore vide ad V. 22. § 5. et VIII. 13. § 15. Omnino igitur pro-

bare nequeo conjecturam Gronovii, qui, invitis libris, tres voces ex Livio expungere, unam insuper mutare conatus est. Quid de ejectis vocibus *qui* et *erat* censeam, patet ex illis quæ contra Gruter. disputavi ad XXV. 34. § 15. Immerito etiam *vivo quoque eo adlatrare ejus magnitudinem* in *vivi quoque adlatrare ejus magnitudinem* mutari, videbimus ad XLII. 36. § 7.

§ 2 *Et, vivo Africano, rem ingressi, et, mortuo, rogationem promulgasse*] Edd. principes cum Lov. 5. et Hearnii L. 1. exhibent *et vivo Africano reo caussam ingratam:* cujus loco recte Aldus, præeunte cod. Mog. edidit, quod nunc obtinet. Nihil meorum consentiunt. *Vivo Africano rem ingratam* præferunt Harl. Mead. 1. et Gaertn. *vivo Africano rem ingrato* Voss. Lov. 1. 3. 4. et Mead. 2. *vivo Africano rem iniisse,* vel *inisse* Lov. 2. et 6. 'Rem ingredi' est eam incipere. Infra l. XXXIX. c. 28. 'Longe aliam ingressus disserendi viam.' XLV. 21. 'Prætor novo maloque exemplo rem ingressus erat.' c. 23. 'Lacedæmoniorum' populum 'cunctatorem' esse, 'et vix ea, quibus fidit, ingredientem.' Sall. Jug. c. 42. 'Primo Tiberium, dein paucos post annos eadem ingredientem Caium necaverunt:' ubi vide Cort. Cic. de Senect. c. 14. 'Illum lux, noctu aliquid describere ingressum, obpressit.' Val. Max. I. 8. 6. 'Non audentibus Romanis prælium ingredi:' ubi vide Torren. Justin. VII. 6. 'Ut est ingressus imperium.' l. 6. § 8. ff. de Excus. Tutor. 'Divus pater meus, mox ingrediens principatum.'

§ 3 *Velitis, jubeatis, quæratur, quæ pecunia, &c.*] Vox *quæratur* non sine caussa offendit Crevierium. Ita enim orationem integram ac suis numeris constantem esse: velitis, jubeatis, ut prætor urbanus ad senatum referat de ea pecunia, quæ capta ab Antiocho est. Pro *quæratur* igitur legendum censet *Quirites.* Verum ita hic legendum esse, jam diu antea monuerat Brisson. de Form. II. 130. Mox *sub imperio ejus fuerunt* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Ceterum post hæc verba duæ pagellæ deerant in Lov. 3. usque ad XXXIX. 2. § 7.

§ 4 *Quod æs in publicum relatum non est*] Antiq. scriptura est *quod ejus in publicum.* Gelen. Prisca lectio tantum exstat in Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Reliqui scripti stant cum Gelenio. Recte. XXXI. 4. 'Decemviros agro Samniti Appuloque, quod ejus publicum populi Romani esset, metiendo dividendoque crearet:' ubi vide quæ notantur. XXXVIII. 23. 'Ceteram prædam vendidit, quod ejus in publicum redigendum erat.' Mox voces *prætor urbanus* desunt in Lovel. 6. Plures autem legunt compendiosa scriptura *prætor urb.* at *prætor urbis* Lov. 1. 2. 4. Voss. Harl. et Mead. 1. Vide ad XXV. 1. § 11. Deinde vox *rem* abest a Lov. 1. Hinc *prætores modo sunt* legit Mead. 1. *modo* de præsenti dici, docet Voss. ad Catull. p. 39. At reliqui omnes *nunc* tuentur.

§ 5 *Huic rogationi primo Q. et L. Nummii intercedebant*] *Primo* abest a vet. lib. Porro autem *Mummii* lego, quæ gens notissima est. L. quidem Mummius decem ab his annis prætor est. *Sigon. Primo* deest etiam in Lovel. 2. 4. Harl. et Mead. utroque. Deinde *Q. et L. Nummii* in uno est Lov. 5. *Q. et M. Numini* legit Lov. 1. *Q. et Minutius* Gaertn. *Q. et L. Minutii* Voss. et Lov. 6. Similiter fere infra iidem codd. legunt § 11. Recte *Mummii* Sigonius. Vide ad XL. 52. § 4.

§ 6 *Regnum in senatu Scipionum*] *In senatum* Voss. Tum *Scipionis* Lov. 2. Mox *L. Purpurio,* omissa media voce, Gaertn. et edd. priscæ. Eam ex cod. Mog. addidit Aldus, quæ et in plerisque reliquis Mss. superfuit. *Purpurio* etiam Lov. 2. 5. et 6. Sigonius emendavit *Purpureo.* Vide ad XXVII. 2. § 10.

§ 7 *Non quæ ab Antiocho modo pecuniæ factæ forent*] *Captæ* malim. *Sigon.* Scholion hoc Sigonii demum adparuit in ed. Ven. 1592. eo mortuo vulgata, quo emendavit errorem operarum, in ed. sua a. 1572. commissum. Mox *ut Cn. Manlium inimicum incesseret* Lov. 2.

§ 8 *Is post mortem P. Africani*] *Is morte P. Africani* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harleian. Mead. ambo, et Gaertn. Mox τὸ *eam* non adparet in Lov. 2. et Harl. Tum § seq. *nisi accusaretur* Lov. 5. et ed. Camp. *nisi etiam accusarent* Mead. 1. Vide ad c. 40. § 1.

§ 10 *Frater insuper accessione invidiæ mactetur*] Antiq. scriptura *accessio* rectius, quam *accessione:* quod non dubito data opera depravatum ab istis delicatulis, qui hiatum ne in alienis quidem scriptis ferre possunt. *Gelen.* *Accessione* Voss. Lov. 1. 2. 5. 6. et Harl. at recte *accessio* emendavit Gelenius, quod in aliis meis superest. Locutio dicta est per adpositionem. Eam inlustrat Gronov. ad XLV. 7. § 2. Paullo ante *nisi ipsius fama* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. vett. Particulam *et* Aldus, præeuntibus membranis Mog. addidit. Vide ad II. 44. § 3.

§ 11 *Exstat oratio ejus de pecunia regis Antiochi, et Mummios tribunos auctoritate deterruit*] *Esse et oratio ejus* Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *exstat et oratio ejus* Lov. 5. 6. Hearnii L. 1. et edd. vett. Primus Frob. 1535. τὸ *et* ex contextu ejecit. Deinde in *Mummiorum* nomine itidem hic variant scripti, ut supra § 5. at insuper *Miminios* Harl. *Mimininios* Mead. 1. *et Minutius deterruit* Gaertn.

§ 12 *Omnes tribus, uti rogasset, jusserunt*] *Uti rogas*, ut jam sæpe admonui. *Sigon.* Quem etiam vide ad VI. 38. § 5. Verum recte Gronov. docet ad XXXI. 8. § 1. interdum quidem Livium, ubi oratio ac narratio permittit, directam hanc formulam, 'uti rogas,' adhibuisse; sin, verbo paullum inflexo, dixisse 'uti rogarat,' 'uti rogasset:' et quidem hic totius orationis seriem, ubi nemo loquens inducitur, nulliusve verba exprimuntur, sed solus historicus, quid factum sit, narrat, pati non posse, ut integra formula *uti rogas* referatur. Ejecta igitur, quam Sigonius adoptarat, lectione, reposuit *uti rogasset*, quemadmodum Frob. 1535. edidit. Et ita plerique codd. quos consului. Verum *omnes tribuni, qui rogare jussi erant, jusserunt* Lov. 6. *omnes tribuni vel rogate jussi erant et est planior testus rogassent, jusserunt* Lov. 1. *omnes tribuni rogassent, jusserunt* Voss. *omnes tribus, uti rogassent, jusserunt* edd. Frobeniana priores; quod perperam loco motum reduxi. *Uti rogassent*, nempe duo Quincti Petillii, quos rogationem promulgasse hoc cap. testatus est. Similiter XXX. 43. postquam narrasset, M'. Acilium et Q. Minucium tribunos plebis ad populum tulisse, vellent juberentne, senatum decernere, ut cum Karthaginiensibus pax fieret, addit, 'De pace uti rogassent, omnes tribus jusserunt.'

CAP. LV. § 1 *Quem rogationem Petilii quærere vellent*] Imo *rogatione Petilia.* Gelen. Libri nostri omnes, *quem rogationem pecuniarum quærere vellent.* Gebh. *Quam rogationem Petilii* Voss. et Lov. 1. ac 6. *quem rogatione Petilii* Lov. 2. Harl. et ed. Ven. 1498. *quem rogatione pecuniarum* Lov. 4. 5. Mead. 2. Gaertner. et edd. principes. Sed verum Gelenius vidit. Liv. XLII. 21. 'Rogationem Marciam de Liguribus magno consensu plebes scivit.' Ita 'plebiscitum Valerium;' vide ad c. 36. § 9. Mox *Tuberonem*, pro *Culleonem*, Hearnii L. 1. Sed passim 'Culleonis' cognomen et Livius, et alii ei tribuerunt. Vide ad XXX. 43. § 11.

§ 2 *Alii hunc prætorem adeo amicum*] Lege *Ad hunc prætorem*, et § 3. pro *alii adeo inimicum, aut adeo inimicum;* pro *prodiderunt, prodiderint.* Ita tota

periodus pulchre constabit: quam is, qui bis perperam scripsit *alii*, mire obscuravit. Et tamen talia vix possunt scribis imputari. Vix tempero stomacho, quoties in mentem venit ingeniorum tam male auspicatorum, tametsi nimium crebro stomachandi materiam præbeant. *Gelenius.* Unus Lov. 5. utroque loco stat cum libris inpressis; reliqui codd. cum Gelenio; nisi quod posteriori loco *aut* desit in Lov. 1. Longior orationis ambitus, cui tamen intelligendæ Livius interpositis vocibus, *ceterum ad hunc nimis æquum aut iniquum prætorem*, consulere conatus est, loco conrumpendo ansam dedit. Eum recte expedivit Gronov. XLIV. 40. § 2. ubi etiam Gelenii emendationem probat.

Mulsum prosecutis funus dedisse] Mulsum οἰνόμελι vocat Plutarchus, cum hanc eandem rem tradit in Apophtheg. p. 196. Ἀποθανόντος δὲ τοῖς ἐπὶ τὴν ἐκφορὰν παραγιγνομένοις ἐνέχει πίνειν οἰνόμελι. *Sigon.* Veteres Romani mulsum in deliciis habebant, et in triumpho milites ab imperatore eo donabantur. Plautus in Bacchid. IV. 9. 149. 'Sed, spectatores, vos nunc ne miremini, Quod non triumpho: pervolgatum est, nihil moror. Veruntamen accipientur mulso milites.' In eo exemplo et more tum Livius significat, Culleonem in Africani funere, renovata memoria triumphi ejus, pileatum dedisse mulsum, aut triumphi imitatum liberalitatem et imaginem hoc fecisse. *Turneb.* Advers. XIV. 11. An huc referendum votum Papirii X. 42.? 'Voverat Jovi Victori, si legiones hostium fudisset, pocillum mulsi prius, quam temetum biberet, sese facturum.'

§ 4 *Ad hunc nimis æquum aut iniquum prætorem reus extemplo factus L. Scipio*] *Fieri reum ad prætorem*, pro apud prætorem, dictum. Sueton. in Tiber. cap. 8. 'Fannium Cæpionem reum majestatis ad judices fecit, et condemnavit.' Sic XL. 24. 'Perseum ad patrem accusavit.' *Sigonius.* Ita 'reus ad populum' II. 54. 'criminari ad populum' III. 9. 'criminari ad plebem' III. 31. 'caussæ criminum ad plebem' V. 20. 'ad populum stupri damnare' X. 31. 'accusare ad populum' XLIII. 8. et XLV. 37. 'diem dicere ad populum' Gell. III. 4. Et quidem in hac eadem historia Val. Max. III. 7. 1. 'Diem illi ad populum M. Nævius tribunus plebis, aut, ut quidem memorant, duo Petillii dixerant.' Gell. IV. 18. 'Quum M. Nævius tribunus plebei accusaret eum ad populum.' Vide ad VII. 7. § 4. Ceterum in loco Suetonii, quem Sigonius laudavit, constanter *apud judices*, non *ad judices*, editur. Deest etiam Scipionis prænomen *L.* in Lov. 2.

Et C. Furii Culleonis] C. Furius quæstor 'Aculeo' cognominatur, non 'Culleo;' quod cognomen in Terentia gente fuit, non Furia. *Gelen.* Ms. *C. Furii Culleonis quæstoris.* Modius. Libri nostri omnes vitiose *C. Furiucii Leonis.* Gebh. *C. Furiatii*, vel *Furiacii Leonis* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Mead. ambo, et Gaertn. cum edd. Camp. Rom. 1472. et Parm. *C. Furii Acilii Leonis* Harleian. *C. Furii Atii Leonis* Hearnii L. 1. *C. Furii Leonis* memoratis edd. proximæ. *C. Furii Culleonis* ex cod. Mog. Aldus. Sed verum vidit Gelenius. Paullo ante *simul et recepta* Lov. 6.

§ 5 *Ut omnia contacta societate peculatus viderentur*] *Contracta* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. Sæpius ita librarios peccasse, vidimus ad VI. 8. § 6. De voce 'contactus' vide ad II. 5. § 2. et Gebhard. ad IV. 15. § 8. Mox *Scipio et Hostilius* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. vett. Sed prænomen Hostilio reddiderunt Moguntini ex cod. suo.

§ 6 *Sex millia pondo auri, quadringenta octoginta argenti*] *Quadragintum octoginta* Lov. 1. *quadrigentum octoginta* Lov. 4. Harl. et Mead. 1. *quadringen-*

tum octoginta Lovel. 2. 5. et Mead. 2. cum edd. Campani, et aliis. Observat autem Periz. in Animadv. Hist. c. 10. p. 423. ingenti lapsu Pighium in Ann. ad a. IↃLXVI. p. 297. ex hoc loco adferre *quadragies et octuaginta argenti pondo*, idque haud dubie, quia statim litem *quadragies* æstimatam additur. Mox *retulerat* omnes scripti mei, Hearnii L. 1. et priscæ edd. pro quo Aldus, præeunte optimo duce, codice Mog. *retulerit* emendavit.

§ 7 *Octoginta pondo auri, argenti quadringenta tria*] *Argenti XLIIII.* Gaertn. *et argenti quadraginta tria pondo* Lov. 2. *et argenti quadringenta tria* Voss. et Lov. 6. *argenti quadringenta tria pondo* Lov. 4. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. ac N. *et argenti quadringenta tria pondo* Lov. 1. 5. et edd. vett. Vocem *pondo* in fine Aldus, τὸ *et* ab initio Frob. a. 1535. omiserunt. Sed omnia *argenti quadraginta tria* librarii culpa exsulant ab Harl. Mox in fine § dictio *pondo* non adparet in Gaertn. *et argenti ducenta pondo* præfert Lov. 2. *auri pondo centum triginta, argenti ducenta*, trajectis vocabulis, cod. Mog.

In L. Scipione malim equidem librarii mendum, quam, &c.] Hoc ego ita intelligo, ut Livius dicat, legi debere apud Antiatem, ‘ Scipionem sex millia pondo argenti, et quadringenta octoginta auri plus accepisse, quam in ærarium retulerit.’ Quæ deinde Livius ita comparat, ut sex millia pondo auri, et quadringenta octoginta argenti, ut librarii corruperant Livii opinionem, æquent ducenties quadragies H-S. Rursus sex millia pondo (ut Livius vult apud Antiatem legi debere) argenti, et quadringenta octoginta auri æquent quadragies H-S. quæ ratio non admodum differt a Budæi supputatione. Ostendit autem, aurum eo tempore non tanta æstimatione Romæ fuisse, ut posterioribus inde annis: quod etiam ipse Budæus multis locis asseverat. Cæterum hujus historiæ Gellius meminit IV. 18. et Valer. Max. III. 7. *Glarean.* Ex verbis seqq. constat, Livium conjecisse, vitiata Antiatis verba, unde L. Scipioni litem ducenties quadragies æstimatam fuisse dicendum foret, ita emendanda esse, ut inde tantum quadragies H-S efficiatur. Id autem qua emendatione fieri possit, non addit. Qua ratione Antiatem integritati restituendum Glareanus existimarit, ex præmissa ejus adnotatione patet. Ejus sententia duplicem ob caussam displicuit Periz. in Animadv. Hist. c. 10. p. 424. primo, quia in ceteris auri mentio præcedit constanter argentum: deinde, quia summa hæc Glareani excedit *quadragies*, quo litem Scipioni æstimatam vult Livius, trecentis et viginti millibus H-S. Ipse itaque putat, potius erratum a librario in numerorum notis, quod et facilius fieri potuit, et sæpissime factum, quam transpositis ipsis *auri* et *argenti* vocabulis. Nempe *IↃↃCIↃ*. id est *sex millia* pondo auri dederit pro *IↃC*. seu *sexcentis*, et *CCCC*. seu *quater centena* pro *CIↃ*. *CIↃ*. *CIↃ*. *CIↃ*. vel *CIↃ*. *IↃↃ*. id est *quatuor millibus:* quæ notæ olim paullo convenientius inter se fuerunt scriptæ, ut docuit Petr. Servius in Juven. Fer. cap. 4. Sexcenta autem pondo auri et quatuor millia pondo argenti simul computata exacte respondere quadragies H-S. Superesse quidem ‘ octoginta ’ pondo argenti, quorum in summa ad H-S redacta Livius rationem non habuit, quoniam ea rotundo numero, vel eodem, quo cetera, modo exprimi non poterant, quippe quum non una centena, sed tantum duo et triginta millia nummorum explerent. Plane quemadmodum in altera quoque summa, in quam Scipionem damnatum scripserat librarius, ad *ducenties quadragies* sestertium reducta fecit, ubi prætermissa ab eo est tota argenti summa *quadringentorum octoginta pondo*, seu

CXCII. millium sestertiorum. Sola enim *sex millia pondo auri* facere *ducenties quadragies H-S.*

§ 9 *Similius enim veri est*] *Vero est* Harl. Utroque modo Livium locutum esse, vidimus ad v. 21. § 9. Reliquis ergo codd. vulgatum defendentibus adhæreo.

Potius quadragies, quam ducenties quadragies, litem æstimatam] Credit ergo Livius, L. Scipionem judicatum, non *sex millia,* sed *mille pondo* auri plus accepisse, quam in ærarium retulisset: nam ' mille pondo ' auri sunt ' quadragies sestertium.' Excurrentis summæ ' quadringentorum octoginta pondo argenti ' vel rationem in lite æstimanda habitam non fuisse, quod longe major erat summa auri, quam argenti, vel scriptores veteres rotundo numero usos fuisse, putat Budæus de Asse III. pag. 77. Posterius placet Gronovio Pecun. Vet. III. 7. *Duk. Extimatam* Lov. 1. 4. et Gaertn. *existimatam* Lov. 2. et Harl. passim a librariis commisso errore. Vide ad XXXIV. 2. § 5.

§ 10 *Rationem etiam ab ipso P. Scipione requisitam esse*] Sic etiam Gell. IV. 18. cui accusator P. Scipionis est ' Nævius.' Valer. Max. III. 7. 1. a L. Scipione rationem requisitam, et de accusatore P. Scipionis varie relatum tradit. *Duker. Ab ipso requisitam esse P. Scipione* omnes codd. mei, (nisi quod quidam insuper legant *P. Scipionem*) et edd. ante Aldum, qui ex fide cod. Mog. voces trajecit, ut nunc editur.

§ 11 *Inspectante senatu suis ipsum manibus compressisse*] Hic quoque *concerpsisse* restitui, non temere, sed auctoritate fretus. *Sabell. Compressisse* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Mead. ambo, et edd. principes: *comprensisse* Lov. 6. *conscripsisse*, vel *consc'psisse* Gaertn. *concerpsisse* emendat etiam Budæus de Asse I. 204. Sabellicus quidem non explicat, qua auctoritate ita emendaverit; secutus tamen videtur Valer. Max. et Gell. quorum hic IV. 18. ' discidit suis manibus et concerpsit;' ille III. 7. 1. ' discerpsit,' eamdem historiam referentes, dixerunt. Præterea *spectante senatu* Lov. 1.

§ 12 *Indignantem, quod, quum bis millies in ærarium intulisset*] *Indignatum* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. cum edd. vett. Val. Max. l. laud. ' Indignatus de ea re dubitari, quæ sub ipso legato administrata fuerat.' Sed *indignantem* Frob. 1535. reposuit. Dein *quum hiis millies* Mead. 1. *quum is millies* Lovel. 2. Valer. Max. l. laud. ' Ærarium meo ductu meisque auspiciis bis millies H-S. uberius feci.' Insuper *in ærarium tulisset* Lov. 2. *in ærarium retulisset* Lov. 5. Supra hoc cap. ' plus accepisse, quam in ærarium retulerit.' Verum *intulisset* Aldus ex cod. Mog. mutavit. Et ita reliqui codd. nostri. Infra XXXIX. 29. ' Id quoque se in ærarium inlaturum.' Vide ad Livii Præf. § 11.

§ 13 *Ab eadem fiducia animi, quum quæstores pecuniam ex ærario*] Plutarchus sic quoque in Apophthegm. p. 196. Χρήματα δὲ τῆς συγκλήτου λαβεῖν αὐτὸν ἐκ τοῦ ταμείου ψηφισαμένης, τῶν δὲ ταμιῶν οὐ βουλομένων ἀνοῖξαι τῆς ἡμέρας ἐκείνης, αὐτὸς ἀνοίξειν ἔφη· καὶ γὰρ κλείεσθαι δι' αὐτὸν πλήσαντα χρημάτων τοσούτων τὸ ταμιεῖον. *Sigonius. Et ab eadem fiducia animi* Lovel. 2. et Harl. Vox *animi* omittitur in Hearnii L. 1. quemadmodum τὰ *ex ærario* in Lov. 2. Mox *claves*, vel *clavis poposcisse* præferunt Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo.

CAP. LVI. § 1 *Multa alia, in Scipionis exitu maxime vitæ*] Ms. *Multa alia, in Scipionis fine tum maxime vitæ.* Legerim *Multa alia, in Scipionis exitu cum maxime vitæ:* quia illa est solens historicis locutio. *Modius.* Modio adsentiri nequeo. Nam *cum maxime* sæpe quidem apud historicos obcurrit, sed pro ' hoc maxime vel præsertim tempore,' ut *tum maxime* pro ' eo

præsertim tempore.' Vide ad XXVII. 4. § 2. Id autem hic non requiritur. Sed *in exitu maxime vitæ* est 'præsertim in exitu vitæ:' quo sensu simpliciter *maxime* centies centiesque apud Livium obcurrit. Puto igitur *fine tum* in cod. Mog. per errorem librarii natum esse ex τῷ *exitu*, ex ultima litera vocis præced. in initio hujus propter ductuum similitudinem adscita litera *f*, in fine autem τῷ *m* repetito ex initio sequentis.

§ 2 *Alii M. Nævium*] Pall. et vet. ed. *Navium*. Gebhard. *M. Manlium* Harl. *M. Navium* reliqui codd. mei, cum edd. vett. Infra vero § 6. *M. Navii*, vel *Navi*, omnes et manu et typis descripti. Sed recte Moguntini ex cod. suo *M. Nævium*, et infra *M. Nævii* emendarunt. Ita enim vocatur apud Valer. Max. III. 7. 1. et Gell. IV. 18.

Dicta dies sit: non de anno, quo mortuus sit: non ubi mortuus, aut elatus sit] Τὸ *sit* primo loco omisit Voss. Deinde *mortuus sit, aut delatus sit*, reliquis omissis, Lov. 1. *mortuus aut delatus sit* Gaertn. *mortuus sit aut delatus* Lov. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo: *mortuus sit aut elatus* Lov. 5. et edd. principes, pro quo in aliis *mortuus sit elatus* exstat. *Delatus* etiam Voss. quod natum primo videtur, quia, qui verba scribenti præibat, non satis distincte voces *aut elatus* pronunciavit. Eam, quæ nunc exstat, lectionem Aldus ex cod. Mog. adscivit. *Elatus* est 'sepultus.' Supra II. 33. 'Sumtus funeri defuit. Extulit eum plebs sextantibus conlatis in capita.' XXIV. 22. 'Periculumque ingens manet, ne libera efferatur respublica:' ubi vide Sigon. Justin. XII. 1. 'Milites magnis funerum impensis extulit.' Vide viros doctos ad Nepot. Arist. cap. ult. ad Petron. c. 111. et Kirchm. de Funer. II. 1.

§ 3 *Monumentoque statua superinposita fuit*] *Et monumento* Gaertn. Tum *superposita* Lov. 2. et Harl. Sed de verbo 'superinponere' vide ad XXI. 2. § 5.

Quam tempestate disjectam nuper vidimus ipsi] Vox *tempestate* exsulat a Lov. 2. et Mead. 1. Deinde *statuam tempestate disjectam* intelligere possumus, cujus diffractæ membra passim dispersa sunt: quo sensu 'disjectam tempestate classem' habuimus XXI. 49. § 5. ubi vide. Mallem tamen, si per codd. qui hic omnes *disjectam* tuentur, liceret, *tempestate dejectam*, de basi nempe, vel de monumento, cui superinposita erat. Infra XXXIX. 7. 'Malus in circo instabilis in signum Pollentiæ procidit, idque dejecit.' XL. 2. 'Cum vento tempestas coorta signa ænea in Capitolio dejecit.' Jul. Obseq. de Prodig. c. 60. 'Signa ænea in Capitolio dejecit.' c. 75. 'Procellosa tempestate pontis maximi tectum cum columnis in Tiberim dejectum.' c. 89. 'Romæ et circa fulmine pleraque dejecta sunt.' Solent 'dejicere' et 'disjicere' commutari; vide Nic. Heinsium ad Nason. Met. XII. 108.

§ 4 *Monumento tres statuæ sunt: quarum duæ P. et L. Scipionum*] Omnia hæc verba desunt in Hearnii L. 1. neglegentia librarii ob vocis *Scipionum* repetitionem. Vide ad IX. 11. § 11. Sola vox *quarum* exsulabat a Lov. 5. et edd. vett. quam Aldus ex Mog. cod. retraxit. Consentiunt reliqui nostri. Mox τὸ *esse* non comparet in Harl.

§ 5 *Si modo ipsorum sunt, quæ feruntur, P. Scipionis et Ti. Gracchi, aberrant inter se*] Rectius in codd. legitur *abhorrent inter se*. Gelen. Omnes libri *aberrant*. Gebh. *P. Scipionis* nesciunt Lov. 5. et edd. vett. quas voces Moguntini ex cod. suo adscivernnt. Easdem servant reliqui Mss. Tum *et Sempronii Gracchi* Lov. 2. et Harl. Reliqui vulgatum defendunt, nisi quod plures eorum male *T. Gracchi* præferant. Deinde *aberant* Lov. 1. *aberrant* reliqui, cum Hearnii L. 1. pro quo recte Gelenius ex Msto Mog. *abhorrent* emendavit.

Olim, omissa adspiratione, *aborrent* scriptum fuerat, quod inperiti in *aberrant* mutarunt. Pari modo variant codd. XXII. 13. § 6. Et ita 'error' et 'horror' commutantur; vide ad XXXIX. 8. § 4. Utrum Scipio orationis, quæ nomine ejus circumferebatur, auctor exstiterit, non convenire, testatur quoque Gellius IV. 18.

§ 6 *Nebulonem modo, modo nugatorem adpellat*] Ms. habet *nebulonem modo, modo nugatorem appellantis.* Modius. Thuan. *nebulonem, modo nugatorem.* In quem modum aliquoties supra restitutus Livius. *J. F. Gron.* Alterum *modo* expungunt etiam Voss. Lov. 1. 2. 4. Harleian. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et Crevierii Victor. Videri posset, vocem *modo*, quæ geminanda erat, inertia librariorum semel omissam esse. Eum enim errorem eos sæpius commisisse, constat ex illis quæ notantur ad XXXIII. 27. § 4. Verum id minus placet, partim quia duo tantum codd. iique minoris auctoritatis, Lov. 5. et 6. editis consentientes *nebulonem modo, modo nugatorem* præferunt; partim quia cod. Mog. inverso vocabulorum ordine legit *modo nebulonem, modo nugatorem;* quæ inconstantia suspicionem movet, alterum *modo* a mala manu, et pro cujusque arbitrio vel hoc, vel illo loco interpositum esse. Ne quis tamen, præstantissimi codicis auctoritate motus, nihilominus alterum *modo* defendendum existimet, ejus Msti testimonium hic illud minuit, quod vitii manifestus insuper, pro *appellat*, legat *appellantis.* Id enim si recipimus, sequitur, Scipionem reum ab accusatore modo nebulonem, modo nugatorem adpellatum fuisse; quum contra ita accusatorem adpellarit Scipio; cujus verba hæc laudat Gell. IV. 18. 'Sed censeo relinquamus nebulonem hunc: eamus hinc protinus Jovi optimo maximo gratulatum.' Probo igitur sententiam Gronovii, et cum eo lego *accusatoris: nebulonem, modo nugatorem adpellat.* Genus autem loquendi pluribus inlustratur ad III. 37. § 8. Recte autem jungit 'nebulonem' et 'nugatorem.' Nam, teste Festo ea voce, 'Nebulo dictus est, ut ait Ælius Stilo, quod non pluris est, quam nebula, aut qui non facile perspici possit, qualis sit, nequam, nugator.' Paullo ante *sine nomine accusatoris est* Lov. 5. et ed. Camp. *est sine nomine accusatoris* Lov. 6. An igitur, etiam τῷ *est* ejecto, legendum *ipsa oratio, sine nomine accusatoris, nebulonem, modo nugatorem adpellat?*

§ 8 *Et accusatus damnatus sit*] Vet. lib. *et accusatus, et damnatus sit.* Sigon. Similiter non tantum omnes codd. sed etiam edd. excepta sola Basil. 1554. quæ posterius *et* operarum lapsu omisit. Mox *fuisse in Etruria* Harl.

§ 9 *Quo post famam de fratris casu adlatam, &c. cucurrisse eum Romam*] *Quod post famam* Mead. 2. *et post famam* Lov. 2. Sed non expediebant si librarii, neque videbant jungendum esse *post famam quo adlatam.* Tum *de casu fratris* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Præterea *currisse* Lov. 1. Si codd. addicerent, mallem, adsentiente Dukero, *accurrisse eum Romam.* Cic. de Offic. III. 31. 'Quod quum audivisset adolescens filius, negotium exhiberi patri, accurrisse Romam?'

Quum a porta recte ad forum se contulisset] *Recta* ex vet. lib. *Sigonius.* Eadem est ed. Basil. 1554. quæ operarum aberratione *recte* exhibet, invitis ceteris excusis, et scriptis omnibus, præter unum Lov. 2. qui in eodem luto hæret. Vide ad III. 46. § 5. *Recta a porta* legit Gaertn.

In vincula duci fratrem dictum erat] Omnes libri habent *duci fratrem jussum erat.* Gebh. *In vincula duci fratrem invenerat* Voss. Lov. 1. 6. et Lov. 2. in margine: *in vincula duci fratrem jussum erat* Lov. 2. in contexto,

Lov. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et primæ edd. pro quo Aldus *dictum erat* ex cod. Mog. reposuit. Mox *renitentibus*, pro *retinentibus*, Lovel. 6. a m. sec.

§ 10 *Hinc enim ipse Gracchus queritur*] Tu scribe *Hæc enim ipsa.* Gelen. Pall. *Hæc enim ipsa Gracchus queritur.* Gebh. *Hæc enim ipse Gracchus* Lov. 5. Harl. et priscæ edd. Postea Moguntini professi sunt, se in cod. suo reperisse *Hinc enim ipse Tiberius Gracchus queritur.* Ex ejus vestigiis Aldus dedit *Hinc enim ipse Gracchus;* pro quo Gelenius emendat *Hæc enim ipsa,* ut exstat in Lov. 2. 4. Mead. utroque, et Gaertn. quum vox *ipsa* omissa sit in Lov. 1. 6. et Voss. Sigonius primarum edd. lectionem revocavit. Mihi Aldina lectio adridet, quam Livio reddidi.

Et ad postremum, quum auxilium L. Scipioni polliceretur] Prima vocula deest in Lov. 2. Dein *pollicetur* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. principes, quorum auctoritati parui. Mox *τὸ potius* repudiat Voss. quod etiam abesse potest: alii tamen omnes tuentur.

§ 11 *Quod degenerarit tantum a se ipse*] *Quod degeneravit non tantum* Gaertn. *quod generaverit non tantum* Voss. *quod generaverit tantum* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo: *quod generavit tantum* Lov. 1. et 2. *quod degeneraverit tantum* Lov. 5. 6. et edd. vett. pro quo Froben. 1535. reposuit *degenerarit.* Vide ad XXI. 44. § 7. Deinde *a se ipso* Lov. 1. 5. 6. et edd. antiqq. Male. Vide ad II. 19. § 5. *Ac se ipse* Harl. et Mead. 1. qui *ab se ipse* dare voluisse videntur. Mox *cumulata sed veteres laudes* Voss. et Lov. 1. ac 2. *cumulata sed veras laudes* Gaertn. *cumulatas et veteres laudes* Lov. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. vett. *cumulatas etiam veteres laudes* Lov. 6. Frobenius 1531. vulgati auctor exstitit, *et* in *ei* mutato. Vide ad XLI. 15. § 6.

§ 12 *Perpetuum consulem et dictatorem*] Eadem de moderatione Scipionis refert Valer. Max. IV. 1. 6. Sed in eo, quod ibi de imagine Scipionis in Capitolio dicit, deinde et a Livio, et a se ipse discrepat. Nam VIII. 15. § 1. ita scribit: 'Imaginem in cella Jovis optimi maximi positam habet; quæ, quotiescumque funus aliquod Corneliæ genti celebrandum est, inde petitur.' Appian. in Hispan. p. 267. Καὶ νῦν ἔτι τὴν εἰκόνα τὴν Σκιπίωνος ἐν ταῖς πομπαῖς μόνου προφέρουσιν ἐκ τοῦ Καπιτωλίου, τῶν δ' ἄλλων ἐκ τῆς ἀγορᾶς φέρονται. Ceterum miror Livium rem tam memorabilem, et ad mutandam totam formam reipublicæ pertinentem, per occasionem decreti Gracchi leviter tangere, quam in corpore ipso historiæ narrare, et judicium suum de veritate illius interponere maluisse. Nam quod Graccho hunc sermonem tribuit, non satis argumenti est, eum fidem habuisse illis, qui hoc tradiderant; quandoquidem et alibi, quum sibi quædam parum certa videri significasset, deinde alios ea tamquam certissima adfirmantes inducit. Vide ad XXXVI. 40. Quidquid est, mihi res notabilior esse videtur, quam quæ in historia ipsa, cui sæpe multo leviora inserit, præteriri debuerit. *Duk.*

§ 13 *Prohibuisse, ne decerneretur, ut imago*] Voces *ne decerneretur* Lov. 2. omittit, quarum loco *ut decerneretur* legit Lov. 6. Dein *uti imago* Lov. 2. et Harl. Mox *ex templo Jovis optimi exiret* Voss. et Lov. 1. *ex templo* etiam Lovel. 6. *e templo Jovis exiret* Gaertn.

CAP. LVII. § 1 *Magnitudinem animi moderandis ad civilem habitum honoribus*] *Moderantis vilem habitum honoribus* cod. Mog. Ex ejus vestigiis legendum videtur *magn. animi, moderantis ad civ. hab. hon., signif. Moderantis honoribus,* ut IV. 7. 'Gaudeant, se iræ moderatos.' XXXI. 44. 'Atheniensium civitas odio in Philippum

per metum jamdiu moderata erat.' XXXVII. 35. 'Suæ fortunæ moderarentur, et alienam ne urguerent.' Silius XIII. 679. 'Martis moderare furori.'

§ 2 *Huic Graccho minorem ex duabus filiabus*] Quum constanter legatur in Mss. voluminibus *ex duabus filiis*, videtur hoc loco Livius contempsisse exceptionem grammaticorum. Neque enim jam est ambigua vox, quantum ad sexum attinet, si dicat *duabus filiis*. Si cui tamen magis placet vulgata lectio, cum eo equidem non pugnarim, contentus veterem indicasse. *Gelen.* Libri nostri omnes *ex duabus filiabus*, quod puto interpretatum ab sciolis, qui ignorarent ita loqui quoque bonos scriptores. Trogus VII. 3. 'Legati benigne excepti, inter epulas ebrietate crescente, rogant Amyntam, ut apparatui epularum adjiciat jus familiaritatis, additis in convivium suum filiis et uxoribus: id apud Persas haberi pignus ac fœdus hospitii.' *Gebh.* *Ex duabus filiis* Voss. Lov. 1. 2. 6. et Harl. *ex duabus filiabus* Lov. 4. 5. Mead. ambo, et Gaertn. Posset censeri Livius *duabus filiis* dixisse, ut evitaret *ὁμοιοτέλευτον*, nisi *duabus filiabus* usurpasset XXIV. 26. 'In sacrarium ad penates confugit cum duabus filiabus virginibus.' Gelenii tamen lectionem servavi. Similiter Athenienses 'filiis Aristidis,' pro filiabus, dotem dedisse, refert Frontin. Strat. IV. 3. § 5. Adde Voss. Gramm. IV. 4. Locus Justini, quem Gebhardus laudavit, hodie aliter legitur in excusis. Mox *a patre collata* Voss. Lov. 1. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. Sed vide ad X. 32. § 5. Tum *nuptam esse* Lov. 1.

§ 3 *Et desponsa sit, et nupserit: an veræ illæ opiniones sint*] *Et dispensarit* Voss. et Lov. 6. *et desponsarit* Lov. 1. *et desponsata sit* codd. Mogunt. Lov. 2. Harl. et Gaertn. Ita variant codd. etiam mox hoc cap. § 8. ubi vide. Tum *an vero illæ opiniones* Gaertn. vox *illæ* deest in Lov. 1. Ceterum, Scipionis filiam post mortem patris Graccho certe nupsisse, testatur Plutarch. in vit. Gracch. in princ.

§ 4 *In eum se fratrem ejus duci*] Pronomen *se* abest a Lov. 5. et edd. vett. id ex cod. suo Moguntini interposuerunt, et servant omnes reliqui nostri. At vicissim *ejus* exsulat a Lov. 6. Paullo ante *gerendæ gratiæ caussa* Voss. et Lov. 1. *quærendæ gratiæ caussa* Lov. 6. *quærendæ caussa gratiæ* Gaertn. Tum *quem in carcerem* Voss. et Gaertn.

§ 5 *Senatum, eo die forte cœnantem in Capitolio, consurrexisse*] Cur assurrexerit senatus, ambiguum; Gracchone tam bene merito de republica, an P. Scipioni, quicum statim verba fiunt. Æmyliæ item responsio, nisi eam Graccho vel affinem, vel valde faventem intelligamus, quid sibi velit, non plane capimus. *Glar.* *In Capitolio cœnantem* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. ambo, et Gaertn. *Consurrexisse* nempe de mensa, ut Scipionem de nuptiis filiæ minoris et Ti. Gracchi rogaret, et quasi supplicaret. Cic. ad Fam. IV. 4. 'Fecerat autem hoc senatus, ut, quum a L. Pisone mentio esset facta de Marcello, et quum C. Marcellus se ad Cæsaris pedes abjecisset, cunctus consurgeret, et ad Cæsarem supplex accederet.' Mox *desponsaret* Gaertn. Vide ad § 8.

§ 6 *Quibus ita in publicum sollemne sponsalibus rite factis*] Cur non *inter publicum solenne* potius, quemadmodum in archetypis legitur? *Gelen.* Libri omnes *in publicum solenne*. Gebhard. Similiter et nostri. Adsentior tamen Gelenio, ex suis *inter publicum* legenti. Solent passim præpositiones *int'*, id est *inter*, et *in* confundi. Exempla vide ad II. 46. § 4. III. 36. § 1. IV. 6. § 7. c. 19. § 1. c. 51. § 6. c. 53. § 13. V. 21. § 16. c. 53. § 3. VI. 5. § 4. c. 14. § 6. c. 20. § 8. c. 24. § 10. c. 40. § 4. pluribusque aliis locis. Adde Torrent. ad Suet. Aug. c. 2. Hinc etiam commutantur verba 'interjectus' et 'injectus;' vide ad

IX. 13. § 8. 'intercludere' et 'includere;' vide ad XXVI. 5. § 11. 'intercidere' et 'incidere;' vide ad XXVI. 9. § 11. 'intercedere' et 'incedere;' vide ad XXVII. 37. § 14. 'interponere' et 'inponere;' vide ad XXVII. 7. § 5. et similia plura.

§ 7 *Non, si Ti. Graccho daret*] *Et non, si Ti. Graccho* Voss. Forte is voluit *non, etsi Ti. Graccho.* Voculam autem *etsi* cum subjunctivo construi, vidimus ad V. 42. § 7. Sed nihil mutandum. Elegans est illud *non, si* eodem sensu, pro *non etsi,* positum. V. 51. 'Non, si me senatusconsulto populique jussu revocaretis, redituruus umquam fuerim:' ubi vide plura. Ceterum ideo Æmilia meminit Gracchi, marito suo inimicissimi, quod eo tempore juventutis Romanæ præstantissimus foret: quasi diceret, non oportuisse, ut maritus de nuptiis communis filiæ se inconsulta ageret; ne tum quidem, si eam optime elocaret, et principi juventutis Ti. Graccho desponderet. Æmiliam Graccho vel adfinem, vel valde faventem fuisse, ut Glarean. ad § 5. conjicit, aliunde non constat. Corneliam virtutis caussa Graccho desponsam fuisse, auctor est Plut. in vit. Gracch. p. 824. Γράκχῳ λαμπρότερον ἦν τὸ ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ἀξίωμα. Διὸ καὶ τὴν Σκιπίωνος θυγατέρα Κορνηλίαν, οὐκ ὢν φίλος, ἀλλὰ καὶ διάφορος τῷ ἀνδρὶ γεγονὼς, λαβεῖν ἠξιώθη μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτήν.

§ 8 *Et ipsi desponsam respondisse*] Grande operæ pretium fecit scilicet, quisquis ille fuit, qui hic de suo adjecit conjunctionem *et.* Libenter istas minutias dissimulo, inter annotandum dumtaxat, sed hoc majus est erratum, quam primo aspectu videtur: quod qui non sentit vel admonitus, is plane nihil sentit. *Gelen.* Libri omnes præferunt *et ipsi desponsam respondisse.* Gebh. *Et ipsi* Lov. 1. 2. 5. 6. Harl. et Gaertn. Tum *sponsam* Lov. 1. *desponsatam* Lov. 4. a m. pr. et Harl. Ita variant codd. hoc cap. § 3. et 5. etiam I. 26. § 2. ubi optimus Flor. legit *desponsa* a m. pr. *desponsata* a m. sec. Vide quæ ibi notantur.

Quamquam et opinionibus, et monumentis literarum variarent] Vet. lib. *quam et opinionibus,* id est, dicendum fuit, quemadmodum de tanti viri rebus his scriptores inter se discordarent. Mirabile enim videri vult, auctores in tam illustris viri rebus prodendis non idem scripsisse. *Sigon.* Conveniunt Pall. Sigonii libro calamo exarato *quam et opinionibus.* Gebh. Similiter Voss. Lov. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Hearnii Oxonn. quam lectionem Sigonius recepit: *quam variarent* erit, quantopere, quantum variarent. Vide Nic. Heinsium ad Val. Flacc. I. 173. Cort. ad Sall. Jug. c. 31. § 2. et quæ notantur ad Livii IV. 31. § 2. Solent autem *quam* et *quamquam* commutari. Vide ad IV. 12. § 8. et VI. 5. § 1.

CAP. LVIII. § 1 *Hostilius et Furius damnati, prædes eodem die*] *Et L. Furius* cod. Mog. At constanter supra *C. Furius* vocatur. Prænomen etiam alienum hic videtur, quia id in præcedenti Hostilio omittitur. Tum *prædæ sunt eodem die* Voss. Lov. 1. et Harl. Sed primi margini adscribitur, alios legere *proinde.* Deinde § seq. *nec quidquam,* omisso medio pronomine, Voss. Tum *duci cœptus est* Lov. 5. et edd. ante Aldum, qui ordinem vocum mutavit.

§ 3 *Sed proprie familiæ suæ*] Sigonius ad IV. 1. § 2. hunc locum adducens laudat *propriæ:* at hic recte *proprie* edidit. Displicet enim *propriæ suæ,* quorum alterutrum sufficit. Requiritur etiam *proprie,* ut obponatur præcedenti *communiter.* Paullo ante Nasicæ prænomen *P.* deest in Lov. 2. et Harl. quorum posterior ignorat etiam vocem *veris.* Insuper § seq. *in carcerem deduceretur* Voss. et Gaertn. Tum voces *clarissimos viros* desunt in Lov. 2. et Harl.

§ 6 *Ambo pro populo Romano morte obcubuisse*] *Ambo* præferunt antiquissimæ edd. cujus loco Aldus reposuit

ambos, subscribentibus ex Mss. nostris Lov. 2. et Harl. Gron. deinde *ambo* restituit, ad XXXV. 21. § 5. testatus, sic codd. Barber. et Pet. habere. Neque aliter reliqui mei. Vide ad eumdem locum. Deinde *pro republica morte occubuisse* Lov. 1. 2. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. quod recepi. Supra II. 7. 'Pro republica dimicans matura gloria mortem occubuisset.' XXVI. 25. 'Pro patria pugnantes mortem occubuerunt.' Cic. Tusc. I. 48. 'Mortes pro patria oppetitæ.' Horat. Od. III. 19. 2. 'Codrus pro patria non timidus mori.' Ovid. Her. III. 106. 'Qui bene pro patria cum patriaque jacent.' Ita 'audere pro republica' Livius X. 29. 'Ingens hortamen ad omnia pro republica audenda.' Sæpissime *R. P.* sive *respublica*, et *P. R.* sive *populus Romanus*, a librariis literarum transpositione commutantur. Exemplis quæ notavi ad IX. 26. § 8. adde ad VII. 27. § 5. VIII. 16. § 13. XXIX. 8. § 5. XXXIII. 31. § 5. XXXVI. 34. § 7. c. 39. § 9. XXXVII. 49. § 2. XXXIX. 5. § 5. et viros doctos ad Suet. Aug. c. 47. Præterea *mortem obcubuissent* edd. Tarvis. utraque, et quædam aliæ. Utrumque Livium usurpasse, vidimus ad XXXI. 18. § 6. Sed quum codd. nihil mutent, eorum consensus sperni nequit. Paullo ante *temperantiæ fideique speciem*, pro *specimen*, Voss. et Lov. 1. Vide ad c. 17. § 20.

§ 7 *Tantum paternas superavisse laudes*] Pall. uterque *paternas superjecisse laudes*. An scriba in animo habuit Græcorum ὑπερβάλλειν? *Gebhard.* Voss. et Buslid. *superjecisse*, ut X. 30. Aristoph. Ὄρνισιν vs. 367. Ὑπερακοντίζεις σύ γ' ἤδη Νικίαν ταῖς μηχαναῖς. Theophylactus in Matth. XXIV. Καὶ ὑπερηκόντισαν ἐκείνους τῇ κακίᾳ. Sic et ὑπερβάλλειν. *J. F. Gron.* *Subjecisse* Harl. *superjecisse* Voss. Lov. 1. 2. 4. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. et Lov. 6. a manu altera. Hujus lectionis vulgata glossema videri posset, si verum est, quod Salmas. ad Solin. p. 714. monuit, 'superjacere' interdum pro superare, vincere poni, et alibi in 'superare' corrumpi. Vide etiam ad X. 30. § 5. Paullo ante *gloriam tueri* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *gloriam tuendis* Mead. 1.

Non sanguine humano, sed stirpe divina satum se esse] Τὸ *sed* deest in Lovel. 5. et ed. Camp. Particulam hanc sæpissime omitti, aliquoties dictum est; eamdem tamen hic servant reliqui codd. et edd. Deinde *stirpe divina natum* Voss. pro varia lectione in margine: *satus* sæpissime pro *natus*, præsertim apud poëtas, usurpari, notum est. Livium vero ea voce hoc sensu usum fuisse, nondum observavi. Certe 'Jove nate, Hercules, salve' dixit I. 7. Ut tamen *satum* non mutandum putem, efficit vox *stirpe*, in qua metaphora ut maneat, potius *satum*, quam *natum*, dixisse videtur. Ita XXVI. 41. 'Favete nomini Scipionum, soboli imperatorum vestrorum, velut accisis recrescenti stirpibus.' Τὸ *se* abest a Lov. 2. et Harl.

§ 8 *Quum legatus fratris esset*] *Quum legatus factus esset* Lov. 2. Paullo ante *de quo agitur* Lov. 6.

§ 9 *Elææ dierum aliquot via abesset*] Codd. nihil mutant, nisi quod *esset* præferant Voss. et Lovel. 1. Si Mss. accederent, mallem *dierum aliquot viam abesset*. Vide ad XXV. 12. § 8. Sed nec vulgatum damno.

§ 10 *Non fuisse minorem eum exercitum, quam Hannibalis, cum quo*] *Non fuisse minore cum exercitu* Harl. Mead. 1. et Gaertn. *Non fuisse minorem exercitum* Voss. qui deinde cum Lov. 1. et 6. omittit τὸ *quo*.

Inter multos alios regios duces] *Alios Rhodios duces* Voss. sollemni errore. Vide ad XXXVII. 30. § 2. *Alios duces* Lov. 1. *alios regulos duces* cod. Mog. *alios reges duces* Lov. 5. et edd. principes: *alios regios duces* edd. Mediol. 1505. Ascens. 1513. et inde aliæ. In

ed. ejusdem margine Ascensius conjecit *alios reges ducesque*. Sed *alios regios duces* ceterorum codicum auctoritate firmatur: quod etiam verius est. Mox *imperator belli Punici fuerit* Gaertn. *imperator Punici belli fuerat* Harl.

Ut ne fortunam quidem quisquam criminari possit] *Ut ne quidem fortunam quisquam* Lovel. 1. 6. et Gaertn. Vide ad IV. 3. § 10. *Ut nec quidem fortunam quisquam* Vossian. Vide ad I. 10. § 3. *Ut ne fortunam quisquam quidem* Harl. Lov. 2. et Mead. 1. Paullo ante *cum et bellum quidem ita gestum esset* Lov. 2. *dum et bellum quidem ita gestum esset* Lov. 1. 5. 6. et edd. ante Aldum, qui vulgati auctor exstitit. Ei autem consentiunt reliqui scripti.

§ 11 *Caussam dici venisse. Huc decem legatos simul arguique*] Quis intelligit hæc? et tamen non nisi una litera depravata est: debet enim scribi *eam dici venisse: eam* videlicet pacem. Nec minus lepidum, quod continenter sequitur *Huc decem legatos simul arguique*. Quæ, malum, sunt hæc portenta? Mutata una literula errori medebitur, *Hic decem legatos simul argui*. Nam conjunctionem *que* quis non videt prava castigatorum sedulitate tam apposite infultam? *Gelen. Causam dici* Voss. Lov. 5. et Gaertn. sed *eam*, ut Gelenius emendavit, reliqui codd. Solent sæpe *ea* et *ca*, sive *caussa*, in Mss. confundi. Vide ad II. 31. § 11. IV. 9. § 2. c. 53. § 7. V. 7. § 1. c. 24. § 4. c. 53. § 4. VIII. 37. § 10. XXXV. 15. § 9. et XL. 7. § 8. Dein *Huc* servant tantum Lovel. 5. Gaertner. et Hearnii L. 1. Reliqui cum Gelenio *Hic* legunt. At contra *arguique* idem Hearnii L. 1. cum omnibus nostris, nisi quod in eorum uno vel altero sit *argui quoque*. Mox *quorum ex consiliis* Voss. Lov. 6. et Gaertn. *quorum consiliis* Lovel. 2. *quorum consilio* Hearnii L. 1. Postea *esset* exsulat ab Harl.

§ 12 *Sed ne ad moram quidem triumphi etiam accusationem valuisse*] Sigonius, teste Hearnio, edidit *eam accusationem valuisse*. Hoc considerandum videtur: *non modo, sed ne quidem etiam* satis rarum est. Qui de particulis linguæ Latinæ scripserunt, id e duobus locis Ciceronis observarunt; Fam. X. 10. et XIII. 29. Sed prior nihil ad rem pertinet. Verba sunt, 'Cujus rei non modo non præteriit tempus, sed ne maturum quidem etiam nunc, meo judicio, fuit:' in quibus *etiam nunc* idem est quod 'adhuc;' alter nihil me moveret, quo minus hic probarem *eam*, si libri scripti id confirmarent. *Duk. Etiam accusationem* primum adparuit in ed. Gronov. 1665. idque recentiores servarunt usque ad Crevier. qui *eam accusationem*, ut antea vulgatum fuerat, contextui reddidit. Neque aliter omnes mei, si forte Voss. excipias, ex quo nihil in excerptis ejus notatum video. Crevierii itaque exemplum secutus sum. Similiter emendandum esse, per literas me monuit Heumannus. Paullo ante *quam exstitisse ex decem legatis* Voss. Lovel. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. cum edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. *numquam exstitisse* Voss. pro varia lectione in margine: *quamquam exstitisse* cod. Mog. unde suspicio nasci posset forte legendum *quamquam exstitissent*. Sed *quem exstitisse ex decem legatis, qui Cn. Manlium non accusarent* Lov. 2. et 6. in quorum posteriori tamen *non* tantum exstat in margine: *quem exstitisse* etiam Lov. 1. Vulgatum primum vidi in Mediol. ed. 1480. et hinc in reliquis. In nullo vero cod. id obvium fuit.

CAP. LIX. § 1 *Ipsas leges pacis, ut nimium adcommodatas Antiocho*] *Leges ipsas pacis* Vossian. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. post quas demum voces sunt trajectæ. Tum *adcommodas* Gaertn. et Mead. 1. in marg. Sed vide ad XXXVII. 52. § 10.

§ 2 *Auri et argenti quum vim magnam habuisset*] Libri nostri omnes *auri et argenti vim magnam habuerit.* Gebh. Ita Moguntini ex membranis suis recte restituerunt. Antea edebatur *auri et argenti vim magnam habuerit:* quod, licet aperte conruptum, superest tamen in omnibus nostris, et Hearnii L. 1.

§ 3 *Quantum non decem aliis triumphis, si omne in unum conferatur, sit latum*] *Si omnes in unum conferantur* Voss. quomodo sibi legendum videri Crevierius testatur: qui idem etiam *sit* deleri, et *esse* subintelligi jussit: in quo nullus meorum ei consentit. Paullo ante *An præter omnium oculos,* omisso τῷ *non,* omnes nostri, et edd. ante Ascens. qui particulam illam a. 1513. addidit.

§ 6 *Hanc regionem, dierum plus triginta in longitudinem, decem inter duo maria in latitudinem patentem*] *Viginti* legendum, pro *triginta;* ut sit dupla ratio longitudinis ad latitudinem: quanquam ne hoc quidem verum est. Siquidem Herodotus Asiæ hujus latitudinem a Cilicio mari ad pontum Euxinum quinque dierum iter expedito facit libris primo ac secundo. Verum P. Scipio Nasica hic omnia exaggerat. *Glar.* Præpositio *in* utroque loco abest a priscis edd. Non comparet etiam in ullo codicum meorum, nec in Hearnii L. 1. nisi quod posteriori loco ita in utroque Mead. transposita sit *inter duo in maria latitudinem.* Videntur librarii eam utrobique dedita opera delevisse, ut ita jungerent 'regionem patentem longitudinem dierum plus triginta,' quia displicebat ellipsis 'patentem dierum plus triginta,' scil. iter, vel viam. Optime tamen præpositionem ex membranis suis addiderunt Moguntini. Justin. II. 2. 'Multum in longitudinem et latitudinem patet.' Cæsar B. Gall. I. 2. 'In longitudinem millia passuum ducenta quadraginta, in latitudinem centum octoginta patebant.' B. Gall. II. 7. 'Amplius millibus passuum octo in latitudinem patebant.' VII. 70. 'Fit equestre prœlium in ea planitie, quam intermissam collibus trium millium passuum in longitudinem patere supra demonstravimus.' Qui locus adprime etiam faceret ad illustrandam ellipsin hic obviam *in longitudinem patens triginta dierum,* nisi ei lectioni controversiam facerent viri docti. Ne tamen ellipsis durior videatur, ita locutus est Cic. ad Att. v. 16. 'Nos in castra properabamus, quæ aberant bidui:' et epist. 17. 'Quum in castra proficiscerer, a quibus aberam bidui.' Paullo ante *amplectantur* Voss. Lovel. 4. 5. 6. Mead. ambo, et Gaertn. cum edd. Camp. Rom. 1472. Mediol. 1480. Parm. Tarvis. utraque, et aliis.

Expulso eo in ultimum angulum] *Eo* redundat. Hic certe vitandus erat hiatus, quod alibi parum opportune factum deprehendimus sæpius, quam indicavimus. *Gelen.* Illud *eo* in solis exstat Voss. Lov. 5. et Gaertn. A reliquis Mss. exsulat.

§ 7 *Cujus quum gloria prodesse L. Scipioni debuisset*] Scriba, quasi liberalitatem suam revocans, tantundem subtrahit, quantum de suo adjecerat, scribendo *cujus gloria prodesse,* pro *cujus quum gloria prodesse.* Gelenius. Τὸ *quum* ante *gloria* omittunt libri omnes, contra ac censuit Gelenius. *Gebh.* Vocula *quum,* quam recte Gelenius adjecit, in nullo meorum exstat: simul tamen in sequentibus *invidia non nocuisse* legit Lov. 6. *invidia nocuisse* Lov. 1. et Harl. *invidiam non nocuisse* Voss. et Gaertn. Præterea *L. Scipioni prodesse* Lovel. 2. et Harl. Paullo ante *plus ei adimi potuisse* Gaertn. τὸ *se* deest in Lov. 6. Tum *potuisset* legit Harl.

§ 8 *Tantum auri argentique judicatum esse in domum L. Scipionis*] *Auri et argenti* Voss. Lov. 1. Harleian. et Gaertn. Deinde τὸ *esse* non adparet in Lov. 1. nec Scipionis prænomen

L. in Harl. Mox *venditis omnibus rebus*, pro *bonis*, Lov. 2. Elegans autem est verbum 'redigi,' id est, ex venditis omnibus bonis aurum et argentum recipi. Ita mox 'quod ex bonis redigi non possit.' XLI. 27. 'Venditisque ibi publicis locis, pecuniam, quæ redacta erat, tabernis utrique foro circumdandis consumserunt.' XLV. 43. 'Sestertium ducenties ex ea præda redactum esse, auctor est Antias, præter aurum argentumque, quod in ærarium sit latum: quod, quia, unde redigi potuerit, non adparebat, auctorem pro re posui.' Vide Bentl. ad Horat. Epod. II. 69.

Id ubi ergo esse regium aurum] Ut damnum [subtrahendo proxime vocem *quum*] belle compenset, adjicit particulam *Id*. O diligentem scribam et laurea dignum, si ferula puerile præmium videtur! Et hæc minuta contemnunt magni typographi ac celebres. Nihilominus in fronte libri magnifice jactant miram industriam in perscrutandis et conferendis vetustissimis exemplaribus, et alios præ se pro nihilo ducunt: atque in nostram barbariem captata etiam occasione sibi invehi permittunt. *Gelen.* Habent libri omnes *Id ubi ergo esse regium aurum.* Gebhard. Nimis excandescit Gelenius suppositicio scribæ, qui pronomen *Id* in fronte hujus membri adjecerit. Servant illud omnes calamo exarati, non veteres tantum edd. et meo judicio etiam ornatum addit orationi. Nihil igitur moratus sum, quin restituerem *Id ubi ergo esse regium aurum?* J. F. Gron. *Id* retinent quoque omnes codd. nostri. Servari etiam posse confiteor. Ornatum vero, quem orationi addat, non video. Suspicio autem est, Gelenium, ut passim alibi, ita etiam nunc, præstantissimum cod. Mog. ducem secutum esse. Is autem ita de hac parte Livii meritus est, ejus unius ope tot loca desperata sanitati restituta, tot lacunæ supplctæ sunt, ut non temere ab eo discedendum putem. Judicio tamen magni Gronovii dedi, ne lectionem mutarim; præsertim quum, membranas unicas τὸ *Id* repudiasse, liquido adfirmare nequeam.

§ 9 *Quam suntus non exhauserint*] *Exhauserunt* Gaertner. *exhauxerint* Harl. *exuuxerint* Lov. 2. et Mead. 1. Vide ad XXX. 5. § 10. Mox *per vexationes* Harl.

§ 10 *Ut in carcere, &c. vir clarissimus includatur*] Vet. lib. *in carcerem.* Sigon. Vet. ed. *ut in carcere inter fures.* Modius. Lege e libris omnibus *ut in carcere.* Gebh. *In carcere* Vossian. Lov. 1. 4. 5. 6. Mead. 2. et Gaertn. *in carcerem* Lov. 2. Mead. 1. et Harl. Utraque igitur lectio suos habet faventes codd. Utraque etiam locutio Livio in usu fuit. Prius lib. XXIV. c. 19. 'Ibi in carcere inclusi sunt.' XXXVII. 24. 'Veriti, ne includerentur vento in hostium ora.' XXXVIII. 15. 'Cum conjugibus ac liberis in arce inclusos se mortem exspectare:' et ita 'claudere in curia' XXIII. 2. Posterius XXXI. 17. 'Infantes etiam cum suis nutricibus in gymnasium includi juberent.' Lib. XXXV. c. 30. 'Incluso tyranno in urbem.' XXXVIII. 42. 'Consules ambos in valles Ligurum includi.' Ita 'includi Heracleam' XXXVI. 16. ubi quædam vide. Pariter Cic. in Verr. V. 45. 'Includuntur in carcerem condemnati.' c. 55. 'In prædonum hostiumque custodias includere ausus es.' Eodem modo 'condere in carcerem' Livius dixit XXX. 21. XXXI. 23. et XLV. 42. Vide Burm. ad Virg. Æn. II. 24. et Serv. ad Virg. Æn. II. 401. 'adservare in carcerem' Liv. VIII. 20. Contra codd. sæpe præferunt 'conjicere in carcere.' Vide ad XXXIX. 41. Eligat igitur hic lector, quid placeat.

Et in robore et tenebris exspiret] Valer. VI. 3. 'Quin etiam familiares

Gracchorum, ne quis reipublicæ inimicis amicus esse vellet, de robore præcipitati sunt.' Festus, 'Robur quoque dictus est in carcere is locus, quo præcipitatur maleficorum genus, quod ante arcis robusteis includebatur.' *Sigon.* De robore vide etiam Lipsium ad Ann. Taciti IV. 29. *Modius.* Adde Colvium ad Apul. Apol. p. 264. *in rubore* male Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. et Gaertn. quorum ultimus *et in tenebris* etiam præfert. Mox *dein* Lov. 1. 4. Mead. ambo, et Gaertn. Vide ad III. 3. § 6.

CAP. LX. § 1 *Rogationem Petilliam ex S. C. et judicium*] Lege *et S. C.* Gelen. *Ex senatusconsulto* omnes nostri, et Hearnii L. 1. pro quo merito Gelenius *et senatusconsultum* reposuit. Voculas *et* atque *ex* sæpius in Mss. confundi, vidimus ad XXVI. 45. § 1. Per notas autem scriptum erat *S. C.* in quo exponendo librarii, ut hic, ita alibi sæpe, lapsi. Vide ad II. 48. § 11. IV. 57. § 5. V. 28. § 5. VII. 20. § 8. IX. 7. § 12. c. 43. § 7. XXV. 9. § 16. et alibi. Hinc etiam datum *senatusconsultum* pro *senatusconsulta.* Vide ad XLII. 33. § 4. Alios ex eodem fonte ortos errores vide ad X. 10. § 2.

§ 2 *Ni referatur pecunia*] Ita Frob. 1535. edidit. Priores habuerant *nisi referatur:* quod in omnibus nostris superest. Vide ad XXIII. 1. § 8. Tum *prendi* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. 1. Vide ad II. 29. § 4. Mox § seq. *C. Flaminius* Voss. Lov. 1. et alii.

§ 5 *Imperium populi Romani propagaverit*] Perperam libri omnes *prorogaverit.* Gebh. *Imperium publicæ rei* Voss. de quo errore vide ad IX. 26. § 8. et XXXVIII. 58. § 6. Dein *prorogaverit* omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum; qui id, quod nunc exstat, ex cod. Mog. adscivit. Verba hæc alibi a librariis commutari, vidimus ad XXIII. 25. § 11.

§ 6 *Regem Eumenem, Rhodios*] Primam vocem, quæ a multis præcedentibus editis exsulabat, Aldus auspicio cod. Mog. addidit. Eamdem tuentur omnes nostri, et edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm. Vide ad XXXVIII. 48. § 5. Deinde *tot Asiæ urbes* Voss. Lovel. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

Non passurum inter hostes populi Romani L. Scipionem] Voces illæ *L. Scipionem* videntur vacare: initio enim hujus periodi positæ sunt: 'L. Scipionem, qui regem opulentissimum orbis terrarum devicerit, qui plurimos duces hostium in triumpho ductos carcere incluserit, non passurum inter hostes populi Romani in carcere et in vinculis esse.' *Sigon.* Nomen *L. Scipionem* nulla labe sententiæ auferatur. *Gruter.* Quid hoc ebrii sermonis: *L. Scipionem non passurum L. Scipionem in vinculis esse?* se immo Gracchus decernit id non passurum. Ocius dele posteriore loco nomen, ut sit, *L. Scipionem, qui, &c. non pass. inter hostes pop. Rom. in carc. et in vin. esse: mittique eum se jubere.* Hoc vidit etiam Sigonius: et, sicut volumus, codex Vossianus. *J. F. Gron.* Easdem voces delent etiam Lov. 1. 6. et Victor. apud Crevierium, qui doctis adsensus eas non tantum a mala manu esse censuit, sed etiam ex contextu Liviano sustulit. Neque ego illis pertinaciter patrocinium paro. Quum tamen in tot numero codd. supersint, videndum suadeo, an non τὰ *L. Scipionem,* quæ in initio periodi præcesserunt, hic propter longum satis hyperbaton perspicuitatis caussa a Livio repetita sint. Vide ad XLIV. 40. § 2.

In carcere et in vinculis esse, mittique eum] *In carcere et vinculis* Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Male. Vide ad VI. 28. § 6. Tum *dimittique* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. quod ex interpretis glossemate natum videtur. Alia hujus erroris exempla obcurrunt IV. 52. § 5. VIII. 7. § 1. XXX. 3. § 4. XXXVIII. 13.

§ 10. Et quidem eo facilius locus conrumpi potuit, quod *dimissum* mox sequatur.

§ 7 *Dimissum L. Scipionem læti homines viderunt*] Prænomen *L.* omittunt Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum *læti omnes viderunt* legit Harl. Vide ad III. 54. § 6. *Læti omnes homines viderunt* Hearnii L. 1. utraque lectione juncta. Vide ad III. 44. § 4.

§ 8 *In bona deinde L. Scipionis possessum publice quæstores prætor misit*] *In bona inde* Harl. Vide ad XXXVI. 24. § 10. Tum *possessa* Voss. et Lov. 1. qui ambo etiam *P. R. misit* præferunt. Vide ad XXXI. 10. § 4. *Prætor Ro. misit* Gaertn. *quæstores P. R. misit prætor* Lov. 6. duplici iterum, ut § præc. habuimus, lectione juncta. Mox τὸ *ullum* deest in Voss. Tum *comperivit*, pro *comparuit*, Lov. 1.

Sed nec tantum redactum est] Libri omnes *sed nequaquam tantum redactum est.* Gebh. *Nec tantum* primus dedit Frob. 1535. idque editores servarunt usque ad Gronov. qui *nequaquam* reposuit, ut præferunt edd. priores, omnesque codd. nostri, nisi quod *nequicquam* sit in Harl.

§ 9 *Conlata pecunia a cognatis amicisque et clientibus*] *Collata pecunia illa ab cognatis* Voss. Lov. 1. et 6. *collata illa pecunia ab cognatis* Gaertn. *collata ea pecunia a cognatis* Mead. ambo, et edd. vett. *collata ea pecunia ab cognatis* Lov. 2. 4. et 5. Tum *amicis et clientibus* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. et edd. antiqq. Heumannus scribendum conjecit *collata tanta pecunia*, et existimat vocem *tanta* a posterioribus syllabis verbi *collata* absorptam esse. *Amicisque* primus Aldus, jubente cod. Mog. recte recepit. Vide ad II. 31. § 1. Tota hæc periodus *Conlata pecunia, &c. ante calamitatem fuerat* deest in Harl. ob vocis *fuerat* repetitionem, quæ dormitanti librario erroris caussa exstitit. Vide ad IX. 11. § 11. Mox *locupletior aliq., quam ante cal. fuerat, videretur* Lovel. 2. et 6. *esset* deest etiam in Lov. 1. 4. et Gaertn. Tum *ante calamitates* legit Voss.

§ 10 *Redemta ei a proximis cognatis sunt*] Præpositionem ignorant Voss. et Lov. 1. Vide ad VI. 11. § 4. *Redemta a cognatis proximisque sunt* legit Harl. Paullo post *et accusatorem* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. *et accusatores* Aldus ex cod. Mog. adscivit. Ceterum fini hujus libri adnectebatur initium sequentis in cod. Voss. qui librum XXXIX. demum incipiebat a c. 23.